




I
7-2



PLATONIS,

AVGVSTISS. PHILOSOPHI,
omnium quæ extant
operum

TOMVS TERTIVS.
Græcè & Latinè,

EX NOVA IOANNIS SERRANI
interpretatione, perpetuis eiuſdem notis illuſtrata: quibus
& methodus & doctrinæ ſumma breuiter &
perſpicuè indicatur.

EIVSDEM Annotationes, quibus obſcuri quidam loci illuſtrantur.

BIBLIOTEQUE
BLOIS
COMMUNALE

INCLYTÆ BERNATVM REIPVBLICÆ COSS. CAETERISQVE SENATORII ORDINIS VIRIS AMPLISS. PATRIAE PATRIBVS, DOMINIS SVIS PLVRIMVM OBSERVANDIS.

DRIMIGENIAE lucis ſcintillas nonnullas,ampliſſimi viri, in ethnicorum hominum animis remanſiſſe docet ipſa illa veritas,quam in Dei verbo, ſingulari ipſius munere,purã integrámque habemus: eadémque iubet vt quicquid in illis ineſt purioris cognitionis & diligenter notemus, & ad vſum noſtrum prudenter referamus. Non quòd iis adiumentis ipſa indigeat,quæ ſatis per ſe valet: vtile tamen eſt atque neceſſarium,vigere in Eccleſia Dei ſtudia doctrinarum,vt humanæ diſciplinæ bene perceptæ,ipſi famulentur & miniſtrẽt: & barbaram ferámque ignorantiã ex hominum animis & cœtibus exterminent. Hanc ſobriam humanæ philoſophiæ cognitionem ad vtilitatem dignitatémque reipubl. pertinere,tam verum eſt quàm quod certa experientia veriſſimum. Atqui omnis chori ethnici coryphęum eſſe & veluti antiſtitẽ Platonem,omniũ qui olim extiterunt atque etiamnum exiſtunt, ſolidè eruditorum ſuffragia teſtantur: in cuius nimirum tenebris tot tantæque emicãt primæ illius veritatis ſcintillæ,vt nemo nõ ſtatuat dignum eum eſſe in quo legendo diſcendóque hominum veræ eruditionis ſtudioſorum opera & induſtria verſetur. hunc enim laborem magnis luculentíſque fructibus compenſari,res abundè docet. Verùm de huiuſce doctrinæ vtilitate diximus aliâs ſuo loco: neque ſanè conſilium meum eſt animos veſtros grauiſſimis reipubl.negotiis occupatos lõgo ſermone detinere. tantùm volui breuiter indicare cauſam quæ me impulerit ad hoc opus ſuſcipiendum, háncque partem vobis conſecrandam. Quòd ego adoleſcens philoſophiæ ſtudio fuiſſem delectatus,ipſóſque adeo philoſophiæ proceres, Platonẽ & Ariſtotelem,mirificè amaſſem:factum eſt vt quum de primario quodam ſtudij genere, cui me totum traderem, conſilium cepiſſem,Deíque ductu & auſpicio,theologiam,ſtudiorum meorum principem finẽ mihi propoſuiſſem, ipſam cum philoſophia inſtituto quodam meo cõiunxerim:id eſt,philoſophiã theologiæ,vt famulã dominæ, addixerim. Poſtquã autem ſecreta quidem, at ſemper iuſta Dei prouidentia,funeſtiſſima tempora incidiſſent, diſſipatíſque Eccleſiis noſtris, cõplures in alienas regiones compellerentur: ego quoque cum familia

in reipub.veſtræ ſinum,tanquã in tutiſſimũ portũ, Lauſannã me recepi: & à vobis perhumaniter exceptus fui. Hîc è communi conſternatione collecto paulatim recreatóque animo,quũ tamen ei incredibilibus moleſtiis fatigato nulla ſpes melioris ſtatus affulgeret: atque adeo quum veluti poſt magnum morbum profligatis viribus,nullum eſſet ſtudiorũ genus in quo certò acquieſceret,ſed temporis fallendi rationes vltrò citróque quæritãs,variè circumuolitaret: Deus occaſionem obtulit, quæ me totos duos annos in hoc doctrinæ Platonicæ penſo, non ſine magna voluptate,magni laboris contentionem variorúmque negotiorũ in me ingruentium tædia leniente,occupatum detinuerit. Intercedebat mihi familiaritas cũ Blaſio Marcuardo,feliciſsimæ memoriæ viro: (cuius recens mortui memoria non poteſt non grauiter afficere animum meum, quem ſuperſtitem plurimi faciebatis,mortuũ meritò lugetis,optimum virum,veſtræ reipubl.& Eccleſiæ vtiliſſimum) illi ergo forte, vt aiunt, fortuna, nonnullas meas notas in Phædonem Platonis communicaui, quas in meum vſum aliquando effuderam. Tum mihi autor eſt de Platone non perpetuis tantùm notis, ſed noua quoque interpretatione illuſtrando: ſuíque illius conſilij rationem mihi copioſè reddit. Inde mihi primùm nata eſt volũtas huiuſce inſtituti:cui vbi admouiſſem manũ, nonnulláque folia,veluti operis indicationem, clariſſimis quibuſdã viris communicaſſem,nominatim verò Nicolao Zerchintę,ciui veſtro,optimo & ſapientiſſimo viro:illi autem omnes ſuam eo de opere ſententiam mihi expoſuiſſent, tum demum vires contendi meas ad hoc opus exantlandum,inter varias tamen magnáſque difficultates: Deíque beneficio illud tandem ad vmbilicum perduxi. quàm bene,iudicabunt eruditi. At quicunque tandem futurus ſit hic fœtus, eius profectò vobis debetur conſecratio: quippe qui apud vos, id eſt præſidio veſtro,veſtris in ædibus,veſtrorúmque hominum auſpiciis atque cõſiliis natus ſit atque educatus. Hæ me igitur cauſæ omnino debebant impellere ad id quod optimo iure veſtrum eſt,vobis vendicãdum: ſed adſunt aliæ quoque rationes,quæ vt memet totum, ita & mea vniuerſa vobis obſtringunt. Nam quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vſque repetens debeo agnoſcere,ſtudiorum meorum fructum ad vos propriè pertinere. neque enim illius temporis vnquam excidet memoria,quum (ornatiſſimo viro Hieronymo Manuele è magnis reipub.veſtræ luminibus vno, Lauſannæ tum præfecto) ego puer cum Ioanne Guilielmo Stucchio, lectiſſimo viro,mihíq; ex ea puerili amicitia chariſſimo,operam literis dabam. At quum poſt annos quatuordecim me varia emenſum diſcrimina,Deus ad vos reduxiſſet, haud me vt peregrinũ grauiſſimis temporibus meis,opportuniſſimè excepiſtis (quæ tamen veſtra humanitas non ſatis prædicari poteſt) ſed vt penè ciuem veſtrum complexi eſtis: quum ea tempeſtas quæ in patriam meam vniuerſam inũdabat, me quoque peculiariter inuolutura videretur, fauorẽ auxiliúmque veſtrum mihi clementer obtuliſtis, nullum in me defendendo adiumenti

genus prætermiſiſtis,meas poſtulationes nunquam auerſati eſtis: & ne quid ad ſummam clementiam reliqui faceretis, humaniſſimis etiam ad me perſcriptis literis, veſtram in me præclaram voluntatem ampliſsimè teſtati eſtis.quorum veſtrorum erga me beneficiorum magnitudo, animum certè meum penitus obligat. At præter priuatas mihi peculiaréſque has rationes, accedit quoque communis patriæ obligatio, quo nullum eſt arctius firmiúſque vinculum. Ecquis enim neſcit quantum vobis debeat vniuerſa Gallia? cuius caſus exiliúmque humanitate & munificentia veſtra ſubleuaſtis, laboranti remedia attuliſtis. Quoties feralis illius noctis qua inſaniens patria in propria viſcera debacchata eſt, memoria ſubit animum meum:quoties funeſtiſſimi temporis imago horribilem illam, quæ tunc nobis impendere videbatur, vaſtitatem menti meæ repræſentat: toties bonitatis, clementiæ,munificentiæ veſtræ occurrunt exempla. Afflictorum enim fratrum cateruas non modò in prouinciæ veſtræ oppida recepiſtis,ſed & ciuitatem nobilibus familiis aperuiſtis: ad nudorum hominum penuriam ſubleuandam veſtrum ærarium reſeraſtis, eorúmque neceſſitates peropportunè recreaſtis. Neque illo tantùm benignitatis genere charitatem veſtram declaraſtis, ſed quantum occaſiones rerum tulerũt,omnia adiumenta noſtris calamitatibus leniendis comportaſtis,auxiliúmque veſtrum implorãti defuiſtis nunquam: atque vt vos Gallicæ coronæ ſocios amicóſque eſſe teſtaremini, ad pacem concordiámque procurandam,nihil quod in veſtra foret poteſtate ,prætermiſiſtis. Teſtãtur id variæ legationes ab inclyta republ.veſtra in Galliam honorificè miſſæ, ad eam è ciuilium diſcordiarum incendio eripiendam.quæ ſi omnia ſingulatim recẽſere vellem, periculum mihi impendere video ne in verarum etiam veſtrarum laudum commemoratione minus ſit vobis iucũda oratio mea, qui laudem ex præclarè geſtis minimè affectatis, rerum laudabiliter geſtarum conſcientiam pro cumulatiſſimo encomio ducitis. Etſi verò, ampliſſimi viri, nobilium ingeniorum celſitudo inanium laudum fumos meritò aſpernetur:nihilominus tamen vera laus virtutem, vt vmbra corpus, neceſſariò comitatur,& fugientem quoque perſequitur. Pro tantis igitur erga communem patriam & nos propriè meritis, quum nihil ſit in noſtra facultate quod vobis rependamus:hoc vnum reſtat,vt veſtrorum erga nos beneficiorum memoriam gratis animis celebremus, eámque (quantum in nobis ſitum fuerit) noſtris literis ad poſteritatem tranſmittamus: ne ex eorum numero ſimus quos damnat prouerbium, apud quos videlicet ſeneſcit acceptũ beneficium: quin etiam illius memoria & in nobis & in poſteris noſtris conſtanter viuat: quò & illi norint quídnam debeant nomini veſtro, nos verò ab ingrati animi ignominia liberemur. Ad illam porro de veſtris erga nos meritis teſtificationem adiungemus vota de feliciſsimo reipublicæ veſtræ ſtatu:quam vt omni felicitatis genere magis ac magis in dies ornet, augeat, cumulet, ardentibus precibus precamur à Deo hoſpitalitatis præſide: neque dubitamus quin ex gratuita illius promiſſione vos maneant ampliſſima

certiſſimáque præmia. Inclyta veſtra reſpublica,poſtquã ſingulari Dei munere in ſuam ſe libertatem aſſeruit, ingentibus incremẽtis propagata eſt atque amplificata, ad hanc vſque ætatem noſtram:conſequuta latæ ditionis fœcunditatem, fortium hominum copiam, rerum ad vitæ neceſsitatem opportunitatémque pertinentium haud pœnitendam vbertatem, inter vicinorum clades firmam conſtantémque concordiam, regum principúmque amicitiis etiam expetitam. quæ quidẽ non ſunt exigua Dei dona: ſed illud maximum auguſtiſsimúmque, quòd veræ religionis cognitionem vobis tribuerit, eámque in familiis veſtris, ciuitate prouinciáq; veſtra cõſtituerit. Vt illa purè & integrè in poſterũ vobis veſtríſque cõſeruetur, ad veræ beatitatis cumulum peroptamus: quò vobis qui hodie rempubl. ſapienter & feliciter gubernatis, exacto veſtræ ætatis curriculo, filii & nepotes in paternas auitáſque virtutes ſuccedant, veſtríſq; veſtigiis inſiſtẽtes,agnoſcant verũ Deum,patriámque bene & feliciter adminiſtrent. Quoties anteacti temporis horribiles ruinas, quæ felices alioqui gubernationes ſunt conſequutæ, mente & memoria repetimus, minimè poſſumus ſine magna ſolicitudine de futuro temporis ſtatu cogitare, &, prout comparata eſt hominum natura, vt fauſta quiſque ſuis optet, ita omnes rationes inire, quibus felicis ſtatus via in poſterum ſternatur. Ecquænam verò illa eſt, niſi præclara iuuentutis inſtitutio? Iuuentus enim non modò familiarũ ſed reipubl. quoque ſeminarium eſt:vt, ſi bene exculta fuerit,felix: ſin minus, infelix ſtatus rempubl. omnino conſequatur. Optamus igitur vobis, prudẽtiſsimi viri, vt veſter ille iuuentutis ager feliciter excolatur, quò & vobis ſuperſtitibus, optimæ frugis ſpem certiſsimam: in cœlum receptis,patriæ locupletiſsimam ſaluberrimámque meſſem apportet,vera religione,commodóque reipubl.ordine firmiter conſeruatis. Quàm certã luculentámq; vtilitatem afferat illa iuuentutis inſtitutio, vos iam experientia veſtra tenetis,qui veritatis lacte innutriti,vtiliſsima officia patriæ veſtræ contuliſtis, & quotidie confertis: eámque,inter horrendos mundi furores, non modò ſartam tectámque tuemini,ſed maximis etiam opportunitatibus ornatis atque amplificatis:vt nõ lõgus ſit repetẽdus ſermo ex hoc autore noſtro ad hãc rem copioſius demonſtrandã: quum veſtris exemplis verum eſſe confirmetis quod ille dixit, Non auro ſed aureis hominibus rempubl. eſſe muniendam,eóque præſidio cõſtare certam eius firmitatem. Quãdiu Romana reſpubl.habuit Brutos, Camillos, Fabritios,Coſſos, Scipiones, Æmilios, Catones,cæteróſque huiuſmodi aureos viros, mirum in modum floruit,illorúmque virtutibus ad ſummum faſtigium euecta eſt: at poſtquam collapſa antiquorũ morum diſciplina,aureos homines in aurum gemmáſque commutauit, nacta Nerones, Caligulas, Commodos, Heliogabalos,& huiuſmodi monſtra generis humani, in præceps ruit, tandémque planè profligata eſt. De veſtra republica libet feliciter ominari. Habet illa ſuos Melunios,Steïgeros, Neglinos, Dieſbachios, Granferiedos,Manueles, Wateuillios,Derlachios,Teilleros,Zerchintas, cæteróſque magnos & excel-

lentes viros. & viget. Optamus vobis vt aureis auis & parentibus aurei nepotes filiíque ſuccedant. quod vt contingat, pendet quidem à Dei bonitate: præſens autem ratio huius beneficii propagandi, eſt iuuentutis veſtræ præclara honeſtáque inſtitutio. Itaque prudentiſsimè facitis qui ea de re ſtudioſè cogitatis. veſtræ enim reipubl. firmiſsimum præſidium, eorúmque virorum quos nuper veſtro magno damno & dolore amiſiſtis, iacturæ reſarciẽdæ præſentiſsima remedia procuratis. Omnino quicũque veſtræ reipubl. bene volunt, magna cum voluptate audiũt, vos decreuiſſe Academiã veſtrã Lauſannenſem non ædificiis modò ſed viris (quibus maximè conſtant Academiæ) exquiſitius ornare. id enim pertinet ad reipubl. veſtræ reſpectum atque dignitatem, ſtatus incolumitatem, ſubiectorum neceſſitatem atque vtilitatem, vicinorum & exterorum magnam opportunitatem. Quid verò de ipſa ſperare in poſterum poſſitis, fructus à vobis abundè collecti demonſtrare poſſunt. Teſtis eſt veſtra reſpub. teſtis Eccleſia, quæ ex hoc ſeminario pulcherrimas arbores eduxit: teſtes ſunt vniuerſæ prouincię veſtræ & vrbes & Eccleſiæ (& ipſa diſertè Lauſanna, quæ Ioannis Bouis vtile miniſterium, id eſt magnum & emolumentum & ornamentum ſuum huic veſtræ Academiæ debet) teſtes denique complures & vicinæ & exterę Eccleſiæ, quæ fœcundi huiuſce agri fructus vberrimos perceperunt. Vobis igitur de hoc conſilio veſtro omnia feliciſſima præſagimus, & vt omnia feliciſſimè ſuccedant, etiam atque etiam optamus. Peto autem à veſtra amplitudine, vt hanc animi noſtri qualemcunque ſignificationem in bonam partem interpretemini: & quãdoquidem hoc tribuiſtis humanitati veſtræ vt me ſuſciperetis, tribuatis idem conſtantiæ vt ſuſceptum tueamini & foueatis. VALETE & SALVETE, ampliſſimi viri. Dominus Deus rempublicam veſtram ab omnibus incommodis liberet, ſtatum veſtrum virtute ſua protegat atque tueatur, perpetuáque trãquillitate, quæ cum vera ſit pietate coniuncta, veſtram poſteritatem locupletet.
LAVSANNAE. CAL. OCTOBR. M. D. LXXVII.

VESTRAE AMPLITVDINI
addictiſsimus IOANNES SERRANVS.

BLASIVS MARCVARDVS, IN ACADEMIA BERNENSI OLIM THEOLOGIAE PROFESSOR.

Ille ſophos inter nullo non iudice princeps,
Notus adhuc noſtris non ſatis Auſoniis,
Prodidit ingentes docto de pectore gazas,
Dona quidem ſcopulis obſita terrificis:
Donec iter pandis, Serrane, & peruia tranas
Æquora, remigio reddita tuta tuo.
Fallor, Ariſtocle͂ ſi plus deuincta vetuſtas,
Quàm tibi, docta tuo munere, poſteritas.

FELICI MEMORIAE BLASII MARCVARDI, DOCTISS. THEOLOGI ET PHILOSOPHI, ET, QVOD MAXIMVM EST, OPTIMI VIRI: QVI IN IPSA AETATIS SVAE AESTATE, DVM PATRIA ET AMICI AVCTIOREM AB IPSO MESSEM SPERABANT, IN COELVM COMMIGRAVIT: IOANNES SERRANVS, AMICVS AMICO MOERENS POSVIT.

QVINTA ΣΥΖΥΓΙΑ,

AD QVAM CONTVLIMVS

PHYSICA, ET THEOLOGICA,

(VT VOCANT) IDEST,

πὰ μϛ' πὰ φυσικά, quæ & vna opera
ferè tractantur à Platone.

Hi verò ſunt Dialogi,

TIMAEVS, ἢ Περὶ φύσεως. id eſt, De natura. ſiue, De vniuerſitate.

TIMAEI LOCRI, Περὶ ψυχᾶς κόσμου καὶ φύσιος. id eſt, De mundi anima & natura. Doricé.

CRITIAS, ἢ Ἀτλαντικός. id eſt, Atlanticus. Appendix Timæi, de priſci mundi hiſtoria.

PARMENIDES, ἢ Περὶ ἰδεῶν. id eſt, De Ideis.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ, ἢ Περὶ ἔρωτος. id eſt, Conuiuium. ſiue, De amore.

PHAEDRVS, ἢ Περὶ καλοῦ. id eſt, De pulchro.

HIPPIAS MINOR, ἢ Περὶ καλοῦ. id eſt, De pulchro.

TIMAIOΣ, TIMAEVS,

Hʹ,

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ.

Siue,

DE NATVRA,

Siue, de Vniuerſitate.

ARGVMENTVM.

INITIO quintæ Syzygiæ, quæ vt pulcherrimam ita obſcuriſſimam & maximis difficultatum ſalebris inuolutam complectitur doctrinam, illa ipſa nobis ſunt repetenda, quæ in primordio vniuerſæ ſcriptionis iam ſumus præfati: nimirum, etiam atque etiam prouidendum eſſe in his diſputationibus, vt duo extrema cauëamus: ne dum pulcherrimæ cognitionis ſtudio vehementius tenemur, ethnicarum ſirenum illecebris capiamur. id eſt, repleamur prauarum opinionum præiudiciis. vel dum conamur horum errorum ſcopulos euitare, ea remedia iis emolliëdis inſtituamus adhibere, commodius interpretando philoſophorum ſententias, vt aliena perſona illos prorſus induamus, & veritatem transformemus: huiuſmodi eis affingendo de quibus ne ipſi quidem vnquam cogitarint, & germanæ veritati vim etiam inferamus: quorum illud ineptiſſimum, hoc ſceleratiſſimum. Non enim ideo debent legi ethnicorũ philoſophorũ ſcripta à nobis, vt ab illis petamus cognitionẽ veritatis tanquã è fontibus: ſed vt perſpiciamus, quatenus progrediatur humana ratio in cognitione de Deo & de virtute & de vita æterna: videlicet hactenus, vt ſint homines αὐτοδίδακτοι, ex naturalis illius cognitionis luce, quæ in tantæ corruptionis, qua genus humanum planè obuolutũ eſt, tenebris lucet. Ea verò lux ſi in quoquã ethnico & tenebroſo homine emicuit, in Platone certè emicuit, in quo tamen & maximæ & periculoſiſsimæ ſunt tenebræ. ſed commoda quædam ratio comperienda eſt, qua tutò in hoc ſcriptorum genere verſari poſsimus, ne non modò inutilis ſed pernicioſa ſit nobis illorum autorum lectio. Hæc autem mihi quidem tutiſsima videtur regula, ad certam fructuoſámque philoſophicæ doctrinæ cognitionem: Vti adhibita iudicii diligentis animaduerſione, quídnam illi dicant, prudenter conſideremus: quæ primæuæ, id eſt vnius, veritatis veſtigia apparebunt, ſtudioſè amplectamur: ac proinde eodem veritatis ἔλεγχῳ mendacium in illis deprehendamus atque conuincamus. Mendacium autem erit, quicquid à veritate aberrabit. ſibi enim vbique conſentiens eſt veritas. Illud autem Veritas exiſtimandum erit in philoſophis, quod propius acceſſerit ad eam doctrinã quæ in ſacris Bibliorum libris continetur, quæ eſt vna & certa veritas, & germana philoſophia. quicquid ergo vel diſertè cum illa conſentit, vel ipſius principiorum ἀκολουθίᾳ, verum eſt. Illa igitur primæ veritatis veſtigia in philoſophis diligenter ſunt obſeruanda: quæ quidem non pauca apud illos comperiuntur. ſed quàm abſurdè in media via deficiunt! quàm ineptas concluſiones ex bonis principiis eliciunt! Conuincendo igitur mendacio, cuius apud illos magna copia eſt, ita aduerſus eos agendum erit, vt ipſi de ſeipſis profitentur. Rerum enim veritatem non affirmant penes ſe eſſe, ſed tantùm ἐικόνας illius veritatis, quãtum quidem in hominem cadere poſſunt, & τόπῳ etiam λογισμῷ ἀπείκασται. i. adulterina quadã ratiocinatione effictas atque efformatas. fatẽtur ſe diuino quodã ſermone opus habere quo ad veritatem deducantur, quam ſe amicè amplexuros teſtantur, ſiquis demonſtrarit, & meliora docuerit. In hoc maximè argumento obſcuriſſimo quidẽ illo, id ſubinde inculcat Plato auxilium à Deo implorans, vt ducem ſe præbeat in his ſalebroſis mæandris. Quid hîc ergo? A philoſophis ad ipſos philoſophos prouocemus, & illas ſcintillas veritatis quæ in ipſis apparebunt, iiſdem ipſis opponamus, & mendacium inde deprehendamus, quum ſibiipſis repugnabunt philoſophi: quum vna ſit & ſemper ſibi conſtans & conſentanea veritas, ſicuti dixi. Sed de his, hoc quidem loco, ſatis ſupérque. In hoc autem argumento dedi operam vt illius regulæ vim ad vſum reuocarem: Myſteriorum pruritum ſemoui, quo mirum in modum titillantur ferè interpretes, vt non tolerandas alioqui tenebras nouis tenebris cumulent: quantum potui, rem planè & ſimpliciter explicáui: ſiquid eſſet μυσταγωγὸν (vt Conuiuium & Phædrus) & indicaui & conatus ſum perſpicua doctrina planum facere: noua myſteria auerſatus ſum: aphoriſticæ illius indicationis notis, ſcopum & ἀκολουθίαν diſputationis commonſtraui: ſummam doctrinæ conatus ſum diſtinctis articulis comprehẽdere, vt bono & prudenti lectori liberius puriúſq; iudicium relinqueretur. Hæc autem mihi ad obſcuriſſimæ iſtius diſputationis primordium fuerunt præfanda: ſub quam reuocaui PHYSICA & METAPHYSICA, de quorum ordine & ſerie primùm dicendum eſt vniuerſim, meo more: vt vnicuique deinceps peculiare & proprium argumentum accommodem.

ETHICIS & Politicis, Phyſica & Metaphyſica poſtpoſuimus, indicatum à Platone ordinem ipſámque rationem ſequuti. Vult enim ille primum eſſe hominum ſtudium, vt ſe norint commodis moribus componere, familias prudenter regere, & in republica verſari, vtũ probum & prudentem ciuem decet, antequam ad naturæ diſquiſitionem accedant; quæ quidẽ ſolida ſobriáque vitæ ciuilis cognitione deſtituta, inanis eſt & infructuoſa μετεωρολογία. Deinde Phyſica & Metaphyſica, i. theologica, cõiunximus, noſtri quoq; philoſophi autoritatem ſequuti, quæ qui-

dē & ipſa vērā ratione innititur. fieri enim nullo modo poteſt vt fructuoſē cognoſcamus Naturā, niſi perſpecto Naturæ opifice atque domino: nec vt ſeriò Naturæ miracula cognoſcamus, ſi nos ipſos ignoremus. id eſt animum noſtrum, & illius poſt hanc mortalem & caducam vitam ſtatum. Hæc enim duo ſunt Platonicæ θεολογίας capita, Dei & Hominis cognitio. princeps certè atque primarius vniuerſæ noſtræ vitæ finis eſt, vt Deum cognoſcamus: proximus, vt noſmetipſos. Ex illius ordinis commonſtratione, iſtos dialogos digeſſimus. TIMAEO primum dedimus locum, quia vtrunque illud caput Metaphyſices complectebatur, & vniuerſæ φυσικῆς ἀκροάσεως ſummam exquiſitiſſimam. TIMAEVS LOCRVS, Doricè ſcriptus eſt, vel illius ſumma, vel περιπίτυπον, vel potius ἀπόχαφον: ex quo veluti fonte, copioſiſſimam illam diſputationem deriuauit Plato, & commentario illuſtrauit. CRITIAS, eſt illuſtratio proœmii illius, de priſca mundi hiſtoria, quam facit ſibi aditum ad hiſtoriam de mundi creatione: ſicuti ſuo loco dicemus. PARMENIDES, agit de rerum cauſis. id eſt, de Deo, primaria & omnipotente rerum omnium cauſa: & de cauſis naturalibus, quas Deus & creauit, & vt vult, efficaces reddit. CONVIVIVM, totum verſatur in explicāda ea vi quam Deus inſeuit in omnibus rebus, qua ſeipſas conſeruant: & ea quidem potiſſimùm appetitione animi humani, ſiue bona ſiue mala, quæ ad res gerendas maximè valet, quippe quæ ſit principium actionis in homine. ita partim eſt φυσικὸς, partim θεολογικός. quemadmodum explicabimus. PHAEDRVS, totus eſt in animi humani conditione demonſtranda, & eius facultatibus: quatenus nimirum pulcher, quatenus deformis: accedēte vel virtute vel vitio. ita ad ſecundam περὶ τὰ φυσικὰ partem ſpectat, De hominis cognitione. HIPPIAS minor, in eodem quidem argumēto, quo Phædrus, verſatur: ſed quod illic δογματικῶς, hîc αἱρετικῶς tractatur, aduerſus Sophiſtas, quibus erat capitalis hoſtis Plato. Atq; hæc quidem hactenus de iſtius συζυγίας ſerie atque ordine dicta ſunto.

DE TIMAEO HAEC SINGVLATIM.

Θέσις ſiue ſcopus diſputationis, ex ipſo titulo apparet, DE VNIVERSI NATVRA. complectitur enim doctrinam ſententiámque Platonis de Rerum natura. id eſt, de Vniuerſi & omniū ipſius partium creatione, cauſis, facultatibus. ita diſputationis ſubiectum, eſt, Phyſices explicatio. Docet enim philoſophus, quo principio atque primordio Vniuerſum ſingulæque ipſius partes, & extiterint & ſubſiſtant etiamnum, atque conſeruentur: eccuius potentia atque virtute. nimirum, & creatum eſſe mundum à Deo, & ab eodem, eadem illa ſua qua ipſum crearat atque condiderat, vi atque efficacia, potenter contineri, Naturæ cauſis ad illum finem ab ipſo creatis atque ordinatis. Itaque, neque fortuitò, nulla cauſa antegreſſa, neque per ſe, Mundum extitiſſe ab æterno: ſed certo initio incepiſſe exiſtere, certo quidem Dei decreto, efficacique potentia: qui videlicet in mente ſua delineatam Mundi imaginem ſtato tempore creauit atque condidit, ita vt reuera certo quodam & firmo modo exiſteret. Explicat præterea mirabilem vim Naturæ, vires, effecta. illam ſiquidē creatam à Deo docet, & primum quoque rerum omnium creatarum πάθος, Tempus, ab eodem illo architecto creatum: vt conuellantur fundamenta profanæ philoſophiæ, ex temporis æternitate, mundum æternum conſtituentis, ad opificis opprobrium. Exponit igitur Naturæ cauſas quas Dei primarias miniſtras eſſe docet, & certas diſtinctáſque operas opificis imperio atque mandato habuiſſe. agit enim Natura efficaciter imperantis potentia, & (vt inquit ille) ὑφ' ἁρμονικοῖς δημιουργοῦ λόγοις οὐσοῦται, τῆς ὑπείκουσης ἐνεργείας σωφρονοῦσα. quæ quidem verba Platonicis illis exponendis adhibentur, Ἔμφρονος φύσεως αἰτίαι, αἷς ὑπηρετούσαις καὶ ξυνεργοῖς ὁ Θεὸς χρῆται, πρὸς τὸ ἀρίστου ἰδέαν ἀποτελῶν. ſicuti ſuo loco dicemus. Vniuerſim igitur explicata Naturæ vi atque efficacia, de Homine tum agit ſingulatim, omnium animantium præſtantiſſimo, & potiſſima proinde mundi parte. illius verò opificium, & corporis & animi, diligenter perſequitur. Itaque ſimpliciſsima eſto huius diſputationis θέσις, DE NATVRA, SIVE RERVM VNIVERSITATE. id eſt, de illius creatione, vi & efficacia, ſingulis partibus, Homine maximè, præſtātiſsima illius parte. ideo enim μικρόκοσμον vocant interpretes. Eſt autē Dialogus maximè quidem φυσικός. potiſſima enim diſputationis pars in Natura explicanda verſatur: eſt etiam θεολογικός. nam & Dei opificis vim & potentiam docet in mundo & creando & conſeruando: docet rerum principia & cauſas, & quidem, ſi cum cæterorum philoſophorum diſputationibus conferatur, maximè metaphyſicè: ſicuti ex ipſis locis planum erit. Indicato diſputationis ſcopo, copioſiſsimæ quidem illius & præclara rerum pulcherrimarū ſupellectile inſtructiſſimæ, reſtat vt illius quoque οἰκονομίαν notemus pro more noſtro, vt ſingularū quoque rerū ἀκολουθίαν & ſeriem perſpiciamus. Nouis ergo illis de triplici mūdo myſteriis quæ à vulgo interpretum probantur (nimirum cœleſti exemplari & humano: in quo ordine aiunt vniuerſam hanc diſputationem contineri) ſecurè prætermiſsis, hanc illius οἰκονομίαν ſimpliciter ſtatuo.

VNIVERSI Dialogi duæ ſunt partes: τὸ προοίμιον, id eſt Præfatio: & φυσικὴ ἀκρόασις, id eſt, ipſarum rerum nimirum naturalium tractatio. PRAEFATIO rei principali accommodata eſt. nam poſt politicorum longam diſputationem (cuius quandam ſummam repetit Socrates) accommodatè de rebus naturalibus agendum docet, hominum animis rerum ad ſocietatem continendam colendámque neceſſariarum ſeria cognitione imbutis. Hæc præfatus, tribuit partes diſſerendi de rebus naturalibus, Timæo Locro Pythagoreo, in huiuſmodi rerum cognitione maximè verſato: ipſe verò hoc munus detrectat, quippe qui philoſophiam ad mores vitámque reuocarat. In hac enim diſputatione non docet, ſed auditor eſt, Socrates. Verùm vt opportunior molliórque aditus ad illam Naturæ tractationem ſterneretur, commodam mentionem iniicit de priſcæ illius & primæuæ ætatis hiſtoria, quæ proximè acceſsit ad mundi incunabula atque originem: cuius creatio primum eſt caput iſtius diſputationis. Illum enim ſermonem de bello Atlantico, hiſtoriam ſimplicem eſſe aio: nec poſſum pro-

probare ſententiam eorum interpretum, qui hæc omnia μυθολογῶς intelligunt, & vniuerſam doctrinam quæ deinceps in ipſa diſputatione explicatur, eò cogunt atque compellunt: importunè, vt mihi quidem videtur, nec verè: quum & neget Plato eſſe confictam fabulam, & ἀληθινὸν λόγον diſertè eſſe contẽdat. quod ex Critia perſpicuè apparebit, in quo illius hiſtoriæ inſtituitur præclara ἐπιξεργασία, tanquam veræ hiſtoriæ. Verum quidem eſt totam illam hiſtoriam redolere πίνον, id eſt, ſitum & ſqualorem obſoletæ cuiuſdam vetuſtatis quæ cauſam præbuit interpretum μυθολογίας. extant tamen nonnullæ veræ ἀρχαιολογίας veſtigia, vt, quum vniuerſum quoddam diluuium, & ante illud tempus ciuitates multas, & ſocietatem generis humani variè & amplificatam & excultam fuiſſe ait, qua de re ſuis locis. Summa autem eſt, Penes Græcos non eſſe memoriam veræ antiquitatis: &, Veræ antiquitatis originem à creatione Vniuerſi deducendam. tempus autem illud quod propius ad eam acceſſerit, antiquius eſſe cenſendum.

Opportunus ita patefit aditus ad legitimum ſermonem de Vniuerſi natura, cuius primùm creatio atque origo inueſtigatur, tum natura, πάθη, cauſæ, vires, effecta: quæ eſt vera naturæ ἀκρόασις, quam iſtius diſputationis ſubiectum ſtatuimus, & Dialogi ipſius ſecundam partem. quæ quidem rurſus diſtinctis particulis ſubdiuidenda atque explicanda eſt. Illam igitur in tres partes diſtribuimus. Prima, complectitur certas quaſdam hypotheſes, neceſſarias ad inſtituti argumenti demonſtrationem & intelligentiam: quemadmodum poſtulant veræ ἀποδείξεως leges, quæ non niſi ex antegreſsis nonnullis conſtare poteſt. hoc Plato προοίμιον vocat, reliquam diſputationem, νόμον: eleganti certè dicendi genere, quo ſignificat illas hypotheſes, legitimæ illius diſputationis tanquam perferendæ legis cauſa fuiſſe ſubſtratas. Secunda, docet cauſas & modum Vniuerſi ſiue mundi creati. id eſt, A QVO: EX QVO: CVR, & QVOMODO. Tertia, eſt copioſa & accurata ἐπιξεργασία illius pulcherrimæ doctrinæ. Verùm hæ quidem partes vniuerſim ita indicatæ, ſingulatim ſunt à nobis iterum explicandæ.

Acturus de re omnium grauiſsima, Dei opem auxiliúmq; primùm implorat: & qua de re ſit dicturus, & quo ordine ſit vſurus, docet: De Vniuerſi nimirum & hominis creatione & natura. Ita ſeptem hypotheſes ſubſternit. I. Aliquid eſt quod ſemper eſt, nec vllum habet ortum. id eſt τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον: aliquid quod ſemper ſit, neque verè vnquam eſt. id eſt, τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε. II. Illud τὸ verè ὄν, intelligẽtia & ratione cõprehẽditur: illud τὸ γιγνόμενον, opinione cum ſenſu quodam rationis experte percipitur. III. Illud verè ὄν, ſemper exiſtit, eodem ſemper modo habet, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν: hoc verò τὸ γιγνόμενον,, vt ſit ita perit, nec vnquam verè exiſtit. id eſt ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. IIII. Quicquid fit, neceſſariò fit ab aliqua cauſa. V. Duo ſunt παραδείγματα. I. Exẽplaria ad quæ opifex Vniuerſi (id eſt, ὁ δημιουργὸς, ὁ Θεὸς, ὁ ποιητὴς καὶ πατὴρ τοῦ ὅλου. (ſic enim Deũ mundi opificẽ, vnũ quidẽ & verũ Deũ, deſignat) reſpexerit, dũ res ipſas crearet: vnũ, τὸ κατὰ ταὐτὰ ὄν, & ſempiternũ: alterũ γενητὸς ſiue γιγνόμενον, & generationi nimirũ & alterationi obnoxiũ. VI. Opifex ille vniuerſi non egit temerè, ſed certa animi ἰδέα, quæ in mente ab æterno repræſentauit operis illius, quod volebat efficere, παράδειγμα ſiue εἰκόνα: vnde ſuo tempore res ipſæ natæ ſunt & reuera extiterũt. VII. Rerum ipſarum aliæ ſunt creatæ ad ſempiternum παράδειγμα: aliæ, ad γενητόν. Ipſum Vniuerſum ſiue mundus ipſe, ſiue cœlum (hæc enim in hoc argumento ſunt συνώνυμα) creatum eſt ad ſempiternũ exemplar: res ſingulares, ad generabile. quomodo autem hæc ſint ex Platonis mente intelligẽda, poſtea copioſius dicemus. At obiter hoc notandum eſt, non ſtatui quidem hîc duo παραδείγματα: licet & γενητοῦ ſiue γενόμενος παραδείγματος fiat mentio, & ἀεὶ δέ ου. ſed idcirco hæc dici, vt perſpiciatur diſcrimen inter Vniuerſi, & rerum ſingularium naturam. quanuis enim res ſingulares Vniuerſi ambitu atque communitate quadam comprehendãtur, ac proinde vnicum ſit παράδειγμα mũdi, & vnus mundus, non plures: ſicuti & vnica eſt mens architectrix: nihilominus tamen diſtinxit Opifex rerum illarum naturas: ita vt Vniuerſo conſtantiorem, rebus ſingularibus fluxam atque caducã tribuerit naturã: quæ certè & ipſæ temerè nõ contingunt, ſed ſuum habent παράδειγμα quodãmodo. His poſitis Plato, teſtatur obſcuriſſimam eſſe harum rerum explicationem: quæ vt per ſe certiſſima ſit, ab hominibus tamen vix ac ne vix quidem poſsit ſatis commodè comprehendi: illis tamen ſatis eſſe futurũ, ſi cõſentaneas habeant auguſtiſſimæ illius veritatis imagines, id eſt, εἰκότας καὶ ἀναλόγους ſermones, quantum in probabilem quãdam fidem cadere queant, vt nec vltrà curioſius ſit inueſtigandum.

Ita præfatus, accedit ad ipſum νόμον, id eſt, legitimam φυσικῆς ἀκροάσεως tractationem: quam duabus quoque partibus conſtare diximus. de prima, primo loco: quæ docet cauſam & modum Vniuerſitatis conditæ. Cauſam autem voco ipſam rerum παραδείγμων ἀρχήν: quam quidem planè ſeiungo à cauſis naturalibus, quæ ſuo quidem modo agunt, ſed non vt cauſæ propriè & per ſe, ſed vt concauſæ. i. οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ ξυναίτια, οἷς ἐπιτρεπῶν ὁ Θεὸς χρῆται, vt iam diximus. De cauſis igitur illis naturalibus, ſiue ſint ἀρχαὶ ſiue στοιχεῖα, aget ſuo loco. nunc de vero Vniuerſi principio ſiue vera Cauſa agit: quæ quidem illi eſt, DEVS OPIFEX, vt rem vno verbo dicam. Scio aliter doceri à vulgo interpretum, apud quos tria ſunt rerum principia ex Platonis ſententia, Deus, Materia, & Idea. quæ quidem non nego: ſed an difficillimæ iſtius Platonis ſententiæ vera ratio melius comprehendi poſsit quàm eo modo quem indico, eruditi iudicent, accuratè examinatis vniuerſi iſtius ſermonis partibus & circunſtantiis. Hæc quidem fateor ab illo obſcurè tractari. quum tamen credendum ſit, Platonem voluiſſe ſuam hac de re ſententiam exponere, conemur nos quoque in his tenebris facem præferre veritati, quantum fieri poterit: quum videlicet nec ipſe quoque Plato fortaſſe ſatis rectè ſeipſum intellexerit. id eſt, ea quæ aliũde è meliore doctrina acceperat: quippe qui ſuam his de rebus narrationem, ἄπιστον καὶ ἀήθη eſſe fateatur.

Deus Vniuerſum hoc creauit. ille igitur eſt vnũ & verũ principiũ Vniuerſi. Iam verò in illo creãdo, voluit ſeruare illum ordinem quem vt optimum rebus efficiendis, conſtituit ipſe. Itaq; in Deo illo opifice, cauſarum δύναμις animaduerti atque notari debet. & illum quidem ita proponit Plato, quemadmodum præfatus erat ſe de tantarum rerum myſteriis dicturum, videlicet ἀνθρωπίνως. Illum igitur exhibet veluti opificem quendam. ideo vocat δημιουργὸν, & ait eum ποιεῖν, δημιουργεῖν, πεπαίνεσθαι, διαζωγραφεῖν, ἀπεργάζεσθαι, μηχανᾶσθαι, &c. quibus quidem vocabulis artificis in delineando fu-

turo opere induſtria & ratio, & in efficiendo vis & modus, repræſentatur. Opifici aliquod opus arte effecturo duæ res ſunt neceſſariæ, Materia & Forma. & in forma quidem illa quam homo ſuis operibus tribuit, multa ſunt diſtinctè notanda. Adeſt in opificis mente, vis ingenii ad opus delineandum: & in opere illo efficiendo proponit ſibi aliquem finem. duæ ſunt illæ potentiſsimæ operis cauſæ in animo hominis, Artis cognitio, & Finis. illa, operis præſtandi, hæc, ſuſcipiendi cauſam rationémque dictat menti opificis. Hæc eſt in hominis opificis mente ἰδέα, quæ propoſito conſtitutóq; ſibi operis alicuius efficiẽdi fine, delineat tum opus illud. inde illius Ideæ vi cõformatur παράδειγμα ſiue εἰκών, primus quidem Ideæ fœtus, quæ delineata illa imagine opus nondum natum ſibi repræſentat, & quaſi effectum oculis notat atque deſignat. Denique, nactus materiam opifex, animi ſui exemplar atque conformationem educit in ipſa materia. id eſt, quod animo conceperat, reuera præſtat. Ita naſcitur opus ex ſubſtrata materia & formæ vi atque potentia: in quo opere hæc ſunt diſtinctè notanda, Idea, Finis, Exemplar, Materia, Manus artificis: vt ipſum denique Opus exiſtat. His poſitis, ex illius methodi philoſopho noſtro vſitatæ regula, quæ monet παραμύθασθαι ſiue παραμελέτω rerum maximarum poſſe fieri in rebus minimis: cõſequens eſt, vt quod de opifice homine diximus, videamus quatenus conueniat Deo opifici: inter quos certè tantum diſcrimen eſt, quantum eſſe debet inter Deum & hominem. in Deo videlicet, omnia ſunt perfectiſsima: in homine, imperfectiſsima. Sed quoniam ſimilium quorundã cognitione hac in re indigemus, nihil obſtat quominus ἀναλογίας veſtigiis inſiſtentes, rei minimæ indicatione, rem maximam pro modulo noſtro complecti conemur.

Dei opificis opus eſt, Vniuerſum. in quo creando atque efficiendo hunc ordinem notat Plato. quemadmodum ad opus aliquod efficiẽdum duæ res neceſſariæ ſunt, Materia videlicet & Forma, ita & Deum in creando mundo coniunxiſſe Materiam & Formam. i. (vt loquitur ipſe) Νοῦν & Ἀνάγκην. hæ duæ enim cauſæ notantur in principio Dorici Autographi. At latiſsimum eſt hîc inter Deũ & hominem diſcrimen, vt diximus. hic enim extrinſecus aſſumit materiam: ille, ex ſeipſo. Ita duæ ſunt in Deo ἀρχικαὶ & παραπυρικαὶ Mundi cauſæ: & ita quidem vt ſint παράπλους καὶ ἀπρόσπτωτος καὶ ἀνεπινόητος αὐτοπόριστοι in Deo. quemadmodũ explicant interpretes. Vt enim in Deo Idea, eſt, ὡς ποιὰ αἰώνιος & ἀρχέτυπος εἰκών, αὐπαὲ & παράπλους οὖσα, ita & Materia: hactenus quidem quatenus omnia ſunt æterna in Deo. Vt igitur decretũ de forma Vniuerſi fuit in Deo æternum, ita & de Materia. Hunc in modum de Materia & Forma in Deo agere voluiſſe videtur Plato. quanquã obſcurè & inuolutè, ſicuti mox oſtendemus.

De Forma, primo loco: de Materia deinde aget ſecundo. Ait igitur, Deum hunc mundum creaſſe, efformaſſe, cõſtituiſſe. i. δεδημιουργηκέναι, πεποιηκέναι, ξυνῆσαι. MENS igitur Dei decreuit ab æterno creare mundum, & quidem optimo ſibi fine propoſito. quem quidem finem non ſatis perſpicuè explicat Plato. finem enim opifici Deo propoſitum eſſe dicit, vt pulcherrimum opus ederet. quod quidem verum eſt. Vidit enim Deus, & omnia quæ fecit bona erant. quæ eſt clauſula in hiſtoria de mundi creatione. Sed fuit ille ſubordinatus finis in Deo: princeps & primarius, & (vt loquũtur) ἀρχιτεκτονικὸς, fuit Dei opificis gloria. Duæ ſunt igitur illæ cauſæ in Formæ διατάξει, in qua explicanda verſamur, Finis optimus & Idea. Decretum illud de mundo creando, ſubſequutum eſt παράδειγμα ſiue εἰκὼν mundi creandi. id eſt, delineauit Deus imaginem illius mundi quem ſuo tempore erat creaturus. Sed hîc maxima eſt differentia inter Deum & hominem. quicquid enim agit homo, agit in tempore & gradibus quibuſdam: at in Deo omnia ſunt æterna. AEternum fuit Dei decretum de mundo creando; æternum quoque illius decreti exemplar. ſed nos homines, qui in his figulinis domunculis non poſſumus perſpicere iubar ἀπροσώπου illius lucis, ita balbutimus. Hæc ergo ante ipſam mundi γένεσιν agnoſcit philoſophus in Dei mente: Finem, Ideam, Exemplar ſiue imaginem futuri operis. IDEA nimirum, eſt æterna illa diuini decreti prouidentia atque cognitio de mundo creando, cum omnipotenti Dei ſapientia atque virtute coniuncta. FINIS ἀρχιτεκτονικὸς, Optimũ illud, quod ſibi proponit Deus in æterno illo decreto ſuo. EXEMPLAR ſiue IMAGO, eſt futuri operis delineatio ex vi atque efficacia æterni illius decreti. quod quidem vnum eſt in mente Opificis: varia tamen ratione duplex dicitur; ex earum videlicet rerum natura, quæ exiſtunt. Vnum enim, τὸ κατὰ ταὐτὰ ὄν, & quidem ſempiternum: alterum, γενητὸς καὶ γινητὸν, quod nunquam verè eſt, ſed ſubinde commutatur. Ex duplicis illius Exemplaris ratione, duplex quoque extitit natura rerum. aliæ enim ſempiternæ, Mundus nimirum, quem etiam hac de cauſa εἰκόνα τοῦ νοητοῦ, θεὸν αἰσθητὸν, μέγιστον καὶ ἄριστον, κάλλιστον καὶ τελεώτατον, vocat, & μονογενῆ. i. imaginem intelligibilis, Deum ſenſilem, maximum & optimum, pulcherrimum & perfectiſsimum, & vnigenitum. Illum autem creatum eſſe ait, & quidem ſæpe hoc inculcans. Diſerta hæc ſunt verba initio diſputationis, Πότερον ἦν ὁ κόσμος, γενέσεως ἀρχὴν οὐδεμίαν ἔχων; ἢ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀφωρμένος; Reſpondet, Γέγονεν, &c. Eſſet autem importunum & ſuperuacaneum huiuſmodi locos congerere, qui de mundi generatione teſtentur: quum id tam frequens ſit, quàm quod frequentiſsimum. De mundi autẽ fine aliquando deſituri, hæc ait Plato, Χρόνος μετ' οὐρανοῦ (i. mundo. ſunt enim ſynonyma, vti diximus) γέγονεν, ἵνα ἅμα γενηθέντες, ἅμα καὶ λυθῶσιν. quanquam & λύσιν illam exceptione quadam adhibita explicat. Inde igitur cõſtat, Platonẽ grauiſsimo ἀσκάτῳ inuolui: qui ſibiipſi repugnãtia loqui apertè videatur. Modò enim perſpicuè videtur ſtatuere mundũ creatum, modò tamẽ æternum dicere.

Διέξοδος, quatenus Mundum æternũ ſtatuat Plato.

Verumenimuero, niſi ſolida ad illam dubitationem reſponſio ex verbis Platonis elici poſſet, expeditum & planum eſſet reſpondere: Minimè mirum eſſe debere, repugnare ſibiipſi hunc hominem, in tantis veritatis myſteriis: cuius non lucem quidem ipſam, ſed ſcintillas tãtùm quaſdam in mediis tenebris viderit. at certè aliæ videntur eſſe veræ & propriæ reſponſiones: quæ, ſi ἀκυρολογίας lapſu Platonem liberare non poſſunt, ἀσυσκότου ſaltem poſſunt: vt rata certáque maneat illi hæc ſententia, Mundum eſſe creatum: ac proinde quũ principio quodam inceperit, minimè eſſe æternum. Sed ad reſponſionem noſtram, age, quædam ſubſternamus, ex illius doctrina.

Τὸ ὄν non vno modo dicitur, ſed varié: quemadmodum ſæpe diximus ſuprá: & quidem in hoc argumento, in quo τὸ ὂν opponitur τῷ γιγνομένῳ, & negatur planè τὸ γιγνόμενον, ἓν. vt quidem τὸ ὂν hîc acci-

piatur pro eo quod verè & conſtanter eſt,nimirum vt ſit τὸ ὂν ὄντως ὄν,& τὸ ὂν αἰώνιον.i.ſempiternum. Illud igitur Τὸ ὂν αἰώνιον dupliciter dicitur: videlicet,τὸ ὂν αἰώνιον propriè & per ſe,& ex ipſa eſſentia, & vt cauſa, vt loquuntur interpretes.i. κυρίως καὶ πρώτως, καθ' ὕπαρξιν καὶ κατ' αἰτίαν τοῦ εἶναι. Aliud eſt τὸ αἰώνιον πη.i. quodammodo:neque abſolutè,ſed adhibita conditione quadã,videlicet κατὰ μετοχὴν αἰωνίου ὑπάρξεως.Ex primo illo ὄντως αἰωνίου genere eſt tantùm VNVS DEVS, benedictus in ſecula, qui non modò eſt αὐτοών,ſed & omnium τῶν ὄντων vera & vna cauſa. imò,etiamſi ipſa AEternitas cogitari à nobis non poſsit fuiſſe creata,quum nihil fuerit æternitate prius: tamen ſi æternitatem imaginari poſsimus eſſe aliquid ſeorſim à Deo, ſtatuendum eſt, Deum habere latentem cauſam æternitatis:quandoquidem vnus Deus eſt fons & origo omnis eſſentiæ. (de eo ente loquor quod verè eſt.nam peccatum,quod τὸ μὴ ὄντως ὄν vocant, eſt ἀπαξία ſiue στέρησις οὐσίας.)Igitur Deum ὑπὲρ αἰώνιον & ἐπέκεινα τοῦ αἰῶνος vocant Platonici,ex præceptoris doctrina.Ex ſecundo τῶν ὄντων genere haudubiè ſunt Angeli, & Animi noſtri:qui licet creati fuerint & principium habuerint,hactenus tamen atque in hunc finem creati ſunt à Deo,vt perdurent immortales: ac proinde αἰώνιοι quodammodo dici poſſunt ac debent:ne cum profanis & impiis hominibus illos vel mortales eſſe ſuſpicemur.

His poſitis,videndum eſt quatenus,& quibus exceptionibus adhibitis, Mundus æternus dicatur à Platone.non enim dici ab eo æternum ſimpliciter, iam notauimus:quum diſertè γένεσιν κόσμου agnoſcat & ſæpe id inculcet.Variis ergo circunſtantiis Mundus æternus ab illo dicitur. Primò, ſi decretum illud Dei de mundo creando conſideretur. mundus enim hactenus dici poſſe videtur æternus,quatenus æternum fuit illud de mundo creando decretum in mente Dei.quum videlicet non minus tunc extaret mundus in decreto Dei,quàm quum poſtea extitit reuera, à Deo creatus: ſicuti iam explicauimus. Secundò, Platoni quoque æternus dicitur mundus comparatè.i.firmus & conſtans, ſi cum huiuſmodi omnibus rebus comparetur, quæ perpetuo fluxu variè affectæ vltro citróque commutantur:vt ſunt omnes res ſingulares,& maxime animantes, quæ ludibrium videntur eſſe mutationum omnium. perſtat enim & perdurat Vniuerſi iſtius moles,dum non modò homines variè,ſed ipſa penè terræ facies ſubinde, & vrbium regnorúmque viciſſitudinibus & ſuiipſius propemodum alteratione,euariatur.Vniuerſum ergo mundi corpus,cum mẽbris ſuis cõparatum,æternũ hactenus videretur,ex illius doctrina:quandoquidẽ variæ mutationes ſubinde in res ſingulares cadunt,dum Mundus interea conſtanter perdurat. Cœlum maximè ipſum,huius cõſtantiæ illuſtre præ ſe fert monumentum, cuius in res inferiores magna eſt autoritas & potentia. Ideo & μονογενὲς dicitur, vel(vt inquiunt interpretes)διὰ τὸ πάντων τῶν ἐκτὸς ὅλων καὶ δευτέρων οὐσίαν:quòd res omnes ſuo ambitu complectatur: (Vniuerſum enim & Cœlum ſunt σωώνυμα,vti diximus) vel, quòd ſit omnium creaturarum præſtantiſsima, & cui in cæteras res creatas tributa eſt à Deo poteſtas. Tertiò,æternum vocat Mundum, non quidem ex ipſius natura, ſed ex Dei conſilio & voluntate.i.quandiu Deus voluerit mundum conſiſtere. ideo vbi dixit Plato mundum ſolutum iri atque periturum, mox ſubiungit explicationem, Ἂν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται.Et quænam ſit illa λύσις alibi exponit,introducens Opificem vnum & ſummum Deum,opera ſua alloquentem,& ſuperiora quidem,quibus ſingularem & cõſtantiorem quàm cæteris tribuit naturam: Ἐγὼ,inquit, δημιουργὸς καὶ πατὴρ ἔργων,ἃ δι' ἐμοῦ γέγονα,ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος.τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν παν, λυτόν.τὸ γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον βίου, λύειν ἐθέλειν,κακοῦ. δι' ἃ ἐπεὶ πάρα γεγένησθε,ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ,οὐδὲ ἄλυτοι τὸ πάμπαν &c.Significat & ipſum Vniuerſum & ipſam Vniuerſi ἀναλογίαν, quam animam vocat,fuiſſe creata à Deo: docet,quænam ſit illarum ipſarum rerum natura,vt quandoquidem natæ ſint, naturam quoque habeant fini & ſolutioni obnoxiam.hactenus autem conſtare ac permanere,quatenus illas Deus ſtabilierit atque firmarit potentia ſua atque virtute.Inferiorum ergo ratione,quibus regendis atque gubernandis creatæ ſunt à Deo, ſuperiores illæ res ipſúmque ſanè Vniuerſum æternitatem quandam habere videntur: ſed precariam quidem illam, & tandiu duraturam, quandiu Deus voluerit.Ergo erit illa æternitas ſuperiorum rerum,& cauſarum quidem naturalium, κατὰ χ:videlicet ex cõparatione earũ rerũ omniũ quæ ſubinde commutantur.Addo etiam Auguſtinum cẽſuiſſe,& noſtros etiam Theologos illius ſententiæ aſtipulari: Vniuerſitatem hanc vltimo illo die ita conflagratione (quæcunque tandem illa ſit futura) conſumptum iri, vt non ipſius quidem ſubſtantia pereat atque aboleatur,ſed vitioſæ tãtùm qualitates, quas peccati vanitas in ipſam etiam Vniuerſi molem importarat,deleantur:vt ἀποκατάστασιν ſuam mundus tandem conſequatur, & fiat nouum cœlum & noua terra:ſicuti diluuio quidem ablutus fuit,non deletus mundus.Lib.X x.de ciu.Dei, cap.X VIII.&c. Hæ ſunt exceptiones, quibus Mundum à Platone vocari æternum,colligi videtur ex ipſius verbis:vt quidem hoc pacto ſibi ipſe reconciliari videatur. Quum autem mundum vocat deum, & aſtra,deos, illud verò excuſari quî poſsit non video.nec certè ea quam addit,explicatio, mihi ſatisfacit:videlicet hactenus,quòd in auguſto illo miniſterio ſuo diis aſsimilentur.i.vt diſertis verbis notat,διὰ θεοῦ γένεσθαι,θεῷ ἰσάζοντα. quis enim ſine profana ἀκυρολογίᾳ,Dei nomen creaturis tribuat?quod & ipſe alibi diſertè agnoſcit. Explicata breuiter hac quæſtione, quantum quidem inſtitutæ ſcriptionis ferebat ratio,reſtat vt ad propoſitum redeamus.

In hac ſecunda φυσικῆς ἀκροάσεως parte,tria capita proponebamus explicãda, nimirum A QVO creatus eſſet Mundus.Deum autem illum eſſe opificem diximus. CVR:optimo videlicet fine.qua de re etiam egimus. Docuimus quoque EX QVO ſit creatus: è Materia nimirum: ſed de illa aget Plato in tertia parte accuratius. Reliquum eſt VT QVOMODO creatus fuerit Mundus, videamus. quod eſt quartum propoſitæ diuiſionis caput. Reditur ad inſtitutũ.

VNIVERSI creationis modum ita explicat Plato. Illud ait eſſe ζῶον ἔμψυχον,ἔννουν:ac proinde corpus & animum illi attribuit) & quidem ἀπλοῦν. quod enim ſub ſenſus cadit, ὁρατὸν videlicet & ἁπτὸν,corpus eſt.corpus autem ſine animo cõſiſtere nullo modo poteſt. Corpus vocat Aquam, aerem,ignem,terram,& quicquid oculis perſpici poteſt:Animum verò,mirabilem illam συμμετρίαν & ἀναλογίαν, qua cõſeruantur res omnes, quæ illius Vniuerſi ambitu continẽtur.Illam porro docet, & deinde illuſtrat adhibito diagrammate è Mathematicorum diſciplina. qua docendi methodo in illis eruditis ſeculis nihil poterat eſſe illuſtrius: hac noſtra ætate,propter mathematices igno-

rationem formidolosa sunt μορμολυκία, quorum obtentu imperiti ab augusti philosophi doctrina absterrentur,& ἀγωμέτρητοι sophistæ causam arripuerunt è schola expellendi Platonis, quem Pythagoreis numeris refertum clamitant.repensa sanè commodùm iniuria aduersus Platonem, qui olim scholæ suæ aditu ἀγεωμετρήτους arcebat.istæ sunt temporũ vicissitudines. At rectè intellectum διάγραμμα, ostendet quàm iniurii fuerint aduersus tanti philosophi doctrinam imperiti & vecordes sophistæ: quibus vel maximè inuitis,eruditorum omnium suffragiis feretur decretum de Platone ad veræ philosophiæ hereditatem possessionémque postliminio reuocando.Itaque, vt ad rem redeam,quoniam posuerat Plato, Vniuersum corpore & animo constare, de animo vt potiore parte,primo loco agit: tum verò de ipsius corpore.In quo explicando obscura quædam sequitur vestigia primigeniæ veritatis,id est,Mosaicæ historiæ de mundi creatione. Repetit, mundũ esse à Deo creatum.illam autem creationem singulatim explicaturus,docet, Tempus esse creatum, quod quidem definit,Κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰῶνος εἰκόνα:sed magis perspicuè esse ait distinctionem diei & noctis. qui fuit primus dies. Deum autem sua opera inspexisse ait, & mirum in modum gauisum fuisse: quæ duæ circunstantiæ sunt vmbræ veritatis. Inde Solis, Lunæ,& cæterorum planetarum creationem & officia describit. Et instituta præclara imagine,introducit Deum alloquentem superiorum illarum rerum potentias à se creatas, & tribuentem illis autoritatem in res inferiores. quæ quidem simplicissima fuisset doctrina,ex illo axiomate, SOL ET HOMO GENERANT HOMINEM. Inde tamen aperit originem fœdæ superstitionis,id est πολυθείας. quam vt ostenderet repugnare luci naturali,testatur μηδὲ δι' εἰκότων μηδὲ δι' ἀποδείξεων probari posse commenta de Diis.ait tamen adhibendam fidem esse patrum traditionibus de illis diis,quum id leges imperarent:quarum noxiam seueritatem,supplicio Socratis edoctus, pertimescens, maluit cum patriis superstitionibus euanescere,& πολυθείαν,contra expressam naturæ cognitionem, ipsámque adeò rationem,approbare,vt suo testimonio conuincatur. Illos autem inferiores deos,ad summi Dei differentiam, ἡγεμονὺς vocat, & ἔργα Θεοῦ,& διὰ τῶ Θεοῦ ἡγεμονεύοντας. illos etiam negat esse ἀθανάτους & ἀλύτους, nisi ex Opificis voluntate:ex quo,vt creatæ res, precariam quandam & temporariam diuinitatem habeant. ridiculis certè vocabulis. quis enim natum principióque aliquo finitum, & precariò sibi tãtùm constantem,nec planè immortalem Deum,sanus possit imaginari? Antiquam autem notat originem superstitionis,de qua disertè in Cratylo, vbi θεοὺς ἀπὸ τοῦ θεῖν dictos ait.abrepti enim homines cœlestis illius machinæ tot astrorũ splendidissimis corporibus illustratæ contemplatione, & augustam illam mirabilémque rerum superiorum vim atque efficaciam sentientes, deos astra esse dixerunt.quod certè in ipsis deorum gentilium nominibus perspicuè apparet,Iouis, Saturni, Mercurii,Solis,Lunæ,Veneris,&c.quæ sunt ipsorum planetarum nomina. Summi autem Dei ad inferiores illos deos mandatũ recitat,*Vti cæterorũ animalium corpora crearent*:Opifex autem testatur se,animi humani creandi,vt pote cognati atque immortalis, autoritatem sibi reseruasse. Animos igitur creasse,& singulis planetarum sphæris illos imposuisse.Audax & importuna subtilitas. quum & in Philebo disertis verbis dixerit Plato, Naturæ illius causas cum Deo(i.δημιουργούσῃ αἰτίᾳ) minimè esse cõfundẽdas. Verba illius sunt huiusmodi,Καὶ καθόσον (ait Opifex) μὴ αὐτῷ ἀθανάτοις θνητὰ σύμφυτον ἦι) προσήκει θεῖον λεχθὲν ἡγεμονοῦν τ' αὐτῆς, ἀεὶ δίκην καὶ ἡμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑποκρεμάσας ἐγὼ παραδέδωκα. τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα, καὶ γεννᾶτε. Ita significat vim atque potentiam causarum naturalium,quas creatas agnoscit:tum omnem illam potestatem à Deo pendere,illámque non in animũ, sed in corpus tantùm esse.Cætera,sunt nugæ rationis humanæ παραλογιζομένης.nec tamen, quicquid sit, Genethliaci possunt inde colligere firmamentum suarum influentiarum:quum disertè dicat Plato, Deum proprio & suo iure sibi vendicare autoritatem in animum immortalem: causas verè illas naturales hoc tantùm muneris habere vt mortale corpus cum immortali animo contexant,illúdque corpus ei aptent atque accommodent. Quod etiam disertè significat in eadem disputatione, Τῶν μὲν θείων αὐτὸς ὁ Θεὸς ἦν ποιητὴς δημιουργός· τῶν δὲ ἐκ τούτων τοῖς ἡδίοσιν ἤδη τοῖς ἑαυτῶ γεννήμασι προσέταξε δημιουργεῖν. tum subiungit, Illa corpus mortale animo παραδοῦναι ὡς ὄχημα. eadem planè sententia & alibi, alio quidem sensu, sed de humani tamen corporis artificio agens,Τοῖς μὲν ξυναιτίοις πρώτοις δημιουργηθὲν, τῇ δ' αἰτιωτάτῃ διανοίᾳ τοῦ ἅριστα ἐσομένου ἕνεκα εἰργασμένον. &, χρώμενος μὲν ταῖς παρὰ θεῶν αἰτίαις ὑπηρετούσαις. Ex quibus omnibus locis perspicuum est quantum tribuerit causis secundis,tantum illarum omnem vim ad summum Dei imperium reuocasse.

His mundi partibus explicatis,venit ad Hominis creationem: cuius hominis quum duas partes esse agnoscat,distinctam quoque illius creationem esse ait. Deum opificem videlicet,creare Animum:deos inferiores, id est causas naturales,Corpus. Vtriusque deinde statum ostendit,Animum nimirum cum corpore coniunctum in hac mortali & caduca vita,ex illa συμπαθείᾳ varium & multiplicem existere.id est,bene & malè agere. Bene quidẽ, quatenus impressam in se Dei similitudinẽ sequitur,iustè & honestè viuit: Malè autem, quatenus crassis & corporeis cupiditatibus se inuoluit.Itaque in animi & corporis dissolutione,id est morte,quum corpus mortale interit,animus autem immortalis viuit,varium quoque & multiplicem animi statum esse docet in illo δευτέρῳ βίῳ: felicem videlicet,& infelicem,prout nimirum vixerit : ineptissimas nugas ex Pythagoreorum cloacis intertexens. De purgationibus animi,De circulis secundæ vitæ : περὶ τῆς μετὰ φύσεως, & περὶ τῆς μεταψυχώσεως siue μετενσωματώσεως.quæ sunt parasyllogismi rationis humanæ euanescentis, & ex bonis principiis falsas & insolentes conclusiones nectentis. Bona enim sunt principia : Permanere animos post hanc mortem: &, Resurgere corpora. quæ tamen erroribus suis contaminarunt. Nos, Dei beneficio,illorum errores & deprehendimus & conuicimus,puræ atque germanæ veritatis ex verbo Dei, agnitione. Demonstrato animi in vtraque vita statu,Corporis mirabile opificium describit. quod quidẽ secundarum causarum vi compositum ait,ex elementorum videlicet temperamento: sed ita vt illas Dei ministras vocet,quibus Deus vtatur ad opus illud suum ex optimi exẽplaris ratione & formula,absoluendum.quæ verba iam citata non est importunum hîc iterum afferre,Ταῦτ' οὖν πάντ' ἔστι τῶν ξυναιτίων οἷς ὁ Θεὸς ὑπηρετῶν χρῆται,τὸν τῶ ἀρίστου κατὰ δυνατὸν ἰδέαν ἀπεπλῶν. Tum reprehendit eos qui aiunt esse ἄπαντα,quum sint tantùm ξυναίτια siue ξυμπαίτια : elementa videlicet. Ita deinde duas statuit species causarum naturalium, vt sint aliæ primæ, ἔμφρονες videlicet φύσεως

ἀρχαὶ, & mirabilis illius συμμετρίας vis atque efficacia, quam Deus indidit in rebus naturalibus: aliæ ſecundæ, Elementa videlicet, ex quibus componuntur corpora noſtra. Hæc conferantur cum ſuperioribus, quum prudentis illius naturæ vim diuinis nominibus inſigniebat. Ita creationis MODVS explicatur à Platone. Caput autem illud in quo quæritur Ex quo creatus ſit mundus, accuratè docetur in Tertia parte, videlicet ea quæ agit de prima materia, ex qua Deus mundum efformauit.

SEQVITVR ſecũdæ partis. i. φυσικῆς ἀκροάσεως, TERTIA pars & vltima, quæ ſuperioris doctrinæ copioſiſsimam ἐπεξεργασίαν complectitur, totidem videlicet articulis ſuperius commemoratis diſtinctã atque diſtributã, ſed opera, vt ſolet, accuratiore. Nexum vniuerſæ diſputationis indicat, Creationẽ mundi ex mente & neceſsitate extitiſſe. i. ex Materia & Forma. quod omni opificio cõmune eſt: ſed in hominibus, ſuo modo: in Deo itẽ, ſuo. nã homines neceſſariò indigẽt extrinſecus aſſumpta materia vt aliquid agãt: Deus materiam ipſe creat, in quam inducat formã. alioqui Deus non eſſet Deus. nõ enim eſſet omnipotens, ſi aliunde cogeretur ſumere materiam. Cur igitur vocat Neceſsitatem, primã illam materiã? quoniã neceſſariò requiritur materia, vt in eam inducatur forma. Subſternenda igitur fuit materia ad maximi illius opificii, id eſt Mundi, creationem. at illam Materiam Deus æquè ac ipſam formam creauit: imò propriè & primò ipſam materiam creauit, vt formam induceret. id eſt, ex confuſè & inordinatè ſubſtrata materia, Vniuerſi pulcherrimã formam diſtingueret, illuſtraret, perficeret. Scio apud cæteros Platonis interpretes communem eſſe illam & vulgò receptam doctrinam, ipſius ſententiam fuiſſe: Materiam mundi fuiſſe æternam & ingenitam. quod quidem Platonem dixiſſe noui, ſed non aliter quàm Formam mundi æternam ſtatuerat, nimirũ ex æterni illius in mente Dei decreti efficacia. Vt igitur æternum fuiſſe decretum de mirabili illa mundi forma, Plato ſenſit, ita & de materia mundi decretum fuiſſe æternum exiſtimauit. Itaque aio, illam materiam ex qua Deus creauit mundum, vocari à Platone eo ſenſu ἀγένητον, ἀνώλεθρον, οὖσαν πρὶν οὐρανὸν γένεσθαι: &, πρὶν καὶ τὸν πάντα ἐξ αὐτῶν διακοσμηθῆναι γένεσθαι: & ſiquod aliud ſit æternitatis illius vocabulum apud hunc autorem: quatenus videlicet illa materia, veluti forma, in Dei decreto æterna conſideratur: quum vtriuſque autor Deus extiterit. Ἀνάγκης etiam appellationem ita intelligo, quemadmodum modò explicabam, nõ verò vt æterna quædã eius natura præter æternum Dei decretum ſignificetur. Fateor non ita explicatè hæc tradi à Platone, qui vt in re difficillima Deum inuocat, & petit vt ex inſolenti hoc & importuno ſermone conſentaneã quandam ſententiam eliciat. non audet hæc affirmare: ſe meliora amplexurum teſtatur: à ſe verò fatetur hæc vix ac ne vix quidẽ cognoſci νόθῳ λογισμῷ, & veri cuiuſdam ſermonis adiumẽtum quærit. Quid multa? Inuolutè quidẽ & obſcurè, vt neceſſe erat: quem quidem hæc ex primigenia veritate audiuiſſe veriſimile eſt: ſed fortaſſe nec bene relata, nec bene intellecta. Illud tamen affirmo (cum bona eruditorum pace, quorum ſto iudiciis) non poſſe demõſtrari ex Platonis verbis ipſum in hac fuiſſe ſententia: A Eternam fuiſſe mundi materiam, niſi in Dei mente: qui videlicet mundi, quem creare ſuo tempore decreuerat, vt formam apud ſe ab æterno delinearat, ita & materiam. hactenus & Formæ & Materiæ æternitatem dari poſſe aio: ſi verum eſt quod tam ſæpe repetitur apud philoſophum, Deum eſſe mundi opificem. non enim eſſet Opifex, vt Deus, ſi aliunde quàm ex ſeipſo aſſumpſiſſet materiã. quia non eſſet Omnipotens. i. non eſſet Deus. quod lucis certè naturalis principiis repugnat. Addo etiã, ex priſcæ opinionis, quæ inter Ethnicos remãſit fabularũ inuolucris obtecta, veſtigiis apparere, priſcos in ea fuiſſe ſentẽtia vt exiſtimarent Materiã illã primam fuiſſe creatam. hæc enim ſunt verba Heſiodi, Ἤτοι μὲν πρῶτα χάος γένετ'. vnde cõtinuò Terrã extitiſſe ait, Cœlũ, Tempus, Amorem. i. cauſarum naturalium αἰτιολογίαν &c. quem quidem locum diſertè vrgeo, quia χάος. i. primæ materiæ, γένεσις expreſſo vocabulo notatur: vt alias res quæ ad hunc locum pertinent, è priſcorum fragmentis obſeruatas differam ad commodiorem ſcriptionem. certum eſt enim remanſiſſe quaſdam ſcintillas primæuæ veritatis in ſuperſtitioſorum animis, quæ tamen nouis ſubinde commentis ſeculorum lapſu inuolutæ, tandem in mera fabularum deliria abierunt. Præſtat igitur videre quidnã de prima illa creatione ſtatuat primæ veritatis ἀρχέτυπος hiſtoria, quã Dei beneficio, inter horribiles peccati tenebras, Eccleſia Dei purã conſeruauit. Illius igitur primæ materiæ creationẽ, quã purè & perſpicuè primo loco creatã docet, Moſes deſcribit, *In principio creauit Deus cœlum & terram.* id eſt, primùm omnium Deus creauit maſſam, vnde cœlum & terram cæteráſque omnes res quæ ipſorum ambitu continentur, poſtea efformaret. Illam autem deinceps, quænam & qualis eſſet, deſcribit idem: *Erat deſolatio & inanitas.* i. informis & inanis (abſtractis enim vtitur, ad rem ἐμφατικώτερον repræſentandã) *Tenebræque erant in ſuperficie abyſſi.* Ex iis igitur quæ modò ſunt à nobis explicata, illud euincitur: Primam materiam eſſe creatam à Deo: & hanc & Platonis & priſcæ vetuſtatis fuiſſe opinionem, è primigeniæ veritatis veſtigiis. Itaque vt temerè non ſunt innouanda dicẽdi genera in rebus etiam tanti momenti, in quibus καινοφωνίαι ſunt ſanè periculoſæ, ac proinde firmiter tenendum eſt Chriſtianũ illud ἀξίωμα, Deum creaſſe mundum ex nihilo: ita nobis non deeſt quod profanis philoſophis ex illo principio, *Nihil ex nihilo*, in aſſerenda mundi æternitate triumphantibus, reſpondeamus: Originem mundi ex nihilo minimè extitiſſe, ſed ex ſubſtrata materia. Si pergant quærere, vnde illa materia: reſpondebimus, Creatam illam fuiſſe à Deo. alioqui inter Deum & hominem nullum eſſet diſcrimen. Si enim Deus æquè ac homo, cogeretur aliunde aſſumere materiam iam exiſtentem, non eſſet Deus: quia non eſſet omnipotens. quod eſt planè ἀφιλόσοφον. omittuntur enim præcipuæ cauſæ, quarum ignoratio planè repugnat ſcientiæ. Quid igitur? Deus materiam creauit, & ex illa mundum: ac proinde non ex nihilo factus eſt mundus, ſed ex ſubſtrata materia: vt Deus agnoſcatur perfectus opifex, materiam creans, & in illam inducens formam, perfectiſsimè, abſolutiſsimè, vt Deus. Hæc ergo, quantum ad hunc locum pertinet, ſatis dicta ſunto, De creatione materiæ primæ: ſed quomodo illam deſcribat Plato, videamus. ILLAM ita deſcribit, γένος ſiue εἶδος ἐξ οὗ τὸ πᾶν συνέστη. id eſt, Genus ſiue ſpeciem, ex quâ hoc Vniuerſum ſit conſtitutum. Illam autem non eſſe, vel ignem, vel terram, vel aerem, vel aquam: ſed eſſe πάσης γενέσεως ἐκδοχεῖα, οἷον θῆλυ. id eſt, omnis generationis receptaculum,

velut nutricem quandam.quod poſtea explicat diſertius, Ὄνπ & χώραν & πεχῆ πεία, πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, id eſt, Eſſe quid, & firmamentum rerum, & generationem, tribus illis proprietatibus trifariam diſtributis, antequam Cœlum exiſteret. Nutricem autē vocat, quòd in omnes res efficacem ſuam vim effundat, ὑγραγοειδῶν, πυρουειδῶν, ἀέρος καὶ γῆς μορφὰς εἰσδεχομένων, variáſque adeò formas recipientem, ἀϋλωμάλως πάντα θαλαττουμένων. MATERIAM ergo primam, vocat omnium rerum ſubiectum primum, ex quo quicquid eſt, efformatum eſt: quemadmodum mox explicabitur. Illius materiæ hæc ſunt πάθη: Οὐσίας ἀμώρφωτος ἀπεχομένων, ἢ μηδὲν τοιοῦτον παρεχόντων αὐτῶν εἶδος: vt penè quidem ipſa nō ſit, ſed tantùm potētia ſit: ſicuti explicat Ariſt. Moſaicæ autē veritatis veſtigiū eſt, qui illam vaſtam & inanem vocauit. Antiqui etiam CHAOS. i. rudem, indigeſtam, confuſam molem: Ἄμερφον, ſicuti & Moſes. antiqui etiam Ἔρεβος, obſcuram & tenebroſam: ſicuti τὴν τῆς πλανωμένης εἴδους αἰτίας, ἄπακτον, χαλεπὴν καὶ ἀμυδραὶν, δύσφραστον, nimirum formis ſubſtantialibus minimè circumueſtitā. nō enim ipſa Materia prima ſub oculos cadit: quæ tamen per omnes res corporeas peruadit, omnium rerum ſenſilium mater & firmamentum: quæ variè librata atque concuſſa varias formas accipit, ex qua videlicet Deus Vniuerſum efformauit. Hîc quoque, in gratiā eruditi lectoris, iuuabit quædam breuiter annotare, ad accuratiorē explicationem illius loci, quem ex Geneſi ideo attulimus, vt Materia illa prima, de qua loquitur Plato, ex primæuæ veritatis comparatione melius intelligeretur. De cuius quidem loci interpretatione communem ferè noſtrorum Theologorum ſententiam commemorauimus, quæ eſt: Moſem in primo illo verſ. docere primam materiam à Deo fuiſſe creatam; in ſecundo, eam certis quibuſdam notis deſignare. Verùm, vtut vnicuique liberum hac de re fuerit iudicium, mihi tamen de huius loci germana & plana interpretatione, maximopere arridet ſententia D. Theodori Bezæ, parentis & præceptoris mei obſeruandiſſ. toto orbe celeberrimi, doctiſsimorúmque iudicio verè θεολογοτάτου: quam mihi, dum hæc mea ὑπομνήματα ei communicarē, perhumaniter expoſuit. Eſt verò huiuſmodi: Moſem in eo loco minimè loqui de prima Materia, ſed ſimpliciter docere, quatuor prima corpora. i. Elemēta, Terram, Aquam, Ignem, & Aerem, ſuo ordine fuiſſe creata à Deo. Et cur ita ſentiret, has afferebat rationes. Moſem enim ita ſolere proponere res phyſicas, vt orationem ſuam populi captui prorſus accommodet, nec verò ſubtiliter de iis agat, ſed αἰσθητικῶς, vt à rudioribus comprehendi poſsint. quod cùm ex aliis plurimis argumētis perſpicuū ſit, tum ex eo maximè, quòd de Angelorū creatione minimè loquatur Moſes: quāuis haud dubium ſit, Angelos fuiſſe creatos à Deo, vt cæteras creaturas. &c. Iam verò, importunū planè videretur, in tam neceſſario loco, ſi omiſſa Elementorum, quæ in omnium oculos cadunt, tractatione, primæ materiæ myſterium, quod vel ſubtiliores philoſophi vix intelligūt, initio propoſuiſſet. Deinde, nec id ferre aiebat verba quibus vtatur Moſes. aliter enim diſertè loqui, quum vult ſignificare aliquid ex iam ſubſtrata materia extitiſſe. Nam productas fuiſſe herbas ex terra docens, Terra, inquit, producat virorem. &c. Item ex aqua piſces, Aquæ producant reptilia, &c. ex aqua nimirum, quæ iam extabat, piſces natos eſſe docet: ex terra, herbas. Atque illic, Fiat lux: & facta fuit lux. Fiat expanſio, & ſic factum eſt. &, Congregentur aquæ in vnum locum, & arida appareat: atq; ita factum eſt. &c. Ex vario igitur loquendi genere, varias quoque res ſignificari, ac proinde euinci, Moſem primùm docere, res omnes ſola Dei potentia efficaciter loquente fuiſſe creatas, quum nulla materia antea exiſteret. id eſt, Deum creaſſe mundum ex nihilo. quod eſt verè Chriſtianum ἀξίωμα. Quid porro? Veram & planam huius loci ſententiam ſibi hanc videri. In primo verſ. Moſem proponere ſuo more ſummam vniuerſæ hiſtoriæ de creatione mundi, & quidem ordine αἰαλυπτῷ: quæ ſanè eſt demonſtrationis forma vna docendis ſcientiis aptiſsima. Docere igitur Moſem κεφαλαιωδῶς, Deum creaſſe cœlum & terram in principio. i. antequam quicquam exiſteret rerum, Deum creaſſe hoc Vniuerſum, & quicquid ipſius ambitu cōtineretur: quod quidem Cœli & Terræ vocabulis intelligitur, ex cōmuni loquendi genere. Hac ſubſtrata futuri ſermonis ſumma, Moſem ſingulas illius partes deinceps perſequi, & primùm loqui de Elemētis: quia illa ſunt Vniuerſi fulcra, & materia ex qua cæteræ res ſunt diſtinctè efformatæ. quā quidem Materiam vulgus poteſt comprehendere, certis nimirum effectis perſpicuam. Itaque in ſecundo verſ. affirmabat, Moſem docere creata eſſe hæc Elementa, Terram, Aquam, Ignem. Aeris verò creationē docere in ſexto verſ. poſt ignis creationem, ſicuti mox dicemus. Illa autem elementa ita deſcribit, vt creata ſunt καθ' αὑτὰ, antequam in animantium compoſitione miſcerentur. Sic igitur Moſem prima illa corpora explicare, vt primùm de Terra agat: Terram nimirum fuiſſe informem, vaſtam, aquis inuolutam: quippe quæ vt craſsius & grauius elemētum, infimum obtineret locum, id eſt Vniuerſi centrum; non autem huiuſmodi tum eſſet qualis poſtea extitit, quum ab aquis euoluta atque explicata apparuit, vt peculiari miniſterio quodam ad animantium & hominis maximè habitationem, ſedes accommodaret: ſicuti in opere ſecundi diei Deum feciſſe commemorat Moſes. Nondum igitur extabat certa rerum διάταξις, ſed Tenebræ erant ſuper faciem abyſsi. id eſt, Terra aqua proximè inuoluta latebat, & nulla adhuc extabat certa forma in illa elementorum tenebroſa congerie: quā tamen Deus opifex conſeruabat, tanquam rerum omnium ſemina, indito calore naturali, qui nihil aliud eſt quàm Elementum Ignis, vt vocant philoſophi. non quidem ille quo in his terris vtimur, μαλερὸς quidem ille ardore & æſtu ſuo: ſed ignea illa vis & efficacia, quæ in Vniuerſi συμμετρίᾳ rebus nutriendis & fouendis, pro ipſarum rerum natura, variè diffunditur. Hunc ergo naturalem & viuificum calorem, qui in rebus ſuo modo ipſíſque adeò animantibus ineſt, proprio vocabulo Moſem appellare, Spiritum Dei. tum vt agnoſcatur Deus opifex & autor vniuerſæ naturæ, tum vt vis illa ζωοποιητικὴ caloris naturalis exprimatur, qui quidem tenuiſsimus eſt, & hanc habet ἰδιοπεύειαν proprietatē, vt ſumma polleat tenuitate. idcirco rectè Spiritus vocatur: & vis illa fouendi & nutriēdi, Incubādi vocabulo præclarè repræſentatur. Plato certè calorem illū naturalem πῦρ vocat αἰωμαλόπλαστος δημιουργόν. i. variorum effectorum opificem, quæ in hac Vniuerſitate conſpiciuntur. Ita docere Moſem aiebat Beza, Terram, Aquam, Ignem, elementa fuiſſe à Deo creata primo die. Eo autem ipſo die Tempus creatum eſſe, quod eſt primum πάθος rerum naturalium, in ordine quidem creatæ naturæ. quicquid enim fit, in tēpore fit. Tempus autem nihil aliud eſt quàm διορισμὸς ἡμέρας

καὶ νυκτὸς, ſicuti ex hac veritate dixit Plato. Illis ergo temporis articulis rès omnes poſtea eſſe creatas: vt cætera prætermittam Lucis commoda, ſine qua animantes viuere non poſſent. Reſtare aiebat Aerem, qui vt puriſsimus, ita animantiũ reſpirationi ac proinde vitæ planè neceſſarius eſt. Aerem igitur ſecundo die creatum eſſe, quem Moſes רָקִיעַ, id eſt expanſionem, vocet (Plato certè & ἆσος meminit in hac diſputatione, eodem opinor ſenſu) quod quidem vocabulum Aeris naturæ ſignificandæ accõmodatũeſt. Aer enim liquidiſsima eſt natura, & liberrimè permeat atque diffunditur. Docet deinceps Moſes, terram ex aquis apparuiſſe, & aquas in certum locũ ſeceſsiſſe. quæ quoniã ad hanc de prima Materia creationem minimè pertinent, prætermittemus. Hanc verò huius loci genuinam, vt exiſtimo, interpretationem, arbitratus ſum facturum me operæpretium & ex officio meo, ſi hîc inſererem, vt doctiſsimi viri iudicium de obſcuriſsimo loco intelligeretur. Mihi quidẽ, præterquam quòd & verbis & re ipſa planè videtur eſſe ἀνάλογος illa interpretatio, hoc nomine maximè etiam probatur, quòd Dei potentia hoc Vniuerſum ſolo verbo ſuo creantis ex nihilo, clarius inde perſpiciatur. Iam verò prima illa materia, de qua modò egi, vt in phyſico argumento, phyſicis quoque rationibus defendi poteſt: nec cõmittẽdum ſanè fuerit vt diuinorum oraculorum ſimplicem ſententiam cogamus, ad hominis ethnici opinionem confirmandam. Placuit tamen vtranque interpretationem proponere erudito lectori: vt eam quæ magis conſentanea fuerit, pro arbitrio ſequatur, circunſtantiis omnibus prudenter expenſis.

Sed quomodo Mundũ ex illa materia efformatũ doceat Plato, videndum eſt. Ex illa, inquit, materia ἀλόγως καὶ ἀμέτρως indigeſta, DEVS hoc Vniuerſum, διεκόσμησε, διέταξε, διεχειρίσατο, ξυνέστησεν, ἐδημιούργησεν. hæc enim ſunt verba quibus vtitur ad hanc Mundi efformationem ordinationémque; id eſt creationem, explicãdam. Quomodo igitur illa extiterit, exponit. Subſtrata erat materia rerum omnium. illam Mens opificis prudenti quadam perſuaſione coegit in lucem ordinémque prodire, tenebricoſam alioqui, vagam, inordinatam, informem. hæc enim ſunt illius verba: Μεμιγμένη ἦν τότε τὸ κόσμου ἡμέτερος, ὡς ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συσταίσεως ἐγκρήσει. νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος τῷ πείθειν αὐτὸ, πρὸς γιγνομένων ὅσα ἐκέκτητο ὅτι τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταυτὰ δὴ ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος, οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ παν. Deus igitur Mundum efformauit ad Ideæ illius ſuæ exemplar, illiúſque vi atque efficacia. Quanto purius & nitidius primigeniæ veritatis hiſtoria! *Dixit, & facta ſunt.* Sapientia enim Dei æterna tum incepit apparere (vnde & ὁ λόγος eſt & vocatur) quũ incepit loqui vt Deus, ἐνεργοῖς καὶ δραστηρίοις λόγοις res οὐσιῶν .i. rebus οὐσίαν dans efficacibus mandatis. Quænam autem fuerit illa διάταξις, pergit explicare. Primùm docet creata fuiſſe quatuor Elementa, quæ στοιχεῖα & εἴδη vocat, Aquam, aerem, ignem, terram. Illorum generationis ἀναλογίαν deſcribit, adhibito diagrammate. Tum illorum motus, ξυστάσεις, παθήματα, ὁμαλότητας. id eſt, quomodo alia cũ aliis inter ſe coaleſcãt, vires, proprietates. Deinde, illius doctrinæ de Elementis vſum applicat iis rebus ſingulis quæ ex elementis componuntur: maximè illorum vim docet in homine, rerum omnium creatarum præſtantiſsima: cuius ſingula membra perſequitur, quorum mirabilem οἰκοδομίαν, vires & miniſteria, copioſè perſequitur. Agit porro diſtinctè de Hominis ANIMO & CORPORE, animi facultates & ἐνεργείας docet. Ex illa verò συμπαθείᾳ cum corpore, morbos in animum illabi demonſtrat, æquè ac in corpus humorum δυσκρασίας influãt. Ita morbis vtriuſque indicatis, remediorum fontes oſtẽdit: primùm quidem corporis ſanandi rationes, tum verò animi: cuius etiam ſtatum in ſecunda vita deſcribit, prolixius explicans nugaciſsimas illas nugas è fœtido Pythagoreatum cloacarum luto hauſtas: De purgationibus, περὶ τῆς μεταφύσεως. &c.

ITA FINEM imponit copioſiſsimæ huic diſputationi, reuocans illius ſummam AD VNIVERSVM IPSIVSQ. PARTES: ſicuti initio propoſuerat (quæ iſtius φυσιολογικῆς diſputationis diuiſio videtur eſſe ſimpliciſsima) in quibus notari poſſunt fontes phyſices ἀκροάσεως, De principiis, de cauſis, de elementis, de meteoris, de anima, de corporeis affectionibus, de ſenſibus & ſenſuum facultatibus, &c. quæ conamur perſpicuè indicare in notis noſtris aphoriſticis, & pro iſtius quidem ſcriptionis ratione, breuiter: quemadmodum & in hoc argumento, in quo conſultò permulta prætermiſimus, quæ non ignoramus à doctiſsimis viris & veteribus & recentioribus copioſè fuiſſe pertractata: ſed videndum fuit quatenus, in hoc quidem ſcripti genere, in quo ſimplicem interpretationem indicare animus eſt. Liberius aliquando de hac re agemus, ſi Dominus dederit, peculiari ad hanc operam deſtinato commentario:

DISPVTATIONIS autem ſummam quandam conati ſumus παχυμερῶς repræſentare, infinita rerum materia eruditi lectoris iudicio & diligentiæ relicta: qui hæc pauculà æqui boni conſulet, è ditiſsimo theſauro deprompta, vt theſauri ipſius accuratius inſpiciendi occaſio præbeatur.

PHYSICA ET METAPHYSICA.

Hypotheſes.

1 *Aliquid eſt, quod ſemper eſt, nec ullũ habet ortum: aliquid, quod gignitur, neque unquam eſt. id eſt,* τὸ δὲ, τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον· τὸ μὲν, τὸ γιγνόμενον, οὐ δὲ οὐδέποτε.

2 Ex *hac hypotheſi petitur diſcrimen* Dei opificis, *qui unus uerè eſt* ὢν καὶ αὐτὸν καὶ αὐτὰρκὲς, *ac proinde unus uerè æternus: & firmamẽtum rerum omniũ creatarum, quæ omnes quidem illud habent commune quòd* γένεσιν *habeant. id eſt, ortum & initium exiſtendi.*

3 *Non una tamen eſt rerum* γιγνομένων. *i. creaturũ, natura, ſed uaria & multiplex. quædã enim cõſtantiorẽ habent atque firmiorẽ, ex* Opificis *uolũtate & uirtute: atque adeò cum cæteris rebus comparatæ, æternitatem quandam precariam (id eſt,* ὁπόσον δύναται ἀθανασίαν, *ſicuti ait in politico) conſequutæ uidentur: non tamen uerè ſunt æternæ, quum & principio quodam extiterint, & quum uoluerit* Opifex, *deſinent.* Rebus *nimirum inferioribus regendis res ſuperiores præpoſitæ ſunt ab* Opifice.

4 Itaque τὸ ὄν. *i.* αἰώνιον, *dupliciter accipitur.* Αἰώνιον *uerè & primò i.* πρώτως, καθ' αὑτὸ, αἰτίαν τοῦ εἶναι, καθ' ὕπαρξιν καὶ αἰτίαν τοῦ εἶναι). *quod uni* Deo *proprium eſt, nec ullo modo competit rebus creatis. &,* Αἰώνιον πη. *id eſt,* κατὰ μετοχὴν τοῦ εἶναι): *ex* Opificis αὐτουόντος *uoluntate: ut ſunt* Angeli, Animi hominum. De Mundo &

cauſis naturalibus, quibus mundus continetur, quatenus id dicatur, mox oſtendemus. Hæc verò ad primæ illius hypotheſeos illuſtrationem, dicta ſunto.

5 *Quicquid fit, ex aliqua cauſa neceſſariò fit.*

6 Hoc *Vniuerſum, & quicquid ipſius ambitu continetur, non per ſe aut temerè extitit, ſed Opificis cauſæ ui atque potentia .i.* ὐπὸ ταυτομάτου, ἀλλ' ὐπὸ δημιουργοῦντος αἰτίας.

7 *Earum quidem rerum, quarum eſt firma atque conſtans natura, debet quoque eſſe firma & certa tractatio: ſed nos homines, qui hoc corpore obuoluti, tanquam ſomniantes, uix rerum imagines percipere poſſumus, hactenus de illis rebus loqui debemus, ut poſſumus. id eſt, ut conſentaneos quoſdam his rebus ſermones tribuamus, nec curioſius illarum myſteria perſcrutemur.*

De principiis rerum naturalium.

8 Deus omnipotens & omnino bonus, ſapiens &c. *eſt unum & uerum principium rerum naturalium: quanuis & Natura habeat ſua principia, ſuo quidem modo.*

9 *Diſtinguendum igitur eſt inter Deum & Naturam: quæ quidem ex ſuis principiis agit, ſed ita ut & uniuerſam ipſam, & ipſius omnia creauerit Deus: & hactenus ipſa ſit efficax, quatenus illâ Deus efficacem eſſe uoluerit: ipſa ſit miniſtra, Deus ipſius ſit opifex & dominus.*

10 *Quicquid in Deo eſt, æternum eſt: quatenus autem illius ad nos cognitio peruenit,* πολυποικίλου *ipſius ſapientiæ ratio mirabilis, ordine quodam agens, à nobis notari & deſignari debet.*

11 *In omni opere efficiendo, duo concurrunt, Materia & Forma: materia ipſo ordine ſubſternitur, forma, in materiam inducitur. Sic Deus ad mundi opificium, Materiam & Formam coniunxit. ſed tam lato diſcrimine ab humani illius opificij ratione, quàm latum eſt inter Deum & hominem diſcrimen. Deus enim ex ſe & Materiam & Formam creauit: homines, extrinſecus & aliena opera aſſumunt.*

12 *Materia illa prima ita deſcribitur:* Χώρα καὶ ὑποδοχὴ καὶ μήτηρ καὶ ἕδρανον τοῦ ὅλου. *&,* Ὅτι καὶ χώρα καὶ ῥίζωσις. *id eſt, ſedes & receptaculum & mater & nutrix omnium rerum. &, Id quod eſt, ſedes, & generatio. nimirum, Omnium rerum ſubiectum & maſſa, unde deſumptæ ſunt primò ab Opificæ.*

13 *Illius materiæ primæ hæ ſunt, quibus notatur, conditiones:* Fuiſſe ἄμορφον, ἀμυδρὰν, ἀόριστον, ἄτακτον, πλανωμένης εἴδος αἰτίας, πανδεχές *&c. ſine certa forma, inconſpicabilem, inordinatam, errabundam, quæ tamen omnia excipiat. &c.*

14 *Ex illa Deus res omnes creauit: ipſam uerò rerum omnium primam.*

15 *Non temerè induxit Formam Deus in illam materiam, ſed optimo ſibi fine propoſito optimam quoque operis formam delineauit.*

16 *Operis ergo iſtius prima & κυριωτάτη cauſa in mente Dei, fuit,* τὸ κάλλιστον τέλος: *Illius ergo efficiendi, extitit* ἰδέα. *i. æternum decretum ad finem illum exequendum. Illa* ἰδέα *ſibi delineauit* παράδειγμα *futuri operis, & quidem uarium & multiplex, pro uaria rerum natura: nimirum ut aliud ſit,* τὸ ὄντως καὶ κατὰ τωτὰ ὡσαύτως ἔχοντος, *&* τὸ γιγνόμενος. *Deus enim, quicquid rerum eſt, creauit, quanuis ad quotidianum naturæ ordinem adhibuerit cauſas naturales.*

17 *Concurrunt igitur hæc in Dei mente:* Ἀνάγκη. *i. materia,* ἰδέα, παράδειγμα.

18 *Hæc omnia in Deo ſunt æterna, quum mundi creandi decretum ſit æternum: ac proinde hac ratione, materia illa, & mundi forma, ipſeque adeò mundus eſt æternus: quatenus uidelicet decretum de mundo creando fuit æternum in Deo, & perinde erat mundus in illo æterno decreto, ac quum reuera ſuo tempore extitit.*

19 *Itaque uerum omnium rerum creaturarum principium, eſt* Deus opifex: cuius δρασηρίοις λογοις τὸ παν οὐσιωται. *at in illius mente ad hanc Vniuerſi creationem, hæc ſunt diſtinctè agnoſcenda: Optimus finis de creanda re pulcherrima: Idea. i. æternum decretum & ſapientia æterna: Exemplar, ſiue imago mundi futuri. quod duo complectitur: Materiam & Formam mundi, quas Deus in ſeſe inuenit, non uerò extrinſecus aſſumpſit.*

20 *Deus ſuo tempore, id eſt quum uoluit ipſe, creauit mundum: nimirum, & ipſum Vniuerſum cum omnibus ſuis membris atque partibus, & cauſarum omnium naturalium ordinem.*

De cauſis naturalibus.

21 *Natura igitur non opifex, ſed opus Dei, in Vniuerſi principio conſideranda eſt.*

22 *Quod aſpectabile eſt atq; tractabile. i.* τὸ ὁρατὸν καὶ ἁπτὸν, *corpus eſt. Vniuerſi itaque corpus, eſt id quod ſubſenſus cadit. At corpus ſine animo conſiſtere nõ poteſt. unde & Vniuerſi quoque animus eſt: ut quidem ipſum ſit* ζῶον ἔμψυχον, ἔννουν, *corpore & animo conſtans.*

23 *Animus Vniuerſi, eſt* ἀναλογία *ſiue* συμμετρία *illa qua res per ſe contrariæ in uniuerſi illa mole concordi quadam diſcordia copulãtur, δεσμὸς nimirum illa contrariarum illarum rerum* ξωαγωγός. *Hoc uocat Plato animã uniuerſi: noũ autem. i. mentem, illius ἀναλογίας ſiue* συμμετρίας *pulchritudinẽ, quæ ratione quadam propemodum uidetur imiti.*

24 *Illa eſt Natura,* ἔμφρων *quidem & prudenter agens, ex earum cauſarum ui atque ordine, réſque omnes creatas ſuo ambitu proinde comprehendens: omniſque motus, in hac rerum quidem* ὑπαξία, *principium & fons.*

25 *Illam cauſarum* ἀναλογίαν, *æquè ac corpoream Vniuerſi molem,* Deus *creauit.*

26 *Duo ſunt cauſarum genera. quædam ſunt principes & primariæ, in ipſo quidem ordine naturæ: ipſa uidelicet illa* ἀναλογία, *quam Animam mundi uocauimus.*

27 *Sic autem deſcribuntur,* Ὅσαι μὲν ἀόρατοι, μετὰ νοῦ καλῶν καὶ ἀγαθῶν δημιουργοί: *nimirum illa Naturæ* ὑπαξία *in rebus ſingularibus, Materia, Forma, Priuatio: ut rectè adiunxit Ariſtoteles.*

28 *Quædam ſunt non propriè quidem* αἰτίαι, *ſed* συναιτίαι *uel* ξυμμεταιτίαι, *primarũ miniſtræ: corporeæ quidem ipſæ: Elementa uidelicet, & quæ ex illis conſtituuntur.*

29 *Illæ cauſæ non agunt temerè, ſed certò & explorata cognitione, & gubernãt naturam. & quicquid fit, ab aliqua cauſa fit: ſicuti dictum eſt ſuprà.*

30 *Quanuis ſint creatæ à Deo, tamen à Deo acceperunt autoritatem creandi corpora animantium, & illa corpora gubernandi: ut antiquo illo axiomate circumfertur,* Sol & homo generant hominem.

31 *Deus ille Opifex reſeruauit ſibi autoritatem creandi animi: ut quanuis animus, corporis* συμπαθείαν *afficiatur: cauſæ tamen illæ ſecundæ in illum nullam habeãt poteſtatem, quippe quæ tantùm ſint miniſtræ, corpori contexendo, non animo regendo.*

32 *Diuina quidem uidetur illa uis cauſarum naturalium in res inferiores: propter & maximam conſtantiam & penè immortalem atque ſempiternam, ſi cum rebus inferioribus conferantur.*

33 *Quicquid tamen potentiæ habent atque autoritatis, precariò habent, ex Opificis uoluntate. Eſt itaque ſœlus, Opificem cum rebus creatis commiſcere, & perperam tribuitur illis nomẽ deorum, quũ ſint opera & initium*

& initium habuerunt & finem habebunt, quum uoluerit Opifex.

34 *Tempus non eſt quidem propriè cauſa naturalis, ſed* παθος *neceſſarium cauſarum. nam quicquid fit in natura, in tempore fit.*

35 *Cœlum eſt menſura temporis, in hac naturæ* ἀναλογία *ſiue* συμμετρία: *ſed ne cœli æternitatem inde colligat impietas, uerum eſt,* Tempus *fuiſſe unà creatum cum cœlo, ut ſimul nata, ſimul quoque diſſoluantur, quum uoluerit* Opifex.

36 *Ipſius æternitatis latens cauſa in* Deo *eſt. quãuis enim non poſſumus animo concipere creatam eſſe æternitatem, tamen quantum æternitas aliquid eſt à* Deo *diſtinctum, à* Deo *etiam illam pendere conſtituẽdum eſt. quandoquidem* εἷς θεὸς αὐτογενὴς, ἐντὸς ἔχων τὰ πάντα τέτυκται: *ut dixit* Orpheus *ex pura naturæ luce.*

37 *Tempus eſt* εἰκὼν κινητὴ αἰῶνος: & κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσα αἰῶνος εἰκών. & Ἡμέρας καὶ νυκτὸς διορισμός. *interuallum enim diei & noctis, eſt terminus temporis, quæ quidem diſtinctio in ipſo creationis primordio incæpit, quum antea extaret diuinitas. conſentaneum autem fuit tempus prius creari, ut res omnes in tempore crearentur.*

38 *Locus, eſt aliud neceſſarium* πάθος *rerum naturalium. quicquid enim mouetur, in loco mouetur.*

39 *Duæ ſunt loci formæ:* Surſum & Deorſum. *In Vniuerſo tamen nihil eſt reuera contrarium.*

De Vniverso et ipsius partibus.

40 *Vnus eſt tantùm mundus, non plures mundi.*

41 *De corpore & anima mundi, quibus continetur ipſe, diximus propoſit. 22. quod tamen hîc repetendum eſt. Vniuerſum igitur corpore & anima conſtat.*

42 *Vniuerſum eſt animal* ἔννοιον, ἔμψυχον: *quia quicquid in Vniuerſo fit, certa cauſa fit, & ex illa cauſarum proportione conſtat Vniuerſum & certò permanet.*

43 *Omnes illæ cauſæ, de quibus diximus propoſ. 26. ad Vniuerſum referuntur.*

44 *Vniuerſum in ſuperiores & inferiores res diuiditur. Superiorũ autem rerũ uocabulo, omnes cauſæ notantur: inter quas cœlum optimam & præſtantiſſimam auctoritatem habet. unde Vniuerſum,* Mundus, Cœlum; *ſunt ſæpe* συνώνυμα *apud* Platonem.

45 *Elementa ſunt Vniuerſi partes corporeæ.*

46 *Animalium uariæ ſunt ſpecies: & rerum quoque inanimatarum, quæ ipſæ quoque Vniuerſo continentur.*

47 *Homo eſt omniũ animalium optimum & præſtantiſſimum, & quaſi* μικρόκοσμος: *quippe qui rerum omniũ ipſorúmque adeò animantium obtineat imperium: præcipua Vniuerſi pars.*

De elementis.

48 *Quatuor ſunt elementa,* Ignis, terra, aer, aqua.

49 *Illa ſunt quatuor prima corpora, id eſt,* πρώτη, εἴδη, στοιχεῖα: *ex quibus res omnes fiunt.*

50 *Illa elementa eduxit primùm opifex è confuſa materia: & ita diſtinxit atque aptauit, ut unumquodque genus propriis facultatibus definitum per ſe conſtet, id eſt,* τὸ καθ' ἓν πρῶτος καὶ ἰδιοσχεδίαστον, *in propria quidem & ſua ſede, in ipſa Vniuerſi mole.*

51 *Pura enim ſunt elementa in ipſo Vniuerſo: in corporum ξυστάσει, non item.*

52 *Hæc ſunt elementorum* παθήματα, *id eſt qualitates,* Calidum, frigidum, humidum, ſiccum. *&,* Leue, graue. *quarum illæ, primæ: hæ, ſecundæ.*

53 Ex *illorum formis & συζυγίαις, elementorum* ἀναλογίαι *perſpiciuntur.*

54 *Elementa inter ſe planè ſunt contraria: ut quidem tertio quodam* ξωογονῷ *opus habeant uinculo, quod eſt diſcors illa concordia & concors diſcordia* συμμετρίας, *quam* Deus *in ipſis rebus inſeuit.*

55 *Elementa itaque inter ſe commiſcentur, & alia ex aliis mutuò generantur.*

56 *Hæ ſunt elementorum formæ:* Ignis, *eſt leuis, ac proinde mobiliſſimus. unde ei* Pyramidalem *figuram accommodat* Plato: Terra, *grauis, & immobilis: cui ideo* Cubicam *figuram attribuit.* Aer, *mediam habet naturam, tenuis & mobilis: cui* Octoedrum *aſſignat:* Aqua, *grauior aere, & difficilior motu: ideo ei* Icoſaedrum *aptat.*

57 *Proprietates quoque illas copioſius perſequitur* Philoſophus, *adhibitis deſcriptionibus: quæ ex ipſo contextu petantur.*

58 *In illa elementorum* κοινωνία *ſiue* ξυμμίξει *quanuis alia cum aliis miſceantur, apparent tamen ὄγκοι eius elementi, quod dominatur.*

59 *Varius quidem eſt & multiplex elementorum motus: ex quo uariè illa inter ſe commutantur, alterantur, reſoluuntur. Eſt tamen certa quædam elementorum* Quies, *& in Vniuerſo & in corporum ξυστάσει.*

60 *Quietis illius cauſa, eſt elementorum* ὁμαλότης, *id eſt æquabilitas, ſiue æquatio: quum uidelicet illa & ſunt in proprio loco, & inter ſe in corporibus ἀναλόγως coaleſcunt.*

61 *Itaque quum nihil ſit uacuum in natura, conſtituendum eſt Vniuerſum compleri elementis, ſtatuto nimirum unicuique, naturali & ſuo loco: ita ut grauia deorſum, leuia ſurſum, ſuapte ſponte ferantur: ac proinde hæc elementorum* συμμετρία Vniuerſi temperamentũ æquilibriúmq; conſeruet. *id eſt,* Ignis, *ſummum:* Aer, *medium:* Aqua, *proximum:* Terra, *infimũ locum, id eſt centrum, occupet Vniuerſi. ita ut quum aqua terræ ſuperficiem circumprehenſet, certis tamen locis cedat,* Dei *prouidentia: quò ipſa euoluta expoſitaque exeat, & commodam ſedem habitationémque tribuat animantibus.*

62 *In corporum autem* ξυστάσει, *hæc eſt illius elementorum* ὁμαλότητος *uis & poteſtas, ut in temperamentũ quoddã conſpirent elementa compoſita: quæ διηρθρωμένα corpora conſeruantur.* (Et hæc quidem de Elementis vniuerſim: iſta ſingulatim, vt generalis iſtius doctrinæ vſus oſtendatur:

De mixtis imperfectis, inanimatis nimirum: quæ ex elementorũ fiunt mixtione.

63 *Vnumquodque elementum uarias habet ſpecies: ut totidem uerbis* Timæus Locrus, ἕκαστον τῶν τεττάρων σωμάτων πολλὰ εἴδεα ἔχει.

64 *Ignis igitur duplex eſt genus: unum, quod urit & ardet atque lucet: alterum, quod urit quidem, ſed non ardet. id eſt, pruna,* φλὸξ, φῶς, αὐγή.

65 *Duplex quoque aeris genus: unum* διαίθερον, *puriſſimum,* AEther *nuncupatur: alterum,* θολερώτατον, *impuriſſimum: ut inferior hic aer, qui nos ambit.*

66 *Duplex quoque aquæ genus:* Vnum, *humidum atque tenue, ut aqua quæ per terras dimanat,* ὑγρὸν *uel* ῥυτόν: *alterum, fuſile,* χυτὸν *uel* πηκτόν. *cuiuſmodi eſt uapor è terra ui caloris ſublatus: ut dicemus.*

67 Terræ *quoque uaria eſt forma, & cum aliis*

quidem elementis uariè commiſcetur, ipſa πλαστικοπάθη.

68 Hæc genera, διὰ τὸ αὐτότητα τοῦ ἐν αὐτῷ ἑκάστου τε χώρου uariè commutantur, id eſt, pro denſitate ſiue tenuitate corporum uarias mutationes ſubeunt, quibus modò ſubtiliora modò denſiora reddãtur. unde multiplices formæ exiſtunt, è mutua inter ſe generatione & commixtione. quam αἰτίαλογον elementorum κοινωνίαν, Plato Pythagoreo more geometricis deſcriptionibus docens, πείθονον uocat.

69 Ex hac mixtionis impuritate elementa mitigantur, utiliter ad uitam animantium, ita tamen ut propriarum qualitatum ueſtigia quædam appareant. Ignis ardor, ab aere mitigatur: Aer, ab aqua humorem attrahit: Aqua, ſaporem & colorem à terra uarium &c.

70 Inde exiſtunt uariæ Meteororum formæ, id eſt, earum rerum quæ in ſublimibus locis, aeris uidelicet regionibus, fiunt: & Metallorum. i. earum quæ in terræ uiſceribus gignuntur.

71 METEORORVM illorum, humidorũ uidelicet mixtorum uel aquoſarum impreſſionum quæ in aeris regionibus fiunt, explicatio διαγραμματώδης. cuius hæc eſt ſimplex & nuda doctrina: Excitari è terra uapores à calore inſito (illum calorem uocat Plato, Ignẽ τῆς ἀνομαλότητος δημιουργὸν) eóſque uapores in aerem euehi. qui uapores propter inſitum calorem qui aereæ naturæ eos reddit, in aere conſiſtunt, nec deorſum cadunt. ita fiũt Nubes. Calor autem ille qui uaporem eduxerat, paulatim exhalatur, & nubes caloris defectu condenſãtur (propter uidelicet circunſtantis frigoris in aere ἀντιπερίστασιν.) ita Pluuia, nix, grãdo, exiſtit, καὶ τὰ ἧττον καὶ τὸ μᾶλλον, &c. Hãc aquoſarum in aere mixtionum communem originem, id eſt, illarum & materiam & formam, docet Plato, adhibitis deſcriptionibus è Pythagorea doctrina.

72 Eandem originem glaciei, pruinæ &c. in inferiori aeris parte, explicat.

73 METALLORVM quoque cauſam docet, Humidum uaporem in terræ uiſceribus incluſum .i. χυμὸν ſiue πηχτὸν ὕδωρ: ex quo & terra immixta, fiunt uariè metalla: aurum, argentum, ſtamnum, plumbũ &c. prout humor calidior eſt, ſiue frigidior. &c.

74 LIQVORVM quoque cauſam docet, quorũ maximus eſt uſus in uita humana, Vini, olei, mellis, ſuccorum odoratorum, picis, gummi, & aliorum quorundam: Calidum uidelicet humorem. &c.

75 LAPIDVM quoque originem tradit, ſalis, nitri, uitri, cæterarúmque terreſtrium rerum, in quibus quidem dominatur ὕλικος terræ, ita tamen ut pingui quodam humore coaguletur, quo quidem humore per aerẽ exhalato, frigore condenſatur atque conſtringitur τὸ γεῶδες, atque inde uariè lapideſcit. at in lapidibus ſiccum maximè dominatur: ut in metallis, humidum. &c.

ELEMENTORVM παθήματα in mixtis perfectis, id eſt corporibus animatis.

76 Quatuor illorum elementorum qualitates, in corporum animatorum ζωτικοῖς maximè ſunt efficaces: ſenſus autem, in quo hæc efficacia exeritur, abſque Anima eſſe non poteſt. Itaque ut corpora omnia perfectè compoſita quatuor qualitatibus conſtant; & ſentiendi in his habent poteſtatem: ita Anima ſenſus illius eſt fundamentum.

77 Anima à corpore ſeparari non poteſt: cuius uidelicet membra ſunt inſtrumenta ſenſus, in quo agit anima. Animam autem intelligimus αἰσθητικὸν & ζωτικὸν, communem omnibus animantibus.

78 Primæ ſunt hæ in corpore animato qualitates, Ignis, id eſt, calor naturalis: & Frigus: contrariæ quidem inter ſe, quæ tamen in ζωτικοῖς præclarè conueniunt. illarum autem uires, adhibitis geometricis deſcriptionibus, explicat ſuo more. Siccitatem & humiditatem his duabus, ἐνεργητικαῖς nimirum, ſubijcit: quũ ipſæ ſint παθητικαί. &c.

79 Ex primarum qualitatum in corpore compoſito mixtione, ſecundæ quoque aliæ naſcuntur: ut durities, mollities, grauitas, leuitas, raritas, denſitas, aſperitas, &c. ſicuti notauimus.

80 Illæ ſecundæ qualitates, ut & primæ, inter ſe ſunt contrariæ.

81 Illæ qualitates, ſenſus miniſterio per ſua αἰσθητήρια agentis, per uniuerſum corpus uariè dimanant atque diſtribuuntur: unde corpori uariæ contingunt affectiones. Ita & elementorum & illarum qualitatum in ſingulis membris ξυμφωνία perſpici poteſt in omnibus corporis membris:

82 Linguæ, in humoribus: Aurium, in ſonis: Nariũm, in odoribus, Oculorum, in coloribus: quarum facultatem excellentem & ξυμμετρίαν ſingulatim explicat.

83 Ex δυνάμεως Animæ ἐνεργίας, ſenſitiuæ uidelicet, permotione, prima oriuntur πάθη in animantibus, Voluptas & Dolor: ex qualitatum quidem illarum cum ſenſu cõnſenſione, Voluptas: diſſenſione autem, Dolor.

DE HOMINE.

84 Homo eſt omnium animantium præſtantiſſimũ, θεοειδὲς nimirum, quippe cui Deus diuinum animum tribuerit. In homine igitur eſt duplex natura, Mortalis & immortalis: mortalis, in corpore: immortalis, in animo diuino: in quo eſt illud τὸ διάφορον, id eſt, ea excellentia quæ illum eximit è cæterorum animantium numero.

85 Duplex eſt quaſi genus hominis: Mas & Fœmina, utrunque certè Dei opus, rationis eiuſdem particeps.

86 Mirabili planè auguſtóque opificio, Deus in uno homine duo prorſus contraria copulauit, Corpus & Animum: ex quibus duabus naturis fit unus homo: nouit tamen Deus duas illas naturas ſeernere atque diſſoluere, & quum uult, poteſt: ut illarum uidelicet unaquæque redeat in ſua principia: corpus, ad elementa, ex quibus componitur: animus in cœlum, ſi bene uixerit in hac corporis coniunctione, ut ibi ſempiternam felicémque uitam uitat.

87 Vtriuſque igitur illius naturæ, id eſt corporis & animi, ex quibus homo componitur, diuerſa conditio diligenter conſideranda eſt.

88 Animum immortalem & diuinum Deus creat per ſe, nullo cauſarum ſecundarum miniſterio, ad imaginem ſuam: Corpus autem ſecundis cauſis creandum dedit. uel potius ζωογονικοῖς πνεύμασι ſiue ἐκπυρεσύσιν ipſe αἰσθητὰ τῆ δημιουργικῆ: ſicuti ex pura naturæ luce alibi dixit: impropriè tum artè loquens, quum diis minoribus, id eſt θεωνυμίας, creãdorum corporum poteſtatem datam eſſe ait à ſummo Deo.

89 Mirabilem corporis architecturam explicat ſingulatim, Capitis, cordis, pulmonis, hepatis, uentris, inteſtinorum, oſſium, carnis, medullæ, neruorum, muſculorum, uertebrarum, cutis, pilorum, Reſpirationis, Sanguinis &c. cauſas, uires, facultates, excellentémque adeò mirificì illius opificij uſum exquiſitè repræſentat. Quæ ſingula ex ipſo contextu petet ſtudioſus lector.

90 Nutritionis ratio copioſè explicatur.

91 Cætera quoque corporis πάθη, Senectutem, morbos illorumque cauſas & ſpecies, & remedia, docet.

92 De morte etiam, illiúſque cauſa agit. Et hæc quidem de corpore.

93 Præſtantiſſima eſt & uerè philoſophica cognitio, DE ANIMA: cuius hic præcipuus eſt finis, ut

Opificis augusta potētia perspiciatur atque cælebretur.

94 Animus unus est, non plures in homine sunt Animi.

95 Animi tamen plures sunt facultates: ut quidem illius animi unius ἐνεργείαις homo & uiuat, & cupiat, & ratione utatur: uario tamen modo.

96 Illarum quippe facultatum animi, aliæ sunt corporeæ & planè cum corpore intereunt: & quādiu illa corporis & animum, quæ hominem efficit, ἁρμονία cōstat, ministræ sunt Rationis, quæ illis instrumētis utitur ad usures suas exerendas. Sunt enim illæ hac de causa uariè per uniuersum corpus distributæ, ut præsto sint ubique rationi ad necessarias operas: & illæ quidē per se sunt ἄλογοι, quatenus aliud sunt quàm ratio.

97 Magnum est illarum ἀλόγων cupiditatum examen, quæ nimirum ut per se rationis sint expertes: si tamen Rationis mandatum audierint, utiliter conformantur ad honesti uirtutisque formulam: & inde existunt uirtutes θεραπευταί.

98 Primariæ hæ sunt cupiditates: Voluptas, Dolor, Spes, Metus, Audacia, Ira, Amor, &c.

99 His omnibus domina & regina præest MENS siue RATIO, peculiare Dei donum, hominu ex omnibus animantibus uni attributum: uerè immortalis & diuina.

100 Hæc sedem habet in Capite, ueluti in arce: supremam quandam autoritatem in inferiores animi partes obtinens, à quibus etiam quasi isthmo quodam atque uallo disiungitur, & firmo satellitio præsidióque firmatur.

101 Cæteræ animi facultates in corpore proprias sortitæ sunt sedes, capite inferiores: Irascibilis, in Corde habitat, loco rationi proximo, ut appetitum ad rationis imperium adigat. Appetitoria, in Iecore. &c.

102 Inferiores illæ animi facultates cum corpore alligatæ, contagionem labémque inde contrahunt, excusso sæpissimè Rationis imperio. Imò Ratio etiam ipsa cæcarum illarum cupiditatum impetu & errore abducitur, & crassis corporis sensibus implicatur: ut non modò hebescat, sed & corrūpatur, & diuinum illū uigorem amittat, præcépsque ruat in malum.

103 Illæ ἀπαξίαι falsò attribuuntur creationi minorum deorum, ut Deus summus sit extra culpam illorum malorum, quemadmodum imperitè ait Plato: à quo ad ipsum prouocandum est. id est, ad reliquias naturalis lucis, quæ in ipso remanserūt. sic enim de animi uitiis loquens, illorum originem notat, Τούτων πάντες οἱ κακοὶ, &c. ὧν αἰτιατέον μᾶλλον τοὺς φυτεύοντας ἀεὶ τῶν φυτευομένων μᾶλλον, καὶ τοὺς τρέφοντας, τῶν τρεφομένων. Duplex est ergo causa illarum in animo perturbationum: (quod tamen non rectè intellexit Plato) Inseminatio peccati nativa, ab ipsa origine primi parentis, non quidem ex creatione, sed ex creationis corruptione, quæ tamen hereditariò propagatur: &, Prauæ consuetudines, quibus nouæ corruptiones nativæ illius corruptionis in dies soboleſcunt. id est, φύτευσις, & τροφή.

104 Illæ corruptiones, sunt animi morbi: de cuius etiam remediis hîc agit Plato.

105 Duplex est igitur Animi post hanc uitam mortalem status, in illa secunda uita. Si enim bene & ex uirtute uitam hanc in corpore traduxerit, in secunda felicem: sin malè & uitiosè, infelicem consequitur: consentaneum præmium anteactæ uitæ atque supplicii reportans.

ALIA QVAEDAM THEOREMATA, præter primariam disputationem.

106 In omnibus rebus & maximis & minimis, Dei auxilium implorandum est.

107 Græci fuerunt imperiti ueræ antiquitatis.

108 Maximum fuit quoddam diluuium, ante cuius tempus terrarum orbis fuit ciuitatibus uariè excultus.

109 Confessio ethnici Platonis de non satis rectè explorata ueritate.

110 Confessio eiusdem, Πολυθεΐαν omni rationi repugnare. id est, plures Deos statui ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων: atque adeò se illos amplecti, patrum autoritate & legum seueritate impulsum, non ratione.

INSIGNIORES QVIDAM NAEVI in hac disputatione & notandi & cauendi.

111 Verum est, Hominis naturam esse præstantiorē natura fœminæ, quæ nimirum est homini subiecta, ex creationis formula: sed falsum est, Fœminas esse κάκον τι siue ἀδιάπλασιν τῆς φύσεως, & ex infirmorum hominum genere nasci propter commissa scelera, commigratione animarum: sicuti ex fœtidis Pythagorearum insaniarum cloacis effudit Plato. quum Deus illas eiusdem rationis dono ornauerit, & eiusdem felicitatis in secunda uita faciat participes: quemadmodum ait Veritas.

τὰ δὲ μὴν ὅσα ἐντὸς τοῦ στόματος οὗ λέγομεν, φαίνεται λιμένι τινὶ στενόν τινα εἴσπλουν ἔχων. ἡ δὲ πέλαγος ὄντως, ἡ τε περιέχουσα αὐτὸ γῆ πρωτέλως ἀληθῶς, ὀρθότατ' ἂν λέγοιτο ἤπειρος. ἐν δὲ τῇ Ἀτλαντίδι ταύτῃ νήσῳ μεγάλη συνέστη ἡ θαυμαστὴ δύναμις βασιλέων, κρατοῦσα μὲν ἁπάσης τῆς νήσου, πολλῶν δὲ ἄλλων νήσων καὶ μερῶν τῆς ἠπείρου. πρὸς δὲ τούτοις, ἔτι τῶν ἐντὸς τῇδε Λιβύης μὲν ἦρχεν ἄχρι πρὸς Αἴγυπτον τῆς δὲ Εὐρώπης, μέχρι Τυρρηνίας. αὕτη δὲ πᾶσα ξυνηθροισθεῖσα εἰς ἓν ἡ δύναμις τόν τε παρ' ὑμῖν καὶ παρ' ἡμῖν καὶ τὸν ἐντὸς τοῦ στόματος πᾶντα τόπον μιᾷ ποτ' ἐπεχείρησεν ὁρμῇ δουλοῦσθαι. τότε δὴ ὑμῶν, ὦ Σόλων, τῆς πόλεως ἡ δύναμις εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους φανεῖσα ἀρετῇ τε καὶ ῥώμῃ ἐκράτει. πάντων γὰρ προεστῶσα βύσχια, καὶ τέχναις ὅσαι κατὰ πόλεμον, τὰ μὲν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονεύουσα, τὰ δ' αὐτὴ μονωθεῖσα, ἔς ἀνάγκης, τῶν ἄλλων ἀποστάντων, ὅπη τοὺς ἐφεστῶτας ἀφικνοῖτο κινδύνους, κρατήσασα μὲν τῶν ἐπιόντων, τρόπαια ἀνέστησε, τοὺς δὲ μὴ πω δεδουλωμένους διεκώλυσε δουλωθῆναι· τοὺς δ' ἄλλους, ὅσοι κατοικοῦμεν ἐντὸς ὅρων Ἡρακλείων, ἀφθόνως ἅπαντας ἠλευθέρωσεν. ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων, μιᾶς ἡμέρας καὶ νυκτὸς χαλεπῆς ἐλθούσης, τό, τε παρ' ὑμῶν μάχιμον πᾶν, ἀθρόον ἐδύ κατὰ γῆς, ἥ τε Ἀτλαντὶς νῆσος ὡσαύτως κατὰ τῆς θαλάσσης δῦσα ἠφανίσθη. διὸ καὶ νῦν ἄπορον καὶ ἀδιερεύνητον γέγονε τοὐκεῖ πέλαγος, πηλοῦ κατειληφότος ἐμποδὼν ὄντος, ὃν ἡ νῆσος ἱζήσασα παρέσχετο.

Τὰ μὲν δὴ ῥηθέντα, ὦ Σώκρατες, ἐστὶ τοῦ παλαιοῦ Κριτίου, κατ' ἀκοὴν τὴν Σόλωνος, ὡς σὺν τύχῃ εἰπεῖν, ἀκήκοας. λέγοντος δὲ δὴ σοῦ περὶ πολιτείας τε καὶ ἀνδρῶν οὓς ἔλεγες, ἐθαύμαζον, ἀναμιμνησκόμενος αὐτὰ ἃ νῦν λέγω· κατεμανθάνων ὡς δαιμονίως, ἐκ τίνος τύχης, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ξυνωιδέσθης τὰ πολλὰ οἷς Σόλων εἶπεν. οὐ μὴν ἐξελάνθανέν γε σοῦ θάτερον εἰπεῖν·

A sita est,& in illo quidē mari, quod proprio & peculiari nomine Pontus nuncupatur. nam ad eum locum,intra maris illius angustias,apparet portus arcto quodam & tenui aditu: ea verò terra quæ mare illud quod propriè πέλαγος vocatur,cingit ambitque, verè continens appellatur. In hac ergo Atlantica insula,magnæ & mirabiles conflatæ erát regum copiæ,quæ vniuersam quidem illam insulam multásque alias, & continentis illius partem obtinebant. Iam verò ex vna quidem parte vniuersę Libyę ad AEgyptū vsque: Europæ, aduscque Hetru-
B riam imperabant. Illæ itaque regum in vnum collectæ vires, & vestras & nostras & omnes eas quæ intra illius maris aditum erāt,regiones,in seruitutem redigere conabantur. tunc verò vestræ, Solon, ciuitatis potentia præter cæteros mortales maximè excelluit robore & virtute: omnes autem animi fortitudine & præsentia,omnibúsque bellicis rationibus ita superauit, vt iis hostibus qui irruebāt, deiectis, trophęa constitueret erigerétque: quum partim cōmuni cæterorum Græcorum nomine rerum summā obtinuisset, partim à reliquis
C Græcis destituta,& ad summum periculum adducta in eam necessitatem cogeretur, vt sui defendendi priuatim & per se, ab illis seiuncta atque separata, rationes iniret. eos verò qui nondum planè domiti erant,impediuit quominus planè subigerentur: alios verò, qui intra columnas Herculeas habitamus,amplissimè omnes in libertatem reuocauit. [a] Post autem quum diluuiorum & terræmotuum intemperies extitisset, vnius noctis & diei spatio, omne illud bellicosorum hominum genus in ter
D ram absorptum fuit, illáque etiam Atlantica insula maris fluctibus planè obuoluta omnino disparuit. vnde & illud mare traiectu difficile est, quum lutum adhuc copiosum ex insulæ illius reliquiis remanserit.

Hæc [b] ferè sunt, Socrates, quæ à vetere Critia ex Solonis auditu commemorata memini. & quidem heri quum te audirem de Rep. differentem, mirabar: in me-
E moriam illa reuocans quæ modò dixi, atque animaduertens quàm feliciter & quasi diuinè, sorte quadam, nec tamen præter rem, multa eorum colligeres, quæ aiebat Solon. nolebā tamē eucstigio illud dicere.

tarint, quibus sese Athenienses communi cæterorum Græcorū nomine opposuerint, atque illos deuicerint: cæterósque nō solum Græcos, sed Asiæ & Europæ reliquos omnes populos, in libertatem vindicarint. ipsam verò illam Atlanticam insulam subito quodam diluuio & terræmotu planè absorptam, totumque illud adeò bellicosorū hominū genus. quæ omnia ἰσορικῶς commemorantur. Atlantis certè montis frequēs est in recentiorū etiā autorum libris memoria. Atlanticam autē insulam olim in mari Atlantico fuisse aiūt, Strabo lib. 2. Plinius lib. 2. cap. 32. Et certè genuinus ipsius sermonis scopus ostendit, hæc simpliciter intelligenda. Itaque ineptæ sunt interpretum in hunc locum ἀλληγορίαι, tanto minus tolerabiles, quòd & ipse Plato λόγον nō μῦθον & omnino verum, licet ἀπότομον, se commemorare differè dicat: & Crantor primus Plat. interpres hæc ἰσορικῶς dici affirmet. Emanarunt tamen ex eo interpretum ἀλληγορίαι: dum Proclus insulam illam Atlanticam planè in aliud quidpiam transformat, singulísque expensis narrationis notis, *Extra Herculis columnas*, atque adeò orbem habitabilem, ideo ait statui: quia quum duplex sit Vniuersi ordo, vn' à Deo initium sumens, alter in materiam vsque deductus: & vterque tū vniuersalia tum singularia complectatur, mare quidem *Atlanticum* materiæ sit vice, Atlanticas verò insulas quasi eiusdem materiæ participes contineat. Vt autem noster orbis vnus est, Atlanticæ verò plures & ab illo remotæ: ita materiales resquū in diuisione meadunt, ab vnitate illa intelligibili indiuiduæ naturæ seiunctæ sunt. *Asia & Europa* maiorem esse: quoniam ea quæ longissimè ab vno remouentur, ac potestate maiora sunt, quantitate augentur. maior enim materiæ vis potestatem efficit ampliorem: minor autem materiæ pars, minorem magnitudinem. Mare autē illud *Permium* esse: propter rerum vniuersalium & singularium mutuū quendam & vicarium circulum. *Bello Atlantico* quidam significari volunt discordem elementorum concordiam, ex qua res omnes nasci dixerunt Emped. & Heracl. Amelius repugnantiam firmamenti siue ἀπλανοῦς σφαίρας & septem planetarū. Origenes, (vt hîc quoque sicut in Christianæ religionis simplicitate, allegoriarū suarum præstigiis insaniret) ait significari pugnam superiorum dæmonum cum inferioribus. Iamblichus & Proclus, repugnātiam rerum naturalium in generatione & interitu. Denique eccuinam rei cothurnus iste non accommodetur? ex quibus imaginationum plausibilis quædam volui indicare, vt perspiciatur quónam æstus allegoriarum plerosque interpretum abduxerit, qui dum instituunt rem illustrare, densis tenebris obuoluunt, & peruertunt rerum veritatem. quid enim aliud est peruertere, si hoc non est?

a Istarum mutationum causas refert Arist. de mundo. & Meteor. Plin. lib. 2. cap. 90. Notissimum verò est quod de magna Græcia circumfertur: Siciliam videlicet cum Italia coniunctam, vbi nunc est mare: vt alias mirabiles rerum mutationes prætermittam. &c.

b Absoluto sermone de Atlantica insula & Atlantico bello, quædam addit è sermone quidē molliter deducta, ἐπεισοδιῶδες tamen, & dialogi decoro accōmodata,

nam propter temporis longinquitatem non ſatis expeditè animo ſuccurrebant. cogitaui ergo operæpretium eſſe rem totã primùm cum animo meo reputare atque reuoluere: quum etiam in me illud officium incumberet, prout inter nos erat conſtitutum, vt aliquid in medium afferrẽ. & quoniam illud à cæteris requirebatur, vt aliquẽ ſermonem inſtituto noſtro accommodatum exponerent, hic non planè alienus exiſtimabatur, quẽ quidem expeditè comperirem. Ita videlicet heſterno die (quemadmodum hic dixit) vbi primùm hinc diſceſſimus, iſta cum his communicabam, illorum memoriam refricando. [a] Et quum de his attentius nocte cogitarem, omnia penè recenſui, ſicuti & fert prouerbium: [a] Ea quæ à pueris diſcuntur, memoriæ tenaciter inhærere. equidem quæ olim audiui neſcio an omnia poſſem reminiſci: eorum verò quæ à longiſſimo hinc audiui tempore, vix dici poſſit quàm mentem animúmque nullo modo effugerint. & illa quidem à me cum maxima voluptate & lætitia percipiebantur, & ea ſenex iucundè narrabat mihi illum hac de re ſubinde interroganti. vnde & quaſi monumenta indelebilis ſcripturæ altè inuſta atque impreſſa conſtanter ad hunc vſque diem perdurant. & manè quidem illis omnia expoſui, vt eiuſdem mecum ſermonis eſſent participes. Nunc igitur qua de cauſa hæc omnia dicta ſint, paratus ſum, Socrates, tibi explicare non tantùm ſummatim & per capita, ſed ſingulatim etiam, quemadmodum illa percepi. illos autem ciues illámque ciuitatem, quam heri nobis tanquam per fabulam exponebas, re ad ipſam traducta veritatem, huc conferemus: vt illam omnino illóſque, quemadmodum cogitatione complectebare, ſtatuamus eſſe reuera priſcos noſtros illos maiores, de quibus ſacerdos ille apud Solonem verba faciebat. res optimè quadrabit, nec quid cauſæ eſſe videtur cur repellamur, ſi ſtatuerimus huiuſmodi illos homines olim extitiſſe. Re autem communiter perpenſa, conabimur pro viribus vnicuique rei quod decet & conſentaneum eſt, ex diſquiſitionis noſtræ inſtituto tribuere. Videndum ergo eſt, Socrates, an id opportunè dicatur, nécne: an alia inueſtiganda ſit ſermonis ratio. SOCR. [b] Ecquid verò, Critia, melius commodiúsve agere poſſimus? & quod huic etiam diei, qui illius deæ ſacro deſtinatus eſt, magis conueniat? illud verò, non fabulam, ſed verum ſermonem afferri, permagnum ſanè quid eſt. eccur ergo illum reliquerimus, vt alium quendam inueſtigemus? Quod ergo felix fauſtúmque ſit, ad vos redeunt loquendi vices, vt ego in mercedem heſter

a Ἐπισυδιον è re ipſa naſcens. Quòd enim ſe hæc puerum audiiſſe dixerat, addit quæ dã de MEMORIAE vi & efficacia: Ea nimirum tenaciter memoriæ hærere, quæ à puero diſcuntur.

b Denique, omnium conſenſu & ſententia eò venitur, vt Timæo dicendi de rerum natura partes tribuãtur. & ita legitimæ diſputationis fit exordiũ.

A δι' χρόνου γὰρ οὐχ ἱκανῶς ἐμεμνήμην. ἐννοήσας οὖν ὅτι χρεὼν εἴη με πρῶτον ἐμαυτῷ πρῶτον ἱκανῶς πάντα ἀναλαβόντα, λέγειν οὕτως. ὅθεν ταχὺ ξυνωμολόγησά σοι τὰ ὑπαρξάντα χθές· ἡδύμην, ὅταν ἐν ἅπασι τοῖς τοιοῖσδε μέγιστον ἔργον, λόγον τινὰ πρέποντα τοῖς "βουλήμασιν ἐπιθεῖναι, τούτου μετρίως ἡμᾶς διπορήσειν. οὕτω δή, καθάπερ ὅδ' εἶπε, χθές τε ὑθὺς ἐνθένδε ἀπιὼν πρὸς τοισδε ἀνέφερον αὐτά, ἀναμιμνησκόμενος, ἀπελθών τε, ἐφεδόν τι ἅπαντα ὑπισχνοῦμαι τῆς νυκτὸς, ἀνελαβον. ὡς δή τι ὃ λεγόμενον, τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον. ἐγὼ γὰρ ἃ μὲν χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδα εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν. ταῦτα δὲ ἃ πάμπολιν χρόνον ἀφικόμην, πρώτα πασι θαυμάσαμ' ἂν εἶπε με αὐτῶν ἀφαπέφθην. ὧν μὲν οὖν μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ παιδικῆς τότε ἀκουόμενα, καὶ τὸ

B πρεσβύτου προθύμως με διδάσκοντος, ἄντε μοὶ πολλάκις ἐπομνερωτῶντος· ὥστε οἷον ἐγκαύματά μοι ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονά "μοι γέγονε. καὶ δὴ καὶ τοῖσδε ὑθὺς ἔλεγον ἕωθεν αὐτὰ ταῦτα, ἵνα διπορεῖεν λόγων μετ' ἐμοῦ. νυνὶ οὖν οὕνεκα πρῶτα εἴρηται, λέγειν εἰμὶ ἕτοιμος, ὦ Σώκρατες, μὴ μόνον ἐν κεφαλαίοις, ἀλλ' ὥσπερ ἤκουσα, καθ' ἕκαστον. τοὺς δὲ πολίτας καὶ τὴν πόλιν ὧν χθὲς ἡμῖν ὡς ἐν μύθῳ διήιεσθα,

D μετενεγκόντες ὑπὸ τὰληθείας, δοῦμεν θήσομεν, ὡς ἐκείνων τῶνδε οὐσῶν· καὶ τοὺς πολίτας οὓς διενοοῦ, φήσομεν ἐκείνους τοὺς ἀληθινοὺς εἶ) προγόνους ἡμῶν οὓς ἔλεγεν ὁ ἱερεύς. πάντως ἁρμόσουσι, καὶ οὐκ ἀπορήσομεν λέγοντες αὖθις εἶ) τοὺς ἐν τῷ τότε ὄντας χρόνῳ. κοινῇ δὲ ξυλαμβάνοντες πρῶτα πειρησόμεθα ὃ πρέπον εἰς δυνάμιν οἷς ἐπέταξας ἀποδιδῶναι. σκοπεῖν οὖν δεῖ, ὦ Σώκρατες, εἰ καλῶς νομῶ ὁ λόγος ἡμῖν οὗτος, ἢ πινα ἔτ' ἄλλον αὖτ' αὖτ' ζητητέον.

E ΣΩΚΡ. Καὶ πίνα, ὦ Κριτία, μᾶλλον αὖτὶ τούτου μεταλάβοιμεν ἄν; ὃς τῇ τε παρούσῃ τῆς θεοῦ θυσίᾳ ἅτε τὴν οἰκειότητα αὖ πρέποι μάλιστα· τό, τε μὴ πλαστὸν μῦθον ἀλλ' ἀληθινὸν λόγον εἶ), πάμμεγά που. πῶς γὰρ καὶ πόθεν ἄλλους διζησόμεθα, ἀφέμενοι τούτων, οὐκ ἔστιν. ἀλλ' ἀγαθῇ τύχῃ χρὴ λέγειν μὲν ὑμᾶς, ἐμὲ δὲ, αὖτὶ τῆς χθὲς

For. πρεσβλήμασιν. & Fic. Propoſitæ rei Intell. autem ἡγεμόνος, διπορήσειν τούτου, uidelicet λόγου πρέποντος, quum id ſit μέγιστον ἔργον &c.

Vel pronomẽ μοι in hoc poſteriore loco ſiue in priore expungendũ eſt, uel per pleonaſmum talẽ qualis eſt uocula ἂν repetitæ, ponidicendum eſt.

λόγων, νῦν ἡσυχίαν ἄγοντα ἀκούειν. ΚΡΙ. Σκέπει δὴ τίνι τῶν ξενίων σοὶ ἄμεινον, ὦ Σώκρατες, ἢ διελθεῖν. ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μὲν, ἅτε ἀστρονομικώτατον ἡμῶν, καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον, προτον λέγειν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτῶντα δὲ εἰς ἀνθρώπων φύσιν· ἐμὲ δὲ μετὰ τοῦτον, ὡς προς μὲν τούτου δεδεγμένον ἀνθρώπους παρὰ λόγῳ γεγονότας, προς δὲ σοῦ τε πεπαιδευμένους ἄμεινον φερόντως αὐτῶν τινας· καὶ δὴ τὸν Σόλωνος λόγον τε καὶ νόμον, εἰσαγαγόντα αὖθις ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς, ποιῆσαι πολίτας τῆς πόλεως τῆσδε, ὡς ὄντας δὴ τότε Ἀθηναίους, οἷς ἐμήνυσεν ἀφανῆς ὄντας ἡ τῶν ἱερῶν γραμμάτων φήμη. τὰ λοιπὰ δὲ, ὡς περὶ πολιτῶν καὶ Ἀθηναίων ὄντων ἤδη ποιεῖσθαι σοὺς λόγους.

ΣΩ. Τελέως τε καὶ λαμπρῶς ἔοικε παρατεθῆναι τοῖς τῶν λόγων ἐδέσμασιν. σὸν δῶ ἔργον λέγειν αὖ εἶη, ὦ Τίμαιε, τὸ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καλέσαντα κατὰ νόμον θεούς. ΤΙ. Ἀλλ' ὦ Σώκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν, ὅτῳ πάσῃ ὁρμῇ καὶ σμικροῦ τε μεγάλου πρᾶγμα τος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν· ἡμᾶς δὲ δὴ καὶ πάντας λόγους ποιεῖσθαί τι μέλλοντας, εἰ γέγονεν, ἢ καὶ ἀγένες ἔστιν, εἰ μὴ πάντα παντὸς παντάπασι παρηλλάττομεν, ἀνάγκη θεούς τε καὶ θεὰς ἐπικαλουμένους, εὔχεσθαι πάντας κατὰ νοῦν ἐκείνοις μάλιστα, ἐπομένως δὲ ἡμῖν εἰπεῖν. καὶ τὰ μὲν περὶ θεῶν τοιαύτη παρακεκλήσθω. τὸ δ' ἡμέτερον αὖ παρακλητέον, ἡ ῥᾳστ' ἂν ὑμεῖς μάθητε, ἐγὼ δὲ, ἢ δοκοῦμαι, μάλιστ' ἂν περὶ τῶν προκειμένων ἐνδείξαιμι.

ΕΣΤΙΝ δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε· τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δ' οὐκ ἔχον· καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δ' οὐδέποτε. τὸ μὲν

norum à me habitorum ſermonum, audiens quieſcam. CR. Vide ergo Socrates, qua ratione animus ſit tua illa hoſpitalia dona tibi compenſari. viſum enim eſt nobis operæpretium futurum, vt Timæus noſtrûm omnium aſtrologiæ peritiſſimus, atque rerum naturæ ſcientiſſimus, primùm dicat de NATVRA VNIVERSI: déque ipſius generatione & ortu: denique, de HOMINVM NATVRA. ego verò poſt hûc: qui quidé homines ab illo acceptos ratione à natura præditos, à te verò exquiſita quadam via inſtitutos atque edoctos, & è Solonis ſermone & lege ad nos, tanquam iudices, adductos, noſtræ ciuitatis efficiam cives: quippe quos, priſcos Athenienſes, nobis verò incognitos, indicauit ſacrarum literarum fama. Reliquum verò ſermonem ad illius Reipublicæ conſtitutionem conformationémque iuuat impendere. SOCR. Splendidas planè & cumulatas epulas quibus nos viciſſim à te opiparè excipiamur, mihi quidem videris inſtruxiſſe. Tuum ergo eſt, Timæe, deinceps dicere, inuocatis prius pro legum more & inſtituto diis. TIMAEVS. Atqui, Socrates, omnes ii qui vel tantillum mentis habent, quum aliquid ſiue magnum ſiue paruum aggrediuntur, ſemper ſolent Deum inuocare: quanto magis decet nos, de Vniuerſo ipſo, genitúmne ſit an ingenitum, verba facturos, Deum inuocare: niſi omnino cæca demétia tranſuerſi abducimur? Neceſſe eſt ergo deos deáſque inuocare, & illos precari vti ea primùm dicantur à nobis quæ ipſis ſint grata: deinde, vt huiuſmodi, quæ aptis rationibus conſentanea nobis etiam probari poſſint, & in illis certa quædam nobis conſtet ſententia. Atque in hunc quidem modum de diis inuocandis cura à nobis geritor: illi verò nobis fauentes & propitii ita annuant, vti & vos ea quæ à me dicenda ſunt, facillimè percipiatis: ego verò, ſicuti animo & cogitatione rem complexus ſum, ita commodiſſimè vniuerſam exponam atque demonſtrem.

[a] PRINCIPIO, mea quidem ſententia, hæc ponenda & diſtinguenda ſunt. [b] QVID eſt quod ſemper ſit, neque vllum habet ortum: & quod gignatur, nec vnquam ſit.

a Ita DEVM precatus (quo non potuit melius commodiúſve poni exordium) ad reſ ipſius legitimam tractationem accedit. Eſt igitur SECVNDA iſtius dialogi hæc pars, tribus partibus diſtincta: quarum prima, nonnulla Plato προοιμιάζεται ne-

ceſſaria ad ſequentem diſputationem, & illius ſpargit ſemina, ſubſternens videlicet ſuo more hypotheſes, quibus innititur, vniuerſa doctrina: cuius ſcopum notat, De mundi generatione. Secunda docet, A quo, Ex quo, Cur, Quomodo, ſit factus. Tertia illius doctrinæ ἐπεξεργασίαν complectitur. Ita autem agit Plato, vt quemadmodum leges demonſtrationis flagitant, à generaliſſimis initium ſumat, vt ſenſim ad res ſingulares progrediatur. id eſt, de primaria & opifice cauſa prius agat (quod certè verum eſt principium vniuerſi) tum de ſecundis, & à principe illa creatis ipſíque ſubordinatis: nempe, de Natura, ipſíſque cauſis: donec ad animantium ſingularem naturam explicandam deueniat: vt ita componatur abſoluta quædam naturalis doctrinæ moles. Prima igitur hæc eſto ſecundæ partis particula: quam προοίμιον eleganter Plato vocat, ſicuti νόμον, legitimam ipſam diſputationem. Hîc autem ſeptem hypotheſes diſtinctè ponuntur.

b PRIMA hypotheſis, Aliud eſt, τὸ ὂν ἀεί: aliud, τὸ γιγνόμενον. id eſt, differt Id quod verè eſt, & ſemper eſt, ab omnibus rebus genitis. Ita haud dubiè diſcrimen conſtituit inter Opificem, & res creatas. Deum enim eſſe opificem vniuerſæ Naturæ, eſt baſis & fundamentum eius diſquiſitionis quæ eſt de Natura. Sic AVTOGRAPHVM, Πρὶν οὐρανὸν γένεσθαι, λόγῳ ἦσαν Ἰδέαι καὶ Ὕλη, καὶ ὁ Θεὸς δημιουργὸς τοῦ βελτίονος. quo nomine non tantùm intelligo διάταξιν mundi: ſed ipſas illas primas naturæ cauſas, Formam, & materiam: à Deo creatas, vt ſeruirent futuræ illi mundi ἀπαξίᾳ. Cauſas igitur Naturæ prius eſſe creatas docet, vt tum agat Natura efficaciter: & ita Deus ſit planè αἰτιατὸς, & γενέτωρ Vniuerſi. Porro τὸ ὂν & τὸ γιγνόμενον adhibitis notis definit: Τὸ ὂν nimirûm illud τὸ ἀεὶ, huiuſmodi eſſe vt nullam habeat γένεσιν, ſed verè ſit ἀϊδιον & ἀπαθὲς, ἀναλλοίωτόν τε: Τὸ γιγνόμενον autem, nunquam ſit, ὂν δὲ οὐδέποτε, eo videlicet modo quo illud τὸ ὄν, quod ex illa γενητοῦ comparatione, æternum à Platone intelligi perſpicuum eſt. quanquam & ipſa τὰ γιγνόμενα, id eſt Res creatæ, ſuo modo dicuntur ὄντα: ſicuti & mox Vniuerſum ipſum appellabit, cuius ſcilicet præ rebus ſingularibus, conſtantiſſima eſt natura, & penè ſempiterna. Τοῦ ὄντος igitur, id eſt Αἰωνίου, duplex genus conſtituatur, è Philoſophi noſtri doctrina. de quibus vide Argumentum. Ita hac prima hypotheſi Deus à Natura diſtinguitur.

a SECVNDA hypothesis, ad prioris tamē explicationem adhibita: Illud τὸ ὄν, ratione & intelligentia cōprehendi: & eodem modo semper se habere, vnúmque atque idem perdurare constanter. Τὸ γιγνόμενον autem, sub sensum cadere, & opinione tantùm comprehendi, gigni & interire, neque vnquam verè esse. Ita illustratur discrimen illud inter Opificem & res creatas: de quo AVTOGR. διὸν ὁ νόος ὁρᾷ μόνος, &c. Quòd autem illā νόησιν, qua verè Ens animo complectimur, sic describit, vt & ei tribuat λόγον, & adimat αἴσθησιν: ita adumbrat definitionem veræ cognitionis de Deo, qui spiritu tantùm cognosci verè potest, vt hoc sit discrimē inter Deū & res creatas: ille, intelligentia & ratione: hæ, sensu & opinione comprehenduntur.

Μετὰ λόγου autem ait, vt non imaginariam, sed veram & prudentem istam Entis perceptionem constituamus. Quū ait ὄντως ὄν, concedit rebus genitis, vt sint quodammodo: illas tamen ὄντως esse negat, id est eo modo, quo τὸ ὂν ἀυτοεἰ. ESSE autē tribui, & quidē variè, rebus genitis, copiosè explicatum est in Sophista.

b Tertia hypothesis, Nihil sine causa fieri, & quicquid fit, ex aliqua causa fieri. Causæ autem principes sunt duæ, Deus & Natura. Deus, est opifex: Natura, opus. suo tamen modo est causa, creata videlicet à Deo, & hactenus efficax, quatenus efficacem esse illā Deus voluerit: cuius ipsa est famula & ministra, ac proinde potius ξυναίτιον, quàm αἴτιον: quemadmodū dicet posteà. Deus igitur est prima & princeps causa: Natura, secundarum causarum ὑπαξίαν complectitur: de qua mox aget. Postulat ille ordo naturæ à Deo creatus, vt quicquid fit, ex Materia & forma fiat. ideo AVTOGR. ait Deum esse φύσιος ἀρχόν: Materiam & Formam, συναίτια & συνεπόμενα. vnde extiterit αἰσθητὸς κόσμος, & certa causarum serie conseruetur. De Forma primùm Plato aget: mox, de Materia.

c Quarta hypothesis: Multiplex & varia est natura rerum genitarum: quædam, firmam constantémque habent naturam, & penè sempiternam: quædam, generationi & interitui perpetuo obnoxiam, ita vt variis mutationum vicissitudinibus commutentur. sic enim γιγνόμενα intelligo peculiari quodam vocabulo designaris & τὸ ὂν tribui rebus genitis, eo quem superius explicaui, modo. Quod ex ipsis verbis videtur esse perspicuum, testatur enim Plato Vniuersum γιγνόμενα: & ei sæpius γένεσιν ἀρχὼ tribuit. quod igitur posteà ait, nō factum fuisse ad exemplar τῶ γιγνόμενα, sed ad æterni & eodem modo semper constantis, hactenus expono, Vti in rebus creatis, aliæ constantiorem habeant naturam: aliæ, generationis mutationibus obnoxiam. Vniuersum autem, in priori rerum sit genere: si cum singularibus rebus conferatur. alioqui inuolueretur ἀνυσάτῳ Philosophus. Illud etiam verum sanè est, Naturas rerum inter se istis discriminibus distinguī. sed quàm bene & αἰσκόπως hæc dicantur, ex istorum verborum sententia, iudicent eruditi. Vide Annot.

d Quinta hypothesis: Opifex non egit temerè, nec rerum naturas commiscuit, sed vnicuique propriam & peculiarem naturam accommodauit. Est enim illud, Μὴ ἄλογα διοίκησιν, ex AVTOGRAPHO, primus sermonis aditus, ad mirabilem Opificis in mundo condendo sapientiam demonstrandam. Deus igitur in vniuersi generatione non egit temerè, sed sapienter. Illam sapientiam Dei, vocat Ἰδέαν, quæ est extra res omnes, omnium rerum potentissima causa, & certò efficax: quam aliud planè esse quàm παράδειγμα siue εἰκόνα apparet ex his verbis: Τοιούτῳ νῦν παραδείγματι, τῷ ἰδέαν τε δυνάμιν ἀπεργάζηται. Ideæ enim & potentiæ efficiendæ, adhibuit Opifex παράδειγμα. Idea igitur est prior & præstantior Exemplari siue Imagine. IDEA itaque, est ἀιδιότατος in Dei mente sapientia, siue æternum decretum, rerum omnium prima & efficiens causa, ἀμερὲς καὶ ἀσχημάτιστος. EXEMPLAR, est futuri operis delineatio: primus Ideæ fœtus: sicuti in argumento diximus. Vnum sanè exemplar est in vna architectrice mente: sed quatenus duplex statuatur, æternum videlicet & genitum. Vide suprà, & Annot.

e Sexta hypothesis: Vniuersum, cœlum, mundum (sunt enim συνώνυμα) esse facta non ad genitum Exemplar, sed ad æternum, quod vnum est & vno modò semper habet. id est, Mundum esse constanti quadam & sempiterna natura: sicuti proximè diximus. sed quomodo & quatenus Mundus constituatur æternus, mox notabimus. AVTOGR. ὑπὸ τῆ πραξίσω, &c.

f PRIMARIÆ quæstionis indicatio, in hoc primordio planè necessaria: An Mundus habeat γένεσιν ἀρχὼ, nécne. E proximo autem sermone opportunè deducitur.

g Responsio: Factum esse, siue genitum mundum.

h Illius responsionis ἀπολογία, syllogismo vtroque conclusa. Quicquid sub sensus cadit, & opinione percipitur, genitum est. Vniuersum huiusmodi est. quia corporeum. Igitur generatum est. Omnes syllogismi partes disertè ponuntur, & quidem ex secundæ hypothesεως vi confectæ atque perspectæ.

i Conclusionis amplificatio, ex tertia hypothesi, Quicquid fit, ex aliqua causa necessariò fit. Mundus enim nō temerè extitit: sed fuit à Deo creatus. AVTOG. διὸ δὴ ὑπὸ κατάληψιν ἦλθε τοῦ ἀρίστου, &, Πρεσβύτερον καὶ πατέρα τῶ ὅλου. Illud verò aureum, Τὸν δὲ θεὸν πάντων ἡγεμόνα, &c.

k Superioris quæstionis πάθος, & maximi quidem momenti: Ad quódnam exemplar mundus fuerit effectus: an ad ἄϊδιον, an ad γενητόν. Quum autem Cœlo siue Vniuerso, cuius ortum agnoscit, tribuat τὸ ἄϊδιον, & demat τὸ γενητὸν, vtrunque certè commoda interpretatione explicandū est: ne illa sint in prudenti Philosopho ἀσύστατα: Factum esse & creatum mundum ad æternum exemplar. q.d. factum esse, & non factum esse, æternum, & generatum esse. Quid vocat ergò in rebus creatis τὸ ἄϊδιον? Id quod ad verè æternum propius accedit, ex cuius συμμετοχῆ habet ὕπαξιν constantem & firmam. Quid γενητόν; Id quod inter res creatas minimè habet constantiæ atque firmitatis, & variis mutationum vicissitudinibus obnoxium est: vt quidem illius comparatione, primum illud πρῶτον γενητὸν, genus, sempiternum quodammodo censeatur. Ex his igitur perspici potest quatenus mundus à Platone æternus statuatur. quanquam non æternus quidem dicitur, sed ad æternū exemplar factus: verùm κατ' ἀναλογίαν, statuitur æternus: quoniam Exemplar illud rerum naturas conformat: vt quidem, quum æternum sit mundi Exemplar, ipsum quoque mundum æternum esse necesse sit: hæc quidem significatione qua hic Æternum vocat; nimirum augustæ, excellentis, firmæ, constantisque naturæ: & rerum quidem singularum comparatione. Vide Argum. Vniuersi igitur præstantiam obiter notat, quam copiosè hic describit, Pulchritudinis illius mirabilem ξυμμετρίαν & singulare opificium ob oculos repræsentans. Causam autē omnium optimam & præstantissimam vocat

---

a quorum alterum intelligentia & ratione comprehenditur, & vnum semper atque idem est: alterum verò, opinione cum sensu quodam rationis experte, opinabile, & gignitur & interit, nec vnquā esse verè potest. b Quicquid autem gignitur, ex aliqua causa gigni necesse est. fieri enim nullo modo potest vt quicquam sine causa gignatur aut fiat. c Quocirca si is qui aliquod opus efficere molitur, eam speciem quæ semper est eadē, intuetur, atque eam sibi proponit exemplar, & quidem illam cogitationisq; suæ vim educit in opus: ita omnino necesse est, rem totam præclarè absolui: sin autē in illam quę gignitur, inspiciet, genitum exemplar sibi proponens, non præclarum certè opus perficiet. d Omne igitur cœlū, siue mundus, siue quouis alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nūcupetur. e De quo id primùm considerandum, quod principio est in omni quæstione considerandum, Sempérne fuerit, nullo generatº ortu, f an verò factus sit, & ab aliquo principio inceperit. g Factus est, siue genitus. quādoquidē cernitur & tāgitur & corpº habet. h Huiusmodi autē omnia sub sensum cadūt, & sensu comprehenduntur. illa verò, opinione, sensus ministerio, percipi possunt: atq; adeò & fieri illa perspicuum est, & generata esse. i Ei autem quod natum est, diximus à causa aliqua necessitatem nascendi tribui. Atque illum quidem quasi parentem huius Vniuersitatis inuenire difficile: & quum iam inueneris, indicare in vulgus nefas. k Illud rursus considerandum est de ipso Vniuerso, Ad quod exemplar opifex illud fit architectatus effecerítque: An ad il

A δὴ, νοήσει μετ' λόγου περιληπτόν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν· τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου, δοξαστόν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. πῶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι. πάντι γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. ὅπου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεὶ, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τοῦτο ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζηται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης ἀπο-

B τελεσθαι πᾶν· οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονὸς, γεγραπτῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅτι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω. σκεπτέον οὖν δὴ περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ἀρχὴν) περὶ πάντος τοῦ μέλλοντος ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεὶ, γενέσεως ἀρχὴν ἔχον οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ

C ἁπτός τε ὅστι, καὶ σῶμα ἔχων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά· τὰ δὲ αἰσθητὰ, δόξῃ περιληπτὰ μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γιγνόμενα ἐφάνη. τῷ δ' αὖ ἠιρμοσμένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς αἰσχίστην εἶ) γίγνεσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τῆδε τῆ πᾶν τοῦτο εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. πρὸς δ' αὖ πάλιν ὑποσκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο. πότε-

Cic. Nullius enim causa remota, reperiri origo potest.

Cic. Nũquam illam quam expectet, pulchritudinem cōsequetur.

Cic. An ortus sit ab aliquo temporis principatu.

Cic. Est undique corporatus.

Cic. Omnia talia sensum mouent. sensusque mouentia quæ sunt, eadem in opinatione consident.

Cic. Nihil gigni posse sine causis.

Cic. Fabricator tãti operis.

ἐον πρὸς τὸ καθ' ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔ-
χον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός. εἰ μὴν δὴ καλός ἐστιν
ὅδε ὁ κόσμος, ὅ, τε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον
ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν· εἰ δὲ (ὃ μηδὲ
εἰπεῖν τινὶ θέμις) πρὸς τὸ γεγονός. πᾶσι δὲ
σαφὲς ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον. ὁ μὲν γὰρ, κάλλι-
στος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. ὅ-
τω δὴ γεγενημένος, πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονή-
σει περιληπτὸν, καὶ κατ' ταυτὰ ἔχον, δεδημιούρ
γηται. τούτων δὲ ὑπαρχόντων αὖ, καὶ πᾶ-
σα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον, εἰκόνα τινὸς εἶ).
μέγιστον δὴ πάντως ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρ-
χῆς. ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ τοῦ παραδ-
είγματος αὖ δίρισθον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους
ὡν παρ' εἰσιν ἐξηγηταὶ, τούτων αὐτῶν καὶ ξυγ-
γενεῖς εἶναι. τὰ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου,
καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς, μονίμοις καὶ ἀμετα
πίστοις, καθ' ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει
λόγοις εἶ) καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ μηδὲν ἐλ-
λείπειν· τοῖς δὲ τοῦ προς μὲν ἐκφανὲς ἀπεικα-
σθέντος, ὄντος δὲ εἰκότος, εἰκότας, ἀνάλογόν τε
ἐκείνων ὄντας. ὅ, τι γὰρ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦ-
το πρὸς πίστιν ἀλήθεια. ἐαν οὖν, ὦ Σώκρα-
τες, πολλὰ πολλῶν εἰ πόντων περὶ θεῶν καὶ
τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώ-
μεθα πάντη πάντως αὐτοὺς αὐτοῖς ὁ-
μολογουμένους καὶ ἀπηκριβωμένους λόγους
ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς. ἀλλ' ἐαν ἄρα μη
δενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν
χρή· μεμνημένον ὡς ὁ λέγων, ὑμεῖς τε οἱ κρι-
ταὶ, φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν· ὥστε περὶ
τούτων καὶ εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους,
πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν. ΣΩ. Ἄρι-
στα, ὦ Τίμαιε· πάντα πα οἵ τε ὡς κελεύεις ἀ-
ποδεκτέον. τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμα-
σίως ἀπεδεξάμεθά σου, καὶ δὲ δὴ νόμον ἡμῖν
ἐφεξῆς πράγε. ΤΙ. Λέγωμεν δὴ δι' ἣν αἰ-
τίαν ἡγεῖται καὶ τὸ παν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέ-
στησεν. ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ ὀ-
δενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. τούτου δ'
ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέ-
σθαι παραπλήσια αὑτῷ. ταύτην γ' ἡγέ-
σεως κόσμου μάλιστ' ἄν τις ἀρχὴν κυριω-
τάτην παρ' ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμε-
θα. θεὸς τὰ γιγνόμενα καὶ τὰ γεγονότα ἐ-
βουλήθη, τὰ μὲν καλὰ τῶν ἀγαθῶν εἶναι, τὰ δὲ
μὴ καλὰ τῶν μηδὲν ὄντων. ἐπειδὴ γὰρ ἦν ὁρατὰ
πάντα ὅσα ἐκινεῖτο ἀτάκτως καὶ πλημμελῶς,
ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τάξιν ἦγεν, ἡγησάμενος
τὸ μὲν κατὰ πάντα κρεῖττον εἶναι τοῦ μὴ κατὰ
πάντα. οὐ δὲ οὐδὲ ἦν οὐδὲ νῦν ἔστιν ἐκ τοῦ
κρατίστου γενέσθαι τῶν ἐργαζομένων ἄλλο
πλὴν τὸ κάλλιστον. λογισάμενος δὴ εὗρε τῶν
κατὰ φύσιν ὁρατῶν ὅλον ὅλων ὁρατὰ πάντα
ἐκ τοιούτων ἐλαττόνων ἀτελῆ τελέστερα ἐν
αὐτοῖς συστησάμενος. ἀριθμὸν δὲ οὐκ ἐνῆν
καλῶς ἄνευ τούτων συστῆναι τῶν ὄντων. ταῦ-
τα δὴ λογισάμενος ἐνῆκε τὸν ἀριθμὸν εἰς τὴν
ψυχὴν, καὶ ἐνέστησε τὴν ψυχὴν εἰς τὸ σῶμα
τοῦτο, καὶ συνετέκτηνε τὸ πᾶν σῶμα ἐκ πυρὸς
καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, ἀναλογίαν τινὰ
ἔχοντα. ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπιπεδωθὲν ἕν ὅλον
ἐκ πάντων τῶν μερῶν, ἀτελὲς ἀτελῶν ἁπάν-
των ἐποίησεν, ἵνα μήτε τινὸς ἐνδεὲς ἦ μήτε
τινὸς περιττόν. ἐκ δὲ τῶν στοιχείων ἕκαστον
ὅλον ἐκ παντὸς ἐνείλετο, καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ὅδε
ὁ κόσμος ἐκ πάντων ἐνιαυτῶν ἕν ὅλον ἐγέννη-
σεν. ἐκ δὲ τούτων ἕνεκα τοιούτων τοιάδε ἐγέ-
νετο. τὸν μὲν ὁρατὸν ἅπαντα περιλαβὼν ὁ
ποιητὴς ἐνέθηκεν εἰς τὸν αὐτὸν ἐν ᾧ νῦν ἐστὶν
ἐνεστὼς, ἕν ὅλον ὅλων τελεωτάτων τελεώτα-
τον ἐκ τοιούτων ἀπεργασάμενος. διὰ ταῦτα
οὐρανὸς ἕν ὁρατὸν ἔστιν ἅπαντα περιέχον τὰ
ὁρατὰ ζῷα, ὅσα ὁμοίως ἔχοντα ἐγγενῆ τοῖς
ὁμοίοις ἐστίν. ὁ δὲ δὴ νοητὸν ἔφη τὸν ὅμοιον
ἐκείνῳ τὸν κόσμον γεγενῆσθαι, τούτου τὰ μὲν
ἐν τῷ νοητῷ ζῴου μέρη τὰ πάντα ἐν ἐκείνῳ
τῷ ὅλῳ ἐνεῖναι, τὰ δὲ ἐν τῷ νῦν ὁρατῷ ζῴου
μέρη τὰ πάντα ἐν τῷ νῦν ὁρατῷ ζῴου μέρη τὰ
πάντα ἐν τῷ νῦν ὁρατῷ ζῴῳ ἐνεῖναι. τὸν γὰρ
ἐκείνου ὅλον ἐκ πάντων τῶν νοητῶν ἀπεργά-
σασθαι, ἵνα μὴ τούτῳ τῷ κόσμῳ τῷ ὁρατῷ
τὰ μὲν ἐλάττω τὰ δὲ μείζω τῶν ἐκείνου μερῶν
ἐνῇ, ἀλλὰ τὰ πάντα ὅμοια. ἐν δὲ τῷ νοητῷ
ζῴῳ τί ἐστιν ἐκεῖνο ὃ τὸ τοῦ ὁρατοῦ ζῴου γέ-
νος ἐν αὑτῷ ἔχει; ἐν ᾧ τὸ τοῦ πυρὸς ἰδέα καὶ
τὸ τοῦ ὕδατος καὶ τὸ τοῦ ἀέρος καὶ τὸ τῆς γῆς
ἐνεῖναι. τὸ δὲ ἐν αὐτῷ τί ἐστιν; ἐν ᾧ ἄλλα
ἰδέα ἐστὶν ἀθανάτων ζῴων ἃ ἐν αὐτῷ ἔχει;
ἐν ᾧ ἐστὶν ἀθάνατα ζῷα ἃ ἐν αὐτῷ ἔχει; ἐν ᾧ
ἐστὶν ἀθάνατα ζῷα ἃ ἐν αὐτῷ ἔχει; ἐν ᾧ ἐστὶν
ἀθάνατα ζῷα ἃ ἐν αὐτῷ ἔχει; ἐν ᾧ ἐστὶν ἀθά-
νατα ζῷα ἃ ἐν αὐτῷ ἔχει; ἐν ᾧ ἐστὶν ἀθάνατα
ζῷα ἃ ἐν αὐτῷ ἔχει; ἐν ᾧ ἐστὶν ἀθάνατα ζῷα
ἃ ἐν αὐτῷ ἔχει; ἐν ᾧ ἐστὶν ἀθάνατα ζῷα ἃ ἐν
αὐτῷ ἔχει; ἐν ᾧ ἐστὶν ἀθάνατα ζῷα ἃ ἐν αὐτῷ
ἔχει; ἐν ᾧ ἐστὶν ἀθάνατα ζῷα

tentia ſtatuerit, rectiſſimè profectò ſtatuerit. [a] Nam quum conſtituiſſet Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiſcere, quoad natura pateretur: quicquid erat quod in cernendi ſenſum caderet, id ſi bi aſſumpſit, non tranquillum, ſed quod immoderatè & inordinatè fluctuaret, ídque ex inordinato in ordinem adduxit, ratus ordinè perturbatione omnino eſſe meliorem atque præſtatiorem. fas autem nec eſt nec vnquam fuit, quicquam niſi pulcherrimũ facere eum qui ſit optimus. Re autem ratione expenſa, comperiebat nihil eſſe eorum quę natura cernerentur, [b] ſi expers intelligentiæ ſit, intelligente alio, totum toto ipſóque vniuerſo genere præſtantius: [c] intelligẽtiã verò ſine animo ineſſe nullo modo poſſe. Ex illius ratiocinationis formulà, [d] intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. ſic ratus opus illud effectum eſſe pulcherrimum. Quam ob cauſam non eſt cunctandum profiteri (ſi modò inueſtigari aliquid coniectura poteſt) [e] HVNC MVNDVM ANIMAL eſſe, idque intelligens, & diuina quidem prouidẽtia genitum atque conſtitutum.

[f] HOC POSITO, reliqua ſunt nobis deinceps explicanda, cuiúſnam animantiũ Deus in conſtituendo mundo ſimilitudinem ſequutus ſit. Nulli profectò ſingulari animantis ſpeciei, ſimilem mundum eſſe cenſeamus. nam ſi imperfecto animali eſſet aſſimilatus, pulcher certè non eſſet. Illi igitur animanti eum ſimillimum eſſe cõſtituamus, cuius cætera animantia, & ſingulatim & generatim, ſunt partes. [g] Illud enim omnia intelligibilia animalia in ſeipſo complectitur: quemadmodum hic mundus, nos & reliquas animantes quæ ſub aſpectum cadunt. [h] Quod enim pulcherrimũ in rerum natura intelligi poteſt, & quod ex omni parte abſolutiſſimum eſt, quũ Deus Vniuerſum hoc efficere vellet, ANIMAL vnum aſpectabile, in quo omnia alia animalia

νος, ὀρθότατα ἀποδέχοιτ' ἄν. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὴν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν τὴκ εἰ) κτ' δυνάμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν, παραλαβὼν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς ⁊ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἦγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. θέμις δὲ οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον. λογισάμενος οὖν βλέπουσιν ἐκ τῶν κτ' φύσιν ὁρατῶν σύνολον ἀνόητον, τὸν νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον. νοῦν δὲ ἀδύνατον χωρεῖς ψυχῆς ἀδυνάτου παραγενέσθαι τῳ. ἐννοῦ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐν σώματι συνιστάς, τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κτ' φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. οὕτως οὖν δὴ κτ' λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον, ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ πρόνοιαν θεοῦ γεγονέναι. τούτου δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τούτοις ἑφεξῆς ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζώων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησε. τῶν μὲν οὖν ἐν μέρος εἰδῶν πεφυκότων μηδενὶ καταξιώσωμεν. ἀτελῆ γὰρ ἐοικὸς οὐδέν ποτ' ἂν γένοιτο καλόν. ὃ δ' ἔστι πάλλα ζῷα καθ' ἓν κτ' γένη μόρια, πάντων ὁμοιότατον αὐτῷ ἐκ) φατέον. τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῷα πάντα ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς, ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά. τῷ γὰρ τῶν νοουμένων καλλίστῳ καὶ κτ' πάντα τελέῳ μάλιστ' αὐτὸν θετέον ὁμοιοῦσαν βουληθεὶς, ζῷον ἓν ὁρατὸν, πάντ' ὅσα κτ' φύσιν αὐτῷ συγγενῆ ζῷα ἐντὸς ἔχον

Cic. Nullius profectò eorũ quæ ſunt nora nobis animátia.

Cic. Sunt enim quædam genera partita aut ſuchoata, nulla ex parte perfecta, imperfecto autem cet.

Cic. Cuius ergo omne animal quaſi particula quædameſt, ſiue in ſingulis ſiue in diuerſo genere cernatur, eius ſimilem eſſe mundum dicamus.

Cic. Omnes igitur quæ animo cernũtur & ratione intelliguntur animantes, complexu rationis & intelligentiæ, ſicut homines, hoc mundo, & pecudes, & omnia quæ ſub aſpectum cadunt, comprehẽduntur. &c.

a Duabus præſtantiſſimis cauſis, Efficiente videlicet & Fine, notatis, aggreditur copioſiſſimũ & pulcherrimum locum, DE MODO ET RATIONE, quã Deus ſequutus ſit in creando mundo. agit enim (ſicuti monui) de Forma mundi: de Materia actурus ſuo loco accuratè. Eam materiam hic tantùm obiter notat, & τὸ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως vocat: quod Deus in ordinem pulcherrimámque formã reuocarit. Vt autem corporei atque cõſpicabilis mundi molem ſignificaret è confuſa illa materia efformatam, & ex perturbatione ad certum ordinẽ reuocatam, ſubiectúmque adeò iſtius δημιουργίας demonſtraret, illam materiã Ὑποδοχῆ nomine deſignat: quanuis reuera primùm eſſet ἄμορφος & ἀειδής: ſicuti ſuo loco dicet. Ita παραμυθήσεσθαι loquitur de induſtria, ne ſubtili dicendi genere offundat initio tenebras: & aliquid non ſuo loco ingerat, præter leges demonſtrationis. Eſt igitur primum capur iſtius loci: Deus ex confuſa materia efformauit mundum ἐξ ἀταξίας εἰς τάξιν ἀγαγών. Ordinis porro illius & ξυμμετρίας quæ eſt in Natura, originem docet à Deo optimo & pulcherrimo: qui naturæ διαταξίαν prius creauit, vt per illam res omnes poſtea efformaret. Ita ex eius methodi forma, quam ſibi præſcripſit Plato, vt in tanta rerum myſteriis εἰκότα dicerentur, inducit Deum λογισάμενον, id eſt, ineuntem atque ſubducentem rationes tanti operis ſapienter efficiendi: vt in illa imagine nobis Dei ſapientiſſimum opificium repræſentetur. Igitur non fortuitò & temerè, veluti ex atomorum concurſu, Vniuerſum extitit, ſed certa Dei ſapientia, ſicuti ait AVTOR. Ἐκ τάξιν ἀλλ' ἀπ' ἄρχῆς, &c.

b Secundum caput, Ex ordinis illius εὐταξίᾳ, illud eſſe melius atque præſtantius, quod ſit cum intelligentia atque ratione.

c Tertium, Intelligentiam ſine animo eſſe non poſſe.

d Quartum, Deum in Vniuerſi corpore. i. conſpicabili mole, impoſuiſſe animum, in animo, intelligentiam: vt præclara illa Naturæ ξυμμετρία conſtet, quæ quidem non aliter eſſe poteſt, niſi θεόθεν προδημουμένη.

e CONCLVSIO, Hunc mundum eſſe animal, & quidem intelligens, diuina prouidentia genitum atque conſtitutum. i. hanc vniuerſitatem ſagacis naturæ legibus & ordine compoſitam, iiſdem contineri atque conſeruari, & certa cauſarum ſerie conſiſtere.

f Docuit, Mundum eſſe animal intelligens. i. conſtare corpore & animo. De vtroque mox accuratè acturus, ex ſexta hypotheſi neceſſarium docet Παράδειγμα: Mũdum hunc conſpicabilem, factum eſſe ad exemplar vnius cuiuſdam mundi νοητοῦ: cuius æternam firmámque ſtatuebat naturam: ac proinde, quum hic mundus ad illius ſimulacrum effectus ſit, conſequatur, firmam conſtantémque eſſe illius naturam: ſicuti etiam diſertè docuit ſuprà. Propoſitam autem ſibi quæſtionem nõ ſimpliciter tractat, ſed vt in re obſcura, συλλογιστικῶς, hoc modo: Mundus hic noſter factus eſt, vel ad exemplar rerum nobis notarum (res autem ſingulares ſenſibus noſtris obiectas ſignificat) vel cuiuſdam nobis incogniti mundi. i. incorporei & æterni. Non poſſe autem fieri vt factus ſit ad γνωτοῦ exemplar, inde probat, quòd illud exemplar imperfectum ſit, & minimè pulchrum (ex ſecunda & quinta hypoth.) vnde conſequeretur, Mundum non eſſe pulchrum. quod & ſextæ hypotheſi repugnat, & ipſi rationi. certiſſimum enim eſt Deum optimum & perfectiſſimum, edidiſſe opus pulcherrimum atque perfectiſſimum. Relinquitur igitur, creatum eſſe mundum ad alterius cuiuſdam mundi exemplar: in quo hæc requiritur conditio, Vt perfectiſſimus ſit & omnes animalium formas complectatur, & ſingulatim & generatim. i. καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη.

g Generalis illius propoſitionis aſſumptio, Mundo intelligibili applicata, ad cuius imaginem hic conſpicabilis creatus ſit: Illum videlicet (ſicuti conditio illa poſtulabat) perfectiſſimum eſſe, quippe qui omnium intelligibilium animalium formas complectatur: velut hic Mundus conſpicabilis, ſenſilium. Cuius mundi intelligibilis appellatione, hauddubiè innuit, illud παράδειγμα ſiue νοητὸν εἰκόνα, de qua ſuperius egit: quæ aliter vocatur κόσμος ἰδεατικὸς, νοητὸς, αὐτοζῷον παντελὲς ζῷον: ex præceptoris doctrina. Eſt igitur ſempiterna illa imago in Dei mente, ſiue æternum Exemplar, à Dei Idea delineatum, ad futuri operis molitionem. Illud exemplar reuera ait exiſtere, & intelligibiles formas complecti, à materia planè ſeiunctas atque ſeparatas: ita vt, quemadmodum hic Mundus conſpicabilis ὁμοῦ omnes res corporeas atque ſenſiles complectatur: ita & ille, νοητός: ex quarum videlicet vi atque efficacia, hæ corporeæ pendent. Hinc peti poteſt germana Platonis ſententia de Ideis (de quibus agemus in Parmenide accuratius) Illas nimirum eſſe à materia ſeparatas, & in Deimẽte αὐθυπόστατους, ἀειζῴους, αὐλους καὶ ἀμιγεῖς τοὺς, i. ita ſin Deo reuerà ſubſiſtere, vt non modò impermixtas puraſque ſuas poteſtates conſeruent, ſed ipſæ etiam ſint efficaces ſenſilium cauſæ: quatenus videlicet ipſæ ſunt in Deo, qui eſt prima & vera rerum omniũ cauſa. i. & illius exemplaris, & rerum ſenſilium, quæ ad illud factæ ſunt, αἰτίαι καὶ πρὸ τοῦ δημιουργὸς cauſa. Ita igitur intelligendum eſt, quod ait, Illud αὐτοζῷον comprehendere omnia animalia νοητά. i. omnes illas formas animalium: non quidem vt cauſa (hoc enim eſt proprium Dei Opificis) ſed vt totum, partes. hactenus enim mundus ille inconſpicabilis omnes animalium formas complectitur. id eſt, Exemplar à Deo repræſentatum omnes res mundi iſtius continet, vt nihil ſit in eo αὐτόμοιρον, & cuius non vera conſtet in Deo cauſa. Hæc eſt nimirum ἀθεωρησία, quæ ad Deum, vnam & ſupremã rerũ cauſam, reuocatur: vt ſit in eo ἀποδοτικὸν καὶ αἰτιατικὸν ὑπερτάτης δημιουργίας: ac proinde omnis honor & gloria ei debeatur. Vide Anno.

h Aſſumptionis amplificatio, ex ſexta hypoth. Quum Deus vellet rem pulcherrimam efficere, in hoc Vniuerſo conſtituendo, æternum exemplar veluti abſo

ἑαυτῷ, ξυνέχηται. πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα· εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὁπόσα νοητὰ ζῷα, μετ' ἐκεῖνο οὐκ ἂν ποτ' εἴη. πάλιν γὰρ ἂν ἕτερον εἴη τὸ τοῖς ἐκείνοις δεῖ ζῷον, οὗ μέρη ἂν ἦν ἐκεῖνα· καὶ οὐκ ἂν ἔτι ἐκείνοις, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ τοιούτῳ, τόδε ἂν ἀφωμοιωμένον λέγοιτο ὀρθότερον. ἵνα οὖν τόδε κατὰ τὸ μόνωσιν ὅμοιον ᾖ τῷ παντελεῖ ζώῳ, διὰ ταῦτα οὔτε δύο, οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν, κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς, ἔστι τε καὶ ἔσεται. σωματοειδὲς δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γιγνόμενον εἶναι. καὶ οὐδὲν δέ τε πυρὸς ἂν οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο· οὐδὲ ἁπτὸν, ἄνευ τινὸς στερεοῦ· στερεὸν δ', οὐκ ἄνευ γῆς. ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος συνίστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει. δύο δὲ μόνω ξυνίστασθαι τρίτου χωρὶς, οὐ δυνατόν· δεσμὸν γὰρ ἐν μέσῳ δεῖ τινα ἀμφοῖν ξυναγωγὸν γίνεσθαι. δεσμῶν δ' ὁ κάλλιστος, ὃς αὐτὸν καὶ τὰ ξυνδούμενα, ὅτι μάλιστα ἓν ποιῇ. τοῦτο δὲ πέφυκεν ἀναλογία κάλλιστα ἀποτελεῖν. ὁπότων γὰρ ἀριθμῶν τριῶν, εἴτε ὄγκων, εἴτε δυνάμεων, ὁντινωνοῦν ᾖ τὸ

A continerétur, effecit. [a] Recténe igitur vnũ mundũ dixerimus, an esse plures & innumerabiles, dictu verius & melius? [b] Vnus profectò est: [c] siquidem factus sit ad exemplum, quod enim omnia animalia quæ ratione intelliguntur, complectitur, id nõ potest esse cum altero secundum. [d] Alioqui aliud animal, quod hæc duo comprehendat, esse oporteret, cuius partes sint illa duo: nec illorum, sed illius tertii complectentis simulacrum rectius diceretur. [e] Vt autem hic Mundus esset animanti absoluto simillimus, hoc ipso quòd solus atque

B vn⁹ esset, iccirco nõ duos vel infinitos mũdos, sed singularem & vnigenam mundũ Deus procreauit: qui quidem & est & erit. [f] CORPOREVM autem & aspectabile itémque tractabile omne necesse est esse, [g] quod natum est. [h] Nihil porrò igni vacuum, videri potest: nec verò tangi, quod careat solido: solidum autem nihil, quod terræ sit expers. Quamobrem Mũdum efficere moliens DEVS, terram primùm ignémque iungebat. [i] Fieri autem non potest vt duo cohæreant sine tertio: ac proinde tertium aliquod requirunt, & quasi no-

C dum vinculúmque desiderant quod inter duo illa intermedium, concinnè ea iungat atque conciliet. Sed [k] vinculorum, id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se atque de his quæ astringit, quammaximè vnum efficit. [l] Id optimè assequitur ea quæ ἀναλογία, id est Comparatio proportióne, dicitur. [m] Quando enim in tribus aut numeris, aut molibus, aut viribus, mediũ

Cic. Rursus enim alius animãs, qui eum contineat, sit necesse, cuius partes sint animantes superiores: eáque hoc simulacrum illius ultimi sit, non proximi. quorũ nequid accideret, atq; ut hic mundus &c.

Cic. Figurarum. Cic. Generum.

lutissimum atque perfectissimũ sibi proposuisse, ad quod mundũ efformaret: vt quidem probatũ sit illud παράδειγμα à nobis notatum: Constantem esse & veluti æternã mundi istius naturam.

a Necessaria QVAESTIO, ad superioris doctrinæ illustrationẽ: An vnus sit mundus, an plures & innumerabiles. quam etiã quæstionem inferius notat.

b Responsio: Vnus tantùm est mundus, non autẽ plures mundi.

c Prima rátio, ex superioris doctrinæ hypothesi, ita: Vnum est & quidem absolutissimum exemplar illud, ad quod mundum factũ esse diximus. quod quum ita sit, consequitur, Vnum esse genitũ & creatum mundum. Additur continuò rationis illius illustratio: Quod absolutissimum sit & omnibus suis partibus constet, non posse esse cum altero secundum. id est, Duo perfectissima vnà esse non posse. quomodo enim duo separatim omnia complecti possent? non enim vtrumque omnia. atqui repetit ex superiori doctrina, Illud παντελὲς ζῷον, omnia νοητὰ complecti: vt minimè quidem possit dari secundum. Iam verò, quũ Animal illud perfectum, nihil aliud sit (vt diximus) quàm Exẽplar in mẽte Dei: quicquid hîc illi tribuitur, Architectrici menti tribuendum est,

ac proinde Deo ipsi, exemplaris autori: vt quidem eò redeat hæc ratio: Deum esse vnum vnámque mentem architectricem vniuersi, vnúmque autorem illius exemplaris. quod quũ ita sit, vnum quoque mundum esse necesse sit, non plures, neque infinitos: quum & sit vnus Deus, & vnum mundi æternum exemplar.

d Secunda ratio, ab absurdo: Si plures essent mundi, plura quoque essent exemplaria, pluréque etiam opifices: & quidem ita, vt perfectissimo quodam tertio comprehenderẽtur. quod est absurdissimum. ad vnum enim deueniendum est: quum nihil sit magis alienum à vera philosophia, quàm plures deos statuere.

e Perspicua quæstionis illius conclusio: Mundum esse vnum μονογενῆ, ad vnum exemplar, illúdque perfectissimum, à Deo vno procreatum, perfectissimum, pulcherrimum, sempiterna natura: quam illis temporis διορισμοῖς describit, Est & Erit. sed quatenus illa detur mundo perennitas, dicemus suo loco. AVTOGRAPH. Τέλειος δ' ἀεὶ, &c. Cur autem Μονογενῆ vocet, ex his Platonis, & ex AVTOGR. verbis apparet. Vide Annot. &c.

f Obscurus locus, præclarissimam tamen doctrinam complectens: De conditi mundi ratione. id est, De NATVRAE ORDINE. Vniuersæ enim Naturæ præclarum ædificium hîc describitur. Plato illius generationis docuit causas: Efficientem videlicet & Finalem: verámque proinde illius originẽ: sed quam rationem Deus in tam illustri ædificio condendo adhibuerit, pergit explicare. Mundum igitur dixit esse Animal corpore & anima constans. De vtroque nunc agit: & primum de CORPORE, nonnullis suo more positis, & ad necessariam conclusionem & ad doctrinæ ipsius amplificationem. Corpus autem vocat Vniuersi, non quasi pedibus & manibus cæterísque membris, quibus animalium corpus componitur, indigeat, (vt explicat postea) sed id quod ex elementis compositum, in sensus cadit: Animam autem, ἀναλογίαν & ordinem naturæ, cuius quidem effecta manifesta sunt, ipse autem minimè sub sensus cadit. ideo autem Animam appellat, quòd vt corpus animalium ab anima sustinetur atque fouetur, ita & hæc conspicabilis Vniuersi moles, à secreto illo Naturæ ordine efficaciter continetur. Mentem autem tribuit Vniuersi Animæ, quia summa sapientia ille Vniuersi ordo regitur. Ita motus ἐνέργεια, Animæ sapientis illius διάταξις vis atque efficacia, Menti tribuitur. quod quidem vtrunque inest in Vniuerso, omnipotentis Dei virtute: qui (vt diximus) νοητὸν mundi efficacem imaginem in se habet. Primaria ergo Vniuersi virtus, est in Deo.

g Primum ἀξίωμα, Quicquid natum est, corporeum est. corporeum verò, aspectabile atque tractabile esse necesse est. i. in visus & tactus sensum cadit. Ponit autem ex superiori doctrina, Vniuersum esse natum: & quódnam sit eius corpus, docet.

h Secundum ἀξίωμα, Nihil igni vacuum, videri potest: nihil tangi potest, quod caret solido. solidum autem nihil esse, quod terræ sit expers: ac proinde, Ignem & terram esse prima mundi fulcra, colligit. E quatuor quidem elementis constare Mundũ, postea docebit: extremà tamen illa duo, ignem & terram, primaria mundi semina esse ait: quoniam visus & tactus, quibus illa percipiuntur, extremi sensus sunt, ex quibus corporea efficacitas præcipue sentitur atque percipitur, quæ nimirum coloris & soliditatis discriminibus maximè est perspicua. Itaque opportunum hoc ponit primordium illustris illius elementorũ in mundi compositione συζυγίας, quam modò exponet. Quum autem Ignis & Terra, sint res inter se contrariæ, quatenus ignis leuissimus, terra grauissima: ponit Philosophus verissimum illud Physices ἀξίωμα, Rerum naturalium principia esse contraria.

i Tertium ἀξίωμα, Duo principia contraria, per se sine medio coniungi non possunt. Illud vocat, δεσμὸν ἐν μέσῳ ξυναγωγὸν, & τὸ τρίτον. contraria enim committi atque componi inter se non possunt, sine alterutrius interitu, nisi intercedat aliquod vinculum, cuius beneficio commodè deuinciantur.

k Quartum ἀξίωμα, Illud esse optimum vinculum colligandi duo contraria principia, quod illa inter se alioqui pugnantia vnum efficit, & vniformi quadam ratione continet, alioqui discordia.

l Tertii & quarti ἀξιωμάτων applicatio, Quódnam sit illud intermedium vinculum contrariis deuinciendis proprium atque conueniens. docet autem id optimè præstare Ἀναλογίαν, quæ est πρὸς λόγων ὁμοιότης. qui quidem λόγοι debent esse συμμέτρως atque ὁμοζυγεῖς, quamus inter se diuersi. quemadmodum & omnia elemẽta, quæ quidem eo quòd sunt elementa, vno quodam communi genere continentur: varias tamẽ habent inter se & discrepantes naturas, quæ vinculo illo ἀναλογίας, sub vnam quandam rationem recõciliantur. sicuti enim Ignis ad aerem, & aer ad aquam, & aqua ad terram, se habet: ita contrà, Terra ad aquã, aqua ad aerem, aer ad ignem: vt ex illa ἀναλογίᾳ rerum per se contrariarum, existat quædam Mundi discors concordia.

m Copiosior explicatio illius ἀναλογίας, id est, quibus in rebus illa versetur, & qua ratione consideretur. Docet igitur tres ad minimum terminos postulari, in illa proportionis habitudine, quæ ex omnibus illorum rationibus mutuò collatis, vnum quiddam ex ipsis componat: atque adeò duo necessariò confici ait, Vt & illa inter se hoc pacto copulata, eadem inter se sint: &, Vt omnia sint vnum. Porro, tres Ἀναλογίας species commemorat: Ἀριθμικὸν. i. Arithmeticam proportionem: Ὄγκου, nimirum Geometricam; quæ est de solidis: Δυνάμεως, Musicam. ARITHMETICA autem proportio est, quando æqualis excessus seruatur in omnibus terminis: vt 1. 2. 3. 4. 5. 6. in quibus omnibus numeris æqualis vnitatum est excessus. nam priores numeros sequẽtes vnitate semper superãt. GEOMETRICA est, quum æqualis proportio in omnibus terminis seruatur, siue illa sit dupla, siue tripla, siue alia quæpiam: vt 2. 4. 8. 16. in quibus quidem omnibus vna & eadem dupla est proportio. MVSICA quando sic se habet maximus terminus ad minimum, vt differentia maximi & medii, ad differentiam medii & minimi: sicuti 3. 4. 6. Senarius quidem maximus est, ternariúmque superat media sui parte: differentia verò 6. ad 4, est tertia senarii ipsius pars, hoc est binarius: differentia denique 4. ad 3, est quarta pars sui. id est, vnitas. Itaque vt 6. superat 4, binario: & vtriusque discrimen est, duo: ita 4. superant 3. vnitate: ac proinde, vnum, est differentia. Differentiæ igitur vtriusque est dupla proportio: quemadmodum & 6. ad 3, est quoque dupla. Illarum verò trium proportionum sola Geometrica, verè Proportio dicitur: cæteræ, potius μεσότητες appellari debent: siquidem Geometrica, vnam eandémque proportionem in omnibus terminis efficit. quæ vniformis proportionis ratio ad mundi vnitatem repræsentandam maximè est accommodata.

ita se habet ad [a] postremum, vt primum ad medium: vicissimque vt postremum cum medio, ita medium cum primo congruit: tunc quoque id quod medium est, & primum fit & postremum: postremum quoque & primum, tunc vtrunque media fiunt. Ita necessitas cogit vt omnia quæ sic deuincta fuerint eadem inter se sint. eadē verò quū facta sint, efficitur vt omnia sint vnum. Quòd si [b] Vniuersitatis corpus latitudinem habere debuisset, nullam verò profunditatē, vnum sanè, tum ad seipsum tum ad ea quibus esset interpositum, colligandum, Medium satis esset. [c] sed quum solidum illud esse conueniret, solida verò, nō vno sed duobus semper mediis copulentur: ita factum est, vt [d] inter ignem & terram, Deus aquam & aerémque collocaret, eáque inter se inuicem, quoad fieri poterat, compararet & proportione coniungeret: vt quemadmodum ignis ad aerem, ita aer ad aquam: vt aer ad aquam, id aqua ad terram proportione redderet. Qua ex coniunctione, ita Mundum colligauit atque aptauit [Opifex] vt sub aspectum & tactū cadat. [e] Itaque & ob eam causam, & ex huiusmodi rebus numero quatuor, mūdi est corpus effectū, EA constructū PROPORTIONE qua dixi: ex quo ipse se concordi quadam amicitia & charitate complectitur, atque ita aptè cohæret, vt dissolui nullo modo queat, nisi ab eo à quo est colligatus. [f] Earum autem rerum quatuor, quas suprà dixi, sic in mundi constitutione omnes partes collocatæ sunt, vt Opificis numine atque potentia in hoc Vniuerso inessent genera illa vniuersa. id est, ex omni igni, aqua, aere & terra Mundus constitueretur, neque vlla vllius generis pars neque vis atque potestas extra deficeret. [g] Idque ob eam causam [Opifex] subductis rationibus effecit, primùm vt MVNDVS ANIMAL

a Proportionis illius ΔΙΑΓΡΑΜΜΑ, siue DESCRIPTIO, quam mox instituto suo accōmodabit. Docet ergo Plato in tribus terminis illam αἰὰ λογίαν ita versari, siue disiunctis, siue coniunctis, siue sonoris, vt eodem modo affectus sit terminus 1. ad secūdū, & secundus ad tertiū, quo tertius ad secundum, & secundus ad primum. quæ quidem rerum communis habitudo siue affectio, vnam edit proportionē. EXEMPLI causa: Siat hi numeri inter se dupla proportione connexi, 3. 6. 12. & ex his rationes omnes colligantur. quemadmodum 3, ad 6 se habet: ita 6. ad 12. Hæc est prima ratio. Item αἰὰ παλιν, quemadmodum 12, ad 6: ita 6, ad 3. Hæc est secunda ratio. In vtraque autem primus numerus, & vltimus, tum primi tum vltimi fiūt. Primus quidem fit 3, quando ab illo inchoamus colligere rationem, & definimus in 12. Idem autem 12, fit vltimus. Postremus ille idem fit 3, quando αὖ ἀπαλιν ab illo 12 inchoamus, & desinimus in 3. Hac igitur ratione vterq; numerus extremus, diuersis comparationibus, tum primus tum vltimus fit. Quinetiam 6, qui intermedius est, ad vtrunque extremū collatus, primus & vltimus fit; hoc modo: Sicut se habet 6, ad 3: ita idem 6, ad 12. Itaque in ea collatione, duo extremi numeri, iam fiunt medii: medius verò 6, fit primus & vltimus: primus quidem, quando rationis primordium ab illo sumitur ad extremos: vltimus verò, quando ab extremorum alterutro, in illum terminātur rationes. Hæc est illius proportionis ferè descriptio: cuius duplicē vim docet (sicuti diximus) Vt ea quæ ita copulantur, eadem inter se sint: &, Ex iisdem illis vnum quiddam existat.

b Simplicem & nudam proximæ istiusce descriptionis doctrinam tradit: cuius causa illa erat adhibita. vnde perspicuum sanè est, non verum esse quod nonnulli κακοηθῶς de Platone criminantur, quasi ex numeris efficeret τὰ ὄντα. i. res ipsas & corpora physica è numerorum rationibus componeret, dum mathematicis exemplis res naturales conatur demonstrare. Noluit Plato rerum naturam in mathematicas θεωρίας transformare, sed illustribus exemplis res naturales docere. Illud autem ipsius fuisse consilium, animaduertat eruditus lector ex hoc loco, ex quo tamen criminationis occasio prætexitur. Post enim expositam descriptionem, addit Philosophus, quorsum illam adhibuerit, & simplicem de mirabili Elementorum in vno Vniuersi corpore doctrinam tradit. ad clausulam autem copiosæ huius disputationis disertè dicit, Τὸ λεχθὲν αὖθ' ὡς διόλου τούτων ἧψ μεμιμήσατον, μᾶλλον ὁ πόνος εἶη. ita enim expresso vocabulo ista descriptiones significat, quæ tū visui subiiciunt & repræsentant. quod idem pronuntiatum repetit, in hac eadem disputatione, Ἠγούμεθα τὴν διόλου ταὐτὸ τοῦτον δεδηλωκέναι βεβαιοτάτας εἶη), ὅτι δικαίας vt certè sunt, & maximè οἰκείας: ne ἀγεωμέτρητον prudentissimo philosopho & veræ demonstrationis architecto, sine causa obiiciatur, quasi non ex suis principiis res naturales docuerit. Ecquis enim rectè dixerit, confundi scientiarum fines, quum exemplis illustrantur, & illas συμμελέτας, vt res obscuræ nimirum aliarum rerum nobis magis cognitarum comparatione doceantur, meritò damnarit? Ecquæ verò aut magis οἰκεῖα, aut magis perspicua exempla afferri possent mathematicis illis, quæ adhibuit Plato: tum quòd & mediam quandam habeant naturam (vt diximus in Menone) & essent erudito ipsius seculo, Pythagoreorum industria, maximè cognita literatis viris & eruditionis sacris initiatis, quibus hanc nauabat operam ipse, non ἀμύητος & sanctioris philosophiæ ἀμύητος, &c. Itaque huius DIAGRAMMATIS, simplex & nuda hæc sit doctrina: Mundus non vna tantum & sola qualitate, sed quatuor contrariis constat qualitatibus, quæ vt vnā consipirent atque conueniant, intermedio vinculo quodam debent deuinciri: ac proinde illarum συζυγίας fieri, vt inde oriatur Analogia. Quæ vniuersim indicata, sic singulatim demonstrantur.

c Primaria Mundi elementa ponuntur duo, Ignis & Terra, ex quorum vt corporum videlicet naturis, ponit Mundum esse solidum. & aliam hypothesin adiungit: Solida, duobus vinculis indigere: quū plana vno sint contenta vinculo. (de cuius hypothesεως demonstratione, vide Annot.) Itaque colligit, Inter duo illa extrema, Ignem nimirum & terram, duo alia media intercedere, Aerem & aquam: quæ certæ cuiusdam proportionis nexibus contineantur.

d Quænam sit illa Elementorum proportio, docet: videlicet vt eadem afficiantur proportione & inter seipsa & ad extrema sua. vt enim Ignis ad aerem, Aer verò ad aquam, Aqua ad terram, se habet: ita αὖ ἀπαλιν, Terra ad aquam, aqua ad aerem, & aer ad ignem. Ita superioris illius αἰὰ λογίας vestigias, in simplici doctrina apparent: & quam posuerat initio hypothesin, applicat: Mundum corporeum & sensilē .i. visus & tactus sensibus expositum, istis Elementorum συζυγίαις colligari atque contineri à Deo. Sic ait AVTOGR. DORICVM, Τούτοις ποτ' ἀρχὰς ὁμῶς ὁ θεὸς ἁ γᾶς μεμιόρκατο, &c.

e Superioris doctrinæ De Elementorum ΣΥΣΤΥΓΙΑΙΣ, amplificatio atque illustratio, duobus Theorematis distincta. Primum est, Quaternario illo elementorum numero, mundum fuisse constructum, tanta proportione, vt mutua charitate atque amicitia sibi cohærens, penè immortalis perduret. In quo theoremate, illud prius inspiciendum est, quod ait de Quaternario numero, Pythagoræ ideo sacro, quia est παγὰ ἀενάου φύσεος, sicuti ait in aureo carmine. Quaternarius videlicet numerus, duas medietates primus omnium fortitur, iisque totum corpus deuinctum stabilitur firmúmque est. Quatuor igitur elementa eo sunt nexu inter se copulata, vt vnum mundi corpus componant, propter qualitatum inter se vniformem & ὁμόλογον rationē, licet discrepantes sint inter se συζυγίαι. ita nascitur ἁρμονία & illa amicitia, quæ est naturale mundi firmamentum. hæc est τετρασυζυγίας illius vis & potestas. Quod autem de Mundi perennitate ait, quam exceptione emollit, sumptū est ex Dorico AVTOGRAPHO, Δικλέμψος ὧν ἄρχον γένναμα ποιεῖν, τὸν ὑποίει θεὸν γένναν, τὸ πονα φθερσπόρμενον γὰρ ἄλλο αἰτίαν, ἔξω τοῦ αὐτὸν σωστὰ μένα θεὸ, εἰπόκα δύλετ' αὐτὸν διαλῦσαι, &c. & διαλύτω συναρμογᾶ χρὴ λόγον ἄριστον. & ἀκήρατος ὧν εἰς τὸ κηρὸς, &c. Hæc etiam exceptio, accuratè inculcatur infrà à Platone: vt sciamus perennitatem illam mundi precariam esse, totamque à Deo pendere. De qua ibi plura, &c.

f Secundum Theorema: Ex quatuor illis vniuersis generibus, vniuersum mundum esse constitutum, ac proinde nihil in eo desiderari, sed ipsum omnia complecti, & verè esse Vniuersitatem, omnibus suis numeris perfectam atque absolutam.

g Ratio illius dicti, quæ etiam facit ad amplificationem. Tres autem causas affert, cur Deus in mundo vniuersa illa genera quatuor indiderit, nec quicquam

Cic. Planum & æquabile explicaretur, neque in eo quicquam esset requisitum.

Cic. Animam. ut postea σῶμα legitur, αὖτὶ τῦ ἀὴρ.

πρὸς

ποῖς δὲ τούτοις, ἓν, ἅτε οὐχ ὑπολελειμ- A
μμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτ' αὖ γένοιτο. ἔτι δὲ,
ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ἡ καταγνοὺς ὡς ἀξυι-
σᾶ τὰ σώματα, θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ πολύ-
ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει, προσιόντα
ἔξωθεν καὶ προσπίπτοντα ἀκήρως, λύει, καὶ
νόσους γήρᾳς τε ἐπάγοντα, φθίνειν ποιεῖ. διὰ
δὴ τιὼ αἰτίαν καὶ Ⓝ λογισμὸν τόνδε, ἓν ὅλον
ἐξ ὁλοτήτων τέλεον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐ-
τὸν ἐτεκτήνατο.

Καὶ σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ B
συγγενές. τῷ γὰρ τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ ζῷα
περιέχειν μέλλοντι ζῴῳ, πρέπον αὖ εἴη σχῆ-
μα τὸ περιληφὸς ἐν αὐτῷ πάντα ὁπόσα
σχήματα. διὸ καὶ σφαιροειδὲς, ἐκ μέσου
πάντη πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον καὶ
κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο, πάντων τε-
λεώτατον ὁμοιότατόν τε αὑτὸ ἑαυτῷ σχημά-
των· νομίσας μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον αὐ-
τοῦ ὁμοίου. λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πάντῃ ἔξωθεν αὐτὸ
ἀπηκρίβωτο, πολλῶν χάριν. ὀμμάτων τε
γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν· (ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπε-
λείπετο ἔξωθεν) οὐδ' ἀκοῆς· οὐδὲ γὰρ ἀκου-
στόν. πνεύματά τε οὐκ ἰὼ περιεστὼς δεόμενον
ἀναπνοῆς. οὐδ' αὖ τινὸς ὀργάνου ἕνεκα
ἐπιδεὲς ἰὼ ὀργά-
νου ἕξειν, ᾧ τιὼ πρὸς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοι-
το, τιὼ δὲ πρότερον ἐξικμασμένῳ ἀπο-
πέμψοι πάλιν. ἀπῆκέ τε γὰρ οὐδὲν οὐδὲ
προσῆκεν αὐτῷ ποιεῖν οὐδέν· οὐ γὰρ ἰὼ. αὐτὸ
γὰρ ἑαυτῷ τροφὴν, τιὼ ἑαυτῷ φθίσιν παρέ-
σχεν, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑφ' αὑτῷ πάσχον
καὶ δρᾶν, ἐκ τέχνης γέγονεν. ἡγήσατο γὰρ D
αὐτὸ ὁ συνθεὶς, αὐτάρκες ὂν, ἀμεινον ἔσε-
σθαι μᾶλλον ἢ προσδεὲς ἄλλων. χειρῶν
δὲ, αἷς οὔτε λαβεῖν, οὔτε αὖ τινα ἀμύνασθαι
χρεία τις ἰὼ, μάτην ὃν ᾠήθη δεῖν αὐτῷ
προσάπτειν· οὐδὲ ποδῶν, οὐδὲ ὅλως τῆς περὶ
τιὼ βάσιν ὑπηρεσίας.

Fort. ἀξιωίσα-
τα σώματα, τὰ
θερμὰ &c.

Cic. Nec uerò de-
siderabat aut ali
menta corporis,
aut detractionem
confecti & con
sumpti cibi.

possit ex perfectis partibus esse PERFE-
ctum: deinde, [a] VT VNVS esset, nulla par-
te ex qua alterum quidpiam huiusmodi
gigneretur, relicta. [b] postremò, ne quis
eum possit morbus aut senectus affligere.
Perspiciebat enim omnem coagmenta-
tionẽ corporis, vel caloris vel frigoris vel
alicuius vehementis impulsionis impor-
tuna accessione labefactari & frangi, &
ad morbos senectutémque compelli: &
illis casibus ita dissolui vt interitus cor-
poris inde consequatur. Hanc igitur ha-
buit rationem effector mundi molitór-
que Deus, vt vnum opus totum atque
perfectum ex omnibus totis atque perfe-
ctis absolueret, quod omni morbo senió-
ve careret.

[c] Figuram autem & maximè sibi co-
gnatam & decoram dedit. [d] à quo enim a-
nimali cætera contineri vellet animalia,
consentaneum erat vt hoc ea forma figu-
raret, qua vna omnes reliquæ formæ con-
cluderentur. Qua de causa σφαιροειδὴς
[id est, globosus] factus est Mundus, cu-
ius omnis extremitas paribus à medio ra-
diis attingitur: [e] idque ita tornauit, vt ni-
C hil effici posset rotundius: nihil vt asperi-
tatis haberet, nihil offensionis. quæ qui-
dem figura omnium perfectissima, sibí-
que ipsi simillima est. eius autem iudicio
præstabat dissimilitudini similitudo. Hũc
porro globum extrinsecus omnem omni
vndique læuitate circumpoliuit, vt nihil
quidem inclusum angulis, nihil protube-
rans atque eminens, nihil lacunosum es-
set. [f] Et quidem multis de causis. nec enim
oculis egebat: quia nihil extrà quod cer-
ni posset, relictum erat: nec auribus, quia
ne quod audiretur quidem. neque erant
anima circumfusa extrema mundi, vt re-
spirationem requireret: nec verò instru-
mentis huiusmodi opus erat, per quæ no-
ua aliméta susciperet, aut decocti ũbi ex-
crementa emitteret. neque enim vlla de-
cessio fieri poterat, neque accessio. neque
enim erat quicquam vnde hæc fierent. I-
psum enim se consumptione & senio sui-
ipsius alit. vt enim per se, & à se, & patere-

extra reliquerit. Prima ratio, Vt mundus sit animal perfectum ex perfectis: extra quod videlicet nihil sit, & ei nihil desit, sed sit verum παντελοῦς illius ζῴου simulacrũ.

a Secunda ratio, Vt vnus sit mundus, ac proinde & vnius opificis & mentis architectricis vnius, æterni denique illius Exemplaris vnitatem repræsentet. deinde, quoniã si plures essent mundi, vnus ab alio contineri non posset. &, si quædam remaneret extra ipsum materia, quodã sanè fulcro indigeret, quo contineri posset. id est, quendam mundum esse oporteret. Itaque omnis conclusa est in ipso materia, vt vnus Mundus tantùm sit.

b Tertia ratio, Ita constantem, firmam, æternámque ipsius naturam stabiliri, vt nullo maiori casu labefactari possit, nec exitio quodam suo deficere: sed sua se perfecta illa natura sartã tectúmque aduersus omnes noxas tueatur. Ea incommoda figurato dicendi genere, Morborum & Mortis nominibus designat: continuans institutæ metaphoræ rationem, qua Mundum vocarat Animal. Ita tres affert rationes vno nexu contextas, cur Deus omnia elementa in Mundo coagmentauerit, vt nihil extra ipsum sit: Perfectionem, vnitatem, perennitatem: mirabilis illius ædificii rationem, omnipotẽtis Dei prouidentiæ tribuens, his causis sapienter vtentis ad operis sui perfectionẽ. Exdisertis DORICI AVTOGR. verbis, Ἓν παντελέων σωμάτων, τὰ γὰρ ὅλα ἐν αὐτῷ ὄντα· ὡς μή ποκα μέρος ἀπολαθῇ ῥᾴδ' ἐκτὸς αὐτοῦ· ἵνα ᾖ αὐτάρκεστον τὸ τῶ παντὸς σῶμα, ἀνάγκαν τᾶν ἐκ τὸς κιρσῶν, &c.

c Egit de essentia Corporis illius quod attribuit Vniuerso: nunc de eiusdem FIGVRA. quod est maximum παθος corporis: Illi videlicet globosam figuram fuisse datam à Deo, sibi quidẽ maximè & cognatam & decorã. in quo autem illud τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σφαιροειδὲς versetur, diligenter docet.

d Primaria & generalis causa illius σφαιροειδοῦς figuræ: Quoniam mundus omnia animalia complecti debuit, accommodata illi est huiusmodi figura quæ omnes cæteras complecteretur. quod certè facit Rotunda figura, omnium figurarum capacissima, ac proinde perfectissima.

e Secunda ratio, cum hac prima optimè cohærens: Sphæricam figurã sibi ipsi simillimam esse, vt quidem nihil sit in ea protuberans, lacunosum, asperum, &c. Id verò Vniuerso maximè quadrare, quod vnum est & sibiipsi maximè quadrans atque conueniens: vt iam accuratè docuit.

f Tertia ratio, Opificem aptasse eam Vniuerso figuram, quæ ostenderet ipsum sibi esse αὐτάρκεστον .i. seipso maximè contentum, nec alieno præsidio indigere, vt seipsum foueat atque conseruet. itaque eam figuram ei tribuisse, quæ nec oculos, neque aures, neque spiritum, neque instrumenta suscipiendi & egerendi cibi propria, nec pedes, manus, nec cætera ad animalium nutritionem & vsus necessaria capere posset: quippe nimirum Vniuersum ipsum huiusmodi adiumentis minimè indigeret, quòd satis accepisset à Deo virium ad se tuendum. Itaque perspicuè docet Plato, quatenus Mundum vocauerit Animal: non vt videlicet eo modo illum fingamus, quo videmus animantia cætera: sed hactenus vt sicuti vita sibi constant illa animantia, ita quoque norimus Vniuersum certa quadã vita sibi propria nimirum atque peculiari (.i. vniuersa) constare: quippe quod omnes animantes suo ambitu complectatur. quemadmodum igitur non potest animantium corpus consistere sine anima (sic enim vocamus vim illam verè subsistentem in animalibus, vitæ in ipsis causam .i. ἐντελέχειαν οὐσιώδη, ἢ οὐσίαν ἐντελεχῆ ὄντως ὑφιστᾶσαν) ita quí potest magna hæc Vniuersi moles sine virtute quadam intrinseca subsistere? Deus quidem is est qui illam sustinet: & animalia quidem ipse vnus verè sustinet, sibi tamen animalium sustinendorum efficax instrumentum aptauit, Animam. Ita ergo Vniuersæ moli sustinendæ accommodauit virtutem intrinsecam, quam in Vniuerso inseuit .i. Naturam, quæ ὁλομέλειαν hanc rerum omnium sustineat. ecquod igitur incommodum est, illam vim, vt in animantibus Animam vocamus, ita & in Vniuerso Animam appellare? & illam Vniuersi molem, quæ in sensus nostros cadit, Corpus: eadem ratione qua in animantibus? Hæc expendant qui Platonem vel non intellectum præiudicio quodam condemnant. Figurati autem dicendi generis commodam interpretationem ex hoc loco peti posse, neminem arbitror, rebus prudenter expensis, inficiaturum.

[a] Motū enim dedit Cœlo eum qui [a] corpori [b] eius sit aptissimus, qui vnus ex [c] septē motibus mentē [d] atque intelligentiā cohiberet maximē. [e] itaque vna cōuersione atque eadē ipse circū se torquetur & vertitur. Sex autē reliquos motus ab eo seiunxit, atq; eū ab omni erratione liberauit. [f] Ad hāc igitur cōuersionē quæ pedib⁹ & gradu non egeret, ingrediēdi membra nō dedit. [g] Quū hæc nimirū Deus ille qui sēper est, de aliquādo futuro Deo cogitaret, & secū, vti dixi, ratiocinaretur, læuē eum effecit, & vndique æquabilem, & à medio ad summū parē, & perfectū atq; absolutū ex absolutis atque perfectis. [h] Animum autē vt in medio eius collocauit, ita per totū tetendit. [i] deinde eū circūdedit corpore & [k] vestiuit extrinsecus, Cœlóq; soluiago & volubili, & in orbē incitato cōplexus est: [l] quòd secum ipsum propter virtutē facilè esse posset, nec desideraret alterum, satis sibi ipsum notū & amicū. His omnibus de causis, AETERNVS ILLE DEVS hūc perfectè beatū Deū procreauit: sed animum haud ita vt modò loquuti sumus, tum denique quū corpus ei effecisset, molitus est. neque enim rectū esset, minori parere maiorē, iuniori antiquiorē: neque id sanè permisisset qui ista coniunxit. Sed nos multa inconsideratè ac temerè dicimus: quippe qui ea tantùm cognoscamus quæ exposita sunt atque obuia sensibus. DEVS autem & ortu & virtute antiquiorem genuit Mundi animum, cúmque vt dominū atque imperantē obedièti præfecit corpori: ídq; molitus tali quodā est modo: Ex sub-

A Κίνησιν γὰρ ἀπένειμεν αὐτῷ τῷ σώματος οἰκείαν, τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα ὁσημ. δὶς δὴ καὶ περὶ ταὐτὰ καὶ ἐν ταὐτῷ καὶ ὑπ' αὐτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ, ἐποίησε κύκλῳ κινεῖσθαι περιφόμενον. Τὰς δ' ἓξ ἀπάσας κινήσεις ἀφεῖλεν, καὶ ἀπλανὲς ἀπεργάσατο ἐκείνων. ἕπεσθαι δὲ τὴν περίοδον ταύτην αὖ σοὶ μὲν πολλῶν δέον, ἀσκελὲς καὶ ἄπουν αὐτὸ ἐμηχανήσατο. Οὗτος δὴ πᾶς ὄντως ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ, περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς, λεῖον καὶ ὁμαλὸν, πάντα χῆ τε ἐκ μέσου ἴσον, καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων σωμάτων σῶμα ἐποίησε. ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θείς, διὰ παντός τε ἔτεινε, καὶ ἔπι ἔξω τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον περιφόμενον, οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέλιπε, δι' ἀρετὴν αὐτὸν αὑτῷ δι' αὐτὰ ἀρκοῦντα ξυγγίγνεσθαι, καὶ σοφὸν ἑτέρου περιδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὐτῷ. διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐμηχανήσατο. τὴν δὲ δὴ ψυχὴν οὐ χ ὡς νεῦ ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς νεωτέραν. οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου εἴασεν. ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ παντὸς τύχης τε καὶ εἰκῆ, ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν. ὁ δὲ καὶ ἡδέσει καὶ ἀρετῇ πρεσβυτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπόσειν καὶ ἄρξουσαν ἀρχομένου συνεστήσατο, ἐκ τῶνδέ τε καὶ τοιῶνδε ἐπῳδῶν τῆς

[a] Quum corpora omnia motu aliquo necessario moueantur, corpusque attribuerit Vniuerso: consentaneum erat vt de illius quoque motu ageret. Postquā igitur de Corpore & Figura vniuersi egit, nunc de illius MOTV agit Philosophus. Aptissimum autem & corpori ipsius atque figuræ optime respondentem, à Deo tributum esse Vniuerso docet: nimirum circularem.

[b] Prima ratio, Quū vnus sit mūdus, & simplicissimum corpus, vno tantum & simplicissimo motu indigebat, cuiusmodi est circularis motus.

[c] Assumptionis explicatio, Motum circularē esse simplicissimum: Septem nimirū motus esse genera ponit: sursum, deorsum: dextra, sinistra: antè, ponè: &, In orbē. Sex superiores formæ corporibus rectilineis cōueniunt: ea quæ fit in orbem, rotundis. Et priores illi quidē motus contrarii sunt, quatenus recta fiunt ad lineam: & in motu recto, initium, finis ac medium est: quæ contraria inter se sunt. Is autem motus qui fit in orbem .i. ἐγκύκλιος, quum solus sit, nullum habet contrariū. vnde efficitur, corpori rotūdo atque simplicissimo maximè quadrate: quū ipse & sphæricus sit & simplicissimus. EX AVTOGRAPHO, Εἰ δὴ ἐγκύκλιον καὶ κατὰ ταὐτὰ, &c. Ita figura cum motu, motus cum figura aptissimè conuenit.

[d] Secunda ratio, & prima quidem atque

[e] Secundæ illius rationis σκιαγραφία: De circularis motus vniformi cōuersione, & cæterorū motuū euariatione: quæ in proxima nota explicata sunt.

[f] Πλεῖστα, ad superiora doctrinæ amplificationē: Quum Deus hanc figurā rotundā hūncque motum figuræ illi accōmodatum dedisset Vniuerso, vt, quemadmodū dixit suprà, non egeret instrumētis ad se tuēdum, quibus cætera animātia indigēt: ideo nec ei huiusmodi instrumēta aptasse Opificē .i. nec pedes nec manus: vt pergat docere quare Vniuersum vocauerit animal, figurato genere dicēdi maximā hāc molē verè subsistentē & oculis nostris conspicuā, cuius ambitu res omnes cōtinentur, AVTOGR. Λειότατον δ' ὂν πᾶν ἀκριβείαν, &c.

[g] Cōclusio istius loci de Corpore Vniuersi, quod rotundum atque æquabile factum esse ait à Deo opifice: superioris quidē doctrinæ copiosè explicatæ summa breuiter cōprehendens, mollissimóque nexu parans sibi viā ad sequentē sermonē. Dei nimirū fuisse consiliū Naturā cōstituere omnibus suis numeris perfectā atque absolutā, quam excellēti quadā augustáque virtute ornaret: vt velut ipse, diuina sua & omnipotenti virtute, creasset Naturā: ita & Natura ipsa, veluti dea quædā, creatum illum ordinē & suæ potestati relictū, efficaciter gubernaret. Ita distertis verbis Opificem distinguit à Natura, quāuis ei tribuat Dei nomē: impropriè quidē, vt notauimus. est enim illud purū ἀξίωμα ex luce naturali, quod tam studiosè repetit in Philebo: Deū opificē cum natura ministra nō esse confundendū. Tom. 2, pag. 27. Non tamen eximere vult Naturā ab imperio Dei, aut æternā simpliciter constituere, sed mirabilē Naturæ vim cōstantémque & firmā eius ὑπαρξιν ostēdere, cuius videlicet quasi nutu & arbitrio res singulares quotidie procreentur, & inter omnes rerum vicissitudines ipsa immobilis perduret. Illā tamē tantum abest vt eximat à rērum cæterarū γενναμένων numero, quasi vel nō creata esset, vel ab imperio Dei immunis, imperiū quoddā ipsa suum obtineret, vt sæpius inculcet ipsam esse à Deo factā, Dei ministrā, & nō causam propriè, sed ξυμπαίτιον: denique, non verā illi Diuinitatē, sed ὑπηκοότητα (vt in Politico) tribuat. quid enim est ἀθάνατον, ἄφθαρτον, λυτὸν νεώτερον, & similes exceptiones, quibus illa diuinitas circunscribitur? & cui opponatur ὁ ἀεὶ & αὐτὰ καθ' αὑτὰ θεός; ecquis cōplecti animo possit, factum esse Deum? sed nos hac de re aliàs, &c. Ἀκυρολογία igitur illa ex superioris doctrinæ fundamētis cōuinci atque redargui sanè potest. Distinctius & melius AVTOGR. Deum formæ & materiæ principiū, Naturæ autorē vocat.

[h] Absoluta tractatione de Corpore Vniuersi, accedit ad explicationē ANIMI: quo nomine (vt diximus) istius vniuersitatis αἰκλογίαν & ξυμμετρίαν intelligit, quæ Causis distincta, nō modò mirabilē hāc molē mundi sustinet, sed singulas res potenter atque efficaciter gubernat. cuius ἀναλογίας multiplicē vim atque efficacitatē, in maximo illo Causarum theatro, mox copiosè demōstrabit. Huic autē amplissimæ explicationi præmittit παράμυθίαν hanc descriptionē, de Corporis & Animi cōiunctione: cuius hoc est primum caput: Vniuerso vt corpus est, ita Animus. Secundum, Animus ille in medio Vniuersi ita est, vt ipsius vis atque ἐνέργεια vbique diffundatur. In Medio autē collocat mundi animā, cōtinuato illo genere dicēdi, quo æquabilē eum esse dixerat: vt vbique à suo centro distēs, ἀπαρεμπόδιστος esset, nullarum egens cōpagium, nec alieni cuiuslibet adiumēti. Ita significat ordinē illū peræquè suam vim explicare, & per omnes ὁρμὰς partes efficaciā suam exercere, vt nihil desit, nihil desideretur vspiam, sed omnes particulæ, quantum sibi satis est, ξυμμετρίας illius vires sentiāt sibi salutares. Quum igitur Animam mundi in ipsius medio collocat, non hactenus est intelligendū vt in corporibus, quasi locū quendam occupet: sed quoniā id in illa Medium appelletur, a quo reliqua vita pendet. siquidem Corpus mundi .i. conspicabilis hæc moles, ab anima vitā motumque accipiens, circa illā ipsam veluti circa centrum mouetur: nō quia verè illa sit centrū, sed quatenus ipsa fiane vniuersam mundi molē amplectatur, & sua mouet fouétque efficacia, quod & disertè explicat Plato, διὰ παντὸς τε τέτευε. Sic etiam in Dorico, Ταὐ δὲ τῶ πόσμω ψυχαὶ μεσόθεν ἐξάλλαε. &c.

[i] Tertium: Animum illū mundi cōspicabilē mole corporea cōspicabili veluti vestimento circum tectū esse: vt ita plenè cōstet magni illius Animalis ὑφεστάμενον, corpore & anima cōpositum. quæ est plena & ὁλόκληρος animalis constitutio. Memi nit autem Cœli, vt maximæ & augustissimæ partis istius Vniuersi: vel certè Οὐρανοῦ nomine τὸ πᾶν intelligit, vt sæpe.

[k] Quartū: Animi illius tantā esse vim, vt quēadmodum animi corporisque cōiunctione & cōsensu animalia cōseruentur, ita & hæc Vniuersi moles, animi cū corporis amicitia & charitate. sic enim figuratè vocat ξυμμετρίαν illius συμπάθειαν qua res omnes ex illa vt, quā Deus in ipsis inseruit, mutuæ cuiusdā consensionis vinculo cōseruātur.

[l] Quintū, Creatū prius esse animū mundi, quàm corpus, vt nimirum corpore præstantiorē. Istorū autē verborum hæc videtur esse sententia, Mūdi formā prius esse delineatā à Deo, quàm creata esset materia: de qua aget suo loco, & in istius disputationis clausula, testatur se docuisse τὰ ὑπὸ τοῦ νῦ διεκοσμημένα πρώτα, vt tū agat πῶς τὰ ἄλογα. i. de Materia prima. Animū igitur vniuersi priorē esse corpore affirmat, ex AVTOG. vestigiis: ψυχαὶ κίνησέραν πᾶς σώματος ἐπιφῆς ἐπίας. &c. Eodē igitur ordine hic primùm agit de Forma: tū de Materia illius dispositiōe. Quomodo autē & quā rectè mūdū vocet Deū, dixim⁹ suprà.

οὐσιώδης, ex Platonis doctrina, qui hanc mundi creationem ad primam causam .i. Deum, semper reuocat, non verò illam ex proximarum causarum momentis æstimat. Docet igitur circularem motum, quòd vniformis sit, ideo attributum esse Vniuerso, vt Mentem illam atque intelligentiam, ad quam mundus effectus est, expressius repræsentaret, quippe quæ videlicet vna sit. Nos igitur & φρονήσεως nomine, Exemplar quidem illud æternum significat, ad quod hic conspicabilis mundus creatus est: ita tamen vt nos semper ad mentē illam architectricē reuocet, ac proinde ad vnum Deum, sicuti suprà exposuimus. Vt ergo vnus Deus est, vna mens Dei effectrix, vnum exemplar νοητὸν, ita & vnus Mundus αἰσθητός: cuius debuit motus idcirco esse vnus, vt suæ causæ efficientis naturā præ se ferret. Sumptum ex AVTOGR. Καθαυτὸ δ' ἐπιστρέπτον, &c. Mens nimirum in se reflectitur, & in se ratiocinādo redit veluti in orbem: cuius motus in sese conuertitur, & suis sibi cohæret vestigiis, & quidē è centro suo vti nunquā abscedat, sed pari circumferētiæ æqualique motu cōstanter circūferatur. quod quidē sex reliquis motibus nullo modo cōuenit, in quibus videlicet initium, mediū, finis est, distērminatis distinctisq; interuallis, & fiunt motus recta ad lineā.

[e] Secundæ illius rationis σκιαγραφία: De circularis motus vniformi cōuersione, & cæterorū motuū euariatione: quæ in proxima nota explicata sunt.

[f] Πλεῖστα, ad superiora doctrinæ amplificationē: Quum Deus hanc figurā rotundā hūncque motum figuræ illi accōmodatum dedisset Vniuerso, vt, quemadmodū dixit suprà, non egeret instrumētis ad se tuēdum, quibus cætera animātia indigēt: ideo nec ei huiusmodi instrumēta aptasse Opificē .i. nec pedes nec manus: vt pergat docere quare Vniuersum vocauerit animal, figurato genere dicēdi maximā hāc molē verè subsistentē & oculis nostris conspicuā, cuius ambitu res omnes cōtinentur, AVTOGR. Λειότατον δ' ὂν πᾶν ἀκριβείαν, &c.

[g] Cōclusio istius loci de Corpore Vniuersi, quod rotundum atque æquabile factum esse ait à Deo opifice: superioris quidē doctrinæ copiosè explicatæ summa breuiter cōprehendens, mollissimóque nexu parans sibi viā ad sequentē sermonē. Dei nimirū fuisse consiliū Naturā cōstituere omnibus suis numeris perfectā atque absolutā, quam excellēti quadā augustáque virtute ornaret: vt velut ipse, diuina sua & omnipotenti virtute, creasset Naturā: ita & Natura ipsa, veluti dea quædā, creatum illum ordinē & suæ potestati relictū, efficaciter gubernaret. Ita distertis verbis Opificem distinguit à Natura, quāuis ei tribuat Dei nomē: impropriè quidē, vt notauimus. est enim illud purū ἀξίωμα ex luce naturali, quod tam studiosè repetit in Philebo: Deū opificē cum natura ministra nō esse confundendū. Tom. 2, pag. 27. Non tamen eximere vult Naturā ab imperio Dei, aut æternā simpliciter constituere, sed mirabilē Naturæ vim cōstantémque & firmā eius ὑπαρξιν ostēdere, cuius videlicet quasi nutu & arbitrio res singulares quotidie procreentur, & inter omnes rerum vicissitudines ipsa immobilis perduret. Illā tamē tantum abest vt eximat à rērum cæterarū γενναμένων numero, quasi vel nō creata esset, vel ab imperio Dei immunis, imperiū quoddā ipsa suum obtineret, vt sæpius inculcet ipsam esse à Deo factā, Dei ministrā, & nō causam propriè, sed ξυμπαίτιον: denique, non verā illi Diuinitatē, sed ὑπηκοότητα (vt in Politico) tribuat. quid enim est ἄφθαρτον, λυτὸν νεώτερον, & similes exceptiones, quibus illa diuinitas circunscribitur? & cui opponatur ὁ ἀεὶ & αὐτὰ καθ' αὑτὰ θεός; ecquis cōplecti animo possit, factum esse Deum? sed nos hac de re aliàs, &c. Ἀκυρολογία igitur illa ex superioris doctrinæ fundamētis cōuinci atque redargui sanè potest. Distinctius & melius AVTOGR. Deum formæ & materiæ principiū, Naturæ autorē vocat.

[h] Absoluta tractatione de Corpore Vniuersi, accedit ad explicationē ANIMI: quo nomine (vt diximus) istius vniuersitatis αἰκλογίαν & ξυμμετρίαν intelligit, quæ Causis distincta, nō modò mirabilē hāc molē mundi sustinet, sed singulas res potenter atque efficaciter gubernat. cuius ἀναλογίας multiplicē vim atque efficacitatē, in maximo illo Causarum theatro, mox copiosè demōstrabit. Huic autē amplissimæ explicationi præmittit παράμυθίαν hanc descriptionē, de Corporis & Animi cōiunctione: cuius hoc est primum caput: Vniuerso vt corpus est, ita Animus. Secundum, Animus ille in medio Vniuersi ita est, vt ipsius vis atque ἐνέργεια vbique diffundatur. In Medio autē collocat mundi animā, cōtinuato illo genere dicēdi, quo æquabilē eum esse dixerat: vt vbique à suo centro distēs, ἀπαρεμπόδιστος esset, nullarum egens cōpagium, nec alieni cuiuslibet adiumēti. Ita significat ordinē illū peræquè suam vim explicare, & per omnes ὁρμὰς partes efficaciā suam exercere, vt nihil desit, nihil desideretur vspiam, sed omnes particulæ, quantum sibi satis est, ξυμμετρίας illius vires sentiāt sibi salutares. Quum igitur Animam mundi in ipsius medio collocat, non hactenus est intelligendū vt in corporibus, quasi locū quendam occupet: sed quoniā id in illa Medium appelletur, a quo reliqua vita pendet. siquidem Corpus mundi .i. conspicabilis hæc moles, ab anima vitā motumque accipiens, circa illā ipsam veluti circa centrum mouetur: nō quia verè illa sit centrū, sed quatenus ipsa fiane vniuersam mundi molē amplectatur, & sua mouet fouétque efficacia, quod & disertè explicat Plato, διὰ παντὸς τε τέτευε. Sic etiam in Dorico, Ταὐ δὲ τῶ πόσμω ψυχαὶ μεσόθεν ἐξάλλαε. &c.

[i] Tertium: Animum illū mundi cōspicabilē mole corporea cōspicabili veluti vestimento circum tectū esse: vt ita plenè cōstet magni illius Animalis ὑφεστάμενον, corpore & anima cōpositum. quæ est plena & ὁλόκληρος animalis constitutio. Memi nit autem Cœli, vt maximæ & augustissimæ partis istius Vniuersi: vel certè Οὐρανοῦ nomine τὸ πᾶν intelligit, vt sæpe.

[k] Quartū: Animi illius tantā esse vim, vt quēadmodum animi corporisque cōiunctione & cōsensu animalia cōseruentur, ita & hæc Vniuersi moles, animi cū corporis amicitia & charitate. sic enim figuratè vocat ξυμμετρίαν illius συμπάθειαν qua res omnes ex illa vt, quā Deus in ipsis inseruit, mutuæ cuiusdā consensionis vinculo cōseruātur.

[l] Quintū, Creatū prius esse animū mundi, quàm corpus, vt nimirum corpore præstantiorē. Istorū autē verborum hæc videtur esse sententia, Mūdi formā prius esse delineatā à Deo, quàm creata esset materia: de qua aget suo loco, & in istius disputationis clausula, testatur se docuisse τὰ ὑπὸ τοῦ νῦ διεκοσμημένα πρώτα, vt tū agat πῶς τὰ ἄλογα. i. de Materia prima. Animū igitur vniuersi priorē esse corpore affirmat, ex AVTOG. vestigiis: ψυχαὶ κίνησέραν πᾶς σώματος ἐπιφῆς ἐπίας. &c. Eodē igitur ordine hic primùm agit de Forma: tū de Materia illius dispositiōe. Quomodo autē & quā rectè mūdū vocet Deū, dixim⁹ suprà.

ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας, καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως αὖ περὶ τὴν τοῦ ἑτέρου, καὶ κατὰ ταὐτὰ ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν, καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα, συνεκεράσατο εἰς μίαν πᾶσιν ἰδέαν, τὸ θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸ ξυναρμόττων βίᾳ. μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας, καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἕν, πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν ἑκάστην ὧν ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένων. ἦρχετο δὲ διαιρεῖν ὧδε· μίαν ἀφεῖλε τὸ πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν· μετὰ δὲ ταύτην ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης. τὸ δ' αὖ τρίτον, ἡμιολίαν μὲν τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης. τετάρτην δὲ, τῆς δευτέρας διπλῆν· πέμπτην δ', τριπλῆν τῆς τρίτης· τὴν δ' ἕκτην, τῆς πρώτης ὀκταπλασίαν· ἑβδόμην δὲ, ἐπ' ἀκριβῶσι πασῶν τὴν πρώτης. μετὰ δὴ ταῦτα, ξυνεπλήρωσε τά τε διπλά-

A

B

C

Legendum uidetur εἰς μοίρας: quanuis nec apud Proclũ extet hæc præpositio.

stantia quæ indiuidua est, [a] & quæ semper vniusmodi, suíq; similis, & ex ea quę corporibus diuidua gignitur, tertiũ substantię genus ex duob[9] in mediũ admiscuit, quod esset Eiusdem naturæ & quod Alterius. ídque interiecit inter indiuiduum atque id quod diuiduum esset in corpore. Ea quum tria sumpsisset, vnam in speciem temperauit omnia: naturámque illam quam Alterius diximus, cum Eadem coniunxit fugientem, & ei commixtioni repugnantem concilians. Atque commiscens cum substantia, quum ex tribus effecisset vnum, idipsum in ea quæ decuit membra partitus est. [b] Iam partes singulas ex Eodem & ex Altero & ex substãtia temperauit. Fuit autem talis illa partitio: Vnã principio partem detraxit ex toto: secundam autem, primæ partis duplam: deinde tertiã, quæ esset secundæ sesquialtera, primę tripla: deinde quartã, quæ secundæ dupla esset: quintam inde, quæ tertiæ tripla: tum sextam, octuplam primæ: postremò septimam, quę septẽ & viginti partib[9] antecederet primæ. [c] Deinde instituit dupla & tripla interual-

a Illius de Vniuersi anima doctrinæ illustrissima ἐπεξεργασία: qua mirabilem eius ἁρμονίαν, & humani item animi, præclara imagine repræsentat. Tres autem οὐσίας statuit, Indiuiduam, Diuiduã, Tertiam essentiam .i. ἀμέριστον, μεριστὴν, τὸ ἐξ ἀμφοῖν οὐσίας εἶδος. Indiuiduam vocat essentiam, diuinam, intelligibilem, constantem. Diuiduam verò, corpoream & dissolubilem. Illam, ταυτὸ .i. Idem: hanc, θάτερον .i. Alterum, vocat. Tertiam Substantiam, ex vtraque nascentẽ ἁρμονίαν, cuius habitudo est noster animus, qui ex vtraque illa natura in medio misceri dicitur. non quòd reuera in eodẽ subiecto duæ illæ naturæ misceantur (quum verè sit ἀξιώδετος & omnis cõpositionis expers anim[9]) sed quoniam ratione quadam duo illa in animo considerentur: qui vnus quidem est per se, propter tamen duplicis illius naturæ consensum, Medium quiddam dicitur, quasi ex ταυτοῦ & θατέρου proportione componeretur: quemadmodum ex dupleis naturæ ratione apparet. In animo enim vis quædam est ζωτικὴ & sensibilis: ea nimirum quæ cum corpore συμπαχῆ: & illa est diuiduæ substantiæ & θατέρου, ac proinde mortalis. Altera, intelligibilis & diuina, quæ est ἐντελέχεια animæ: & illa dicitur ad ταυτὸ pertinere. Inde exsistit ἁρμονία siue σύγκρασις animi: non quòd reuera componatur, sed quòd diuersorum motuum ἐνέργεια perspicua planè partium consensione coalescant. Ex duobus igitur maxime contrariis principiis Eiusdem & Alterius, vel indiuiduæ & diuiduæ substantiæ, animum compositum esse ait: eundem verò, tertium quiddam medium .i. vnicum & simplicissimum esse animum, duabus illis naturis constãtem, intelligibili & immortali, sensili, corporea & mortali. Hæc est ferè Platonis sententia ἀεὶ τῆς ψυχογονίας: cuius hæc est perspicua doctrina: In animo tria esse consideranda, ἀμέριστον .i. diuinam & intelligibilem: Μερισὴν .i. corpoream: & οὐσίαν vel τὸ μέσον .i. connexionem vinculúmque duabus illis naturis deuinciendis: ἐντελέχειαν videlicet animi, qui vnus quidem existit in illa indiuiduæ vel diuiduæ naturæ συγκράσει. Iam verò, ex docendi ratione anti quis philosophis vsitata (sicuti monuimus suprà) adhibet Plato his de animo mysteriis significandis, σύμβολα quædam siue εἰκόνας è numeris: non quasi docere velit, animum reuera numeris conflare, sed quoniã illorum rationes mirè faciunt ad animi naturã quæ inter sensilia & intelligibilia media est, repræsentandam. Iodiuiduam igitur naturam animi, λογικὴν videlicet atque diuinã, Imparis nomine designat: Diuiduã autem & ἄλογον, Paris. vnde quinario numero animus comparatur, vt ex paris imparisque numeri connexione, cõmunis quædam animi habitudo nascatur, ex tribus his nimirum principiis, Eodem, Altero, & Tertio .i. connexione: quum Animus intellectum, ab indiuidua .i. diuina: sensum, à diuidua .i. corporea, habeat natura. nam vt Idem se habet ad Alterum .i. ratio ad sensum: ita, Alterum ad Idem .i. sensus ad rationem. vnde & exsistit δυώαμις & ἐνέργεια. quæ vera est animi ἁρμονία .i. λογικὴ & ἀλόγου partiũ consensus. Idcirco mediam vocat Plato, non quasi sit crassa quædam cõmixtio (quum vna sit & simplicissima anima) sed mediæ naturæ illam esse ait: vt quum eadem ab vtroque diuersa sit, tamen vtriusque sit particeps, & communẽ quandã efficiat habitudinẽ. Ἀμέριστον enim οὐσίαν in Dei esse mente statuit, ad cuius imaginẽ creatus sit animus: Μερισὴν, in corporea substantia. Harmoniã verò siue speciẽ ex vtroque ortam, quasi essentiam & subiectum statuit: ex quorũ trium cõnexione inter se, animus oritur: ac proinde sit separatus ab illis tribus, inter vtrãque naturã medius, quasi species & forma. Sic enim ait, ἐκ μίαν πάντα ἰδέαν συνεκεράσατο .i. ex diuina & intelligibili: tum ex sensibili & corporea aliã quandã essentiã ac formã, partim intelligibilẽ partim sensibilẽ, effecit Deus .i. animum: qui respectu quodã medius inter illas duas naturas dicitur, non quòd reuera ex vtraque misceatur. Ita Οὐσίαν illa, siue τὸ μέσον, duarum videlicet naturarũ cõnexio & harmonia, aliud quidpiã est, quàm animus, qui trium illorum est ὕπαρξις, tria enim ita diserte distinguit. Τὸ θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸ ξυναρμόττων βίᾳ, μιγνὺς δὲ μετὰ οὐσίας, καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἕν. tria igitur distinctè apparũt, ταυτὸ, θάτερον, οὐσία. & quæ tum, τὸ ὄν .i. animus vere ὑφεστὰς ἄφθιτος, medię inter vtrunque naturæ: καθ' ὑπόστασιν quidẽ, indiuiduæ & immortalis naturæ: quandiu autẽ in hoc corporis carcere inclusus tenetur, & corpori συμπάσχων, diuiduæ & mortalis naturæ, pars nimirũ illius sensilis, &c. Vide Annot. Inde colligit Philosophus, quum animus ex tribus illis generibus, Eodẽ, Altero, & Essentia, cõstitutus sit, ita illius ὕπαρξιν siue ὑπόστασιν cõstitisse. qua explicata, agit tum de illius partium proportione siue ratione, & quidẽ ita vt vtriusque naturã vim & facultatẽ perspicuis exẽplis ob oculos repræsentet.

b Animæ proportionẽ ex Eiusdẽ & Alterius rationibus compositã, imagine illustrat. nõ enim voluit docere, Animum numeris siue musicis siue arithmeticis constare: sed simplicẽ doctrinã illustrare adhibitis exẽplis, ex illa regula quàm notauimus: Res obscuras mathematicis exẽplis esse docẽdas: quæ quidẽ & ipsa natura & docẽdi modo valde sunt accommodata, quicquid imperiti obtrectẽt, quibus id sordet quod ignorãt. Doctrinã igitur de Animo, quã inferius δογματικῶς explicabit, nũc docet, repræsentatis Analogiæ rationibus: quã docuimus hac in re maximè versari, vt res cõtrarias apto quodã vinculo cõponant. Sunt autẽ res plane cõtrariæ Idẽ & Alterum, quibus animũ cõstare diximus. tertii igitur cuiusdã ξυναγωγοῦ interuentu, quomodo exsistat proportio, his exẽplis demõstrat Philosophus. Tres quoque analogiæ species ex illius verbis annotauimus, Arithmeticã, Musicã, Geometricã. Hic arithmeticæ & musicæ rationes in ἁρμονίᾳ constituẽda locũ habent. At quum Proportio sit quædã ex numerorum collatione habitudo, quintuplex est. tres enim sunt species simplices, duæ cõpositæ. de quibus vide Annot. Ex omnibus porro numerorũ proportionibus sex maximè ad συμφωνίαν valent: ἐπίτριτος, ἡμιόλιος, διπλάσιος, ἡμιπλάσιος, τριπλάσιος, ἐπόγδοος: de quibus frequens hìc incidit mẽtio. Ἐπίτριτος, siue sesquitertius, est, quum minorẽ numerum maior continet semel, & tertiã insuper illius partẽ: vt 4. 3. quaternarius ternarium semel cõtinet, & semel etiã vnitatẽ. Ἡμιόλιος .i. sesquialter, quum maior minorẽ continet semel & mediã eius partẽ, vt 2. 3. vtraque proportio musicæ accõmodata, nomẽ mutat. nam sesquitertius, διὰ τεσσάρων: sesquialter, διὰ πέντε vocatur. Διπλάσιος .i. duplus, quum minor numerus in maiori bis continetur: vt 2. 4, & à musicis vocatur διὰ πασῶν. Τριπλάσιος est, quãdo minor à maiori ter cõprehenditur: vt 1. 3, & dicitur δὶς διὰ πασῶν ἢ διὰ πέντε. Τετραπλάσιος est, quũ duobus numeris maior minorẽ quater cõplectitur: vt 1. 4. idémque δὶς διὰ πασῶν appellatur. Ἐπόγδοος siue sesquioctauus, quum maior numerus minorẽ semel cõtinet, & eius octauam partẽ: vt 9. 8. qui tonum efficit integrum. Ita ex proportionibus arithmeticis sex numerorũ rationes in Musicã translatæ, ex quibus quinque symphoniæ constituuntur, quas Tonus ipse cotinet: de quo vide Annot. His positis, ad huius descriptionis σκιαγρίαν, Triangulus describẽdus erit, in cuius apice sit vnitas: in vtroque autẽ eius latere terni numeri collocẽtur, in vno quidẽ pares, in altero impares. itaque ex parte altera ternarius scribatur, deinde nouenarius, tum vigesimusseptimus. Item ex altero latere post illã ipsam vnitatẽ binarius collocetur, deinde quaternarius: postremo octonarius. Iidem autẽ numeri oppositi esse inter se debent, ita vt ex vtroque latere mutuò inter se respondeant. In hac igitur figura proportiones omnes quas Plato dicit, perspici possunt. nam ab vno latere parium numerorum, si ab vnitate auspicemur, statim sese offeret 2, vnitatis duplus: deinde, 4. duplus binarii: postremo, 8. 4, duplus. ergo pares omnes dupla proportione sese consequuntur. In altero autem imparium numerorum latere, post vnitatem est 3. triplus, deinceps 9. triplus 3. denique, 27. 9, quoque triplus. Itaque in hoc latere triplam proportionem numeri omnes seruant: ac proinde Plato totam animi essentiam, 7 numero contineri accommodate docet, & ex parium impariúmque connexione constitui: quoniam 7 numeri vis ad rerum generationem magnam vim habet. Ait igitur, Deum ex Vniuerso partem vnã sumpsisse, ad animi generationem: quæ pars vna Vnitate ad trianguli fastigium posita significatur. deinde, secundam partem primæ duplam fuisse additam .i. 2. vnitatis duplũ: tum 3. partẽ secundæ duplã, ac primæ triplã .i. 3. deinceps 4. secundæ duplã, hoc est 4. mox 5, tertiæ 3. .i. 9: & 6, 1, octuplã, id est, 8. & 7. quæ partibus 26, primam vnitatem excedat .i. 27. Itaque 1. pars, est vnitas: 2. huius dupla, 2 3. primæ tripla, & 2. sesquialtera, 3: qui ad 2, est sesquialter, & ad 1, 3. Quarta 2. dupla, 4: qui ad 2, est duplus. Quinta est 9, quæ 3. tripla est. nã 9. ad 3. cõparatus, triplã habet proportionẽ. Sexta, est 3, qui 1, .i. vnitatis octuplus est. Septima, est 27. primã vnitatẽ 26, partibus superãs. Illa ergo figura, tota animi σωματολογὰ, 7. illis partibus constãs repræsentatur. cuius diagrãmatis simplicẽ doctrinã suprà notauimus, & infrà eadẽ explicabitur suis locis, &c. Vide Annot.

c Pergit in eodẽ diagrãmate explicãdo, & docet qua ratione 2. & 3, eorundẽ numerorũ proportiones, aliis rursum proportionibus medietatibusq; impleãtur: de quibus in Annot. Maiorẽ rationẽ, ἀποτομὴν: minorem, λεῖμμα vocat. Arithmeticæ autẽ propriũ est vt in maioribus tẽrminis habeat minorẽ proportionẽ, in minoribus maiorẽ. cõtra verò Harmonica in maioribus terminis maiorẽ habet rationẽ, ac minorẽ in minoribus. Ἐπογδόου autẽ proportionis, quæ perfectissimũ tonũ efficit, ἐνέργειαν describit: quo nomine Intelligentiã sanè significat, principẽ animi partẽ. Vide Annot. Ait autẽ Deũ κατανοοῦντα πᾶν, &c. .i. perfectissimè cõpleuisse animũ: sicuti & Vniuersitas ipsa est verè ὁλομέρεια, omnibus suis numeris constãs. harmonicus autem ille cõcentus, animi virtũ consensionem indicat. & vt harmoniæ maius interuallũ seu maior proportio ad minorẽ cõparata concentũ efficit: ita quoque ex præstãtioribus animi viribus, vt mẽtis, intelligẽtiæ, rationis: ac minoribus, vt sensilis, vegetatricis, &c. cõnexio quædã nascitur, quæ vnã cõstituit animã: sicut variatũ vocũ sonus, harmoniã. Et hæc quidẽ in animi humani ξυμμετρίᾳ contemplanda exhibet: & quidem vt ex eodem diagrammate anima vniuersi designetur, cuius interualla interuallis respondẽt κατὰ λόγους: vt in Philebo notat. Sed hac de re aliàs.

la explere, partes rurſus ex toto deſecans: quas interuallis ita locabat, vt in ſingulis eſſent bina media, ſiue binę medietates. earũ alteram eadem parte præſtantem extremis parîque numero ſuperatã. ſeſquialteris autem interuallis & ſeſquitertiis & ſeſquioctauis, ſumptis ex his colligationibus in primis interuallis, ſeſquioctauo interuallo, ſeſquitertia omnia complebat, quum particulam ſingulorum relinqueret. eius autẽ particulę interuallo relicto, habebat numerus ad numerum eandem proportionem cõparationémque in extremis, quę eſt inter ducentos quinquaginta ſex, & ducentos quadraginta tres. Atque ita permixtũ illud ex quo hæc ſecuit, iam omne conſumpſerat. [a]Hanc igitur omnem coniunctionem, duplicem in longitudinem diffidit: mediáque accommodans mediam, in ſpeciẽ X Græcę literę efformauit, id eſt in decuſſim aptauit: deinde in orbem reflexit, vt & ipſæ ſecum, & inter ſe, ex commiſſura quę ere gione eſſet, iungerẽtur: eóque motu, cuius orbis ſemper in eodẽ erat, eodémque modo ciebatur, vndique eſt eas circumplexus. atque ita quum alterum eſſet exteriorẽ amplexus orbem, illum, Eiuſdem naturæ: húc Alterius nominauit. cũmque qui erat Eiuſdem, detorſit à latere in dextram partem: hunc autem citimum à media linea direxit ad læuam: ſed principatum dedit ſuperiori, quem ſolum indiuiduum reliquit. Interiorem autem, quum in ſex partes diuiſiſſet, ſeptem orbes diſpares duplo & triplo interuallo moueri iuſſit, contrariis inter ſe curſibus. eorum autem trium fecit pares celeritates: ſed quatuor & inter ſe diſpares & diſſimiles trium reliquorum, quę tamẽ iuſta ratione ferrentur.

Postquam autem Opifici omnis hæc Animi conſtitutio ita facta eſt, vt mente inſtituerat, & de ſententia mirabile hoc opus ei ſucceſſit, ea quam explicauimus proportione perfectum atque abſolutum: ita deinceps omne corporeum atque concretum interius fabricabatur quod animo ſubſternebat, atque ita medio medium copulans atque compingens accommodabat. Ille verò à medio ad extremum vſque cœlum vndiquaque conformatus atque circumfuſus, extremitatem cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circumtexit, ſeſéq; ipſum in ſeipſo verſans, diuinũ ſempiternæ ſapientíſque vitę induxit exordiũ. Et corpus quidem cœli aſpectabile effectũ eſt: Animvs oculorum quidem effugit obtutum: rationis tamen atque concentus [i. ἁρμονίας] ſempiternarum rerum

A σια καὶ τειπλάσια διαζεύγματα, μοίρας ἔτι ἐκ τοῦδεν ἀποτέμνων, καὶ τιθεὶς εἰς ὃ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαζεύγματι δύο εἶ) μεσότητας· τὴν μὲν, ταύτῃ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, τὴ ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην. ἡμιολίων δὲ διαζεύξεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γεγονυιῶν, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαζεύξεσι, τῷ τὸ ἐπογδόου διαζεύγματι τὰ ἐπίτριτα πρώτα ξυνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον. τῆς τὸ μορίου ταύτης διαζεύξεως λῆψις, ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους, ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα τὸ διάστημα. καὶ δὴ τὸ μηδὲν ὄζ ὃ ταῦτα κατέτεμνεν, οὕτως ἤδη πᾶν ἀπεπλήρου. ταύτῃ δὴ τὴ ξύσασιν πᾶσαν, διπλῆ τε καὶ μῆκος χίσας, μέσην μέσῃ ἑκατέραν ἀλλήλαις, οἷ χ πρόσθεν, κατέκαμψεν εἰς κύκλον, ξυνάψας αὐτὰς τε καὶ ἀλλήλαις ἐν τῷ κατὰ διametρον τῆς προσβολῆς· καὶ τῇ τε ταὐτὰ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ περιφορᾷ κινήσει περιεξ αὐτὰς ἔλαβε· καὶ τὸν μὲν ἔξω, τὸν δὲ ἐντὸς ἐποιήσατο τῶν κύκλων. τὸν μὲν δὴ ἔξω ἔρρωσεν, ἐπεφήμισεν εἶ) τῆς ταυτὸ φύσεως, τὸν δὲ ἐντὸς, τῆς θατέρου. τὸν μὲν δὴ ταυτὸν, κατὰ πλευρὰν ὅτι δεξιὰ προσήγαγε· τὸν δὲ θατέρου, κατὰ διάμετρον, ἔτω ἀριστερά. καὶ τὸς δὴ ἔδωκε τῇ ταυτῷ καὶ ὁμοίου προφορᾷ. μίαν γὰρ αὐτὸν ἀφωνον εἴασεν, τὸν δὲ ἐντὸς, χίσας ἑξαχῇ, ἑπτὰ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὸν τῶν διπλασίου καὶ τριπλασίου διαζεύξεων ἑκάτερον, οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν, κατὰ πάντα μὲν ἀνάλογον προσέταξεν ἰέναι τοὺς κύκλους, τάχη δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέτταρας ἀνίσοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνομοίως, ἐν λόγῳ δὲ φερομένους.

Ἐπεὶ δὲ καθ' νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύσασις ἐγεγόνητο, μετὰ τοῦτο πρὸς τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῃ ξυνάγων προσήρμοττεν. ἡ δὲ ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν πρώτη διαπλακεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτή τε ἐν αὐτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον. καὶ τὸ μὲν δὴ σῶμα ὁρατὸν οὐρανὸς γέγονεν, αὐτὴ δὲ, ἀόρατος μέν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα

a Egit de Animæ ſubſtantia, generatione, proportione: nunc quali ſectione partes diſtributæ ſint, docet. motumque animi imagine X literæ repræſentat. i. decuſſis: vt ſignificet ſuperiores & inferiores animi partes, & circularẽ illius motum. Nam illa figura X ſi medio quodã fixo circumagatur, orbem quẽdam efficiet, & circulum deſcribet. Ille autem circularis motus ideirco et attributur, vt motus illius ſimplex ſignificetur, quippe qui in ſeipſum redeat: ſicuti poſtea docebit. Decuſſata autem illa diuiſio, ſignificat animi motum rectum ad ſenſum & ad vegetandi facultatem. ex quo duplicem eſſe animi vim Plato intelligit. quinetiam in corpore duos eſſe motus ab animo prouenientes. Interſecãtur quoque duæ illæ lineæ in medio, vt animi vnitas & dualitas ſignificetur. quum enim animi vires ſint diuerſa inter ſe natura, motúque recto ſponte ferantur, tamen in vno animo coniunctæ conuertuntur, motúmque ſimilem & vniformẽ Intelligentia conficit. atque inde fit vt lineæ eædem in orbem motæ, ſeipſas mutuò contingant, dum aliæ aliis ſuccedunt in motu illo circulari, ac proinde nihil relinquant vacui. Ex quo virili animi connexionem, licet varia obeant miniſteria, cognoſcimus. nam etſi videamus, audiamus, guſtemus, intelligamus, &c. vnus eſt animi motus vniformis ac ſibi ſimilis, quẽ omnes illæ vires, quas Plato motus vocat, efficiunt coniunctæ. Atque vt hoc de Animi humani facultatibus, ita & de Vniuerſi animo dextrè exponi poteſt: vt quidem ſit illi' ἀπλανοῦς (ſphæram octauã vocãt, ſiue primum mobile) vniformis motus, ſuo impetu cæteras ſphæras deferens ab ortu ad occaſum, quæ tamen & ipſæ ſuos habeant peculiares motus: quemadmodum poſtea explicabit Plato. Motũ autem animi dextrum vocat, τὸν νοητὸν, quo ad res verè exiſtentes ferimur. vnde exiſtit ſciencia. Exteriorem autem vocat, cui opponit Interiorem, qui eſt varius & multiplex (in ſex enim partes illum diuidit, ſicuti & τὸ ἄλογον eſt πολυσχίδες) quum Exteriorille τοῦτο, cui tribuit principatum, ſimplex ſit atque vniformis. Duplicem autem veniam det prudens lector, & inſuſitatæ mihi prolixitati propter loci obſcuritatem ſanè neceſſariæ: & breuitati etiam, quum in tanta rerum copia & hoc genere aphoriſticæ ſcriptionis non poſſint cuncta dici.

b Superioris diagrammatis ſimplex doctrina, De Vniuerſi, & Hominis item animo: ſicuti & de vtroque intelligẽda notauimus. Diligens igitur lector hæc cũ ſuperioribus conferet, & ea quæ de Naturæ ordine, & de humani animi facultatibus hîc agit, ad perſpicuæ doctrinæ theoremata reuocabit, ex noſtræ indicationis veſtigiis.

καὶ ἁρμονίας ψυχὴ τῶν νοητῶν, ἀεί τε ὄντων, A & ſub intelligentiam cadentium compos
ἐκ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γεγομένη τῶν γεννη- & particeps, quo nihil ab optimo & præſtã
θέντων. ἅτε οὖν ἐκ ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου tiſſimo genitore melius procreatum: Quip
φύσεως, ἔκ τε οὐσίας τριῶν τούτων συγκρα- pe ipſe animus ex Eiuſdem & Alterius na-
Cic. A diuncta materia. θεῖσα μοιρῶν, καὶ ἀναλογον μεριθεῖσα καὶ tura, & ex ſubſtantia harum trium partiũ
ξυνδεθεῖσα, αὐτή τε ἀνακυκλουμένη πρὸς conflatus, & proportione diſtinctus atque
αὑτὴν, ὅτου μὲν οὐσίαν σκεδαζομένην ἔγγυθέν τινος ἐ- colligatus, ſe ipſe in ſeipſum conuerſans,
φάπτηται, καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγουσα κινουμένη quum aliquid arripit quod ſubſtantiam di
δι' ἅπασης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἂν τι ταὐτὸν ᾖ, καὶ uiduã habet, & quum rurſus indiuiduam
ὅτου ἂν ἕτερον, πρὸς ὅ,τι τε μάλιστα καὶ ὅπη atque ſimplicem: tum ſe ipſe per ſeſe vni-
καὶ ὅπως καὶ ὁπότε συμβαίνει κατὰ γιγνόμε- uerſum mouens, quid ſit Eiuſdem gene-
νά τε πρὸς ἕκαστον ἕκαστα ἔστι καὶ πάσχειν, καὶ B ris & quid Alterius, diſcernit, & cætera di iu-
πρὸς τὰ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα ἀεί. λόγος δὲ ὁ dicat quid cuique rei ſit maximè aptũ, quid
κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, πρός τε θάτε- quoque loco aut modo aut tempore con-
ρον ὤν, καὶ περὶ ὃ ταὐτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ tingat: quęque diſtinctio ſit inter ea quæ gi-
ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἀϊδίου φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅ- gnantur, & ea quæ ſint ſemper eadem, quo
τῳ μὲν περὶ ὃ ἀϊδίων γίγνηται, καὶ ὁ δ' θα- modo videlicet ſingula & agant & patian-
τέρου κύκλος ὀρθὸς ἰὼν, εἰς πᾶσιν αὐτοῦ τὸν tur. Ratio autem vera, quæ verſatur in iis
ψυχὸν ἀφαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνον- quæ ſunt [a] ſemper eadem, & iis quæ in Alte
ται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δὲ περὶ ὃ ro ſunt, & variè commutantur: quũ in eo-
λογιστικὸν ᾖ, καὶ ὁ ταὐτοῦ κύκλος εὖ δρόμος ὢν dẽ & in altero mouetur ipſa per ſe ſine voce
αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ὅπερ ἔμπυρ τε ἐξ ἀνάγκης & vllo ſono, eãdémq; partem attingit, qua
ἀποτελεσθῆναι. τοῦτο δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγί- ſenſus cieri poteſt, & orbis Alteri⁹, rectà pro
γνεσθον, αὖ ποτε τις αὐτὸ ἄλλο πλὴν ψυχὸν grediẽs, omnia animo mentíque vniuerſæ
εἴπῃ, πολὺ μᾶλλον ἢ ταληθὲς ἐρεῖ. denuntiat: tum Opiniones aſſenſionéſque
ΩΣΔΕ κινηθὲν τε αὐτὸ καὶ ζῶν C firmæ veræque gignuntur. Quum autẽ in
εὑρὼν τὸν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλ- illis rebus vertitur, quę manentes ſemper
μα ὁ γεννήσας πατὴρ, ἠγάσθη τε, καὶ εὐφρανθεὶς, eædem, non ſenſu ſed intelligentia conti-
ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα nentur, eáſque ille Eiuſdem orbis, expedi-
ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. καθάπερ οὖν αὐτὸ tus atque volubilis detulerit, tũ verò Mens
τυγχάνῃ ζῷον ἀΐδιον, καὶ τόδε τὸ πᾶν οὕτως εἰς & ſcientia neceſſariò perficitur. Quicunque
δυνάμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν. ἦ μὴν οὖν ζῴου φύσις ἐτύ- verò hæc in alio quopiam quàm in animo
χθην οὖσα αἰώνιος. καὶ τοῦτο μὲν δὴ τῷ γεν- fieri dixerit, quiduis potius quàm verum
ητῷ παντελῶς προσάπτειν, οὐκ ἦν δυνατόν· dixerit.

εἰκόνα δ' ὅπερ νοεῖ κινητόν τινα αἰῶνος [b] POSTQVAM igitur Vniuerſi pater b Dixit de Vniuerſi & corpore & animo, in genere: nunc de pri
ποιῆσαι, καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν, ποιεῖ, atque progenitor opus illud à ſe creatum a- mariis illius partibus
μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ, κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν nimaduertiſſet & moueri & viuum eſſe, agit, quo ordine illas
αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομάκα- deorum immortalium, natum tamen at- Opifex efformauerit. & veſtigia cerrè
μεν. ἡμέρας γὰρ καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ que creatum, ſimulacrum, mirum in hîc apparent Moſaicæ hiſtoriæ: qui in ge
ἐνιαυτοὺς, οὐκ οὔσας πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, D modum gauiſus eſt atque oblectatus ſuo nere principio ponit
& τότε ἅμα ἐκείνῳ ξυνιστάμενῳ τὴν γένεσιν illo opere: quod magis ac magis ſimile & vniuerſum fuiſſe crea
αὐτῶν μηχανᾶται. ταῦτα δὲ πάντα μέρος χρό- expreſſum ad ipſum exemplar efficere co- tum: tũ diſtinctis die-
νου, καὶ τὸ, τ' ἦν, τό, τ' ἔσται, χρόνου γεγονότα gitauit. Quemadmodum ergo ipſum e- rum articulis creatio
εἴδη, φέροντες λανθάνομεν ὀρθῶς ἐπὶ τὸν ἀΐδιον xemplar eſt ſempiternum animal, & hoc nis opera recenſet: &
οὐσίαν, οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς ἦν, ἔστι Vniuerſum hoc modo, quoad fieri po- continuo creatum fuiſ
τε καὶ ἔσται· τῇ δὲ ὄντι μόνον, κατὰ τὸν ἀληθῆ tuit, conatus eſt abſoluere. Verùm ſi illa A- ſe Tẽpus docet, quod
nihil eſt aliud quàm
diſtinctio diei & noctis, & rerum natura-
lium πάθος primum:
vt impiæ philoſo-
phiæ (quam κακῶς ἀπά-
της nomine deſignat
veritas) conuellat fun
damenta, ex æternita
te temporis mundum
æternum colligentis:
ſicuti dixi in Argum.
pag. 4. & 8. qua de re
& in Comm. de doctr.
Plat. accuratius. Hic
ergo de TEMPORIS creatione agit
philoſophus, verèquidem philoſophicè:
quum omnia ab Opifice creata agnoſcat.

[a] Scientiæ, quæ quidem ἀμεταπτωτος eſt & ſempiterna: & Opinionum, quæ ad ſcientiam accedunt propius, origo ex hac doctrina.

animalis natura ſempiterna eſt, [vt eſt] fieri non poterat vt id generato natóque illi animali planè accommodaretur. quocirca inſtituit Opifex, mobilem quãdam AEternitatis imaginem facere. ita, dum cœlum ordinaret atque componeret, illam efficit, AEternitatis videlicet in vno permanentis imaginem quandam certis numerorum articulis progredientem: quam TEMPVS vocauimus. Dierum enim & Noctis & mẽſium & annorum, qui nõ erant antequam Cœlum extaret, tunc omnino quum ipſum conſtitueret, originem molitur. quæ quidem temporis partes ſunt: nos verò illas temporis diſtinctiones, ERAT nimirum & ERIT, AEternæ eſſentiæ nõ rectè attribuimus. Dicimus enim, ERAT, EST, & ERIT.

at reuera illi AEternitati Est propriè tantùm quadrat: ERAT & ERIT, temporis illius, quod naſcitur, articulis conuenit. ſunt enim motus. Quod autem eodem modo conſtanter atque immobiliter habet, neque antiquius neque recentius hactenus fuiſſe, neque etiamnũ extare, neque aliquando futurum, conſentaneum eſt: neque verò in illud cadere earum rerum quampiam, quibus res mobiles atque ſenſui expoſitæ, ex ipſa generationis conditione ſubiiciuntur: ſed temporis AEternitatem imitantis, & ad numerum in orbem commeantis, hę ſunt ſpecies, & ad tempus hæc quoque ſpectãt: Præteritum, eſſe præteritum: præſens, eſſe præſens: futurum, eſſe futurum: & quod non ſit, non eſſe. de quibus non ſatis benè ſermo inſtitui ſolet. nec tamen fortaſſe fuerit conſentaneum neque opportunum, de his accuratius modò agere. TEMPVS ergo cum Cœlo natum creatúmque eſt, vt quum ſimul ipſa nata ſint, ſimul quoque diſſoluantur: ſiqua nimirum aliquando futura ſit ipſorum diſſolutio atque pernicies: vt & AEternæ naturæ exemplari, quãtum quidẽ fieri poſſit, quam ſimillimus ſit Mundus. nam illud Exemplar per omne ſeculũ fuit, Mũdus verò per omnes Tẽporis termi nos & fuit & eſt & erit, ſolus ipſe atq; vnus. Ex hac ergo ratione & conſilio Dei, Tẽporis generationẽ molientis, vt tempus crearetur, Sol & Luna, & quinq; alia aſtra (quæ Planetæ nũcupantur,) ad definitam diſtinctionem & conſeruationem numerorum temporis, creata ſunt. Ipſorum ergo Planetarum corpora ita fabrefacta atque compoſita, collocauit Deus ad motus & circuitiones, quas Alterius motus deducit, ſeptem quidem illas, quum & ipſi Planetæ ſint ſeptem. Collocauit ergo illos, Lunã quidem in primo, qui circa terram eſt, orbe: Solem, in ſecundo à terra: Luciferum, & eum qui Mercurio eſt ſacer, in iis qui pari celeritate qua Solis orbis, mouentur, contrariam tamen ei obnixámque ſeſe mouendi ſortiti ſunt poteſtatem: eáque conuerſione quam inter ſe habent, Lucifer, Mercurius, Sol, alii alios vincunt, viciſsímque vincuntur. Reliqua autem ſydera qua cauſa collocarit Deus, & quę eorum ſit collocatio, in ſermonem alium differendũ eſt, ne in eo quod attingendum fuit, quàm in eo cuius cauſa id attigimus, longior ponatur oratio. Verùm de his fortaſſe aliâs, ſi dabitur otium, pro rei dignitate iuſtam inſtituemus tractationem.

[a] QVANDO igitur vnumquodque eorum ſyderum, curſum decorum eſt adeptum, è quibus erat motus temporis conſignandus: & colligata ſunt corpora animalibus vinculis, tum Animantia orta ſunt. Ea verò demandatum munus didicerunt, eiúſque parere imperio & præſcriptum obire, tũc

[a] Explicata Temporis origine, ad animalium creationem accedit: quorum quatuor ſtatuit genera, Cœleſtium & diuinorum: aeriorum, terrenorum, & marinorum. hæc in archetypa Dei

A λόγον, πεφυκεν. Ὃ δὲ ἐῶ, τὸ, τ' ἦν, ἔστι, καὶ τὸ ὂν γένεσιν ἰοῦσαν παρέπει λέγεσθαι. κινήσεις γὰρ ἐστόν. Ὃ δὲ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε νεώτερον πεφυκεν γίγνεσθαι ποτε, οὐδὲ γεγονέναι νυν, οὐδ' εἰσαῦθις ἔσεσθαι· ὅσα τε ἄλλα προσῆπτον τε ἀδὲν ὅσα γένεσις τοῖς ὑπ' αἰσθήσεως φερομένοις πεφυκεν· ἅπερ ἀριθμὸν κατὰ μιμουμένῳ καὶ κατ' ἀριθμὸν κυκλουμένου, γέγονεν εἴδη. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τοιάδε,

B τό, τε γεγονὸς, ἐστὶ γεγονὸς, καὶ τὸ γιγνόμενον, ἔστι γιγνόμενον· ἔτι δὲ τὸ γενησόμενον, εἶναι γενησόμενον, καὶ τὸ μὴ ὄν, μὴ ὂν εἶναι. ὧν οὐδὲν ἀκριβῶς λέγομεν. πρὸς μὲν οὖν τοῦτων τάχ' ἂν οὐκ εἴη καιρὸς πρέπων ὑπὸ τῷ παρόντι λογισμῷ ἀκριβολογεῖσθαι. χρόνος δ' ὃν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γενηθέντες, ἅμα καὶ λυθῶσιν, αὖ ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται, καὶ κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίου φύσεως· ἵν' ὡς ὁμοιότατος αὐτῷ κατὰ δύναμιν ᾖ. Τὸ μὲν δὴ παρά-

C δειγμα, πρὸς ἀΐδιον ἐστὶν ὄν· ὁ δ' οὐ διατέλεσται τ' ἀπόντα χρόνον γεγονώς τε καὶ ὢν καὶ ἐσόμενος ἔστι μόνον. ἐξ οὗ λόγου καὶ λογισμοῦ θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρείαν γένεσιν, ἵνα γενηθῇ χρόνος, Ἥλιος καὶ Σελήνη, καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔσχηκε πλάνητες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γένε. σώματα δ' αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ θεὸς, ἔθηκεν εἰς τὰς περιφορὰς, ἃς ἡ θατέρου περίοδος ἤλαυνε, ἑπτὰ οὔσας, ὄντα ἑπτά· Σελή-

D νην μὲν εἰς τὴν περὶ γῆν περῶσαν, Ἥλιον δ' εἰς τὴν δευτέραν ὑπὸρ γῆς· Ἑωσφόρον τε καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον, εἰς τὰς τάχει μὲν ἰσόδρομον Ἡλίῳ κύκλον ἰούσας, τύχῃ δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν. ὅθεν καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται καὶ κατὰ ταὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων Ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ὁ Ἑωσφόρος. τὰ δ' ἄλλα, οἷ δὴ καὶ δι' ἃς αἰτίας ἐδημιούργησαν εἰτῖς ἐπεξίοι πάσας, ὁ λόγος παρεργος ὤν, πλέον αὖ ἔργον ὧν ἔνεκα

E λέγεται, παράσχοι. Ταῦτα μὲν οὖν ἴσως τάχ' ἂν κατὰ σχολὴν ὕστερον τῆς ἀξίας τύχοι διηγήσεως.

Ἐπειδὴ δὲ οὖν εἰς τὸν ἑαυτοῦ περίπουσον ἔκαστον ἀφίκετο φοράν, ἅπερ ὅσα ἔδει ξυναρθρώσασθαι χρόνον, δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα δεθέντα, ζῷα ἐγένετο, τό, τε πειθὲν ἔμαθε, κατὰ δὴ τὸν θατέρου φο-

Cic. Ita nim ſua natura conuertit, ut terrã Luna cursus proximè ambiret, atque ſupra terrã Solis circũnectio eſſet.

ραν πλαγίαν οὖσ᾽, διὰ τῆς ἑαυτῆ φύσεως ἰοῦσαν τε καὶ κρατουμένην, τὸ μὲν, μείζονα αὐτῶν, ὃ δὲ, ἐλάττω κύκλον ἰόν· θᾶττον μὲν, τὸν ἐλάττω, ἁτὸ δὲ τὸν μείζονα βραδύτερον ποιοῦντα· τῇ δὲ ἑαυτῆ φορᾷ τὰ τάχιστα περιιόντα, ὑπὸ τῶν βραδυτέρων ἰόντων ἐφαίνετο, καταλαμβάνοντα, καταλαμβάνεσθαι. πᾶσαι γὰρ τοὺς κύκλους αὐτῶν στρέφουσα ἑλίκη, διχῇ διχῆ τὰ ἐναντία ἅμα ποιοῦσαν, τὸ βραδύτατα ἀπιὸν ἀφ᾽ αὑτῆς οὔσης ταχίστης, ἐγγύτατα ἀπέφαινεν. ἵνα δὲ εἴη μέτρον σαφές τι ποὸς ἄλληλα βραδυτῆτι καὶ ταχύ, καὶ τὰ ποῖ ταχυτῶν φορὰς πορεύοιτο, φῶς ὁ θεὸς αἰῆψεν ἐν τῇ ποὸς γῆν δευτέρᾳ τῶν ποιόδων· ὃ δὴ νῦν κεκλήκαμεν Ἥλιον· ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν, μεταίχοι τε ἀριθμοῦ τὰ ζῷα, ὅσοις ἐῶ ποσπον, μαθόντα παρὰ τῆς ταυτῆ καὶ ὁμοίου ποιφορᾶς. νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν οὕτω, καὶ διὰ ταῦτα ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως ποίοδος. μεὶς δὲ, ἐπειδὰν Σελήνη ποιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον Ἥλιον ὑπικαταλάβοι· ἐνιαυτὸς δὲ, ὁπότανη Ἥλιος τὸν ἑαυτῆ ποιέλθοι κύκλον. τῶν δ᾽ ἄλλων τὰ ποιόδους οὐκ ἐννενοηκότες αὖ θεοποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν, ὅτε ὀνομάζουσιν, ὅτε ποὸς ἄλληλα συμβιβάζωνται, σκοποῦντες ἀριθμοῖς. ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐκ ἴσασι χρόνον ὄντα τὰ τούτων πλάνας, πλήθη μὲν ἀμηχάνῳ χρωμένας, πεποικιλμένας δ᾽ θαυμαστῶς. ἔστι δ᾽ ὅμως εὑρεῖν τὸν καταπανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὄντως τέλεος ἀριθμὸς χρόνος τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ ποιόδων τὰ ποὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη κεφαλαιῶται τῷ τῆδε ταυτῷ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. κατὰ ταῦτα δὴ τούτων ἕνεκα ἐγεννήθη τοῖς ἄστροις ὅσα δι᾽ οὐρανοῦ πορεύομενα ἔσχε σπάς, ἵνα τόδε ὡς ὁμοιότατον ᾖ τῷ τελεωτάτῳ καὶ νοητῷ ζώῳ ποὸς τὸν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως. καὶ τὰ μὲν ἄλλα εἴδη μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργασο, εἰς ὁμοιότητα ὧνπερ ἀπεικάζετο· τῷ δὲ μήπω τὰ πάντα ζῷα ἐντὸς αὑτοῦ γεγονέναι ποιήφειν, ταύτῃ ἔτι εἶχεν ἀνομοίως. τοῦτο δὴ τὸ κατὰ λοιπὸν ἀπειργάζετο αὐτοῦ ποὸς τὸ τοῦ παραδείγματος ἀποτυπούμενος φύσιν. ἦνπερ οὖν νοῖς ἐνοῦσας ἰδέας τῷ ὄντι ζῷον, οἵαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε φυτεῖν. εἰσὶ δὲ τέτταρες· μία μὲν, οὐράνιον θεῶν γένος· ἄγνη δὲ,

A ex Alterius-naturæ motione transuersa atque obliqua, in Eiusdem-naturæ motum incurrentia, in eoque hærentia atq; impedita. quippe quæ princeps esset atq; primaria, & firmiore potestate: quum alia maiorem lustrarent orbem, alia minorẽ: tardiúsque maiorẽ: celeriúsque minorem. motu verò Vnius eiusdémque naturæ, quæ velocissimè mouebantur, ea celeritate vinci à tardioribus, & quum superabant, superari videbantur. omnes enim orbes eorum quasi

B spiræ inflexione vertebat, quòd bifariam contrariis motibus progrediãtur: vt, quod esset tardissimum, id proximum fieret celerrimo. Atque vt esset mensura quædam mutua celeritate & tarditate euidens, quæ in istis octo sphærarum cursibus progrederetur, Deus ipse Solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitum, vt ex vniuerso Cœlo omnibus colluceret, animantésque quibus consentaneum esset, ab Eiusdem vniúsque naturæ motibus edoctæ, numerorum naturam vímque cognoscerent. Nox igitur & dies ad hunc mo

C dum & ob has generata causas, vnum circuitum orbis efficiũt sapiẽtissimum atque optimum. Mensis autem, quando Luna lustrato suo cursu, solem cõsecuta est: Annus, vbi sol suum omnino confecit & peragrauit orbem. Cæterorum autem syderũ ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiũtur. Itaque, vt vno verbo dicam, nesciunt hos syderum errores idipsum esse quod rite dicitur Tẽ-

D pus, multitudine infinita, varietate mirabili multipliciter discriminatos. Attamen illud perspici & intelligi potest, absoluto perfectóque numero temporis, absolutũ perfectúmque annum tunc compleri denique, quum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerunt, quúmque eos permensus est idem atque semper sui similis orbis. Has igitur ob causas & hunc in modum nata astra sunt, quę per cœlum meantia, solstitialis & brumalis conuersionis fines & terminos haberent: vt hoc omne animal quod sentimus, ad æternitatis imitationẽ esset simillimũ. & cętera quidẽ

E vsque ad temporis ortum impressa ab illis, quæ imitabatur, effinxerat: ac proinde aliæ formæ in ipsa operis molitione ita effectæ sunt atque conditæ, vti Deus ab æterno in se descripserat. Sed quoniam nondum omnia animalia hic mũdus intra suum ambitum continebat, ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo. idcirco id quod deerat effingebat Deus, [a] ad secundam quandam primi Exemplaris imitationem, illius naturam exprimens. Quot igitur & quales animalium formas Mens in speciem rerum intuens, sempiternum videlicet illud & perfectum animal, poterat cernere: totidem & tales in

Dei mente fuisse ait, & ab illo efformata ad illam imaginẽ. & primùm de Cœlestibus agit, quorũ motus & officium describit.

Ταυτὶ verò & Δυτέρου rationes applicat in variis cœlimotibus quorum vniformis vnus, alii verò varii atque multiplices. vnde & varia quoque effecta docet existere. Solis quoque cæterorum que astrorum ministeria, in diei, noctis, mẽsis, anni discrimínibus tradit, ex primigenia veritate. Anniquoque quadripertitã παραλλαξιν, ex illo alterius motu nascentem proponit. & de magno illo anno (quem & vertentẽ vocant) agit obiter: quum videlicet octo cœli orbes ad idem caput & locum confectis suis cursibus redeunt: quos Idẽ ac sui similis orbis. i. primum mobile, metitur atque terminat. Vide Annot.

Est etiam alia lectio, θεσνίων: quæ apud Proclũ extat.

a Mundi huius cõspicabilis, ad illius æterni & αὐτοζώου imaginẽ efformatio: & quadripertita animantiũ distributio. Animãtia enim vocat omnes res creata, quæ hoc Vni-

uersi ambitu continẽtur: quod nimirũ cur vocauerit animal, dictum est supra.

hoc mundo secum cogitarit effingere, certisque rationibus & ita ligare & ita conflare. Erant autem animantium genera quatuor: quorum vnum, diuinum atque cœleste: alterum, pennigerum atque aerium: tertium, aquatile: terrenum & pedestre, quartum[a]. Diuinæ illius & cœlestis animationis maximè speciem faciebat ex igne, ita vt splendidissimus esset, & aspectu pulcherrimus. quúmque similem vniuersitatis naturæ efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit: & in Optimi sapientiam imposuit, illius videlicet comitem: circúmque cœlum æqualiter distribuit, vt varietate dictus vniuersum, verè Κόσμος [. i. mundus] appellaretur. Diuinis autem singulis duo genera motus attribuit: vnum, quod semper esset in eodem æquè & idem in omnibus, atque de iisdem rebus sibi ipsi consentiret: alterum, quod in anticam partem à conuersione Eiusdem & similis pelleretur. Quinque autem reliquis motibus orbem eum esse voluit expertem, immobilẽ & stantem: vt ipsorum vnumquodque esset quamoptimum. Ex eo genere ea sunt sydera quæ infixa cœlo, non mouentur loco: quæ sunt animantia, eáque diuina: ob eámque causam suis sedibus inhærent, & perpetuò manent. Quę autem vaga & mutabili ratione labuntur, ita generata sunt vt suprà diximus. Iam verò TERRAM, altricem nostram, quæ traiecto axe sustinetur, diei noctísque effectricem, eandémque custodem, antiquissimam deorum voluit esse eorum qui intra cœlum gignerentur. Horum autem ipsorum choreas & mutuas inter ipsos concursiones, quæque in orbibus eorum conuersiones antecessionésque eueniant, quámq; inter se penè contingãt: eos qui prope copulentur contraria regione, & pone quos aut ante labantur, quibúsque tẽporibus à nostro aspectu oblitescãt, rursúsque emersi errorem incutiant rationis expertibus, si verbis explicare conemur, nullo posito sub oculis simulacro, descriptionum videlicet huiusmodi figuris, quæ res illas repræsentent atque oculis subiiciant, earum rerum frustra suscipiatur labor. Atque hęc quidem hactenus de aspectabiliũ & genitorum Deorũ natura dicta sunto: istíq; sermoni hic finis imponatur.

[b] De aliis autẽ diis, quos δαίμονας vocamus, de illorum videlicet generatione dicere, vel rẽ tantã animo cõcipere, maius quid dã est quàm naturæ nostræ facultas ferat. fides autẽ adhibẽda est iis qui priscis tẽpori bus naturã Deorũ nobis explicarũt: quippe qui ipsi Deorũ essẽt progenies, vt quidẽ ipsi affirmarunt: atq; adeò suos ipsi maiores nossẽt. Fides videlicet Deorũ liberis derogari minimè potest: quãuis sine verisimilibus signis aut necessariis argumẽtis loquãtur: sed quia de suis rebus & sibi notis præ se ferũt loqui, veteri legi moríq; parẽdũ est, & illis fides adhibẽda. Sic igitur vt ab illis est traditũ, horũ deorũ ortus habeatur: atque dicatur vt Oceanũ Salaciámq; Cœli satu terræque cõceptu genera-tos editósq; memoremus: ex his Phorcyn & Saturnũ & Opem, & eos qui cũ illis extiterũt. Ex Saturno &

a Cœli, augustissimæ creaturæ, descriptio: cuius materiam (materia enim illud constare, non est verendum confiteri: quia nouimus cœlum non esse immortale. quanquã & quinta illi detur essentia: dummodo à Deo creatam fuisse nouerimus) ex Igne deducit Plato: & duplicem motum (de quo dictũ est suprà) explicat, ἀπλανῶν videlicet & πλανητῶν. &c. Cœlo autem tribuit φρόνησιν, propter eam autoritatem, quã ei tribuit Deus in res inferiores: vt eas quidem sapienti quadam efficacia regere videatur.

b Quoniam antiqua superstitio astra in cœlo meantia Deos fecerat, ideo obiter agit de illis Diis quos δαίμονας vocat. Illos autem hactenus hoc nomine agnouit, & pro Diis habet, vt legibus obtemperet, quarum seueritatem, Socratis exemplo edoctus, reformidabat: re uera autem Deos esse, negat vel necessariis vel probabilibus argumentis cõstare. Est igitur ἔλεγχος πολυσέβειας, ex hominis Ethnici ore, verissimũ.

A πλανῆ δὲ ἀεροπόρον δίτην ὄ, ἔνυδρον εἶδος. πεζὸν δ' ὃ χερσαῖον, τέταρτον. ὧν μὲν δὴ θεῖα τῶν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο, ὅπως ὅτι λαμπρότατον ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη. τῷ δ' πάντι προσκάζων, βύκυκλον ἐποίῃ. διῆκε τε εἰς τὸ κράτιστον φρόνησιν, ἐκείνῳ ξυνεπόμενον, νείμας τε πάντα κύκλῳ τὸν οὐρανόν, κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον ἐν αὐτῷ κατ' ὅλον. κινήσεις δ' δύο προσῆψεν ἑκάστῳ, τὴν μὲν, ἐν ταὐτῷ κατὰ ταὐτὰ, περὶ τὸν αὐτὸν ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοούμενον· τὴν δ', εἰς τὰ πρόσθεν, ὑπὸ τοῦ κρατίστου τῆς ὁμοίας περιφορᾶς κρατουμένῳ. τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον, ἕως ἔσται, ἵν' ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον ἄριστον εἴη. ἐξ ἧς δὴ τῆς αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῷα, θεῖα ὄντα· καὶ ἀεὶ ταῦτα ἐν ταὐτῷ τρεφόμενα ἀεὶ μιμούμενα, καὶ πλείονα τοιαύτην ἴσχοντα, καὶ διαφερόντως ἐν τοῖς πρόσθεν ἐρρήθη, κατ' ἐκεῖνα γέγονε. Γῆν δ', τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρεσβυτάτην θεῶν ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. χορείας δ' ἄστρων αὐτῶν καὶ πρὸς ἀλλήλους, καὶ περὶ ταῦτα κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπαναστροφήν καὶ πρὸς χωρήσεις, ἓν τε τῷ σιωπᾶν, ὁποίοι τῶν θεῶν καὶ ἀμηχάνους μιγνύμενοι, καὶ ὅσοι καταπικρυ- B μοὶ οἰζύας τε ἐπιφέροντες ἀμηχάνοις, ἡμῖν τε καὶ χρόνοις εἰσὶν ἕκαστοι κατακαλύπτον, καὶ πάλιν ἀναφαινόμενοι, φόβοις καὶ σημεῖα τοῖς μετὰ ταῦτα γιγνομένοις τοῖς δυναμένοις λοιμοὺς πέμπουσι, καὶ λέγειν αὖθ' ὁπόσους τοὺς λίθους αὐτῶν μιμήσεις, μάταιος ἂν εἴη πόνος. ἀμηχανεῖ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γιγνομένων εἰρημένα φύσεως, ἐχέτω τέλος.

Περὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς πείσεσθον ἢ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν ὄντες, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τοῖς αὐτῶν προγόνοις εἰδόσιν. ἀδύνατον δὴ θεῶν παῖδας ἀπιστεῖν, καίπερ οὐ τεκμηρίων τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων C λεγόντων, δεῖ δὴ ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. θέσις δὴ καὶ ἐκείνοις ἡμῶν ἡ γένεσις καὶ περὶ τοὺς τῶν θεῶν ἐγγόνους καὶ λεγόντων. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγένοντο· ἐκ τούτων δὲ, Φόρκυς τε καὶ Κρόνος καὶ Ῥέα, καὶ ὅσοι μετ' ἐκείνων· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας, Ζεύς, Ἥρα τε, καὶ

Legitur itidem πλανῶν & ἀεροπόρων apud eundem Proclum: sed tamẽ reliqua tria eod m quo hic modo: quum potius debere itidem sequi videantur hi genitiui, ἐνύδρων, & πεζῶν, & χερσαίων.

Aliud particip. videlicet ἰσομοιρούμενον, habet Proclus: quo ait declarari σφαιροειδῶς & στιεχομοιρίως, non autẽ κυκλοφορικῶς, vt putauit Aristoteles. Dixerat autem Proclus paulò antè, περὶ τὸν ἄξονα τὸ παντὸς σωμα ἑστάναι καὶ συνεχῶς.

Aliam & hic Proclus scripturam habet, cũ Ciceronis interpretatione conuenientem, περὶ θεῶν ὅσοι ἐντὸς οὐρανοῦ γεγίασι. Apud eundem scriptum est περὶ χωρήσεις. quæ uox melius respondere videtur Cicer. interpretationi, antecessiones: quum περὶ χωρήσεις, sonet potius accessiones. Quanuis autem περὶ τὰ ibidem legatur, vt hic, mendosum esse persuasum habeo: ac videndũ esse dico annon in necessitãs mutari possit.

Cic. Nec argumẽtis nec rationibus certis eorum oratio confirmatur.

καὶ πόλιτες ὅσους ἴσμεν πόλιτας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν· ἔτι τε τοὺς τούτων ἄλλους ἐκγόνους.

Ἐπεὶ οὖν πόλιτες ὅσοι τε θεῖ πολὺ σοὶ φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον αὖ ἐθέλωσι θεοὶ, γένεσιν ἔχον, λέγει τοιάδε· ὦ θεῶν θεοὶ, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γένομα, ἄλυτα, ἐμοῦ γε θέλοντος. Τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν, λυτόν. τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακὸν. διὰ τοῦτο καὶ ἐπεὶ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδὲ ἄλυτοι τοπαράπαν· οὐ μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως, μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες, ἐκείνων οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε συνεδεῖσθε. νῦν δὲ ὁ λέγω τοῖς ὑμᾶς ἐνδιακυμήνας, μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ δία· γένητα. τούτων οὖν μὴ γενομένων, ἀτελὴς ἔσται. τὰ γὰρ ἄπαντα ἐν αὑτῷ γένη ζώων οὐκ ἔξει. δεῖ δὲ, εἰ μέλλει τέλειος εἶναι κατὰ τὸν εἰκότα). διὰ ἐμοῦ δὲ ταῦτα γένομα καὶ βίᾳ μεταλαγχάνοντα, θεοῖς ἴσα ζοιτ' ἄν. ἵν' οὖν θνητά τε ᾖ, τό, τε πᾶν ὄντως ἄπαν ᾖ, πρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ὅπερ τὸ τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὸ ἐμὸν δυνάμιν περὶ τὸ ὑμῶν γένεσιν. καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον ᾖ) προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς, τῶν ἀεὶ δίκην καὶ ὑμῖν ἑθελόντων ἕπεσθαι, σωτείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω. Τὸ δ' λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γένατε, τροφὴν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. Ταῦτ' εἶπε· καὶ πάλιν ὅπερ ὦ πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὸ τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν προσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων, ᾗπερ μόνα τινὰ τ' αὐτὸν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι τὰ ταυτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα. ξυήσας δὲ ὁ πατὴρ, διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὸν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐτάς· ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο ταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μήτις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ· δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φυῶσαι ζῶον ὃ θνητοσεβέστατον. διπλῆς δὲ οὔσης

Apud Proclū legitur Ἐπὶ ὃ παίπης. Vide & paulò post ὃ pro οὖν, eodem.

Alia lectio est apud Atheneum, & Athenagorā, & quosdā alios, ἐμοῦ γε μὴ θέλοντος: quam sequutus est Cicero: quippe qui uerterit, Me inuito. (in hāc enim lectionē plura consentiunt exempl. quàm in alterā, Nutu meo) Sed eadē propemodū uidetur effici sententia ex his uerbis, Indissolubilia sunt, quia indissolubilia esse uolo: & ex istis, Indissolubilia sunt, si quidem dissolui nolim.

Apud Proclū ἀγένητα. Cic. autē ncuterum interpr. Apud eūdem Pr. post τούτων pro οὖν est δέ: quod magis conuenit.

Apud Proclum ζώων.

A Ope, Iouem, Iunonem, & omnes quos fratres inter se, agnatósq; vsurpare atque appellare videmus, & eorum progeniem.

[a]Quando igitur omnes & qui mouentur palámq; ostēdūtur, & qui eatenus nobis declarantur, quatenus ipsi volunt, creati sunt, tū ad illos DEVS is qui omnia genuit, fatur: Hæc vos, qui deorū satu orti estis, attēdite: quorū operū ego parens effectórq; sum, quæ per me facta, sunt indissolubilia, quantū quidē voluero. quanquiā omne colligatū, solui potest: sed haudquaquam boni est, ratione vinctū velle dissoluere. idcirco, quoniā orti estis, immortales quidē esse & indissolubiles non potestis: neutiquam tamen dissoluemini: neq; vos vlla mortis fata periment: nec fraus valentior quàm cōsiliū meum: quod maius est vinculū ad perpetuitatē vestrā quàm illa quibus, quū gignebamini, estis colligati. Quid sentiā igitur, cognoscite. Tria nobis genera reliqua sunt, eáq; genita atq; mortalia: quibus prætermissis, Cœli absolutio perfecta nō erit. omnia enim genera animaliū cōplexu non tenebit. teneat autē oportet, si est mūdus omnino perfectus futurus. Hæc verò si à me fiāt solo, vitáq; donētur, diis adæquentur. Vt igitur mortali generētur cōditione, & vniuersum hoc omnibus suis partibus sit absolutū, agedum conuertite vos ex Naturæ legibus ad animaliū procreationē, & vim meā, quam in vestro ortu adhibui, imitamini. Quatenus verò tales creātur vt deorū immortalium quasi gentiles esse debeāt, diuini generis appellētur, teneántq; omniū animantiū principatū: vobísq; & iuri vltro pareāt: ego vobis semē & primordii statū dabo. Vos autē, quod vestri reliquū est muneris, immortali partē attexitote mortalē. Ita efficitote, generatote animalia, & tributis alimentis nutritote, atq; amplificatote: donec rursū cōsumpta recipiatis. [b]Hæc dixit ille: deinde ad superiorē craterē reuertit, in quo omnē animū vniuersæ naturæ tēperās permiscebat, superioríq; permixtionis reliquias fundens æquabat, eodem modo ferme, nisi quòd nō ita incorrupta vt ea quæ semper idem: sed à diis secundū sumebat atq; tertiū. Toto igitur omnino constituto, syderibus parē numerū distribuit animorū, & singulos adiunxit ad singula, atq; ita quasi in currū Vniuersitatis imposuit. cōmonstrauítque leges fatales ac necessarias: & ostēdit, primū ortū vnū fore omnibus, cúmque moderatū atque constatem, nec ab vllo imminutum. Satis autem & quasi sparsis animis, fore vti certis temporum interuallis oriretur Animal quod esset ad Dei cultum aptissimum, religiosissimum & pietati deditissimum. Sed quū duplex esset

a Causārum secundārum. i. naturaliū (quas θεῶν γένητῶν nomine designat) illustris explicatio: adhibita imagine ad rē efficacius repræsentādam. Deū enim Opificem inducit illas vt opera sua alloquentem, & ministeria atque operas, in quibus versarentur, præscribētem. Deum igitur Causas illas secundas creasse docet, vt iliæ ipsæ posteā animalia hominémque proinde ipsum crearent. quod quidem ἀνυπολόγως dictum, supra notauimus. verū tamen est physicum illud ἀξίωμα, bene intellectum, *Sol & homo generant hominem.* id est, magna est rerū naturalium in corporibus nostris & creandis & sustinendis efficacia. Est porro hic vestigiū illius Veritatis, *Crescite, multiplicamini, & replete teram.* &c. Iam verò ὑπαυδασῆς illi⁹ causarum naturalium ἀθανασίας modum notat, Vti, quēadmodū ortæ sunt, ita & perituræ, quādo Deus voluerit: à quo quicquid habent, precariò habent.

b Corporum creādorum curam causis secundis tribuit Deus: ipse verò sibi soli autoritatem animorum creandorum reseruauit: ne quid potestatis in animos nostros de infanorum hominum sententia statuamus. Est quidem non leuis συμπαθείας illius, qua animi incorporis carcere inclusi ἐφίενται, efficacia: nostræ tamen vitæ exitus à Deo gubernatur, non à causis naturalibus: quæ vtut corporū nostrorum ἀνακράσιαν siue δυσκρασίαν gubernent, non tamen decidunt quicquam de Dei in animos nostros, qui diuinæ sunt naturæ, autoritate. Quod autem ait, Animos in sphæras fuisse distributos, audax est commentū. ecquis. n. sānus certò statuerit & quādo & vbi creati sint animi nostri? Hæc igitur de animorum origine scrupulosa quæstio hoc iniecto fræno reiiciatur: Non quomodo in corpora animi nostri delapsi fuerint, sed quomodo ex corporis contagione liberi in meliorem vitam migrare possint, piis esse cogitandum.

c Quod de animo dixerat, & corporū per iuniores deos creatione, nunc Homini omniū animaliū præstantissimo accommodat, qui nimirum maximus est physicæ cognitionis vsus: vt quā doquidē propter hominem Deus omnes res creauit, & homi-

nē propter seipsum: ita & homo seipsum norit, vt Opificem suum & norit & colat. Duplex porro Hominis genus statuit, Virum & fœminā: portentosissimum εἴδωλον de muliere intertexens, ex fœtidis AEgyptiorū cloacis. Est quidem mulier viro inferior: quum tamen sit eiusdem cum homine & animi & vitæ æternæ particeps, blasphemia est, quicquid aduersus hanc Veritatem garriunt philosophi.

natura generis humani, præſtantius illud erat quod VIRI nomine deſignaretur. [a]Quum autem animi corporibus neceſſariò inſererentur, & ad corpora neceſſitate tum acceſſio fieret, tum abſceſſio, neceſſe erat ſenſum exiſtere vnũ, cõmunémq; omnium, vehemẽtiore motu excitato, cõiunctóq; naturæ: deinde voluptate & moleſtia mixtũ amorẽ: pòſt, iram & metum, & reliquos motus animi, comites ſuperiorũ, & his etiã contrarios atque diſſidentes: quos qui ratione rexerit, iuſtè vixerit: qui autẽ his ſe dederit, iniuſtè. [b]Atque ille qui rectè & honeſtè curriculum viuendi à natura datũ cõfecerit, ad illud aſtrum quocum aptus fuerit, reuertetur, ibíque vitam beatam viuet: qui autẽ ab honeſta & tẽperanti vita declinarit, eum ſecundus ortus in muliebrem figurã trãſferet. Vterq; autem millenario anno ad ſortitionẽ accedit, & vitæ ſecũdæ electionem. Tum vnuſquiſque quam voluerit vitã eligit. atq; ita in feræ animãtis vitam humanus animus aliquando venit. & ſi ne tum quidẽ vitiorum finẽ faciet, grauius etiã iactabitur, & in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudũ & ferarũ tranſferetur: neque malorum finẽ prius aſpiciet, quàm Eiuſdẽ atq; vnius ſibi innatæ atq; inſitæ conuerſionis ductu & auſpiciis, cui ſe regendũ tradat, cõtractã inoletámq; labẽ ex igne, aqua, aere, & terra [corporis nimirũ mole ex craſſa elemẽtorũ illorũ maſſa conſtante] turbulentã & rationis expertẽ, rationis imperio depulerit, ac proinde ad primũ optimúmq; animi ſtatũ peruenerit. [c]Quæ quũ ita certis legibus deſignaſſet, vt ſeſe, ſiquid poſtea fraudis & vitii euenìſſet, ipſe extra omnẽ culpã cauſámq; poneret, alios in terra, alios in luna, alios in reliquorum planetarũ orbes, qui ſunt temporis inſtrumenta [i.e. ad ſpatiorũ temporis ſignificationẽ notæ cõſtitutæ] ſpargens quaſi ſerebat. Poſt autẽ ſationẽ eã, diis iunioribus permiſit vt corpora mortalia effingerẽt, quantúmq; eſſet reliquũ ex humano animo, quod deberet accedere, id omne & quæ ſequentia eſſent, perpolirent & abſoluerent: deinde & huic animali ſe principes ducéſque præberent, vitámque eius pulcherrimè regerẽt & gubernarent: niſi quatenus ipſe homo ſua culpa ſibi aliquid miſeriæ quæreret.

Atque [d]is quidem qui cuncta compoſuit, conſtanter talis in ſuo permanebat ſtatu [nulla propter nouum hoc mundi opus mutatione ſubſequuta.] qui autem erant ab eo creati, quum parentis ordinem cognouiſſent, hunc ſequebantur. Itaque quum accepiſſent immortale principium immortalis animalis, imitantes genitorem & effectorem ſui, particulas ignis, & aquæ & aeris, à mũdo, quas rurſus

a Animi cũ corpore incluſi παραπάθειαι, in ἀλόγοις cupiditatibus: & Rationis in eodem vis & efficacia. Inde duplicem viuendi modum ait exiſtere. qui enim Rationem ſequuntur ducem, bonã: qui Cupiditatum impetum, malam vitã viuere.

b Secundi poſt hanc mortalem vitam ſtatus deſcriptio: quum videlicet animus à corpore liber & immunis eſt. Ineptiſſima autem εἴδωλα ex eadem officina ingerit, detorta ex iſtius veritatis principiis, Animum poſt hãc vitam perdurare immortalem: & prout vnuſquiſq; in corpore vixerit, conuenientem ſtatum conſequi, ex diuinæ δικαιοκρισίας regula, hactenus enim progredi poſſunt humanæ lucis ſcintillæ. nam nos Chriſti ſanguine purificatos, vitam æternã conſequi ex ſola Dei gratia, eſt ὑπερφυῶς diuinæ & ſupernaturalis.

c Concluſio iſtius ſermonis, de Corporum per inferiores deos creatione. i. cauſarum naturalium vi & efficacia in corporibus noſtris creandis, quibus animi tanquã carceribus tenentur incluſi. Iſtius autem dogmatis de diis illis genitis, hãc cauſam reddere conatur: Quũ videlicet tãta ſit humanarum cupiditatũ intemperies, quam propter ſolã animi cum corpore coniunctionem exiſtere arbitratur: maximum ei videtur eſſe periculum ne illius ἀταξίας culpa in Deum deriuetur, ſi corporis opifex agnoſcatur. Atqui inaniſſimus eſt ille metus. Deus enim hominem & puriſſimo animo & puriſſimo corpore creauit, vt in eo toto ipſius imago eluceret: ſe autẽ ſua culpa corrupit homo, & quum liberrimam & planè αὐτεξούσιον à Deo bene agendi acceperiſſet voluntatem, quum tamen meliori relicta in deteriorem partem inclinaſſet voluntate, in eam abyſſum ſeſe præcipitauit, vt modò peccati ſit mãcipium: non quidem inuitus peccãs, ſed voluntate ita peccato mãcipata, vt ex ſeſe non nõ poſſit nõ peccare. i. neceſſariò in præſens malum ruat. Itaque hæc ἀταξίας lues non Deo opifici, non cauſis naturalibus Dei miniſtris, ſed homini ſuæ miſeriæ autori imputanda eſt.

d Mandati illius ab opifice diis genitis factí ὑπέρβασις. docet ergo Cauſas ſecũdas in corporis creatione vires ſuas exerere, ex miniſteriorũ ſuorum formula. & primùm

A σης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὃ κρεῖττον εἴη γένος τοιοῦτον, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθείη ἐξ ἀνάγκης, καὶ ὃ μὲν πρῶτοι, ὃ δ' ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῷ, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι· δεύτερον δὲ, ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα· πρὸς δὲ τούτοις, φόβον καὶ θυμόν, ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁ-
B πόσα ἐναντίως πέφυκε διεξῶσι. ὧν εἰ μὲν κρατήσειαν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ, ἀδικίαι. καὶ ὁ μὲν εὖ πρᾶξαντα βιοὺς χρόνον, πάλιν εἰς τὸν τοῦ συμφόρου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα ἔξοι· σφαλεὶς δὲ τούτων, εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι. "χιλιοστῷ δὲ ἔτει ἀμφοτέρας ἀφικνεῖσθαι ἐπὶ κλῆρωσιν καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱρεῖσθαι ὃν αὐτὸς ἐθέλῃ βίον ἕκαστος· ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται. μὴ παυόμενος δὲ ἐν τούτοις ἔτι κακίας, ᾗπερ ἂν κακύνοιτο, κατὰ τὸν ὁμοιότητα τῆς τοῦ ἤθους γενέσεως, εἰς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλεῖ θηρίου φύσιν· ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξει, πρὶν τῇ
C αὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπιστρώμενος πολὺν ὄχλον καὶ ὕστερον πρόσφυτα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, βορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα λόγῳ κρατήσας, εἰς ὃ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. Ἀφορισθεὶς δὲ πρῶτα αὐλοῖς ταῦτα, ἵνα τοῖς ἔπειτα εἴη κακίας ἐκφεύγων αἴτιος, ἔσπειρε τὸν μὲν εἰς Ἥλιον, τὸν δὲ εἰς Σελήνην, τὸν δὲ εἰς τἆλλα ὅσα ὄργανα χρόνου. ὃ δὲ μετὰ ταῦτα, τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά, τό, τε ἁπίλοιπον ὅσον ὀφείλει ψυχῆς
E ἀνθρωπίνης δέον προσγένεσθαι· τοῦτο καὶ πρῶτ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένοις ἄρχειν, καὶ κατὰ δύναμιν ὁπηνίκα μιμησαμένη καὶ λεῖσα ὃ θνητὸν ἀθανασίαν ζῷον, ὅτι μὴ κακὸν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον.

Καὶ ὁ μὲν δὴ ταῦτα πρῶτα διατάξας, ἔμενεν ἐν ᾧ ἑαυτοῦ κατὰ ἔθος ἦν· μιμουμένου δ', νοήσαντες οἱ παῖδες τὸ πατρὸς τάξιν, ἐπείθοντο αὐτῷ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζῴου, μιμούμενοι τὸ σφέτερον δημιουργόν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μοῖρα, ὡς ἀποδώ-

Verba hæc χιλιοστῷ δὲ ἔτει, &c. quæcunque ſunt inter μεταβάλλοι & μὴ παυόμενος, non exſtant in uet. cod. & à Cicerone nõ uertuntur, ſicut nec à Ficino. Credibile eſt autem ex margine irrepſiſſe, ubi ex alio Platonis loco eſſent deſcripta.

σῶμα πάλιν, εἰς ζωὸ λαμβανόμενα A
ξυνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυεί-
χοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀορά-
τοις, πυκνοῖς γόμφοις ξυιτήκοντες, ἐν ᾧ ἐξ ἀ-
πάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, ταῖς
τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδοις ἐνέδουν εἰς
ὑπόῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον. αἱ δὲ, εἰς πο-
ταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολιὸν, οὔτ' ἐκράτουν, οὔτ'
ἐκρατοῦντο, βίᾳ δὲ ἐφέροντο καὶ ἔφερον. ὥσ-
τε τὸ μὲν ὅλον κινεῖσθαι ζῶον, ἀτάκτως μὲν B
ὅπῃ τύχῃ προϊέναι, καὶ ἀλόγως, ταῖς ἓξ ἁπά-
σαις κινήσεσιν ἔχον. εἵς τε γὰρ τὸ πρόσθεν καὶ ὀ-
πίσθεν, καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερά, κά-
τω τε καὶ ἄνω, καὶ πρὸς τὰ ἐξ τόπους
πλανώμενα προῄει. πολλὴ γὰρ ὄντος τοῦ κα-
τακλύζοντος καὶ ἀνταπωθοῦντος κύματος, ὃ τὸν
ἐφεξῆς παρεῖχεν, ἔτι μείζω θόρυβον ἀπειρ-
γάζετο τὰ τῶν προσπιπτόντων παθήματα ἐ-
κάστοις, ὅτε πυρὶ προσκρούσειε δὲ σῶμα ἐνὸς C
ἔξωθεν ἀλλοτρίου προσιτυχόν, ἢ καὶ γερεῶ γῆς,
ὑγρῆς τε ἁλιαθήμασιν ὑδάτων· εἴτε ζάλῃ
πνευμάτων ὑπ' ἀέρος φερομένων καταληφθείη,
καὶ ὑπὸ πνευμάτων τούτων ἀφὲ ἑαυτοῦ σώματος αἱ
κινήσεις ὅτι τῇ ψυχῇ φερόμεναι προσπί-
πτοιεν· αἱ δὴ καὶ ἔπειτα ἀφὲ ἑαυτῶν ἐκλήθη-
σάν τε καὶ νῦν ἔτι αἰσθήσεις σύμπασαι κέ-
κλησθαι). καὶ δὴ καὶ τότε ἐν ᾧ παρόντι πλείστην καὶ
μεγίστην παρεχόμεναι κίνησιν, μετὰ ῥέοντος ἐν-
δελεχῶς ὀχετοῦ κινοῦσαι καὶ σφοδρῶς σείουσαι D
ταῖς τῆς ψυχῆς περιόδοις, τὸ μὲν ταὐτοῦ πάντα-
πασιν ἐπέδησαν, ἐναντίαν αὐτῇ ῥέουσαν, καὶ ἐ-
πέσχον ἀρχουσαν καὶ ἰοῦσαν· τῷ δ' αὖ θατέρου διέσεισαν, ὥστε ταῖς τοῦ διπλασίου καὶ
τριπλασίου θεῖς ἑκατέραις ἀποτάσεις, καὶ ταῖς
τῶν ἡμιολίων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων μεσό-
τητας καὶ ξυνδέσεις, ὅσαι μὴ πρωτέλεσι αὐταῖς
ἔκ τισιν καὶ πρὸς ἀλλήλας ξυνδίσμασι, πά-
σας μὲν τρέψαι τροφαῖς, πάσας δὲ κλάσεις καὶ
διαφοραῖς τῶν κύκλων ἐμποιεῖν, ὅσα καὶ πρὸς ἀλ- E
λήλα δυνατόν· ὥστε μετ' ἀλλήλων μόγις συνεχο-
μένας φέρεσθαι μέν, ἀλόγως δ' φέρεσθαι, τοτὲ
μὲν ἐναντίας, τοτὲ δὲ πλαγίας, τοτὲ ὑπτίας.
οἷς ὅταν τις ὑπτίως ἑρείσας τὴν κεφαλὴν μὲν
ἔξω πρός τινι, τοὺς δὲ πόδας προσβαλὼν ἀν-
ἔχῃ πρός τινι, τότε ἐν τούτῳ τῷ πάθει τά τε
πάσχοντος καὶ τῶν ὁρώντων, τὰ τε δεξιὰ, ἀρι-
στερὰ, καὶ τὰ ἀριστερὰ, δεξιὰ, ἑκατέρωις τὰ
ἑκατέρων φαντάζει). ταὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τοιαῦ-
τα ἕτερα αἱ περιφοραὶ πάσχουσαι σφοδρῶς,

redderent, mutuabantur, eásque inter ſe copulabant, haud iiſdem vinculis quibus erant colligati, ſed talibus quæ cerni non poſſent propter paruitatem, crebris quaſi cuneolis iniectis, vnum efficiebant ex omnibus corpus: itémque in illud influente atque effluente animo diuino ambitus illigabant. Itaque illi [animi] in fluuium immerſi neque tenebant neque tenebantur, ſed vi magna tum ferebant tum ferebantur. ita totum animal mouebatur illud quidem, ſed inordinatè & fortuitu, quocunque impetus detuliſſet, vt ſex motibus veheretur. nam & antè & ponè, ad læuam & ad dextram, & ſurſum & deorſum, modò huc, modò illuc, & paſſim per ſex illorum motuum ſpatia oberrabant. Quum verò copioſius influeret atque reflueret humor, qui animali victum ſumminiſtraret, multo maiores turbas dabant, concitatarum extrinſecus perturbationum æſtus, maiorémque ciebant tumultum: quum corpus videlicet in exteriorem alienúmque ignem offenderet, ſiue terræ ſolido quaſi ſe illideret, humidíſve aquarum caſibus, ſeu ventorum ab aere impulſorum tempeſtatibus intercideretur: & ab illis omnibus per corpus incideret in animum motus, qui quidem omnes hac de cauſa Senſus tũc vocati ſunt, & etiamnum vocantur vniuerſi. Iam & illo tempore, hoc autem plurimum maximúmque exhibentes motum, quum perenniter manante flumine ſe mouentes & vehementer conquaſſantes, Animi conuerſiones, eam quidem quæ Eiuſdem eſt, omnino illigant, obnixo aduerſus eã motu demanantes, & ſecundo flumine expeditam alioqui & ſui compotem inhibent, eam verò quæ Alterius eſt, contorquent: vt quidem illa dupli & tripli vtrinque diſpoſita interualla, & ſexcuplorum & ſexquitertiorum & ſexquioctauorum medietates & colligationes (quæ diſſolui à nullo præterquam ab eo qui eas coniunxit, poſſunt) per omnes quidem volutionum modos voluant, omnes circulorum anfractus differétiáſque inducant, quantacunque potentia valeant: vt quidem vnà coniunctæ, vix ac ne vix quidem ferantur, temerè tamen ferantur: nunc contraria, nunc obliqua, nunc & quaſi cernua agitatione, deorſum. veluti quum quis cernuus, obfirmato quidem in terram capite, pedibus autem ſurſum proiectis, tum verò in hac conformatione & eius qui pateretur, & ſpectantium, dextra, ſiniſtra, ſiniſtra verò, dextra, vtrorumque vtraque apparerent. id videlicet tale & ſimilia alia circumlationes illæ patiuntur

de CORPORIS ex quatuor elementis cõſtitutione: tum de ANIMI cum illo coniunctione & συμπαθείᾳ: expoſita illa Alterius & Eiuſdem doctrina, varius animi motibus, dum in corpore hoſpes verſatur. Et de ἀλογίᾳ quidem cupiditatibus primo loco (quem δευτέρου μύθου vocat) ſecundò de ratione & intelligentia agit, quam τοῦ θείου nomine deſignat, & ex Diagrammatis ſuperioris indicatione demonſtrat. Simplex igitur eſt ἀφὲ ἑαυτῶν ἐπιθυμία, quæ ex corporis ſenſu exiſtunt, doctrina: Cupiditates animi, quæ ipſæ rationis imperio exciſſõ dominãtur, variasque multiplicesq; exiſtere: contrà, quæ ratio imperium obtinet ſuo & proprio motu, & cupiditatibus moderatur, inde prudentem coſtantémque animi ſtatum exiſtere: ac proinde ex illis animi motibus variè exiſtere vel inſaniã, perturbatam opinionem, vel ſcientiã atq; prudentiam.

Apud Proclũ legitur σερεῷ γῆς παγῳ.

Apud Proclũ ſcriptum eſt, οὐκ ἦσαν πλὴν τῶ ὑποσωθήσαντος. In qua lectione placet πλὴν: quod & Fic. videtur legiſſe, non præcedente nocula καί. Sed idem ita uertit quaſi cũ οὐκ ἦσαν nocem aliquam gerit ſignificantẽ diſſolubiles.

vehementer. quum autem in quoddam externum eorum quæ vel ad Alterius vel ad Eiusdem proportionem referuntur, circumciderint, tunc & Idem alicui & Alterum alicuius, præter id quod verum est, nuncupantur, falsáque & insipientes existunt imaginationes: neque vlla quidem est tunc in ipsis conuersio quæ imperium siue principatum obtineat. Quòd si rursus Sensus quidam extrà elati & ingruentes impetum vnà fecerint in omnem animi amplitudinem atque capacitatem, tunc ipsi sanè videntur imperare, quanuis imperio aliorum subiiciantur. Et propter omnes illas passiones, ab ipso initio, insanus & insipiens animus est tum primùm quum corpori illigatus fuerit mortali atque caduco. quum verò nutritionis incrementíque minor acceſſerit fluxus, iterum verò tranquilliore cõuersione, idem iter atque æquabile peragunt, & progressu etiam temporis magis confirmantur, ipsáque adeò forma illa quæ ad naturæ quandam constitutionem contendit. Singulorum orbium motus dum diriguntur, Alterum & Idem cognominantur: recti, illa ratione prudentem quẽdam cursum peragunt. quòd si & vnà opem auxiliúmque contulerit recta disciplinæ educatio, integer sanúsq; omnino euadet, à maximo morbo immunis. neglecta autẽ rectæ rationis via, & clauda vitâ permensus, imperfectus & vesanus ad inferos rursus abit. verùm de his aliâs.

Nunc ea [a]quæ iam à nobis sunt proposita, accuratius sunt persequenda: vt illa quæ iam à nobis de creatione & corporis & animi dicta sunt, deinceps à nobis singulatim maiorique studio adhibito pertractentur: videlicet quibus de causis & ad quos vsus illa sit architectata deorum prouidentia. Quum ergo diuinas periodos, quæ geminæ sunt, opifices dii proposuissent sibi ad imitationem Vniuersi, figuram quæ rotunda est atque circularis, illas in sphæricum corpus illigarũt. hoc verò quod nunc CAPVT denuncupamus, quod & diuinissimum omniũ quæ in nobis sunt membrorum, & cæteris imperãs: cui & vniuersi corporis ministerium subiecerunt, congregarunt dii atque compegerunt: itáque prouiderunt vt omnium, quicũque exisserent, motuum particeps esset. Ne autẽ in terra altitudinibus & profunditatibus variè multiplici, hæreret, aliis excedendis, aliis egrediendis, vehiculum ipsi & eundi facultatẽ dederunt: vnde corporis lata & longa moles inciperet. tũ verò mẽbra exporrecta & inflexa nata sunt quatuor, Deo ambulãdi facultatẽ atq; rationem ita architectante atq; moliente: quibus membris adiutus & fultus homo per omnia loca posset incedere, diuinissimæ illius atque an-

EST (vt iam annotaui) hic dialogus, Timæi maioris appendix, De priſci mundi hiſtoria. dicturus enim de Vniuerſi creatione, non poterat commodiorem præfationem Plato ſubſternere, quàm eius ætatis iniecta mentione, quæ ad mundi incunabula atque originem propius accederet. Eſt ergo omnis huius dialogi ſermo planè hiſtoricus: cuius finis & ſubiectū eſt primæui illius ſæculi cōmemoratio. De Atheniēſibus autem nominatim agit, qui ſe omnium Græcorū antiquiſsimos ferebant, tributa ſibi αὐτοχθόνων auguſta appellatione, vt ſe ſuas ſedes conſtanter tenuiſſe teſtarentur. quod quidem ad domeſticam Atheniēſium laudem pertinebat maximé: idcirco à Platone patriæ ſuæ amante totum hoc accuratiſsimè perſcriptum eſt. veriſimile tamen eſt hanc omnem narrationem ex AEgyptiorum monumentis fuiſſe deſumptam, qui vt præter cæteras nationes antiquitatis ius atque dignitatem ſibi arrogabant, & φιλοσοφίας laudem, ita & cum Atheniēſibus peculiaris quædam intercedebat eis neceſsitudo. quocirca exiſtimo hanc proponi narrationem, non vt fabuloſum commentum, ſed vt nudam ſimplicémque hiſtoriam. diſertè enim negat Plato eſſe μῦθον, & ἀληθινὸν contrà λόγον eſſe affirmat. redolet tamen ſitum & ſqualorem (vti iam diximus) obſoletæ cuiuſdam vetuſtatis. Quam cauſam arripuerunt nōnulli interpretes, alioqui ἀλληγορομανέσαντι, ad myſteriorum plauſtra connectenda, & importunè & inepté: quæ ideo ex hoc loco longùm iubeo faceſſere. Et hac in re vehementer probo conſilium Marſilij Ficini, qui ἀλληγορικῶς iſta negat intelligenda, & Proclum & Origenem hac in re meritò reprehendit. ipſe tamen illo ipſo ἀλληγορομανίας æſtu abripitur, dum allegoriæ ſemoto vocabulo, indulgere ſibi fas arbitratur ἀναγωγαῖς. quibus minimè negem locum eſſe aliquando apud Platonem: hoc tamen etiam atque etiam affirmo, magnum adhibendum iudicium quibus in locis vſus ſit illis condonandus. neque quocunque loco id fieri poſſe ſine certa veritatis pernicie, aio. quid enim certum fuerit atque definitum in philoſophia, ſi cothurnata allegoria paſsim in theatrum deducatur? Quatenus ſit illi tribuēdus locus dicemus in Sympoſio & in Phædro: qui dialogi ſunt planè μυσταγωγοί. Iam verò ex hac commemoratione perſpicuum eſt quàm meritò AEgyptij dicerent Græcos eſſe pueros, neque vllum eſſe inter ipſos ſenem: id eſt, imperitos eſſe antiquitatis: quum & ipſi AEgyptii, ex quorum relatu hæc ſunt deſcripta, tot tantíſque μυθολογίας inepriis obuoluantur: quæ quidem apparent, ſi cum ſimplici Moſaicæ hiſtoriæ veritate conferantur, ex cuius regula omnis hæc narratio expendenda eſt. Teſtatur ſacræ illius hiſtoriæ veritas, ante vniuerſum illud diluuium quo abſorptum eſt genus humanum, Noæo eum familia excepto, & artibus & vibibus excultam propagatámque fuiſſe ſocietatem generis humani. ita minimè dubiū eſt quin & πολιτίας & bella extiterint inter priſcos illos homines. Sed iſtius narrationis penes AEgyptios omnis fides eſto: conſtat tamen ex ſacræ hiſtoriæ narratione (quæ vna, teſtis eſt omni exceptione maior) ſuperſtitioſis opinionibus purā ſimplicémque veritatem obrutam fuiſſe. ſicuti illud eſt quod de maximo quodam diluuio hîc dicitur, non tamen vniuerſum fuiſſe perhibetur. Deucalioneū certè in Attica extitit, quicquid fabuloſè commemoret Ouidius in

Metamorphoſi, qui tamen non obſcura ſequitur primæuæ veritatis veſtigia. Quod item ait de terræ inter deos diuiſione, obſcurum eſt veſtigium eius hiſtoriæ quam Moſes commemorat x, & xi, CAP. Geneſ. vbi veræ ſunt nationum origines. Illuſtres enim viros, deos fuiſſe vocatos, ex filiis verò Semi, Chami, Iapeti celebriores & hęc nomina vſurpaſſe & terrá variè incoluiſſe minimè dubium eſt. Quod ait θεοῦ μοῖραν vel θείαν φύσιν olim viguiſſe in primis hominibus, illóſque felices effeciſſe: eáque tandem τῷ θνητῷ commixta αἰθρώπινον ἦθος ὀθικραῖναι ad peſtem perniciémque generis humani: & ex eo fonte omnia mala in homines κάκιστα τῶν ἀμιωτάτων ἀνθρώπων inundaſſe, eſt veſtigium veritatis: quæ teſtatur hominem primò creatum fuiſſe à Deo puritate maxima ornatum: quã peccati lues, hominis culpa ingreſſa in mundum, ita cõmacularit vt triſtiſsimum omniũ malorum agmẽ inde exundauerit. Quod ait, Iouem deorum Deum, ſedem habere in cœlo, vnde omnes res contempletur, eſt item veſtigium veritatis huic Heſiodeo affine, Ζεὺς ἐφορᾷ Διὸς ὀφθαλμός, &c. Sed quantis tenebris illæ ſcintillæ obuoluuntur! Sed de his hactenus. Hanc autem hiſtoriam accuratius illuſtrare adhibita notarum aphoriſticarum indicatione, viſum eſt nobis λεπτομερές. itaque & nos & lectorem hoc labore leuauimus: quum etiam hoc ſit tantùm πεμμάχιον copioſioris ſermonis.

DIALOGI CRITIAE perſonæ,

TIMAEVS, CRITIAS, SOCRATES, HERMOCRATES.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΚΡΙΤΙΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ,

ΤΙΜΑΙΟΣ, ΚΡΙΤΙΑΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ.

TIM.

a Dicturus Critias de priſci mũdi hiſtoria, excuſat argumẽti obſcuritatem, & veniam inde petit.

VT iucunda eſt, Socrates, longum poſt iter defeſſo quies, ita nunc iuuat me poſt lõgas ſermonis ambages, loquendi labore defunctum cõquieſcere. Hunc autem mundum qui iam olim re vera extabat, nunc verò hac noſtra diſputatione perſpicuè & quaſi recẽter apparuit, oro obteſtórque vti eas res quæ ſunt à nobis commodè explicatæ, ſartas tectáſque conſeruet: ſiquid verò nobis præter animi noſtri ſententiam, indecorum diſſentaneúmque exciderit, conuenientes huic noſtræ culpæ imponat pœnas. Iuſtæ autem illæ profectò fuerint, vti is qui prẽter officiũ aliquid fecerit, ad officii normam reuocetur. Itaque vt de deorum generatione nobis verba facientibus rectè progrediatur oratio, remediorum omnium optimum atque præſentiſſimum, Scientiam nimirum, nobis tribui precamur. Ita precati, prout inter nos conuenit, ſequentis ſermonis partes Critiæ relinquimus. CRIT. Atqui, mi Timæe, accipio conditionem, hac tamen lege qua tu tibi initio cauiſti, quum nimirum de magnis rebus dicturus veniam deprecabare. eandem quoque mihi nunc ego efflagito: imò etiam maiorem mihi veniam tribuendam exiſtimo in iis quæ reſtant

TIM.

Ὡς ἄσμενος, ὦ Σώκρατες, οἷον ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ πεπαυμένος ὁδοῦ, νῦν ὄντως ἐκ τῆς τοῦ λόγου διεξόδου ἀγαπητῶς ἀπήλλαγμαι. τῷ δὲ τότε μὲν πάλαι ποτ' ἔργῳ, νῦν ὑπ' ἀνάγκης ἀρτι θεῷ γεγονότι, τῷ θεῷ χόμην, τὰ ῥηθέντων ὅσα μὲν ἐρρήθη μετρίως, σωτηρίαν ἡμῖν αὐτὸν αὐτῶν διδόναι· τὰ δὲ μέλος δὲ εἴτι τῇ αὐτῷ ἀκόντες εἴποτμεν, δίκην τινὰ τὼ τρέπουσαν ὀπιπθέναι. δίκη δ' ὀρθή, τὰ πλημμελουῦντα ἐμμελῆ ποιεῖν. ἵν' οὖν ἔτι λοιπὸν τοῖς περὶ θεῶν γενέσεως ὀρθῶς λέγωμεν λόγοις, φάρμακον ἡμῖν αὐτὸν τελεώτατον καὶ ἄριστον φαρμάκων ὑπισχνούμενον δύχόμεθα διδόναι. πειστευξάμενοι δ' παρεδίδομεν, κἀκεῖνα τὰ ἑξῆς λόγον. ΚΡ. Ἀλλ', ὦ Τίμαιε, δέχομαι μὲν ὧδε, ᾧ σὺ καταρχὰς ἐλέησα, συγγνώμην ἕξειν αὐτοῦμενος ὡς περὶ μεγάλων μέλλων λέγειν, ταῦτα δὴ καὶ νῦν ἐγὼ τοῦτο παραιτούμενος· μειζόνως δὲ αὐτοῦ τυχεῖν ἔτι μᾶλλον ἀξιῶ πε-

Videndum an hic emẽdari poſſit locus, ſit hic locus, δέχομαι μὲν ὧδε, ᾧ σὺ κατ' ἀρχὰς ἐλέησα, &c. Vel, δέχομαι μὲν τόνδε· ᾧ δὲ σὺ &c.

εἰ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι. καίτοι σχεδὸν μὲν οἶδα παραίτησιν οὖ μάλα φιλότιμον καὶ τοῦ δέοντος ἀχρειοτέραν μέλλων παραιτεῖσθαι, ῥητέον ὅμως. ὡς μὲν γὰρ οὐκ οὖσα τὰ νῦν σοῦ λεχθέντα εἴρηται, τίς ἂν ὀπτιχρήσειεν ἔμφρων λέγειν; ὅτι δὲ τὰ ῥηθησόμενα πλείονος συγγνώμης δεῖται, χαλεπώτερα ὄντα, τοῦτο πειρατέον πη διδάξαι. θεοὶ θεῶν γάρ, ὦ Τίμαιε, λέγοντά τι θεοῖς ἀνθρώπους, δοκεῖν ἱκανῶς λέγειν, ῥᾴδιον ἢ θεοὶ θνητῶν ἢ πρὸς ὑμᾶς. ἡ γὰρ ἀπειρία καὶ σφοδρὰ ἄνοια τῶν ἀκουόντων θεοὶ ὧν ἂν οὕτως ἔχωσι, πολλὴν ἀπορίαν παρέχεσθον τῷ μέλλοντι λέγειν τι θεοὶ αὐτῶν· θεοὶ δὲ δὴ θεῶν ἴσμεν ὡς ἔχομεν. ἵνα δὲ σαφέστερον ὁλέγω δηλώσω, τῆδέ μοι σύνεπισκόπει. μίμησιν γὰρ δὴ καὶ ἀπεικασίαν πᾶσαν τοῦ παντὸς ἡμῶν ῥηθέντα χρεὼν πρὸς τελέσθαι. τὴν δὲ τῶν γραφέων εἰδωλοποιΐαν θεοὶ τὰ θεῖά τε καὶ ἀνθρώπινα σώματα γιγνομένην ἴδωμεν ῥᾳστώνης τε πέρι καὶ λεπτότητος, θεοῖς τοῖς ὁρῶσι δοκεῖν ἀποχρεώντως μὲν μιμεῖσθαι καὶ κατωφόμεθα ὅτι γῆν μὲν καὶ ὄρη καὶ ποταμοὺς καὶ ὕλην, οὐρανόν τε ξύμπαντα, καὶ τὰ θεοὶ αὐτὸν ὄντα καὶ ἰόντα, παντὸς μὲν ἀγαπῶμεν ἂν ἥσι καὶ βραχὺ θεοῖς ὁμοιότητα αὐτῶν ἀποδιδόναι δυνατός ἦ· θεοῖς δὲ τούτοις, ἅτε οὐδὲν εἰδότες ἀκριβὲς θεοὶ τῶν τοιούτων, οὔτε δέχεσθαι οὔτε ἐλέγχομεν τὰ γεγραμμένα, σκιαγραφίαν δὲ ἀσαφεῖ καὶ ἀπατηλῷ χρώμεθα θεοὶ αὐτά· τὰ δὲ ἡμέτερα ὁπότε τις ὀπτιχρῆ σώματα ἀπεικάζειν, ὀξέως ἀναθανόμενοι τὸ παραλλάττον, δι' ὀλίγου ἀεὶ ξυοὶ καὶ κατανόησιν, χαλεποὶ κριταὶ γιγνόμεθα τοῦ μὴ πάσας παντὸς τὰς ὁμοιότητας ἀποδιδόναι. ταὐτὸν δὴ καὶ χρὴ τοὺς λόγους ἰδεῖν δεῖ γιγνόμενον, ὅτι τὰ μὲν οὐράνια καὶ θεῖα ἀγαπῶμεν καὶ σμικρῶς εἰκότα λεγόμενα, τὰ δὲ θνητὰ καὶ ἀνθρώπινα ἀκριβῶς δεχόμενοι. ἐκ δὴ τοῦ παραχρῆμα νῦν λεγόμενα, τὸ πρέπον αὖ μὴ δυνώμεθα παντὸς ἀποδιδόναι, συγγιγνώσκειν χρεών. οὐ γὰρ ὡς ῥᾴδια τὰ θνητά, ἀλλ' ὡς χαλεπὰ θεοῖς δοξαν ὄντα ἀπεικάζειν, δεῖ διανοεῖσθαι. ταῦτα δὴ βουλόμενος ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, καὶ

A explicandis. quanquam non me latet hanc meam poſtulationem ambitioſiorem, & præter quidem decori formulam, ruſticiorem videri poſſe. dicendum tamē eſt. A te verò quicquam dictum eſſe perperam hactenus, écquis ſanus conetur affirmare? At ea quæ reſtant explicanda, maiore venia indigere, vtpote quæ ſint difficiliora, hoc verò conandum mihi eſt docere. Etenim facilius eſſe videtur, mi Timæe, vt is qui de diis apud homines mortales verba facere velit, cōmodè & bene ad audientiū ſen-
B tentiam dicere videatur, quàm qui de mortalibus apud mortales dicere inſtituat. nam audientium imperitia & planè vecors amentia, magnam obiectionum copiam aduerſus eos ſuppeditat qui his de rebus ſunt dicturi: de diis quatenus ſentire poſſimus, non eſt ſanè obſcurum. Vt autem meam hac de re ſententiam dilucidius aperiam, ſic habetote. Quæcunque à nobis dicuntur, ita omnino eſſe conſtituendum eſt, non quaſi res ipſæ planè exhibeantur, ſed quadam imitatione tantùm effictæ atq;
C repræſentatæ hominum oculis proponantur. Et certè videamus quænam ſit ſeu facilitas ſeu difficultas in pictorū arte, quum vel deos vel hominum corpora expreſſis imaginibus conantur effingere, hactenus quidem vt ſpectantiū oculis ſatisfiat, illorúmque iudicio eæ res ſatis repræſentatæ eſſe videantur. Omnino, quum vel terram vel mōtes vel fluuios & ſyluas, cœlúmque ipſum vniuerſum, quæ ve circa ipſum vel conſiſtunt vel eunt, conantur pingere, nobis abundè ſatisfactum eſſe comperiemus, ſi vel exiguam quandam earum rerū
D imaginem ſimilitudinémve expreſſerint: præterea, veluti harum rerum imperiti, ne examinamus quidē, vel cenſura quapiam notare audemus pictorum opera, ſed obſcura quadam fallacíque adumbratione in iis vtimur: quū verò quis noſtrorum corporum ſimilitudinem quandam inſtituit effingere, tunc nimirum propter domeſticam perpetuámque illarum rerū animaduerſionem, ſiquid peccatum in iis fuerit, acutius perſentimus: atque adeo rigidi planè ſumus iudices aduerſus eum qui omnes
E omnino ſimilitudines non cumulatè reddiderit. Idem profectò in rerum ipſarum explicatione videre licet. quum enim de rebus cœleſtibus & diuinis fit ſermo, abūdè nobis ſatisfieri arbitramur ſi vel exigua quædam quæ ad illarum naturam explicandam quodāmodo conueniant, in medium afferantur: contrà, in rebus mortalibus & humanis examinandis magnam ſolemus diligentiam adhibere. Quocirca, ſi ea quæ ſunt nobis modò dicenda, non ſatis pro dignitate ex tempore poſſimus repræſentare, venia nobis quidem certè dāda eſt. ſic enim ſtatuēdum eſt, Res humanas non quidem per ſe & ex ſua natura, ſed ex hominum opinione difficulter explicari poſſe. Hæc igitur ſum præfatus, mi Socrates, vt rerū de quibus ſum dicturus,

Affertur alia lectio, θεῖά τε καὶ εὐφυῆ σώματα, quam ſequētia confirmant: quanuis & Fic. non hanc ſed illam ſequatur.

naturam vobis commonſtrarem, nec minorem proinde ſed maiorem quoque veniam à vobis peterem. ſi iuſta de cauſa petere videar, vos vltrò hanc mihi veniam tribuitote. SOCR. Quidni verò ſimus tributuri, mi Critia? quinetiam hoc idem præterea huic tertio Hermocrati à nobis tribuatur. minimè enim dubium eſt quin ille, quum paulo pòſt dicendi partes ei obuenerint, ſit idem à nobis poſtulaturus, quemadmodum vos iam poſtulauiſtis. Vt igitur aliud orationis ſuæ exordium ſibi quærat, neque eadem cogatur repetere, veniam ſibi eſſe tributam intelligat, atque ita ſe ad dicendum paret. Tibi verò, mi Critia, mentem iudiciúmque theatri affuturum prædico. poëta enim ille qui ante te dixit, maximam gloriam apud omnes reportauit. itaque maxima tibi venia opus fuerit, vt hæc ipſa poſſis commodè comprehendere. HERM. Idem quoque quod huic, Socrates, & mihi denuntias. at Critia, ita habeto, ignauos & parui animi homines nunquam triumphum conſequutos. virili igitur animo hunc ſermonẽ aggredi te oportet, Phœbo & Muſis priùs inuocatis, vt priſcos illos bonóſque ciues velint in lucem proferre, illorúmque nomina & res geſtas meritis laudibus illuſtrare. CRIT. Quum vltimo ordine ſis collocatus, mi Hermocrates, & priorem aliũ habeas, ideo confidis. at quale hoc ſit, tu ipſe tua experientia declarabis. Tibi igitur hortanti & me bonis verbis recreanti mos eſt ſanè gerendus: & præter illos etiam deos quos mihi indicaſti, alii quoque ſunt inuocandi: maximè verò inuocanda mihi eſt Mnemoſyne [memoriæ dea.] in illius enim deæ præſidio omnis vertitur cardo meæ orationis. Omnino, ſi earum rerum quæ à ſacerdotibus ſunt olim proditæ, & à Solone huc ad nos delatæ, memoriam abundè repetierimus, minimè mihi dubiũ fuerit quin huius cõfeſſus iudicio res ipſas opportunè peregiſſe videamur. Hoc igitur iam agendum eſt, neque amplius cunctandum. [a] Primùm igitur illud memoria repetendum eſt, ſummam eſſe annorum nouem millium, ex quo bellum extitiſſe traditum eſt inter eos omnes qui vltra, & eos qui citra columnas Herculis habitabant: quam hiſtoriam modò ſumus accuratius tractaturi. Horum igitur domina & princeps fuit hæc noſtra ciuitas, & omne bellũ dicitur confeciſſe: in illos autem, inſulæ Atlantidis reges imperium tenebãt; quam quidem inſulam Libya & Aſia maiorem fuiſſe alibi diximus: nunc verò terræ concuſſionibus ingeſtam eſſe magnam cœni, iter vndiquaque obſtruẽtis copiam ita vt hinc illuc altum mare petentibus

a Priſcorum Atheniẽſium ſtatus, ex AEgyptiorum monumentis deſcriptus.

A τὸ τῆς συγγνώμης ὄκ ἔλαττον ἀλλὰ μεῖζον αὐτῶν τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι, πάντα ταῦτα εἴρηκα, ὦ Σώκρατες· εἰ δὲ δὴ δικαίως αἰτεῖν φαίνομαι, τιὼ δωρεὰν ἑκόντες δίδοτε. ΣΩ. Τί δ' οὐ μέλλομεν, ὦ Κριτία, διδόναι; καὶ τοιγὰρ γ' ἔτι τρίτῳ δίδοται ταυτὸν τοῦτο Ἑρμοκράτει παρ' ἡμῶν. δῆλον γὰρ ὡς ὀλίγον ὕστερον, ὅταν αὐτὸν δέῃ λέγειν, παραιτήσεται καθάπερ ὑμεῖς. ἵν' οὖν ἑτέραν
B ἀρχὴν ἐκποιήσηται, καὶ μὴ τιὼ αὐτιὼ αἰσχαθῇ λέγειν, ὡς ὑπέρχουσης αὐτῷ συγγνώμης ἴσως, οὕτω τε λεγέτω. προθυμοῦμαι γοῦν ὦ φίλε Κριτία σοὶ τιὼ τὸ θεάτρου διανοίαν, ὅτι θαυμαστῶς ὁ προτέρους ὑδοκίμησεν ἐν αὐτῷ ποιητής· ὥστε τῆς συγγνώμης δεινός σοὶ παμπόλλης, εἰ μέλλοις αὐτὰ δυνατὸς γενέσθαι προθαλαβεῖν. ΕΡ. Ταυτὸν μοὶ, ὦ Σώκρατες, καὶ μοὶ προθαγγέλλοις ὅπερ τῷδε. ἀλλὰ γὰρ ἀθυμοῦντες
C ἄνδρες οὕτω δύσπαρον ἔσεσθε, ὦ Κριτία. προτρέπειν τε οὖν ὅτι τὸν λόγον ἀνδρείως χρή, καὶ τὸν παιᾶνά τε καὶ τὰς Μούσας ὅτι καλούμενον, τοὺς παλαιοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ὄντας ἀναφαίνειν τε καὶ ὑμνεῖν. ΚΡ. Ὦ φίλε Ἑρμόκρατες, τῆς ὑστεραίας τεταγμένος, ὅπως θαρρῶν ἔχων ἄλλον, ἐπιθαρρεῖς. τοῦτο μὲν οὖν οἷόν ἐστιν, αὐτός σοι τάχα δηλώσει. προθαμυθοῦμαί γ' οὖν καὶ προθαρρύνοντί σοι
D πειστέον· καὶ προτοῖς οἷς θεοῖς εἶπες, τούς τε ἄλλους καλητέον, καὶ δὴ ταμάλιστα τιὼ Μνημοσύνην. κράτος γὰρ τὰ μέγιστα ἡμῖν τῶν λόγων ἐν ταύτῃ τῇ θεῷ πρώτ' ἐστί. μνησθέντες γὰρ ἱκανῶς καὶ ἀπαγγείλαντες τὰ ποτὲ ῥηθέντα ὑπὸ τῶν ἱερέων, καὶ δεύτερα ὑπὸ Σόλωνος κομισθέντα κράτος, οἶδ' ὅτι καὶ τῷδε τῷ θεάτρῳ δόξομεν τὰ προσήκοντα μετρίως ἀποτετελεκέναι. τότ' οὖν αὐτὸ ἤδη δρατέον, καὶ μελλητέον οὐδὲν ἔτι. πρώτων δὴ
E προτοῦτον μνησθῶμεν, ὅτι τὸ κεφάλαιον ἦν ἐννακισχίλια ἔτη χίλια ἀφ' οὗ γεγονὼς ἐμνήσθη πόλεμος τοῖς ὑπὸ Ἡρακλείας στήλας ἔξω κατοικοῦσι καὶ τοῖς ἐντὸς πᾶσιν· ὃν δεῖ νεῶ διαφανίσαι. τῶν μὲν οὖν ἥδε ἡ πόλις ἄρχουσα καὶ πρώτα τὸν πόλεμον διεπολεμήσασα ἐλέγετο· τῶν δ' οἱ τῆς Ἀτλαντίδος νήσου βασιλεῖς, ἣν δὴ Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζω νῆσον οὖσαν ἔφαμεν εἶναί ποτε, νεῶ δὲ ὑπὸ σεισμῶν δυσανάπορον πηλόν. τοῖς δ' ἐνθένδε ἐκπλέουσιν ὅτι ὁ πρῶ πέλαγος,

ὥστε μηκέτι πορεύεσθαι κωλυτίῳ παρεμ-
μεῖν. τὰ μὲν δὴ πολλὰ ἔθνη βάρβαρα, καὶ
ὅσα Ἑλλήνων ἓν ποτε ἦν, καθ' ἕκαστα ἡ τοῦ
λόγου διέξοδος οἷον αὐτοῖς ῥηθήσεται, τὸ δὲ
τῶν τότε καὶ τῶν ἀντιπάλων, ὡς διεπολέμησάν,
αἰσχύνη κατ' ἀρχὰς διελθεῖν ἔστιν, πλήν
τε δυνάμεων ἑκατέρων καὶ τὰς πολιτείας.
αὐτῶν δὲ τούτων τὰ τῇδε ἔμπροσθεν πρέπει
μνησθέντα εἰπεῖν. θεοὶ γὰρ ἅπασαν γῆν ποτε κατ'
ἔθνη τόποις διελάγχανον, οὐ κατ' ἔριν (οὐ γὰρ
ἂν ὀρθὴν ἔχοι λόγον, θεοὺς ἀγνοεῖν τὰ πρέποντα
ἑκάστοις αὐτῶν, οὐδ' αὖ γιγνώσκοντας τὰ μᾶλ-
λον ἄλλοις προσῆκον, ζητεῖν ἑτέροις αὐτοῖς
δι' ἐρίδων ὅπως χειρεῖν κτήσεσθαι) δίκῃ δὲ κλή-
ροις τὰ φίλων λαγχάνοντες κατῴκιζον τὰς
χώρας· καὶ κατοικίσαντες, οἷον νομεῖς κτή-
ματα καὶ ποίμνια καὶ θρέμματα ἑαυτῶν ἡμᾶς
ἔτρεφον· πλὴν οὐ σώμασι σώματα βιαζό-
μενοι, καθάπερ ποιμένες κτηνῶν πληγῇ νέ-
μοντες, ἀλλ' ἧπερ μάλιστα ἡνίοιαν οὕτως ἄ-
γοντες ὃ θνητὸν ἁπάσῃ ἐκυβέρνων. ἄλλοι μὲν
οὖν κατ' ἄλλους τόπους κληρωσάντων θεῶν
ἐκεῖνα ἐκόσμουν· Ἥφαιστος δὲ καὶ
Ἀθηνᾶ φύσιν ἔχοντες, ἅμα μὲν ἀδελφὴ
ἐκ ταὐτοῦ πατρός, ἅμα δὲ φιλοσοφίᾳ φιλο-
τεχνίᾳ τε ὁπὶ τὰ αὐτὰ ἐλθόντες, οὕτω μίαν
ἄμφω λῆξιν, πλήθει χώρᾳν εἰλήχατον,
ὡς οἰκείαν καὶ προσφόρων ἀρετῇ καὶ φρο-
νήσει πεφυκυῖαν. ἄνδρας δ' ἀγαθοὺς ἐμποιή-
σαντες αὐτόχθονας, ὅπῃ νοῷ ἔθεσθον πλήν τῆς
πολιτείας τάξιν· ὧν τὰ μὲν ὀνόματα σέσω-
σται, τὰ δὲ ἔργα, διὰ τοὺς τῶν ἐπελαμβα-
νόντων φθορέας, καὶ τῷ μήκει τῶν χρόνων, ἠ-
φανίσθη. ὃ γὰρ προλειπόμενον ἀεὶ γένος
(ὥσπερ καὶ πρόσθεν ἐρρήθη) κατελείπετο
ὄρειον καὶ ἀγράμματον, τῶν ἐν τῇ χώρᾳ δυ-
νατῶν τὰ ὀνόματα ἀκοῇ μόνον, καὶ βρα-
χέα πρὸς αὐδῆς τῶν ἔργων. τὰ μὲν οὖν ὀνό-
ματα τοῖς ἐκγόνοις ἐτίθεντο ἀγαπῶντες· τὰς
δὲ ἀρετὰς καὶ τοὺς νόμους τῶν ἔμπροσθεν
οὐκ εἰδότες, εἰ μὴ σκοτεινὰς πού τινας ἐκάστων μό-
νας ἀκοάς, ἐν ἀπορίᾳ δὲ τῶν αἰσχρῶν ὅπῃ
πολλὰς ἡμέρας ὄντες καὶ αὐτοὶ καὶ παῖδες,
πρὸς οἷς ἠπόρουν ⟨καὶ⟩ νοῦν ἔχοντες, τούτων

A obex maximus opponatur, qui omnẽ nauigationẽ impediat. Iam & multarũ nationũ barbararũ & Græcarũ quę tũc erãt origines hæc hiſtoria, prout ſe offeret occaſio, ſingulatim declarabit, veluti euoluto antiquitatis ſitu: principio tamẽ neceſſariò exponendus eſt noſtrorũ Athenienſiũ ſtatus, & eorum hominũ cum quibus grauiſſimũ bellum geſſerũt, vtrorumque commemorandæ vires, ciuilis adminiſtrationis formæ, [belli ordo & ſucceſſus.] Sed domeſticis rebus hoc tribuendũ eſt, vt de illis priori loco dicamus. Dii nimirum olim vniB uerſum terrarum orbem ſingulatim ſunt ſortiti, non temerario quodam iurgio, ſed ita vt ſortis arbitrio ſingulæ regiones ſingulis diis attribuerentur. diſſentaneum etenim fuiſſet à ratione, deos vel ea ignorare quæ ſingulis ipſorum cõueniant: vel, dũ cognoſcerent ea quæ potius aliis quadrãt, in aliena iura conari per vim inuadere. Iuris igitur ſortibus deorũ quiſque, prout hominũ amore teneretur, regiones adeunt, eáſque habitationi aptas reddunt: cámque de ſuis hominibus educandis colendíſque curam gerunt quam paſtores de ſuis gregibus, armentis, pecudibus præſtare ſolẽt: non tamen ita vt corpora corporibus cogerent, ſicuti paſtores ſolent pecora verberibus coercere: ſed de hominum animis potiſſimam curam gerentes, eos præclaris rerum inſtitutis informabant, rationíſque auſpiciis mortale alioqui hominum genus regebant. Prout igitur deorum quiſque aljus alium ſortitus erat locum, ita in illo ornãdo ſolicitè elaborabat. Vulcanus autem & Minerua, quum communem haberent naturam, tum quòd ex eodem eſſent patre, tum quòd ſapientiæ artiúmque communi quodam ſtudio ad res eaſdem aſpirarent: ita communem hereditatem hãc regionem ſunt ſortiti, veluti virtuti & prudentiæ propria quadam & peculiari naturæ ratione accommodatam. Ita quum illius regionis indigenas bonos effeciſſent, Reipubl. ordinem eorum mentibus inſeuerunt. Horum verò hominum conſeruata ſunt nomina, rerum autem geſtarum memoria, propter varios ſuccedentium interitus, & longũ temporum interuallũ, deleta eſt. Semper enim ſuperſtes hominũ genus, quemadmodum ſuperius diximus, tale relinquebatur, quod (vt ſolet vulgus) literarum eſſet expers, cuíque adeo potentum in regione virorum nomina vix eſſent audita: rerum autem geſtarum leuiſſima cognitio & penè nulla. Ita factum eſt vt illuſtrium illorum virorum nomina liberis ſuis imponerent, amica quadam & auguſta nominis reuerentia: virtutes verò & leges priſcorum hominum penitus ignorarent. nihil enim præter obſcuram quandam earũ rerum famam, veluti tenuia quædam veſtigia, retinuerunt. accidit eò, quòd quum per multa ſecula ipſi & liberi rerum ad victum neceſſariarum penuria premerentur, his in rebus

ve aliter ſcripſerit & plura etiã buiſſe hic ait Fic. in ſuo emplari.

conquirendis occupati,animos quoq; ſuos hiſce cogitationibus addicebant, eáſq; aſſiduè habebant in ore: cæterarum rerum, earúmque maximè quę ſuperioribus temporibus geſtæ eſſent,curam abiiciebant.Fabularum enim rerúmque priſcarũ diſquiſitio ſimul cum otio in ciuitates venit,quum expedita iam eſſet rerum omnium ad vitã neceſſariarum copia:priùs verò nequaquã. Hunc igitur in modum priſcorum hominum nomina ſine rerum geſtarum memoria conſeruata ſunt. Hæc verò coniectura mea inde ſumitur,quòd affirmaret Solon, A Egyptios ſacerdotes in priſci illius belli B commemoratione plurima adhibuiſſe nomina poſteris perſimilia: vt Cecropis,Erechthei,Erictʰonii,Eriſictʰonis, aliorúmque hominum qui Theſeum ætate anteceſſiſſe memorantur. Mulierum quoque nomina eadem,ipſius quoque deæ figuram & ſtatuam, vt tunc communia erant & viris & mulieribus belli ſtudia. Ita ad illud tempus armatam fuiſſe deæ imaginem, & ita coli ſolitã ab illis hominibus, vt quidem eſſet certum argumentum,in ſingulis animantium gregibus marem fœminámq;,quandoquidem eiuſdẽ naturæ lege copulantur, pro conuenienti generis cuiuſque virtute, ita in quodlibet opus communi quodam inſtituto poſſe incumbere.Illam porro regionem alia quoque ciuium genera incolebant, qui quidem in artium operibus & agricultura verſarentur,at militarium hominum genus à diuinis viris principio ſegregatum,ſeorſim habitabat,omnium rerum quæ ad alimoniam inſtitutionémque facerent,copia commodè inſtructum: nec quiſquam illorum proprium & peculiare quicquam poſſidebat,ſed omnia omnibus D peræquè communia eſſe arbitrabãtur. nihil verò præter victus,qui ſatis eſſet, facultatem ab aliis ciuibus exigebant. denique ad eorum inſtitutorum, de quibus heri diximus,rationem atque formulam totos ſe conformabant:quæ quidem ad noſtros illos magiſtratus, quales nobis proponebamus,erudiendos attinebant.Quinetiam illud probabiliter & verè de noſtra regione dicebatur:primùm quidem illius terminos eo tempore ad Iſthmum vſque pertinuiſſe: iſthinc autem verſus Epirum, ad ſummum Cithæronem atque Parnethem. qui fines ipſo deſcẽſu dextrorſum ad Oropiam inclinent,ſiniſtrorſum verò ad mare, Aſopo excluſo. hanc verò cæteris terræ regionibus bonitate antecellere.ita eam potuiſſe magnum accolarum exercitum ſuis prouentibus alere. Bonitatis verò illius magnum hoc eſſe argumẽtum, quòd eius reliquię cum quauis regione certent fructuũ & copia & bonitate, & paſcuorũ vbertate

A πέρι καὶ τοὺς λόγους ποιούμενοι, τῶν ἐν τοῖς
πρόσθεν καὶ πάλαι ποτὲ γεγονότων ἠμέ-
λουν. μυθολογία γὰρ, ἀναζητήσις τε τῶν πα-
λαιῶν, μετ' ὀλίγης ἅμα ἐπὶ τὰς πόλεις ἐρχε-
σθον, ὅτου ἴδιον ποιν ἦν ἤδη τῷ βίῳ παρασκευα-
κὸς καὶ τεσκευασμένα· πρὶν δὲ, οὐ. ταύτῃ δὴ τὰ τῶν
παλαιῶν ὀνόματα αὐτοῖς τῶν ἔργων διασέσω-
σται. λέγω δὲ αὐτά, τεκμαιρόμενος ὅτι Κέ-
κροπός τε καὶ Ἐρεχθέως καὶ Ἐριχθονίου καὶ Ἐ-
ριστόνιος, τῶν τε ἄλλων τὰ πλεῖστα ὅσα πρὸ
καὶ Θησέως τῶν αὖ πρὸ τῶν ὀνομάτων ἐ-
κείνων ἀπομνημονεύεται, τούτων σκεῖνοις τὰ
πολλὰ ἐπονομάζουσας καὶ ἱερεὺς Σόλων ἔ-
φη Ⓜ τότε διηγεῖσθαι πόλεμον, καὶ τὰ τῶν
γυναικῶν καὶ ταῦτα. καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς θεοῦ
σχῆμα καὶ ἄγαλμα, ὡς κοινὰ τότ' ἐῶ τὰ
ὅπλα τιθέμενα ταῖς γυναιξὶ ἓς τοῖς ἀνδρά-
σι τὰ πρὸς Ⓜ πόλεμον, οὕτω κατ' ἐκεῖνον
Ⓜ χρόνον ὡπλισμένῃ τὴν θεὰν ἀνάθημα
εἶ) ἦν τοῖς τότε· ἔνδειγμα ὅτι πρὸς ὅσα ζώ-
νομα ζῶα θήλεα, καὶ ὅσα ἄρρενα, τὴ προσή C
κουσαν ἀρετὴν ἑκάστῳ φύει πρὸς κοινὴν δυ-
νατὸν ὅπλα τιθέναι πέφυκεν. ᾤκει δὲ τότ' ἐν
τῇδε τῇ χώρᾳ τὰ μὲν ἄλλα ἔθνη τῶν πολι-
τῶν, πρὸς τὰς δημιουργίας ὄντα καὶ τὴν ἐκ
τῆς γῆς ἔφην· τὸ δὲ μάχιμον, χωρὶς ἀν-
δρῶν θείων καὶ ἀρχὰς ἀφορισθέν, ᾤκει χω-
ρὶς, πάντα εἰς ἔφην ἐν παιδεύσιν τὰ προσή-
κοντα ἔχον· ἴδιον μὲν αὐτῶν οὐδὲν οὐδὲν κε-
κτημένους, ἅπαντα δὲ πάντων κοινὰ νομί-
ζοντες αὐτῶν· πέρα δὲ ἐκείνης ἔφης οὐδὲν
ἀξιοῦντες παρὰ τῶν ἄλλων δέχεσθαι πο-
λιτῶν· καὶ πάντα δὴ τἀληθὲς λεγόμενα ὅπε-
πεδύμενα ὅπερ ἐπεδύοντες, ὅσα πρὸς τὴν
ἐπιτεθέντων ἐρρήθη φυλάκων. καὶ δὴ τὸ
πρὸς τῆς χώρας ἡμῶν πιθανὸν καὶ ἀληθὲς ἐ-
λέγετο, πρῶτον μὲν, τοὺς ὅρους αὐτοῦ σὺν ὧν
τότε ἔχειν ἀφωρισμένους πρὸς Ⓜ Ἰσθμόν,
καὶ ὃ ἔξω τοῦ ἄλλου Ἠπείρου, μέχρι δ' Κι-
θαιρῶνος καὶ Πάρνηθος τῶν ἄκρων. καταβαί-
νειν δὲ τοὺς ὅρους σὺν δεξιᾷ τοῦ Ὠρωπίαν ἐ-
χοντας, σὺν ἀριστερᾷ δ' πρὸς θαλάττῃ ἀφο- E
ρίζοντας Ⓜ Ἀσωπόν· ἀρετῇ δὲ πᾶσαν μὲν
ὑπερ τῆς ἐνθάδε ὑπερβάλλεσθαι. διὸ καὶ
δυνατοῦ ἦν) τότε τρέφειν τοῦ χώρην στρα-
τόπεδον πολὺ δ τῶν πρεσοίκων. μέγα δὲ τε-
κμήριον ἀρετῆς· δ μὲν νῦν αὐτῆς λείψα-
νον ἐναμιλλᾶσθαι πρὸς ἠπείρους, τῶν
πάμφορον δ' καρπόν τε ἦν), καὶ τοῖς ζώοις

πᾶσιν βόσκον. τότε δὲ, ὡς ἐκ τῶν καλλει καὶ παμπληθεῖ ταῦτα ἔφερε. πῶς οὖν δὴ τοῦτο πιστόν; καὶ κατὰ τί, λείψανον τῆς τότε γῆς ὀρθῶς ἂν λέγοιτο; πᾶσα ἀπὸ τῆς ἄλλης ἠπείρου μακρὰ ὡς τείνουσα εἰς τὸ πέλαγος οἷον ἄκρα κεῖται· τὸ δὲ τῆς θαλάσσης ἀγχεῖον ὡς αὐτὴν τυγχάνει πᾶν, ἀγχιβαθὲς ὄν. πολλῶν οὖν γεγονότων καὶ μεγάλων κατακλυσμῶν ἐν τοῖς ἐννακισχιλίοις ἔτεσι (τοσαῦτα γὰρ ὡς τὸ νῦν ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου γέγονεν ἔτη) ὃ τῆς γῆς ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις καὶ πάθεσιν ἐκ τῶν ὑψηλῶν ἀπορρέον, οὔτε χῶμα, ὡς ἐν ἄλλοις τόποις, ὡς γοῦν λόγου ἄξιον, ἀεί τε κύκλῳ ὡς ἐῤῥέον εἰς βάθος ἀφανίζεται. λέλειπται δή, καθάπερ ἐν ταῖς σμικραῖς νήσοις, ὡς τὰ τότε τὰ νῦν, οἷον νοσήσαντος σώματος ὁσᾶ, ὡς ἐκ ῥυπικίας τῆς γῆς ὅση πίων καὶ μαλακή, τοῦ λεπτοῦ σώματος τῆς χώρας μόνον λελῳφηκότος. τότε δὲ ἀκέραιος οὖσα, τά τε ὄρη γηλόφοις ὑψηλοῖς εἶχε, καὶ τὰ Φελλέως νῦν ὀνομαζόμενα πεδία πλήρη γῆς πιείρας ἐκέκτητο, καὶ πολλὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν ὕλην εἶχεν· ἧς καὶ νῦν ἔτι φανερὰ τεκμήρια. τῶν γὰρ ὀρῶν ἔστιν ἃ νῦν μόνα φέρει μελίττας μόνας ἐφίῳ, χρόνος δ' οὐ πάμπολυς ὅτε δένδρων αὐτόθεν εἰς οἰκοδομὴν εἰς τὰς μεγίστας ἐρεφόμενον τεχνημάτων τεχνάσματ' ἔστιν ἔτι σῶα. πολλὰ δ' ἐῶ ἄλλ' ἥμερα ὑψηλὰ δένδρα, νομὴν δὲ βοσκήμασιν ἀμήχανον ἔφερε. καὶ δὴ ὃ κατ' ἐνιαυτὸν ὕδωρ ἐκαρποῦτο ἐκ Διός· οὐχ ὡς νῦν ἀπολλῦσα ἀπὸ γυμνῆς τῆς γῆς εἰς θάλατταν, ἀλλὰ πολλὴν ἔχουσα, καὶ εἰς αὐτὴν καταδεχομένη τῇ καρπίδι τεχούσῃ καὶ ἀφαιμαξομένη, τὸ κατεπόθεν ἐκ τῶν ὑψηλῶν ὕδωρ εἰς τὰ κοῖλα ἀφιεῖσα, καὶ πανταχοῦ τοῖς τόποις παρείχετο ἄφθονα κρηνῶν καὶ ποταμῶν νάματα· ὧν ἐν νῦν ἔτι ὅπου ταῖς πηγαῖς ταῖς πρότερον οὔσαις ἱερὰ λελειμμένα, ὅτι σημεῖα δίκαια περὶ ταύτης ἀληθῆ λέγεται τὰ νῦν. τὰ μὲν οὖν τῆς ἄλλης χώρας φύσει τε οὕτως εἶχε, καὶ διεκεκόσμητο, ὡς εἰκός, ὑπὸ γεωργῶν μὴ ἀληθινῶν, καὶ πραττόντων αὐτὰ τοῦτο, φιλοκάλων δὲ καὶ εὐφυῶν· χῶν δὲ χρίσιν καὶ ὕδωρ ἄφθονώτατον ἐχόντων, καὶ ὑπὸ τῆς γῆς ὥρας μετριωτάτου κεκραμένης. ὃ δ' ἄρα κατῳκισμένον ὧδ' ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. πρῶτον μὲν ὃ τῆς ἀκροπόλεως εἶχε τότε οὐχ ὡς νῦν ἔχει. νῦν μὲν γὰρ μία γενομένη

A alendis animantibus percommodorum. præter etiam pulchritudinem accedebat feracitas. Vnde verò id ſit probabile? quibúſve indiciis has eſſe illius ſoli reliquias cõ iici poteſt? Omnis regio nimirum ab alia continenti in longum exporrecta, veluti promontoriũ iacet: vas autem maris, profundum quidem illud, eam vndiquaque circumcingit. Quum igitur multa & magna diluuia annorum nouem millium interuallo (tot enim ex illo tempore extiterunt ad hoc vſque noſtrum tempus) præterierint, ne vlla quidem telluris pars inter
B hæc tẽpora háſq; mutationes è locis ſublimioribus defluens, tumulum (vt aliis in locis ſolet) ingeſſit, qui certè ſit alicuius momenti: ſed circulatim ſemper deſidens in profundũ occultatur. Idcirco relicta ſunt, quemadmodum in anguſtis inſulis, hæc [Atticæ loca quæ modò incoluntur] ſi cũ antiquis conferantur, veluti corporis morbo diminuti oſſa: decerpta videlicet ea terra quæ pinguis erat & mollis, ita vt tenue & aridum telluris corpus tantùm remaneret. Terra videlicet quum integra eſſet, mõ
C tes & colles ſublimes habebat: & agri qui nunc Phellei nominantur, ſolo pingui, copioſáque ſylua in mõtium iugis, vt etiámnum manifeſta ſunt veſtigia, exuberabat. Sunt enim montes nonnulli qui apibus alimentum tantummodo ferunt: non tamen longum eſt elapſum tempus ex quo acciſæ ſunt inde proceræ arbores, ad maximarum ædium ſtructuras aptiſsimæ: quarum multæ etiam adhuc ſuperſunt. Erant & multæ aliæ arbores, domeſticæ quidem illæ, ſed tamẽ ingentis magnitudinis. quin-
D etiam paſcua pecorũ vberrima. Præterea hæc regio quotannis frugiferam pluuiam ex Ioue hauriebat: neque, vt hoc noſtro tẽpore, è decliui & prærupto loco in mare defluebat, ſed hãc abſorptam copioſa quadam & tenaci firmitate ſubſidentem è ſuperioribus locis terram recondens atque combibẽs, in viſcera demittebat: vnde paſſim ingẽtes fluuiorum fontiúmq; riui ſcaturiebant: quorum etiam nunc in veteribus fontibus ſacra quædam monumenta apparent. Itaque hoc tempore de his vera commemorantur. Atque hic quidem erat
E (vt veriſimile eſt) regionis iſtius ſtatus & hoc ingenium. Excolebatur præterea tunc ab agricolis veris & germanis indigenis, qui in eius cultum ſolicitè incumbebant, quaſi hoc vnum agerent penſi: ingenioſis ſanè hominibus, & cãdidis integríſq; moribus, ſolum fertile nactis, aquam copioſiſſimam, & ſaluberrimam cœli temperiem. Vrbs autem eo tempore ſic erat ædificata. primùm quidem Arcis alia erat quàm nũc eſt diſpoſitio. nunc enim vel vna nox plu-

Videntur deeſſe quædam inter ὅτι & δένδρων, vel inter μεγίστας & σφεψμων.

uioſa,tenui ſolo mirum in modum liquefacto, terræ motum continuò induxit. & ante Deucalioneum diluuium, alia quoq; diluuia extiterant,aqua nimirũ impotẽtius debacchata: & tertiũ quidẽ ante illa tempora numeratur diluuium. Prius autem alio quodam tempore tãta vaſtitate peruagata erat,vt ad Eridanum vſque & Eliſſum exundaret, imò latius progreſſa Pnycem & Lycabetum circumplecteretur termino è regione definito. Erat omnis regio gleboſa, paucis locis exceptis, & à ſuperiori parte plana. exteriora porro eius loca ad læuam incolebantur ab artificibus & agricolis qui proximè agros colebant. Superiora militares illi homines ſoli ſeorſim à cęteris hominibus tenebãt,circa Mineruę & Vulcani fanum,vnius ſepti ambitu,veluti vnius ædis horto, vndiquaque concluſi. Etenim eius loca ad aquilonem verſus cõmunes domos inhabitabant, conſtructis cœnaculis in quibus hyeme viuerent communiter. A publico autem apparatu, ſiue ædificia extruenda eſſent, ſiue religionum ritus peragendi, aurum & argentum ſummouebant. illorum enim nullus in vlla re erat vſus:medium tamen inter ſuperbiam illiberalitatémque iter perſequentes, moderatas habitationes ſibi ſtruebant,in quibus & ipſi conſeneſcentes & nati natorum eas poſteris ſuis ſimiliter relinquebant. hortis verò, gymnaſiis, cœnaculis auſtrũ verſus expoſitis æſtate vtebantur. Erat fons vnus eo in loco vbi nunc ſita eſt arx: quo propter terræmotus exhauſto, exigui quidam riuuli circùm relicti ſunt. Tunc verò fons ille maximè temperatus copioſam aquam ſufficiebat & ad hyemem & ad æſtatem. Hoc illi habitu loca ea incolebant, ciuium quidem ſuorum cuſtodes, cæterorũ verò Græcorum & quidem vltrò parentiũ duces. hoc verò vnum etiam atque etiam cauebant, vt & virorum & mulierum idem ſemper eſſet numerus, vt præſtò eſſet ad bellicas adminiſtrationes. iam & ad futuros euentus duæ maximè erant ſepoſitæ myriades. Quum igitur illi tales eſſent, & huiuſmodi quadam ratione & patriam & vniuerſam Græciam iuſtè adminiſtrarent, per omnem Europam & Aſiam & corporũ pulchritudine, & omnigena animorũ virtute atque præſtantia, illuſtriſſimi atque nominatiſſimi omnium mortalium euaſerant,ad illa tempora. [a]Iam verò quinam ſtatus fuerit eorum hoſtium cum quibus bella geſſit noſtra primis illis initiis ciuitas, (niſi fortè ea quæ pueri audiuimus memoria excid erint) vobis amicis in medium cõmunia deuonemus. Illud autem paucis eſt

a Atlanticorum hominum, cum quibus bella Atheniẽſes geſſerunt,ſtatus.

A νυξὶ γενομένοις χαλεπὴν ἀφ' ἧς ἐφεῖντο γῆν αὐτοῖς φυγὴν ποιήσασα, πεποίηκε σεισμὸν ἅμα καὶ τοῦ τῆς Δευκαλίωνος φθορᾶς, τείτου τοῦτο ὕδατος ἐξαισίου. ὃ δὲ πρὶν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ μέγεθος μὲν ἐπὶ τοῦτο ἦν Ἠριδανὸν καὶ Ἴλισσὸν ἀποβεβηκὸς, καὶ τὸ Πνὺξ καὶ τὸν Λυκαβηττὸν, ὄρη ἐκτὸς τοῦ Πνυκὸς ἐχόντα. νῦν δὲ διὰ πάσης, καὶ πολὺ ὀλίγων ὑπεπέδως αὐτοῦ. ᾠκητο δὲ, τὰ μὲν ἔξω ἦν, ὡς αὐτὰ τὰ πλάγια αὐτῆς, ὡς τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν γεωργῶν ὅσοι πλησίον ἐγεώργουν· τὰ δ' ἐπάνω, ὃ μάχιμον αὐτὸ καθ' αὑτὸ γένος μόνον ἦν περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερὸν κατῳκημένον, οἷον μιᾶς οἰκίας κῆπον ἐνὶ περιβόλῳ περιβεβλημένοι. τὰ γὰρ πρὸς βορρᾶν αὐτῆς ᴥκουν, οἰκίας κοινὰς καὶ ξυσσίτια χειμερινὰ κατεσκευασμένοι, καὶ πάντα ὅσα πρέποντα τῇ κοινῇ πολιτείᾳ δι' οἰκοδομῆς ὧν χρεὼν ὑπάρχειν αὐτοῖς καὶ τῶν ἱερῶν αὖθις χρυσοῦ καὶ ἀργύρου. τούτοις γὰρ οὐδὲν οὐδαμῶς προσεχρῶντο, ἀλλὰ τὸ μέσον ὑφηφανίας καὶ ἀνελευθερίας διώκοντες, κοσμίας ᾠκοδομοῦντο οἰκήσεις, ἐν αἷς αὐτοί τε καὶ ἐκγόνων ἔκγονοι καταγηρῶντες, ἄλλοις ὁμοίοις τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ παρεδίδοσαν. τὰ δὲ πρὸς νότου, κήπους καὶ γυμνάσια, συσσίτιά τε ἀνέντες, οἷα θέρους, κατεχρῶντο ὅτι τοῦτα αὐλοῖς. χρὴ δὲ ὑμᾶς ἐννοῆσαι τῆς νῦν ἀκροπόλεως τόπον· ἧς ὑποδεδεισόσης ὑπὸ τῶν σεισμῶν, τοῦ νῦν ὕδατα σμικρὰ κύκλῳ καταλέλειπται· τοῖς δὲ τότε πᾶσι πηγὴν ἄφθονον ῥοῦμα, δύκραιρα ὅσα τοῦδε χειμῶνά τε καὶ θέρος. τούτῳ δὴ κατῳκημένῳ τῷ σχήματι, τῶν μὲν αὐτῶν πολιτῶν φύλακες, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμόνες ἑκόντων· πλῆθος δὲ διαφυλάττοντες ὅτι μάλιστα τοιούτων ἑαυτῶν εἰς τοὺς ἀεὶ χρόνον ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ὃ δυνατὸν πολεμεῖν ἦν καὶ τὰ ἔτη, ὡς δύο μάλιστα ὄντας μυριάδας. οὗτοι μὲν οὖν δὴ τοιοῦτοί τε ὄντες αὐτοὶ, καὶ ἅτινα τοιοῦτον ἀεὶ τρόπον τινὰ τῆς τε ἑαυτῶν καὶ τῆς Ἑλλάδα δίκῃ διοικοῦντες, ὅτι πάσης Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, κατά τε σωμάτων κάλλη καὶ τὸ τῶν ψυχῶν πρωτεῖον ἀρετῆς, ἐλλόγιμοί τε ἦσαν καὶ ὀνομαστότατοι πάντων τῶν τότε. τάγε δὴ τὰ αὖ πολεμησάντων αὐτοῖς οἷα ἦν, ὡς τε ἀπ' ἀρχῆς ἐχώρει (μνήμης αὖ μὴ φερομένης ὧν ἔτι παῖδες ὄντες ἠκούσαμεν) εἰς τὸ μέσον αὐτὰ νῦν ἀποδώσομεν, ὑμῖν τοῖς φίλοις εἰς κοινά. ὃ δὴ ἔτι βραχὺ πρὸ τοῦ

Legitur etiam Ἴρος, id eſt mons: & Λυκαβηττὸν iungitur ſequentibus: hoc modo, καὶ τὸν Λυκαβηττὸν ὄρος ὂν τοῦ κατωτ.

λόγου

λόγου δεῖ δηλῶσαι, μὴ πολλάκις ἀκούοντες Ἑλληνικὰ βαρβάρων ἀνδρῶν ὀνόματα θαυμάζητε. ὃ γὰρ αἴτιον αὐτῶν πύθεσθε. Σόλων ἐπινοῶν εἰς τιμὴν αὐτοῦ ποίησιν καταχρήσασθαι τῷ λόγῳ, διαπιθανόμενος τὴν τῶν ὀνομάτων δύναμιν, εὗρε, τοὺς τε Αἰγυπτίους τοὺς τοῦτον εἰκείνους αὐτὰ γραψαμένους, εἰς τιμὴν αὐτῶν φωνὴν μετενηνοχότας· αὐτός τε αὖ πάλιν ἑκάστου τὴν διάνοιαν ὀνόματος ἀναλαμβάνων, εἰς τιμὴν ἡμετέραν ἄγων φωνὴν ἀπεγράφετο. καὶ ταῦτά γε δὴ τὰ γράμματα τοῦδε τοῦ πάππου τ' ἐμοῦ, καὶ ἔτ' ὄντι πρὸ ἐμοῦ νεῦ, διαμεμελέτηται τε ὑπ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος. ἀν' οὖν ἀκούητε τοιαῦτα οἷα καὶ τῆδε ὀνόματα, μηδὲν ὑμῖν ἔστω θαῦμα. ὃ γὰρ αἴτιον αὐτῶν ἔχετε. μακρὸς δὲ δὴ λόγου ἡ ἀρχὴ τότε, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέχθη, πρὶν τὴν τῶν θεῶν λῆξιν, ὅτι κατενείμαντο γῆν πᾶσαν· ἔνθα μὲν μείζους λῆξις, ἔνθα δ' ἐλάττους, ἱερά, θυσίας τε αὐτοῖς κατασκευάζοντες. ἔτυχε δὴ καὶ τὴν νῆσον Ποσειδῶν τὴν Ἀτλαντίδα λαχών, ἐκγόνοις ἑαυτοῦ κατῴκισεν ἐκ θνητῆς γυναικὸς γεννήσας ἔν τινι τόπῳ τῆς νήσου τοιῷδε· πρὸς θαλάττῃ μὲν, κατὰ μέσον πάσης πεδίον ἦν, ὃ δὴ πρώτων πεδίον καλλιστον ἀρετῇ τε ἱκανὸν φύεσθαι λέγεται. πρὸς τῷ πεδίῳ δ' αὖ κατὰ μέσον σταδίους ὡς πεντήκοντα ἀφεστὼς ἦν ὄρος βραχύ πάντη. τούτῳ δ' ἦν ἔνοικος τῶν ἐκεῖ κατὰ ἀρχὰς ἐκ γῆς ἀνδρῶν γεγονότων, Εὐήνωρ μετὰ τοιούτου, γυναικὶ δ' συνοικῶν Λευκίππῃ· Κλειτὼ δ' μονογενῆ θυγατέρα ἐγεννησάτην. ἤδη δ' εἰς ἀνδρὸς ὥραν ἡκούσης τὴν κόρης, τήν τε μητέρα τελευτᾷ δὴ ὁ πατήρ· αὐτῆς δ' εἰς ὀπιθυμίαν Ποσειδὼν ἐλθών, συμμίγνυται· καὶ τὸν γήλοφον ἐν ᾧ καλίᾳ κισεν, ποιῶν διέρκη, περιῤῥήγνυσι κύκλῳ, θαλάττης γῆς τε ἐναλλὰξ ἐλάττους μείζους τε κύκλους ἀμήχανος ποιῶν ἑκατέρους· δύο μὲν γῆς, θαλάττης δὲ, τρεῖς· οἷς περιθέων ἐν μέσῃ τῇ νήσου πάντη ἴσον ἀφεστῶτας, ὥστε ἄβατον ἀνθρώποις εἶναι. πλοῖα γὰρ καὶ τὸ πλεῖν οὔπω τότ' ἦν. αὐτὸς δὴ τὴν τε ἐν μέσῳ νῆσον, οἷα δὴ θεὸς, ῥᾳδίως διεκόσμησεν, ὕδατα μὲν διπλᾶ ὑπὸ γῆς ἄνω πηγὰς κοσμήσας, τὸ μὲν, θερμὸν, ψυχρὸν δὲ, ἐκ κρήνης ἀπορρέον, ἕτερον. τροφὴν δὲ παντοίαν καὶ ἱκανὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδοὺς. πέντε δὲ ἄρρενων πέντε γενέσεις διδύμους γεννησάμενος ἐθρέψατο. διελὼν δὲ τὴν νῆσον τῆς Ἀτλαντίδα πᾶσαν, δέκα μέρη κατανείμας, τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ, τῷ μετέρῳ γενομένῳ,

A vobis significandum, priusquam nouum hunc sermonem aggrediar, ne, quùm plurima barbarorum hominũ nomina Græcè audieritis, mirum illud vobis videatur. causam enim cur id acciderit, audietis. Quum enim Solon cogitaret illa carminibus suis inserere, vim ipsam est nominũ perscrutatus: inuenítque, primos illos AEgyptios harum rerum scriptores, in linguam suam ea nomina transtulisse. ita & ipse rursus vniuscuiusque nominis notionem assumens, ea nomina nostri sermonis quasi veste donauit. Si igitur talia audieritis qualia hîc sunt nomina, ne mirum
B sanè vobis videatur. cur enim id euenerit intellexistis. Longa verò oratione fuerit opus, si à principio commemorem id quod iam est priùs à me explicatum, De deorum sortitione, vt vniuersam terram inter se distribuerint, partim in ampliores portiones, partim angustiores: & fana & sacra sibi instituerint. Ita Neptunus insulam Atlanticam sortitus, liberos suos è mortali muliere susceptos in quodam insulæ loco collocauit. Ad oram maris, &
C in ipso maximè insulæ medio æqua erat planities, quæ omnium specioſissima feraciſſimáque dicitur extitisse. Prope planitiem rursus in medio mons erat breuis, stadiis quinquaginta distans. hunc incolebat eorum hominum qui à principio terra sunt nati, quidam cui nomen erat Euenor. Is ex Leucippe vxore Clitonem filiam vnicam genuerat. Quum iam nubili ætate esset puella, ipsius parentes moriuntur. Neptunus verò ipsius amore captus, cum ea miscetur: circumsepsítque collem quem habitabat, & quidem ita vt
D firmo munimento cum circumuallaret. nam & fossa & aggere muniuit, aquámque iniecit quæ circumquaque restagnaret, & terræ aggeres alternatim quasi in gyrum interposuit, alios quidem, minores, alios, maiores, sibi vicissim respondentes. Ex quibus duo quidé, terræ, tres verò maris fuêre ambitus: qui veluti torno descripti pari vndiq; interuallo per mediam insulam distabant: vt quidem collis his munimentis interceptus, hominibus esset imperuius. neque enim vlla erant nauigia, neque nauigandi ars inuenta adhuc. ipse verò, vt deus, in medio illam insulam facilè
E exornauit. nam & geminos duplicis aquæ, frigidæ nimirum & calidæ latices per subterraneos meatus iussit erumpere, ita vt ex fonte emanarent: tellurem autẽ varios copiosósque fructus suggerere. Præterea geminos filiorũ partus & suscepit & educauit. Atq; omnẽ Atlanticã insulã decẽ in plagas partit°, primogenito maternã habitationẽ

γ' γενεσεις.

plagámque quæ circà erat, ampliſſimam quidem & optimam ſortem, ſummúmque ei imperium totius inſulæ attribuit: cæteros fratres, voluit eſſe principes atque magiſtratus, multorúmque hominum & latiſſimæ regioni s ditionem eis dedit. Singulis porro impoſuit nomina. Primogenitum quidem vocauit Atlantem, totius inſulæ (vti diximus) regem atque dominũ. vnde & regio ipſa, & mare quod eam circumcingit, nomina inuenerunt. Eum verò qui eodem partu ſtatim eſt ſubſequutus, extremámque inſulæ partem quæ eſt ad Herculis columnas, in ſortẽ habuit, patrio vocabulo Gadirum, (cui vox Græca Eumelus reſpondet) appellauit: ipſámque regionem ex eius nomine, Gadariticam. Secundi partus gemellos, vnum quidem, Ampherem, alterum Eudæmonem vocauit: tertii, primum natum, Mneſeum: ſecundum, Autochthonem. quarti verò, Elaſippum quidem, priorem, Mneſtorem verò poſteriorem. quinti denique, primum Azaem: ſecundum verò, Diaprepem. Hi porro omnes ipſorúmque poſteri multa per ſecula ibi habitarunt, & in multas alias inſulas imperium vſurparunt, propagatis etiam (quemadmodum diximus) ad AEgyptum vſque & Hetruriam imperii finibus. In magno quippe honore paſſim erat Atlantis genus, & continua multarum ætatum ſucceſſione, rex natu maior filio natu maiori relinquebat imperium. quo ordine factum eſt vt regnum multa per ſecula conſeruaretur. Tanta verò illis ſuppetebat diuitiarũ vbertas, quanta nullis antea regibus extiterat, neque facile fuerit in poſterum extare. Magnus illis erat omnium rerum apparatus, quę vel in vrbe fieri, vel ex alia regione importari in vrbem ſolent. quamplurima verò ſuis incolis inſula ſumminiſtrabat, quæ quidem ad vitam commodè tranſigendam pertinerent. Primùm quidem omnia quæ ex terræ viſceribus eruuntur, & quæ ſolidam habent naturam, & quæ fuſilem. & illud metallum cuius hodie tantùm retinemus nomen, Orichalcũ videlicet, erat illis tẽporibus nominatiſſimum, & ex multis inſulæ locis effodiebatur. huius verò maxima erat gratia poſt aurum tunc temporis. Iam ea materies quã ſylua producit ad architectorum opera, ex ea inſula abundè ſuppetebat, & eximias animantes producebat, & cicuris & feris copioſum alimentum ſumminiſtrabat. Elephantorũ videlicet ingens ibi erat copia. Animantibus porro quæ per paluſtria loca, lacus, fluuios degunt, vel per montes

A τὴν τε μητρῴαν οἴκησιν καὶ τὴν κύκλῳ λῆξιν, πλείστην καὶ ἀρίστην οὖσαν, ἀπένειμε· βασιλέα τε τῶν ὅλων κατέστησε, τοὺς δὲ ἄλλους, ἄρχοντας. ἑκάστῳ δὲ ἀρχὴν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ πολλῆς χώρας ἔδωκεν. ὀνόματα δὲ πᾶσιν ἔθετο, τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ καὶ βασιλεῖ τούτῳ, οὗ δὴ καὶ πᾶσα ἡ νῆσος τότε πέλαγος ἔσχεν ἐπωνυμίαν, Ἀτλαντικὸν λεχθέν, ὅτι τοιοῦτόν τι τῷ πρώτῳ βασιλεύσαντι τότε Ἄτλας· τῷ δὲ διδύμῳ,

B μετ' ἐκεῖνον τότε γεγονότι, λῆξιν δὲ ἄκρας τῆς νήσου πρὸς Ἡρακλείων στηλῶν εἰληχότι, ἥτις τὸ τῆς Γαδειρικῆς νεῦ χώρας κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον ὀνομαζομένης, Ἑλληνιστὶ μὲν Εὔμηλον, ὃ δ' ἔστι χώριον, Γάδειρον· ὅθεν αὖ τοῦτο ἐκλήθησαν ταύτῃ ὄνομα πρῶτοι. τοῖν δὲ δευτέροιν γεγονόσιν τὸν μὲν, Ἀμφήρη, τὸν δ', Εὐδαίμονα ἐκάλεσε. τριττοῖς δὲ, Μνησέα μὲν, τὸν πρεσβύτερον γεγονότα· τὸν δὲ μετ' αὐτὸν, Αὐτόχθονα· τὸν δ' τεττάρτων, Ἐλάσιππον μὲν, τὸν πρεσβύτερον· Μήστορα δὲ, τὸν δ' ὕστερον. ἥτις δὲ τῆς πέμπτης, τὸν μὲν ἔμπροσθεν Ἀζάης ὄνομα ἐτέθη· τὸν δὲ ὑστέρῳ, Διαπρεπής. οὗτοι δὲ πάντες, αὐτοί τε καὶ ἔκγονοι τούτων, ἐπὶ γενεὰς πάμπολλας ᾤκουν, ἄρχοντες μὲν πολλῶν ἄλλων κατὰ

C θάλατταν πελάγους νήσων, ἔτι δὲ, ὡς καὶ πρόσθεν ἐρρήθη, μέχρι τε Αἰγύπτου καὶ Τυρρηνίας τῶν ἐντὸς δούλων ἐπῆρχον τότε. Ἄτλαντος δὴ πολὺ μὲν ἄλλο καὶ τίμιον γένος βασιλέως ἐγένετο· βασιλεὺς δὲ ὁ πρεσβύτατος ἀεὶ τῆς πρεσβυτάτης τῶν ἐκγόνων διαδιδοὺς ὅτι γενεὰς πολλὰς τὴν βασιλείαν, διέσωζον, πλοῦτον μὲν κεκτημένοι πλήθει τοσοῦτον ὅσον οὔτε πω πρόσθεν ἐν δυναστείαις ἰσχὺν βασιλέων γέγονεν, οὔτε ποτὲ ὕστερον γένοιτ' ἄν εὐπόρως γενέσθαι· κατεσκευασμένα τε πόλλ' ἐν τῇ πόλει καὶ ἔξωθεν ἐν τοῖς ἀγροῖς ὅσα ἐν πόλει, καὶ ὅσα κατ' αὐτὸν τὸν ἄλλην χώραν τῶν πρὸς ἑσπέραν ζητουμένων ὄντα. καὶ πολλὰ μὲν ἔξωθεν εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς προσῆγεν ἐξ ἔθνους, πλεῖστα δὲ ἡ νῆσος αὐτοῖς παρεῖχεν εἰς ἅπερ βίου κατασκευάς. πρῶτον μὲν, ὅσα ὑπὸ μεταλλείας ὀρυττόμενα στερεὰ ἔστιν ὅσα τηκτὰ γένη· καὶ τὸ νῦν ὀνομαζόμενον, τότε δ' πλέον ὄνομα ὂν ἦν τὸ ἦλυς, ἐκ γῆς ὀρυττόμενον ὀρείχαλκον κατὰ τόπους πολλοὺς τῆς νήσου, πλὴν χρυσοῦ ἀμιώτατον ὂν τοῖς τότε ἢ ὅσα ὕλη πρὸς τὰ τεκτόνων διαπονήματα παρέχει, πάντα φέρουσα ἄφθονα. τά τε αὖ πρὸς παίζοντα ἱκανῶς ἤμερα δὲ ἀγρια φέρουσα, καὶ δὴ καὶ ἐλεφάντων ἐν αὐτῇ γένος πλεῖστον. νομὴ γὰρ τοῖς τε ἄλλοις ζώοις ὅσα καθ' ἕλη καὶ λίμνας καὶ ποταμοὺς, ὅσα τ' αὖ καὶ ὄρη

Quæ habes inter χώραν & αὐτοῖς, in præced. editionibus deſiderantur: ea tamẽ & Fic. agnoſcit.

καὶ ὅσα ἐν τοῖς πεδίοις νέμεται, ξύμπασι παρῆν. ἀλλ' ἰὼ καὶ τοῦτο τῇ ταὐτὰ τῷ ζώῳ μεγίστῳ πεφυκότι καὶ πολυβορωτάτῳ. πρὸς δὴ τούτοις, ὅσα δυώδη τρέφει που γῆ ταινιῶν, ῥιζῶν, ἢ χλόης, ἢ ξύλων, ἢ χυλῶν, ἢ σαρκῶν, εἴτε αὐῶν, εἴτε καρπῶν, ἔφερέ τε ταῦτα καὶ ἔφερβεν δύ. ἔτι δὲ ἥμερον καρπὸν, τόν τε ξηρὸν, ὃς ἡμῖν δὴ ἐφῆς ἕνεκα, καὶ ὅσοις χαίειν τοῦ σίτου προσχρώμεθα (καλοῦμεν δὲ αὐτοῦ τὰ μέρη ξύμπαντα, ὄσπρια) τὸν ὄσος ξύλινος, πόματα καὶ βρώματα καὶ ἀλείμματα φέρων· παιδιᾶς τε ὕς ἕνεκα καὶ ἡδονῆς. γέγονε δὴ πάσαις ἄκροδρύων καρπός· ὅσά τε εὐδαμύδια πλησμονῆς μεταδόρπια ἀγαπητὰ κάμνοντι διαθέλγματα· πόντα ταῦτα ἡ τότε ποτὲ οὖσα ὑφ' ἡλίῳ νῆσος ἱερά τε καλά τε καὶ θαυμαστὰ καὶ πλήθεσιν ἄπειρα ἔφερε. ταῦτα οὖν λαμβάνοντες πόντα τοῦδε τῆς γῆς, κατεσκεύαζοντό τά τε ἱερὰ καὶ τὰς βασιλικὰς οἰκήσεις, καὶ τοὺς λιμένας καὶ τὰ νεώρια, καὶ ξύμπασαν τὴν ἄλλην χώραν, τοιάδε ἐν τάξει διακοσμοῦντες· τοὺς τῆς θαλάττης ἔχοντας, οἱ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἥσαν μητρόπολιν, πρῶτον μὲν ἐγκύρωσαν, ὁδὸν ἔξω ὅπῃ τὰ βασίλεια ποιούμενοι. τὰ δὲ βασίλεια ἐν ταύτῃ τῇ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν προγόνων κατοικήσει κατ' ἀρχὰς ἐποιήσαντο δύθύς· ἕτερος δὲ πρὸ ἑτέρου δεχόμενος, κεκοσμημένα κοσμῶν, ὑπερεβάλλετο εἰς δυνάμενον μὲν ἀεὶ τὸ ἐμπροσθεν, ἕως εἰς ἔκπληξιν μεγέθεσι καὶ κάλλεσί τε ἔργων ἰδεῖν τὴν οἴκησιν ἀπειργάσαντο. διώρυχα μὲν γὰρ ἐκ τῆς θαλάττης ἀρχόμενοι τεῖ πλεθρον τὸ πλάτος, ἑκατὸν δὲ ποδῶν βάθος, μῆκος δὲ, πεντήκοντα σταδίων, ὅπῃ ἐξωτάτω ἔχον συνέτεινον. καὶ τὴν ἀνάπλοων ἐκ τῆς θαλάττης ταύτης πρὸς ἐκεῖνον ὡς εἰς λιμένα ἐποιήσαντο, διελόντες τόμα ναυσὶ ταῖς μεγίσταις ἱκανὸν εἰσπλεῖν. ἐπὶ δὴ τοῖς τῆς γῆς ἔχουσι, οἱ τοῖς τῆς θαλάττης διεῖργον, κύκλῳ τάφρας διφλον ὅσον μιᾶ τειρεῖ διέκπλοων εἰς ἀλλήλους· καὶ κατεσκέασαν αὖθεν, ὥστε ὑπόπλοων κάτωθεν εἶναι. τὰ γὰρ τῆς γῆς ἔχων χεῖλη βάθος εἶχεν ἱκανὸν ὑπερέχοντα τῆς θαλάττης. ἰὼ δὲ μὲν μέγιστος τῶν ἐχόντων εἰς ὃν ἡ θάλασσα συνετέτεινο, διπάδιος ὁ πλάτος· ὁ δὴ ἐξῆς τῆς γῆς, ἴσος ἐκείνῳ. τοῖν δὲ δευτέροιν, ὁ μὲν ὑγρὸς, δυοῖν σταδίοιν πλάτος· ὁ δὲ ξηρὸς, ἴσος αὖ πάλιν τῷ πρόσθεν ὑγρῷ σταδίου ἦν, ὁ πρὸς τῇ αὐτῷ ἐν μέσῳ νῆσον περιέχων. ἡ δὲ νῆσος

& planities educantur, vberrimum inde constabat alimentum, ipsi etiam animanti & vastissimo & voracissimo. Præter hæc, quæcunque tellus nunc odorifera nutrit, radicũ, graminum, lignorum, humorum, succorum, florum, fructuum; & hæc ferebat & efficaciter nutriebat. iam & suauem illum ex sicco nascentem fructum [id est vinum] ferebat: vnde nobis ad vitam suppetit adiumentum. Ipsa etiam illa quibus obsonii loco vtimur, quæ legumina vocitamus: necnon arborum fructus & vescos & poculentos. neque illis vnguenta deerãt. Iam & ad voluptatem aderant nucum fructus, qui non asseruari solent, sed primi præstò sunt, & ad satietatis solatia, bellaria ægrotis iucunda. Hæc omnia à nobis exposita, & sacra & pulchra & augusta & multitudine infinita producebat insula commodè insolata. ex quorum fructuum prouentu insulani & templa & regia ædificia & portus & naualia & vniuersum regionis apparatũ instruebãt. Antiquissimæ autem metropolios illius quam in medio insulæ sitam diximus, munimenta hoc ordine instruebant incolæ: Primò quidem constructis pontibus viam extra arcem straeuerunt ad ipsam regiam, quam in ipsa illa Dei maiorúmque suorũ sede initio ædificarant. tum alius alii continua serie succedẽs, nouis ornamẽtis iam à maioribus ornata cumulans, vetera opera superabat: donec ingentis ædificii moles ad stupendum quoddam magnitudinis pulchritudinisque miraculum excreuerit. Fossam enim à mari ad extimum circulum deduxerunt, quæ tria iugera in latitudinem protendebatur, centum pedes in altum, in longum stadia quinquaginta. atq; vt ex hoc mari ad circulũ illum, velut ad portũ, applicare naues opportunè possent, portum ita effecerunt vt diducto ore, maximis etiam nauibus peruium esset iter, illisque excipiendis capax statio. Tumulos item siue aggeres terræ, quibus gyri illi maris distinguebantur, pontibus secuerunt, vt vna triremi nauigare ex alia in aliam liceret: & suprà etiam texerunt, vt inferius per alueum traiectus esse posset. Terrenorum videlicet aggerum labra iusta altitudine mari prominebant: maxima verò fossa in gyrum deuexa, per quam inundabat mare, latitudine stadia complebat tria. Proximus huic orbis terræ prorsus æqualis: sequentium verò duorum, aqueus quidem orbis stadia duo, terreus autem, humido priori rursus æqualis: stadium porro vnum is qui ipsam insulam in medio positam circumcingebat. Insulæ verò, vbi

Vel τὸν vel τοὺ μὲν ἀεὶ τὸ ἔμπροσθεν, legẽdum est, quũ τὸν ἐμπροσθεν mutatur accusatiuo.

regia erat, diameter erat ſtadiorum quinque. hanc verò & aggeribus & ponte, qui magnitudine plethri menſuram complecterctur, circumquaque munitam, muro quoque lapideo circumcinxerunt: extructis ad ſingulos maris aditus turribus & portis, ad opportuna pontium loca. Excindebant quoque ſaxum ex inſulæ viſceribus, tum ædificiis in ipſa inſula, tum aggeribus illis intus foriſque conſtruendis: & illud quidem, candidum, atrum, rubrum. quæ lapidicinæ ita excauatæ in ipſis ſaxorum ſedibus duorum naualium opportunitatem præbebant. AEdificia verò partim ſimplicia, partim variegato opere conſtruxerunt, lapidum ipſarum coloribus ita ad voluptatem contextis, vt natiua ipſorum forma commodè diſtribueretur. Eius inſuper muri qui exteriorem orbem claudebat, ſuperficiem omnem ære veluti inunxerunt: qui verò interiorem, ſtanno incruſtarunt: eius denique qui circumdabat arcem, orichalco igneis fulgoribus coruſcanti ornarunt. Arx igitur intra ipſam regiam ita erat conſtructa. In medio ſanctum erat ſacellum Clitoni & Neptuno dicatum, ſepto aureo circumdatum, vulgóque inacceſſum. in eo, quum initio peruium eſſet, [maiores] decē Principum regiorum genus procrearunt. cò & quotannis è decem regni tribubus conueniebant, vt ſolennia pro more ſacra peragerent. Erat ibi Neptuni templum, ſtadii vnius longitudine: latitudine, triū iugerū: altum verò quantum longitudo eius latitudóque poſtulare videbatur: aſpectu tamen ipſo, forma barbarica. Exteriores porro templi partes argento inunxerunt, præter faſtigia quæ auro illita emicabant. intus autem laquearia tota eburnea, auro, argento, orichalco, variegato opere celata conſpiciebantur. verū n parietes, columnas, pauimenta orichalco exornarunt. Aureas porro ſtatuas erexerunt. Deum quidem currui inſidentem, ſex alatorum equorum aurigam poſuerunt: tanta autem corporis proceritate, vt laquearia ceruice contingeret. Centum verò Nereides delphinis inſidentes ipſum circumſtipabant. tot enim eſſe tunc exiſtimabantur. Aderant & aliæ ſtatuæ, donaria videlicet à priuatis hominibus conſecrata. Extra templum extabāt aureæ imagines mulierum regiarum ex auro, & virorum qui ex illa decem regum progenie extiterant. multa quoque alia & magna tum regum tum priuatorum hominū partim ex ipſa ciuitate, partim ex prouinciis aderāt donaria. Aderat item altare eadem qua cætera o-

A ὢν ἦ τὰ βασίλεια ἰῶ, πέντε σταδίων τ̃ διάμετρον εἶχε. ταύτῃ δὴ κύκλῳ καὶ τοὺς ἔγχους καὶ τὴν γέφυραν πλεθριαίαν τὸ πλάτος οὖσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, λιθίνῳ περιεβάλλοντο τείχει, πύργους καὶ πύλας ὅπῃ τῶν γεφυρῶν χ̃ τὰς τῆς θαλάττης ἐμβάσεις ἑκάστοτε ὅπῃσήσαντες. ⟨Ϟ⟩ ὁ λίθον ἔτεμνον ὑπὸ τῆς νήσου κύκλῳ τοῖς ἐν μέσῳ καὶ ὑπὸ τῶν ἔγχων ἔξωθεν καὶ ἐντός· ⟨Ϟ⟩ μὲν, λευκόν, ⟨Ϟ⟩ δὲ, μέλαινα, ⟨Ϟ⟩ δὲ, ἐρυθρὸν ὄντα. τέμνοντες δὲ ἅμα ἀπειργάζοντο νεωσοίκους χείλεσι δισσοῖς ἐντός, κατηρεφεῖς αὐτῇ τῇ πέτρᾳ. καὶ τῶν οἰκοδομημάτων τὰ μὲν, ἁπλᾶ, τὰ δὲ, μιγνύντες τοῖς λίθοις, ποικίλα φύσιν, παιδιᾶς χάριν, ἡδονῇ αὐξοῖς ξύμφυτον ἀπονέμοντες. καὶ τὸ μὲν περὶ ⟨Ϟ⟩ ἔξωτάτω ἔγχος τείχους χαλκῷ περιελαμβάνοντο πάντα ⟨Ϟ⟩ περίδρομον, οἷον ἀλοιφῇ περιχεόμενοι· τὸ δ' ἐντὸς, κασσιτέρῳ περιέτηκον· τὸν δὲ περὶ αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν, ὀρείχαλκος πυρώδεις. τὰ δὲ δὴ τῆς ἀκροπόλεως ἐντὸς βασίλεια κατεσκευασμένα ὧδ' ἦν· ἐν μέσῳ μὲν ἱερὸν ἅγιον αὐτόθι τῆς τε Κλειτοῦς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ἄβατον ἀφεῖτο, περιβόλῳ χρυσῷ περιβεβλημένον, τοῦτ' ἐν ᾧ κατ' ἀρχὰς ἐφυτεύθη γένος. ἔνθα καθ' ἑαυτὸν ἐκ πασῶν τῶν δέκα λήξεων ὡραῖα αὐτόσε ἀπετέλουν ἱερεῖα ἑκάστῳ. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος αὐτοῦ νεὼς ἦν, σταδίου μὲν μῆκος, εὖρος δὲ, περισσὸν θέσιν· ὕψος δ' ὅπῃ τούτοις σύμμετρον ἐδεῖν· εἶδος δέ τι βαρβαρικὸν ἔχοντος. πρῶτα δὲ ἔξωθεν περιήλειψαν τὰ νεὼν ἀργύρῳ, πλὴν τῶν ἀκρωτηρίων· τὰ δ' ἀκρωτήρια χρυσῷ. τὰ δ' ἐντὸς, τὸ μὲν ὀροφὴν ἐλεφαντίνην ἰδεῖν πᾶσαν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ὀρειχάλκῳ πεποικιλμένην· τὰ δ' ἄλλα πάντα τοῖχόν τε καὶ κίονας καὶ ἐδάφους, ὀρειχάλκῳ περιέλαβον χρυσᾶ δ' ἀγάλματα ἐνέσχηκε· τὸ μὲν θεὸν ἐφ' ἅρματος ἑστῶτα ἓξ ὑποπτέρων ἵππων ἡνίοχον, αὐτόν τε ὑπὸ μεγέθους τῆ κορυφῇ τὸ ὀροφῆς ἐφαπτόμενον· Νηρηίδας δ' ὅπῃ δελφίνων ἑκατὸν κύκλῳ. τοσαύτας γὰρ ἐνόμιζον αὐτὰς οἱ τότε εἶ. πολλὰ δ' ἐντὸς ἄλλα ἀγάλματα ἰδιωτῶν ἀνα. θήματα ἐνῆν. περὶ δὲ τὸ νεὼν ἔξωθεν εἰκόνες ἁπάντων ἔσασθ' ὑπὸ χρυσοῦ, τό τε γυναικῶν, καὶ αὐτῶν ὅσοι τὸ δέκα ἐγένεσαν βασιλέων· καὶ πολλὰ ἕτερα ἀνα. θήματα μεγάλα τό τε βασιλέων καὶ ἰδιωτῶν ἐξ αὐτῆς τε τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἔξωθεν ὅσων ἐπῆρχεν. βωμός τε δὴ ξυνεπόλλυτο ἰῶ τὸ μέγεθος καὶ

B

C

D

E

Non τειὼ πλέθρους, ſed τειῶν πλέθρων dicendū hīc eſſet: neutro tamen modo ſcriptum fuiſſe puto, ſed τείπλεθρος. Paulo pòſt autē ἔχοντος ſtare poſſe non videtur, ſed vel in ἔχον, vel potius ἔχων, mutari debere, quod reſeruatur ad νεώς.

ὃ τῆς ἐργασίας ταύτῃ τῇ κατασκευῇ· καὶ τὰ βασίλεια, κατὰ ταὐτά, παρέπονται μὲν τῷ τῆς ἀρχῆς μεγέθει, παρέπονται δὲ τῷ περὶ τὰ ἱερὰ κόσμῳ. ταῖς δὲ δὴ κρήνῃσιν, τῇ τοῦ ψυχροῦ καὶ τῇ τοῦ θερμοῦ ναμάτοις, πλῆθος μὲν ἄφθονον ἐχούσαις, ἡδονῇ δὲ καὶ ἀρετῇ τῶν ὑδάτων πρὸς ἑκατέρου τὸ χρῆσιν θαυμαστοῦ πεφυκότος, ἐχρῶντο περιῆσαντες οἰκοδομήσεις καὶ δένδρων φυτεύσεις παρεπούσας ὕδασι· δεξαμεναί τε θερμαὶ μὲν ὑπαιθρίοις, ταῖς δὲ χειμερίναις τοῖς θερμοῖς λουτροῖς ὑποζεύξεις πρὸς ἀλλήλοις· καὶ μὲν βασιλικαί, καὶ δὲ ἰδιωτικαί· ἔτι δὲ γυναιξὶν ἄλλαι, καὶ ἑτέραις ἵπποις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποζυγίοις, τὸ πρόσφορον τῆς κοσμήσεως ἑκάστοις ἀπονέμοντες. ὃ δὲ ἀπορρέον ἦγον ὅπῃ τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἄλσος, δένδρα δὲ παντοδαπὰ κάλλος ὕψος τε δαιμόνιον ὑπὸ ἀρετῆς τῆς γῆς ἔφυτα· καὶ ὅπῃ τοῖς ἔξω κύκλοις δι' ὀχετῶν κατὰ τὰς γεφύρας ἐπῆγέτευον. οὗ δὴ πολλὰ μὲν ἱερὰ καὶ πολλῶν θεῶν, πολλοὶ δὲ κῆποι καὶ πολλὰ γυμνάσια ἐκεχειρούργητο, τὰ μὲν, ἀνδρῶν, τὰ δὲ, ἵππων, χωρὶς ἑκατέρα τῇ τῶν ἔσχατων νήσῳ. τά τε ἄλλα καὶ κατὰ μέσην τὴν μείζω τῶν νήσων ἕξις ἱππόδρομος ἦν ἀνδρῶν, σταδίου τὸ πλάτος ἔχων, τὸ δὲ μῆκος περὶ ὅλον κύκλον ὅλην ἀφεῖτο εἰς ἅμιλλαν τοῖς ἵπποις. δορυφορικὴ δὲ περὶ αὐτὸν ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν οἰκήσεις ἦσαν τῷ πλήθει τῶν δορυφόρων· τοῖς δὲ πιστοτέροις ἐν ᾧ σμικροτέρῳ ἔσχῳ ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως μᾶλλον ὄντι διετέτακτο ἡ φυλακή· τοῖς δὲ πάντων διαφέρουσι πρὸς πίστιν, ἐντὸς τῆς ἀκροπόλεως περὶ τοὺς βασιλέας αὐτοῖς ἦσαν οἰκήσεις δεδομέναι. τὰ δὲ νεώρια, πεπληρωμένα μεταξὺ ὧν, καὶ σκευῶν ὅσα πεπλήρωτο πρόσφορα· πάντα δὲ ὑξηρτημένα ἱκανῶς. καὶ τὰ μὲν δὴ περὶ τὴν τῶν βασιλέων οἴκησιν οὕτω κατεσκεύαστο. διαβαίνοντι δὲ τοὺς λιμένας ἔξω τριῶν ὄντας, ἐξαλμυρον ἀπὸ τῆς θαλάττης ἦν ἐν κύκλῳ τεῖχος, πεντήκοντα μὲν σταδίους τὸ μέγιστον ἔχον τε καὶ λιμένος ἀπέχον πάντα χῆ, καὶ συνέκλειεν εἰς ταυτὸ πρὸς τὸ τῆς διώρυχος στόμα ὃ πρὸς τὸ θαλάττης. τοῦτο δὴ πᾶν συνῳκεῖτο μὲν ἔτι πολλῶν καὶ πυκνῶν οἰκήσεων· ὁ δὲ αὖ ἁπλοῦς καὶ ὁ μέγιστος λιμὴν ἔγεμε πλοίων καὶ ἐμπόρων ἀφικνουμένων πάντοθεν, φωνὴ καὶ θόρυβον παντοδαπὸν κτύπον τε καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ διὰ νυκτὸς ἔτι πλήθους παρεχομένων. τὸ μὲν οὖν δὴ καὶ τὸ περὶ τὴν ἀρχαίαν οἴκησιν, σχεδὸν ὡς τότ' ἐλέχθη, νῦν διεμεμήνυται· τῆς δ' ἄλλης χώρας ὡς ἡ φύσις εἶχε, καὶ ὃ

Sic quidam liber uet. non αὐ τὰ μὲν ὑπαθρίοις. (fortaſſe tamen nō malè τὰς μὲν ὑπαθρίους legeretur) In eodem ἔτι δὲ χειμερίοις diſiunctè.

A pera & magnitudine & arte elaboratum: vniuerſa quoque regia ad imperii reſpectū maieſtatémque fabrefacta extabat, & ſacrorum ornamentis conueniens. Vtebantur autem fontibus tam calidis quàm frigidis perenni & copioſo latice demanantibus: quibus & ad voluptatem & ad neceſſitatem mirabilis quidam conſtabat vſus. circa verò illos fontes extructæ erant ædes, & arbores conſitæ opportunis in locis, in quibus ſedes aptatæ erant partim ſub dio, partim ſub tecto, calidis lauacris hyberno tempore accommodatæ: ſeorſim B regibus & primariis viris, ſeorſim priuatis hominibus: & aliæ mulieribus, aliæ equis, aliíſque iumentis: tributo vnicuique commodo loco. Emanantem verò laticem ad Neptuni lucū deduxerunt, ob ſoli fœcunditatē arboribus pulchritudine & altitudine quaſi diuina eximiis conſitum: inde in exteriores circuitus per aquæductus ad pōtes deriuarunt. Vbi multa deûm delubra, multi horti, multa gymnaſia extructa ſunt, partim hominum, partim equorum, ſeorſim in vtraque gyrorum inſula: ſed cir C ca mediam maiorem inſulam erat circus eximia quadam magnitudine: cuius latitudo erat vnius ſtadii, longitudo per omnem circulum porrigebatur ad equeſtre certamen. Circa verò circum vtrinque erant ſtipatorum ædificata domicilia. fidis quidem militibus intra ipſum anguſtiorem gyrum arci proximum demandata erat cuſtodia: iis verò quorum inter cæteros maximè probata erat fides, in arce ipſa circa reges tributæ erant habitationes. Naualia autem triremibus omniúmque inſtrumentorum genere referta: omnia D autem exquiſitè inſtructa. Atque hic quidem erat regiarum ædium apparatus: at verò tres portus qui extra erant prætergreſſo, ad maris aditum, apparebat extructus in orbem murus, ſtadiis quinquaginta ab ampliſſimo gyro & portu vndiquaque diſtans, qui foſſæ ad maris oſtium vergentis continuo quodam tenore circumcludebatur. Omne autē ſpatium illud frequentibus ædificiis erat munitum: ſinus autem ipſe & capaciſſimus portus nauibus erat plenus, & mercatoribus vndique E confluentibus. ita ob magnam commeantium frequentiam varii multiplicéſque ſonitus noctes atque dies exaudiebantur. De antiquæ igitur illius vrbis ſtatu, quæ tunc dicta ſunt, hæc repetiimus memoria: deinceps verò cæteræ regionis naturam &

cultum conabimur cõmemorare. Principio vniuerſus locus admodum editus & à mari præruptus dicebatur. regio verò quæ circa vrbem erat, facili planitie expor recta, quæ hanc quidem circumdabat, ipſa verò continuis montibus à mari ſurgentibus molli quodam & æquabili ſitu circumdabatur. Eius longitudo quanta erat in alteram partem protenſa, ter mille ſtadiorum erat: à medio autem ſuprà, ad mare vſque, millium duorum. Situs autem inſulæ ad auſtrum vergebat, à ſublimioribus verò locis, borealis erat. Montes autem quibus circumcingebatur, & multitudine & magnitudine & pulchritudine ſupra eos omnes qui hodie ſuperſunt, maximè celebrabantur. in iis enim & vici quãplurimi & locupletiſſimi, incolarúmque frequentia refertiſſimi. neque deerant amnes, non lacus, non prata, quæ omni generi animantium & cicuris & feris copioſum alimentum ſuppeditabant. Sylua item frequens ac omnigena ſingulis operibus propriam materiam dabat vberrimam. Illic igitur locus ita & natura comparatus, & multorum regum cura atque induſtria excultus eſt. Ipſa regio, quadrata erat figura, recta vtplurimùm, & prominẽti longitudine, niſi foſſæ circumquaq; in orbem erutæ interuentu rectæ illius figuræ conformatio impediretur. cuius profunditas, longitudo & amplitudo incredibili erat magnitudine. non enim fieri vnquam potuiſſe videtur tantum opus quantalibet hominum induſtria, & quantiſlibet viribus abſolui quiuiſſe vnquã. id tamen quod hac de re audiuimus non eſt cunctandum proferre. Iugeris vnius erat profunditas, latitudo omnium, ſtadii. quum verò foſſa circa vniuerſum campum circumducta eſſet, factum eſt vt eius longitudo fuerit ſtadiorũ decẽ mill. fluenta verò ex montibus deinanãtia ſuſcipiebat, pérque planitiem ad vrbem in circulum acta hinc atq; hinc perueniens, illac tandem ſeſe in mare effundebat. deſuper autem ab ipſa foſſę centum pedes latitudine, & recta exciſæ per agrũ rurſus in foſſam mari proximam demittebãtur. altera verò ab altera ſtadiis centum diſtabat. Deducebantur ex montibus ligna in vrbem, & aliæ quoque res omnes ſuis quæque tẽpeſtatibus, & quidem ita vt duabus vnà nauibus iter eſſet per illas foſſas. Foſſarum enim tractus obliquè ad vrbem vſque ſeſe interſecabant. Bis verò quotannis fructus colligebant. hyeme quidem Iouis beneficio tellus pluuiis madebat, æſtate riuis ex illis foſſis deriuatis irrigabatur. Vt autem militarium hominum qui eam planitiem incolebant, conſtaret cenſus, hic ordo adhibebatur, Vti dux de ſibi ſubie-

A τῆς Ἀθηναίων πόλεως εἶδος ἀπομνημονεῦσαι πειρατέον. τὸ μὲν οὖν ὄρος ἄπας ἐλέγετο σφόδρα τε ὑψηλὸς καὶ ἀπότομος ἐκ θαλάττης· ὁ δὲ περὶ τὴν πόλιν πεδίον, ἐκείνην μὲν περιέχον, αὐτὸ δὲ ἐν κύκλῳ περιεχόμενον ὄρεσι μέχρι τοῦ θαλάττης καὶ ἠρέμα ὁμαλές· τὰ δὲ μήκη δὲ πᾶν, ὅπῃ μὲν θάτερα, τρισχιλίων σταδίων· ἀπὸ δὲ μέσου, ἀπὸ θαλάττης αὖ διχιλίων. ὁ δὲ τόπος οὗτος ὅλης τῆς νήσου πρὸς νότον ἐτέτραπτο, ἀπὸ τῶν ἄρκτων καταβορρᾶ. τὰ δὲ περὶ αὐτὸν ὄρη τότε ὑμνεῖ ὃ πλῆθος καὶ μέγεθος καὶ κάλλος πρὸ πάντα τὰ νῦν ὄντα γεγονέναι· πολλὰς μὲν κώμας καὶ πλουσίας περιοίκων ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα, ποταμοὺς δὲ, καὶ λίμνας, καὶ λειμῶνας, ἔφιλε τοῖς πᾶσιν ἡμέροις καὶ ἀγελείοις ἱκανῶς θρέμμασιν, ὕλῃ καὶ πλήθει καὶ ἥδεσι ποικίλῃ, ξύμπασί τε τοῖς ἔργοις καὶ περὶ ἕκαστα ἄφθονον. ὧδε οὖν ὁ πεδίον φύσει καὶ ὑπὸ βασιλέων πολλῶν ἐν πολλῷ χρόνῳ διεπεπόνητο. τετράγωνον μὲν αὐτὸ ὑπῆρχε, τὰ πλεῖστ' ὀρθὸν καὶ περίμηκες· ὅλῃ δ' ἐλελείπετο κατ' εὐθὺ ᾗ τάφρου κύκλῳ περιορυχθείσης. ὃ δὲ βάθος καὶ πλάτος, τό, τε μῆκος αὐτῆς, ἄπιστον μὲν λεχθέν, ὡς χειροποίητον ἔργον, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀθρησαμένοις τοσοῦτον εἶ· ῥητέον δὲ ὅτι ἠκούσαμεν. πλέθρου μὲν γὰρ βάθος ὀρώρυκτο, ὃ δ' ἦν πλάτος ἀπὸ μιᾶς, σταδίου. περὶ δὲ τὸ πᾶν πεδίον ὀρυχθεῖσαν συνέβαινεν εἶ τὸ μῆκος σταδίων μυρίων, τὰ δ' ἐκ τῶν ὀρῶν καταβαίνοντα ὑπὸ δεξαμεναῖς ῥεύματα· καὶ περὶ τὸ πεδίον κυκλωθεῖσα πρὸς τὴν πόλιν, ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν ἀφικνεῖτο. ταύτῃ πρὸς τὸ πλάτος μάλιστα ἑκατὸν ποδῶν διώρυχες βύθειαι τετμημέναι, κατὰ τὸ πεδίον πάλιν εἰς τὴν τάφρον τὴν πρὸς θαλάτταν ἀφεῖντο· ἑτέρα δὲ ἀφ' ἑτέρας αὐτῶν σταδίους ἑκατὸν ἀπεῖχεν ἥδη. τὴν τ' ἐκ τῶν ὀρῶν ὕλην κατῆγον εἰς τὸ ἄστυ, καὶ τἆλλα δὲ ὡραῖα πλοίοις κατεκομίζοντο διπλοῖς ἐκ τῶν διωρύχων, εἰς ἀλλήλας τε πλαγίας καὶ πρὸς τὴν πόλιν τέμνοντες. καὶ δὶς δὴ τὸ ἐνιαυτοῦ τὴν γῆν ἐκαρποῦτο· χειμῶνος μέν, τοῖς ἐκ Διὸς ὕδασι χρώμενοι· θέρους δέ, ὅσα γῆ φέρει τὰ ἐκ τῶν διωρύχων ἐπάγοντες νάματα. πλῆθος δὲ τῶν μὲν ἐν τῷ πεδίῳ χρησίμων πρὸς πόλεμον ἀνδρῶν ἐτέτακτο, ⓜ κλῆρον ἕκαστον παρέχειν ἄνδρα ἡγεμόνα· τὸ

Fortaſſe ὅ,τι ἡ καταυδὴ τῆς πόρου ſcribendum potius fuerit: licet ne ſic quidem orationis ſtructura ſatis expedita fore videatur.

ὑ τῦ κλήρυ μέγεθος εἰς δέκα δεκάκις ἰῶ σάδια. μυριάδες δὲ ξυμπσήτων τῶν κλήρων ἦσθμ ἑξ. τῶν ὑ ἐκ τῶν ὁρῶν καὶ τῆς ἄλλης χώρας ἀπέραντος μὲν ἀριθμὸς ἀνθρώπων ἐλέγετο, κτ δὲ τόπους καὶ κώμας εἰς τούτους τοὺς κλήρους πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἀπονεμόμενα διενενέμητο. τὸν οὖν ἡγεμόνα ἰῶ πεπαγμένον εἰς τὸν πόλεμον πρέπειν ἕκτον μὲν ἁρμάτων πολεμιστηρίων μέρος, εἰς τὰ μυρία ἅρματα, ἵππους δὲ δύο καὶ ἀναβάτας· ἔτι ὑ ξιφοφόρα, χωρὶς δίφρου, καταβάτας τ ἐς μικρομαχίδα καὶ τὸν ἀμφοῖν μετ' ὀπισθάτην τοῖν ἵπποιν ἡνίοχον ἔχουσαν· ὁπλίτας δὲ δύο, καὶ τοξότας, σφενδονήτας τε ἑκατέρους δύο· γυμνήτας ὑ λιθοβόλους καὶ ἀκοντιστὰς τρεῖς ἑκατέρους. ναύτας δὲ τετταράκοντας, εἰς πλήρωμα διακοσίων καὶ χιλίων νεῶν. τὰ μὲν οὖν πολεμιστήρια οὕτω διετέτακτο τῆς βασιλικῆς πόλεως. τὰ ὑ ἐννέα ἄλλα ἄλλως, ἀ μακρὸς ἂν χρόνος εἴη λέγειν. τὰ ὑ τῶν ἀρχῶν τιμῶν ὧδ' εἶχεν, ἐξ ἀρχῆς διακοσμηθέντα. τῶν δέκα βασιλέων εἷς ἕκαστος ἐν μὲν τῷ καθ' αὑτὸν μέρει καὶ κατὰ πόλιν τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν πλείστων νόμων ἦρχε, κολάζων καὶ ἀποκτιννὺς ὅντιν' ἐθελήσειεν· ἡ ὑ ἐν ἀλλήλοις ἀρχὴ καὶ κοινωνία κατὰ τὰς ὑποτολὰς ἰῶ τὰς τῦ Ποσειδῶνος, ὡς ὁ νόμος αὐτοῖς παρέδωκε, καὶ γράμματα ἔκειτο τῶν πρώτων ἐν στήλῃ γεγραμμένα ὀρειχαλκίνῃ, ἣ κτ μέσην τὴν νῆσον ἔκειτο ἐν ἱερῷ Ποσειδῶνος. οἱ δὲ δι' ἐνιαυτῦ πέμπτου, τὸ δὲ ἐναλλὰξ ἕκτου, συνελέγοντο, τῷ τε ἀρτίῳ καὶ τῷ περιττῷ μέρος ἴσον ἀπονέμοντες. ξυλλεγέντες δὲ, ὅτε τι τῶν κοινῶν ἐβουλεύοντο, καὶ ἐζήτουν εἴπῃς τι παραβαίνοι, καὶ ἐδίκαζον. ὅτε δὲ δικάζειν μέλλοιεν, πίστεις ἀλλήλοις τοιάσδε ἐδίδοσαν. ἦσταν ἀφέτων ὄντων ταύρων ἐν τῷ τῦ Ποσειδῶνος ἱερῷ, μόνοι γενόμενοι δέκα ὄντες, ἐπευξάμενοι τῷ θεῷ κεχαρισμένον αὐτῷ θῦμα ἑλεῖν αὐθυσιήσειν, ξύλοις καὶ βρόχοις ἐθήρευον. ὃν ὑ ἕλοιεν τῶν ταύρων, ἄγοντες τὴν στήλην πρὸς καταγάντες, κτ κορυφὴν αὐτῆς ἔσφαττον κτ τῶν γραμμάτων. ἐν δὲ τῇ στήλῃ πρὸς τοῖς νόμοις ὅρκος ἦν, μεγάλας ἀρὰς ἐπευχόμενος τοῖς ἀπειθοῦσιν. ὅτ' οὖν κτ τοὺς αὐτῶν νόμους θύσαντες καθαγίζοιεν πᾶντα τὰ

A ctorum numero fidem faceret. qui quidē census ex sortium siue cardinum distributione fiebat. Sortis autem siue cardinis magnitudo erat decies decem stadiorum: vniuersorum autem numerus, mille sexaginta. Sed eorum qui mōtes & alia loca incolebant, infinitus erat numerus. per loca autem & vicos ad has sortes, quasi cardines, certorum ducum imperio omnes erāt distributi, & ita recensebantur. Constitutum ergo erat vt dux in bellum inferret sextam curruum bellicorum partē, ad millia curruum decem, equos binos, & sessores singulis curribus: rursus bigam absque sella: adesset etiam minister binis regendis equis inferiori subsellio sessitans, non inermis tamen ipse, sed paruo clypeo munitus: armigeri item bini, & sagittarii & funditores vtrinque bini: leuis armaturæ milites lapidibus armati, iaculatores tres vtrinq;: nautę quatuor, ad ducētarū mille nauiū supplementum. Apparatus ergo bellici in regia & primaria vrbe, hic erat status. reliquarū verò nouē vrbium apparatus aliâs aliter se habebat: quod quidem longum esset referre. Quod autē attinet ad honores qui magistratibus tribuerentur, hic ordo institutus erat initio. Vnusquisq; decem Regum in sua prouincia, & iis in vrbibus quæ suæ ditionis essent, & suis hominibus & legibus summa quadam præerat autoritate, & pro arbitrio in quemlibet statuebat suppliciū. Mutui autem imperii quod inter primarios erat, communitas ex disertis Neptuni mandatis, qui hac de re certis legibus caue-

B

C

rat, definiebatur. eæ leges in orichalcea columna exciſæ erant, perpetuis literarum monumētis mandatæ ad memoriam sempiternam, & ea in medio insulæ erat in Neptuni fano. Illi igitur quinto & alternatim sexto quoque anno conueniebant, tam pari quàm impari numero æquam partem distribuentes: congregati de republica deliberabant, & quæstionem habebant an quis aduersus leges aliquid peccasset, & ex iuris præscripto iudicia moderabantur. Ita autem ad iudicia accedebant, vt hoc se iuramento obligarent priús. quū iam in ipso Neptuni fano soluti essēt tauri ad sacrificium destinati, decem illi Reges, quum seorsim precati essent, *Vti Deo gratum esset hoc sacrum quod sine ferro peracturi essent*: tum contis & funibus victimā eam venabantur. quem verò taurorum cepissent, ad columnam adductum in ipsius columnæ vertice, in ipsa penè literarum inscriptione, victimam mactabant. In ipsa autem columna, prēter eas leges, erat iusiurandum diris eos deuouens qui his præceptis minimè paruissent. Quū autem sacrificiis pro more peractis expiassent omnia tauri

D

E

membra, tum in ea ſingulatim è cratere grumam ſanguinis infundebãt: tum carnis partem in ignem porriciebant, perluſtrata vndiquaque columna. His peractis, haurientes è cratere aureis phialis, & in ignem libantes, iurabant ſe ex legum columnæ inſcriptarum præſcripto iudicaturos, in eúmque animaduerſuros qui leges tranſgreſſus eſſet: tum verò nunquam ſe ſcientes volentes literarum illarum præſcriptum tranſgreſſuros: nec ſe vel imperaturos quicquam, vel imperanti præcipientíve quidpiã aduerſus patris leges, vllo modo obtẽperaturos. Hæc vnuſquiſq; illorum ſibi ipſi poſteríſq; precatus, vbi & bibiſſet & phialam conſecraſſet Deo, tum ſe ad cœnam & ad res neceſſarias conuertit. Nocte verò longius progreſſa, profundo tenebrarum ſilentio, & igne victimarum planè extincto & eius cineribus frigefactis, ſinguli pulcherrimam cæruleo colore induti veſtem oblongam, ad hoſtiarũ quas iuriſiurãdi cauſa adhibitas fuiſſe diximus, reliquias ſemiambuſtas humi ſeſſitabant, & ſiquid ignis remãſiſſet prorſus extinguebant. His ita peractis, ad iudicia ſe conuertebant, & ex legum formula de eo ſententias ferebant qui legum violatarum accuſaretur: ſententiis pro iudiciorum more legúmque formula in ſontes latis, poſtquã illuxiſſet, inſculptas in aurea tabula ſententias, vnà cum veſtibus, monumenta poſteris futura, dedicabant. Multæ porro aliæ leges in ſingulorum Regum tẽplis priuatæ erant ab vnoquoque nimirum ſingulatim latæ: hę verò maximæ: *Ne alij in alios arma ferrent vnquam, at omnibus mutuò opem auxiliúmque ferrent*, ſiquis aliqua in ciuitate regium ipſorum genus delere conaretur. Et quum in commune quemadmodum ſuperiores de bello déq; cæteris actionibus deliberaſſent, ſummam imperii dignitatem Atlantico generi attribuebant. Necis tamen poteſtatẽ aduerſus cognatos principes minimè ei concedebant, niſi ex illo decem regiorum principum collegio plures quàm pars dimidia in eandem ſententiam conueniſſet. Talem itaque tantámque potentiam quæ in illis locis tunc erat, Deus certo quodam & deſtinato ordine ad hęc rurſus loca reduxit, huiuſmodi quadam, vt perhibetur, occaſione: Multas per ætates, quandiu nimirũ diuina natura in illis efficax fuit, parebant legibus, & ſuũ ipſorum genus, diuinum quidem illud, amicè complectebantur. germanæ enim & veræ, & omnino magnæ inerant ipſorũ animis cogitationes: & modeſtia cum prudentia coniuncta ad omnes fortunæ caſus inter ſe vtebantur. Itaq; cæteris rebus præter virtutẽ neglectis, præſentem rerum ſtatum parui pendebant, neq; idcirco animis effere-

A Τοίνυν τὰ μέλη, κρατῆρα κεκράσθαντες, ὑπὲρ ἑκάστου θρόμβον ἐνέβαλλον αἵματος· τὰ δ' ἄλλ' εἰς τὸ πῦρ ἔφερον, περικαθήραντες πίνακι. μετὰ δὲ τοῦτο, χρυσαῖς φιάλαις ἐκ τοῦ κρατῆρος ἀρυόμενοι, καὶ τοῦ πυρὸς ἀπένδοντες ἐπώμνυσθαν, δικάσειν τε καὶ τοὺς ἐν τῇ στήλῃ νόμους, καὶ κολάσειν τε εἴ τις τι πρότερον ἐν ἑαυτοῖς ἀδικοῖεν, καὶ, τὸ τε αὖ μετὰ τοῦτο μηδὲν τῶν γραμμάτων ἐκόντες παραβήσεσθαι· μηδὲ ἄρξειν, μηδὲ ἀρχοντι πει-
B σεσθαι, πλὴν κατὰ τοὺς τοῦ πατρὸς ὅπη πάσχοντι νόμους. Ταῦτα δ' ἐπευξάμενος ἕκαστος αὐτῶν ἑαυτῷ καὶ τῷ ἀφ' αὑτοῦ γένει, πιὼν, καὶ ἀναθεὶς τὴν φιάλην εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ, πρός τε δεῖπνον καὶ τὰναγκαῖα διέτριβεν. ἐπεὶ δ' ἐγίγνετο σκότος, καὶ τὸ πῦρ ἐψυγμένον τοῖς θυμάτοις εἴη, πρῴτιστα οὗτοι ἐνδύντες ὅτι καλλίστην κυανοῦν στολὴν, ἅπτει τὰ τῶν ὁρκωμοσιῶν κάυματα χαμαὶ καθίζοντες, νύκτωρ πρὸς τὸ πρός τε τὸ ἱερὸν ἀποσβεννύντες πῦρ, ἐ-
C δικάζοντό τε καὶ ἐδίκαζον, εἴ τις τι πρὸς ἑαυτὸν αὐτῶν ἀγτιῴτο τινά. δικάσαντες δ', τὰ δικασθέντα, ἐπειδὴ φῶς γένοιτο, ἐν χρυσῷ πίνακι γράψαντες, μετὰ τῶν στολῶν μνημεῖα ἀνέθεσαν. νόμοι δ', πολλοὶ μὲν ἄλλοι περὶ τὰ ἱερὰ τῶν βασιλέων ἑκάστων ἦσαν ἴδιοι· τὰ δ' μέγιστα, μήτε ποτὲ ὅπλα ἐπ' ἀλλήλοις οἴεσθαι, βοηθήσειν τε πάντας, αἴ που τις αὐτῶν ἔν τινι πόλει τὸ βασιλικὸν καταλύειν ἐπιχειρῇ γένος. κοινῇ δ', καθάπερ οἱ πρόσθεν,
D βουλευόμενοι τὰ δόξαντα περὶ πολέμου καὶ τῶν ἄλλων περὶ ἀρχῆς, ἡγεμονίαν ἀποδιδόντες τῷ Ἀτλαντικῷ γένει. θανάτου δ' τὴν βασιλέα τῶν συγγενῶν μηδενὸς εἶναι κύριον, αἰ μὴ τῶν δέκα τοῖς ξυμψήφισι δοκῇ. Τοσύτην δὴ τοσαύτην καὶ τοιαύτην δύναμιν ἐν ἐκείνοις τότε οὖσαν τοῖς τόποις ὁ θεὸς ὅτι τοὐσδε αὐτοὺς τρόπους ξυνετάξας, ἐκόμισεν ἔκ τινος τοιᾶσδε (ὡς λόγος) προφάσεως· ὅτι πολλὰς μὲν γενεὰς, μέχρι ἂν ἡ τοῦ θεοῦ φύσις
E αὐτοῖς ἐζήρκει, κατήκοοί τε ἦσαν τῶν νόμων, καὶ πρὸς τὸ συγγενὲς θεῖον ὂν φιλοφρόνως εἶχον. Τὰ γὰρ φρονήματα ἀληθινὰ καὶ πάντη μεγάλα ἐκέκτηντο, πραότητι μετὰ φρονήσεως πρός τε τὰς ἀεὶ ξυμβαινούσας τύχας καὶ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι. διὸ, πλὴν ἀρετῆς πάντα ὑπερορῶντες, σμικρὰ ἡγοῦντο τὰ παρόντα, καὶ ῥᾳδίως ἔφερον, οἷον ἄ-

χθος, τὸν τῦ χρυσοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων ὄγκον· ἀλλ' οὐ μεθύοντες ὑπὸ τρυφῆς, οὐδ' ὑπὸ τῦ ἀκράτου " ἀβλυώπουντες ἐσφάλλοντο· νήφοντες ὄ, ὀξὺ καθεώρων ὅτι καὶ ταῦτα πάντα ἐκ τῆ φιλίας τῆ κοινῆς μετ' ἀρετῆς αὔξαίεται, τῆ δὲ τούτων σπουδῆ καὶ τῆ τιμῆ φθίνει ταῦτά τε αὐτά, καὶ ἐκείνη ξυναπόλλυται τούτοις. ἐκ δὴ λογισμοῦ τε τοιούτου καὶ φύσεως θείας ἐθαλλουσης πάντ' αὐτῆς ηὐξήθη ἃ πρὶν διήλθομεν. ἐπεὶ δ' ἡ τοῦ θεοῦ μοῖρα ἀξίτηλος ἐγίγνετο ἐν αὐτοῖς, πολλῷ τῷ θνητῷ καὶ πολλάκις ἀναχεομένη μοίρᾳ, τὸ ἀνθρώπινον ἦθος ἐπεκράτει, ὥστε ἤδη καὶ πρόσφορα φέρειν ἀδυναμοῦντες ἠσχημόνουν, καὶ τῷ δυναμένῳ ὁρᾶν μὴ αἰσχροὶ κατεφαίνοντο, καὶ κάλλιστα ἀπὸ τῶν τιμιωτάτων ἀπολλύτες· τοῖς δ' ἀδυναμοῦσιν ἀληθινὸν τοῦ εὐδαιμονίαν βίον ὁρᾶν, τότε δὴ μάλιστα πάγκαλοι μακάριοί τε ἐδοξάζοντο εἶναι, πλεονεξίας ἀδίκου καὶ δυνάμεως ἐμπιπλάμενοι. θεὸς δ' ὁ θεῶν Ζεὺς, ἐννόμοις βασιλεύων, ἅτε δυνάμενος καθορᾶν καὶ τοιαῦτα, ἐννοήσας γένος ἔμφρονες ἀθλίως δίκης ἐπιθυμοῦν, δίκην αὐτοῖς ἐπιθεῖναι βουληθεὶς, ἵνα γένοιντο ἐμμελέστεροι σωφροσυνιζόντες, ξυνήγειρε θεοὺς πάντας εἰς τιμιωτάτην αὐτῶν οἴκησιν, ἣ δὴ κατὰ μέσου πάντος τοῦ κόσμου βεβηκυῖα, καθορᾷ πάντα ὅσα γενέσεως μετείληφε· καὶ ξυναγείρας εἶπεν,

Λείπει τὸ τέλος.

Sic alibi ἀβλυώθειν, nō ἀμβλυώπειν: sed (puto) nusquam ex errore.

Scribendum puto ἐννόμως.

A bantur, & tanquā onus auri & argēti, cæterarúmq; pretiosarum possessionū, temperato & facili animo ferebant: neque deliciarum illarū copia ebrii, & illo mero temerè furentes insultabant: sed sobrii perspicaci prudētia animaduertebant, omnia hęc cōmuni amicitia cum virtute crescere: quum autem in rebus illis externis nimiū studii & cupiditatis positum fuerit, illísque honor nimius tributus, tum verò ita eas dilabi atque marcescere, eósque illos rerum fluxarum admiratores eodem cum ipsis exitio inuolui. Cōtrà, ex hac ratiocinatione, & in iis vigēte diuina natura, omnia in iis crescere quæ priùs commemorauimus. Postquam igitur diuina sors, multis mortalium cupiditatum sordibus immixta, in-
B firma & debilis in ipsis extitit, & mos humanus inualuit: tum verò, quum præsentē rerum statum ferre non possent, dedecori succubuerunt. ei verò qui rerum, vt verè existunt, naturam videre posset, illi homines in eo statu, turpes perspicuè videbātur: quum videlicet rerum pretiosissimarum pulcherrimas amisissent: at iis qui veram ad felicitatē viam inspicere nequirēt, tunc verò hi & pulcherrimi & felicissimi censebantur, qui iniusta quadam autoritate & potentia abundarēt. Tunc sanè deus deorum Iupiter, legum vindex atq; custos, ex quibus summum habet in homines
C imperium, qui has omnes res potest perspicere, quum generosum animantum genus ani.maduerteret deprauari, & certum quoddam ius vellet illis imponere, vt ad temperantiam conformati, modestiores compositioréque euaderent: Deos omnes in suam ipsorum sedem, augustissimam quidem illam, cōuocauit, ex qua, veluti ex medio mundi throno, quæcunque generationi subiecta sunt, perspicit atque notat. Frequenti igitur deorum senatu ita infit,

Deest finis.

PARMENIDES, ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ,

Siue, Ἢ,

DE IDEIS, ΠΕΡΙ ἸΔΕΩΝ.

Id est, rerum formis siue speciebus.

ARGVMENTVM.

TITVLVS ostendit quódnam sit huius disputationis subiectum: Platoni videlicet propositũ fuisse, Parmenidis celeberrimi philosophi Pythagorei de Ideis sententiam explicare. Ipsa quoque disputationis οἰκονομία declarat illius in differendo methodum atque rationem de industria fuisse expressam atque repræsentatam à Platone. est enim αὐτοπροσώπως hic sermo: nec loquitur Socrates, sed auditor est, & res iampridem acta commemoratur. Ita non tam suam quàm alienam sententiam Plato videtur voluisse commonstrare: quanquam quatenus cum Parmenide senserit, dicemus suo loco. ipsum enim non omnino probasse Parmenidis sententiam, perspicuum est ex Theæteto & Sophista, vbi illam diserte reprehendit: iniecta tamen de Parmenide honorifica mentione. Fuit autem Parmenides Socrati σφόδρα. illum enim senem vidisse se ait, quum adhuc iuuenis esset. Parmenidis discipulus erat Zeno Eleates, illiúsque adeo sententiam verbis paulum immutatis sequebatur. idcirco Zenonem inducit etiam loquentem, & suorum verborum sententiam explicantem Plato. Verùm vt hæc de Ideis doctrina, propter nobilem Aristotelis litem aduersus præceptorem hac de causa excitatam celeberrima, & variis disputationibus exagitata, dilucidè percipiatur, dabunt mihi veniam eruditi lectores, si rem totam liberius annotem: non vt meũ iudicium tãtorũ virorum controuersiis interponam (tantum abest vt alterutrius partis vadem siue sponsorem me præstem) sed vt rebus candidè indicatis, ipsi lectores de ipsa re tota opportunius statuant. Parmenidis autem & Platonis sententiam, si possum, verè & perspicuè indicabo: contrariam autem Aristotelis, eiúsque ἐνστάσεις, ne institutæ scriptionis fines transiliam, ad proprium peculiarémque locum, nostros videlicet De Plat. doctrina commentarios, reuocabo.

Sed antequam de re ipsa dico, ἰδέας vocabulum priùs est mihi explicandum, ne fallat ὁμωνυμία. Non ita hîc sumitur vt quum dicimus ἀγαθὸς ἰδέαν, pro eo *qui est bona forma, id est formoso*: vel ἰδέα λόγου, pro *genere dicendi*: vel ἰδέα σώματος, pro eo quod Latini dicunt *speciem oris*: nec vt illud Thucydideum, πᾶσαν ἰδέαν τοῦ ἐξεῖναι, pro, *Ad omnes artes se conuertere*: nec vt illa, ἰδέα κακοηθείας, χυλῶν, & cætera id genus. Quæ quidẽ alioqui grãmatica idcirco obiter noto, vt verus istius vocabuli apud hũc autorem, & in hoc quidem argumento, vsus intelligatur. Diogenes Laertius, non ignobilis rerum philosophicarum rapsodus, ait apud Platonem ἰδέαν, ἦθος, ὑπόδειγμα, ἀρχὴ καὶ αἴτιον, esse συνώνυμα. & rectè. ille enim est harum vocum genuinus vsus apud hunc philosophum. Et ne omnia colligã, illustres quosdam locos tantùm commonstrabo, ex quibus appareat ἰδέα & αἴτιον apud Plat. idẽ significare. In Phædone, quod εἶδος & ἰδέαν vocauerat, αἴτιον sæpissime vocat: pag. 97. 98. 99. In Philebo, τὴν παλαιοῦ ἰδέαν, de qua copiosè disputat, αἰτίαν δημιουργοῦσαν vocat. & seipsum exponens, τὸ γοῦν ποιοῦν, inquit, καὶ αἴτιον, ὀρθῶς ἂν εἶη λεγόμενον ἕν. pag. 26. E. In vi de Republ. postquam de illa τέλεα ἰδέα, in cuius cognitione maximam disciplinam versari dixerat, sæpius egisset, addit tandem, Τοῦτο τοίνυν τὸ ἓν ἀληθείαν παρέχον τοῖς γιγνωσκομένοις, καὶ τῷ γιγνώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδόν, ἐπὶ τοῦτο ἀγαθοῦ ἰδέαν φαῖμεν εἶναι, αἰτίαν δ' ἐπιστήμης ὄντος καὶ ἀληθείας. & ibidem ait, τὸ εἶναί τε καὶ τὴν οὐσίαν ἔτι ἐκείνης rebus ipsis προσεῖναι: sicuti iam annotauimus. In Timæo pag. 28, πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι. παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γοῦν ἔσχειν. tum addit, πρὸς τοῦτο αὖ τὸν τοῦ παντὸς ὀχετευτὴν πότερον ἐπὶ παραδείγματι, τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀφορίζεται. &, ὁ δὴ ἄριστος τῶν αἰτίων, loquens περὶ τῆς ἰδέας δημιουργούσης. Ibidem quod ἰδέαν, δύναμιν, αἴτιον vocarat, ἀρχὴν vocat. & in eodem, δι' ἃς τε αἰτίας ὑπ' οὐσίας γέγονε θεῶν. &, βέλτιστα τῶν αἰτίων ἕξιν. In summa, ne in re perspicua immorer, illud constat, ἰδέαν & αἴτιον apud Platonem esse συνώνυμα: ita vt quum legimus inscriptionem de IDEIS, norimus agi de causis: ne (vt nonnulli iocantur in re seria, ad hanc doctrinam eludendam) Chimæras quasdam siue Tragelaphos, Idearum nomine intelligi arbitremur. Vnde autem desumptum sit nominis illius ἔτυμον, dixi in Timæi argumento, pag. 5. Hoc tamen addam ὅτι παραδήκης, Platonem non ex se inuenisse hoc vocabulum, sed illud ab antiquis philosophis desumpsisse: quo nimirum Causarum vis atque efficacitas à fortuna & rerum fortuitarum temeritate discriminata, ἐμφατικῶτατα repræsentatur. ἰδέα enim est σχῆμα τοῦ ἰδεῖν. Vt ergo opifex, artis & industriæ auspiciis aliquid acturus, opus futurum habet in animo ita delineatum vt illud quasi præsens conspicetur, antequam reuera extet: ita & certa sunt Causarum veluti ἐκμαγεῖα, in quibus rerum Opifex futuras res veluti præsentes contemplatur. Contrà, cæca est & improuida fortuna, mentis nimirum perspicacitate destituta. τὸ γὰρ τυχηρὸν ἢ παραστυχόν, ἄτακτον, τῆς φρονήσεως δημιουργὸν, vt ait noster philosophus. Deus ergo vel Natura, veluti periti artifices, certa causarum prouidentia agunt, ac proinde certa est in ipsis rerum ἰδέα atque repræsentatio. Cætera petantur ex nostro illo in Timæũ argumento. Addo, ἰδέας vocabulum sumi etiam pro communi illa notione quæ dicitur de pluribus numero differentibus: sicuti apud

Aristotelem. Designata igitur vocis vi & potestate, reliquum est vt ad rem ipsam accedamus.

VARIAE fuerunt de rerum naturalium principiis & causis veterum philosophorum sententiæ: quã multipliciũ opinionum diuersitatẽ Plato γιγαντομαχίας nomine notauit. De quibus quidem ille variis in locis: eas tamen omnes referre minimè iuuat, sed eas tantùm quæ ad institutum sermonem propriè pertinent. orationi igitur hoc substernatur initium, Eorum omnium qui hac de re vnquam loquuti sunt, sententias eò redire, vt aut vnum principium rerum naturalium, aut plura statuerint. de iis qui plura, vt Empedocle, Anaxagora, Heraclito, Anaximandro, Xenocrate & cæteris, nihil dico: de altera parte institutus est sermo. Qui igitur Vnum principium ponebant, vel immobile vel motioni subiectum esse affirmabant. Motioni subiectum aiebãt omnes physici: immobile, Parmenides & Melissus. sed varié: ille, finitum: hic, infinitum. non tamen Parmenides simpliciter finitum docebat, nec tamen simpliciter infinitum, vt Melissus: sed dum duplex poneret Idearum genus (sicuti mox dicemus) vnam, ἀρχὴν καὶ πρώτην: alias ἐν φύσει ἑστώσας, idcirco variis illas notis insigniebat: ac proinde primam, infinitam, secundas statuebat finitas: sicuti ex ipsa disputatione eruditis perspicuum futurum arbitror, licet id ab interpretibus minimè fuerit hactenus animaduersum. Quænã ergo fuit Parmenidis de ideis sentẽtia? In rerum vniuersitate nihil temerè aut fortuitò euenire, sed omnes res ex Idearum, id est causarum, vi atque efficacia pendere. Illarũ autem vnam quandam esse principem atque primariam, cæterarum & opificem & conseruatricem. Illam facit ἄπειρον, ἀχρμάτιστον, ἀκίνητον, χρόνου μὴ μετέχουσαν, οὐσίαν δὲ ἐν χρόνῳ τοσαυτάκις οὖσαν, ἀμίθεκτον, γρμέσεως καὶ οὐσίας αἰτίαν, ὅση πάντα πολλὰ ὄντα γενεσιμαίων. sunt enim verba diserta istius disputationis, & illam primam Ideam intelligit in his nominatissimis versibus,

Αὐτὰρ ἀκίνητον, μεγάλων ἐν πείρασι δεσμοῖς,
Ἔστιν ἄναρχον, ἄπαυστον. ἐπεὶ γένεσις καὶ ὄλεθρος
Τῆλε μάλ' ἐπλάγχθησαν, ἄπωσε δὲ πίστις ἀληθής,
Ἔμπεδον αὐτὶ μένειν πάμπαν. κρατερὴ γὰρ ἀνάγκη
Πείρατος ἐν δεσμοῖσιν ἔχει, τό μιν ἀμφὶς ἔέργει. &c.

Et in istis,

Γαίηθεν δ' ἀκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ,
Μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντη. &c.

Deum autem ita ab illo significari quis non videt? qui quidem omnibus Naturæ partibus essentiã cõferat, ipse infinitus, figuræ, partium, motionis, temporis expers, à rerum creatarum numero lõgè latéque semotus: quibus nimirum ipse Opifex omnem tribuat vim existendi. Iam præter illam primam secundas quoque Ideas statuebat Parmenides, causas nimirum naturales, ex quibus & per quas fit quicquid in natura fit, ac proinde in quibus ipsa τὰ καθέκαστα proximè conseruẽtur. Illas aiebat esse πεπερασμένας, certis nimirum classibus distinctas atque definitas, & in rerum etiam singularum effectione περιφερεῖς & ἐμμαπισμένας: illas, & οὐσίας esse, &, quatenus in suis individuis quasi nascantur, ἐν χρόνῳ εἶναι aiebat. In summa, diuersa prorsus πάθη tribuebat secundis illis Ideis quàm primæ: ad quam ipsas illas secundas causas & ipsarum fœtus reuocabat. quòd enim multa videãtur, inde accidere quòd in indicanda veritate fallantur sensus nostri: atque adeo ratione illius Entis, quo verè est quicquid est, rem quãlibet subsistere & cognosci, in quo & per quod sint omnia. Ita quum vel de naturalis causę vel rei naturalis cuiuslibet iudicio quæreretur, illud ad suum illud ἓν ἀκίνητον, vel ὂν ἑστὼς referebat, Naturam & Naturæ principia cum prima causa, id est Deo, confundens. sui nimirum oblitus. causas enim naturales (sicuti diximus) fatebatur. De notionibus quoq; illis, id est, περὶ τῶν δ' ὑπέρων νοημάτων, eodem modo statuebat. illas quidem esse Ideas, quæ omnia τὰ καθέκαστα, id est (vt ipse loquebatur) τὰ πολλὰ, ad τὸ καθόλου quoddam certis cãcellis definitũ reuocarent. eas tamen non in animis nostris propriè subsistere, sed in cognitione illius Entis: ac proinde humanæ naturæ esse incognitas, neque in nobis sed περὶς αὐτὰς οὐσίαι ἔχον, quippe quæ in natura consistant tanquam παραδείγματα: cætera verò his assimilari, & illam μέθεξιν cum verè existentibus Ideis, nihil aliud esse quàm ἑκαθῶσαι ipsis: nisi priùs extarent in natura νοήματα illa futura αἰώνια: naturam verò ad primum illud ἓν ἀκίνητον semper referendam. Denique (vt rem summatim comprehendam) Parmenides res omnes physicas ad primum illud Ens metaphysicum semper referebat, & licet peculiariter ageret de secundis Ideis, id est naturalibus causis, ipsas tamen Vnius illius Entis primarii communitate quadam inuoluebat. Hæc est vera & perspicua Parmenidis sententia, quantum ex obscura & inuoluta hac disputatione elici potest. qua, vt potuimus, hunc in modum expedita atque euoluta, proximum est vt quid in ea Plato probet, quid improbet, videamus.

Duo (ne longum faciam) Plato reprehendit in Parmenide: Rem ipsam, & Rei tractandæ methodũ & rationem. Rem quidẽ ipsam, quòd primã & opificẽ Ideã cum secundis & naturalibus cõfundat: atque adeo causarum τάξιαν perturbet, quod est philosopho maximè indecorum: primam causam cum secundis, id est, Opificem cum opificio commisceat, dum illam vult agnoscere. sunt enim diserta illa verba in Philebo, pag. 21, ἄλλο δ' ἆρα ἢ οὐ ταυτὸν αἰτία τ' ὀθὶ καὶ τὸ δουλεῦον εἰς γένεσιν αἰτία. id est Natura, non ipsa δημιουργὸς, sed δημιουργοῦ ὑπηρέτις & ξυνεργὸς, quemad. ait in Timæo. Extant & in Sophista graues hac de re querelæ sæpius repetitæ. Aristoteles hanc ἀταξίαν disertius etiam reprehendit in Parmenide & Melisso. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῷ (ait) ἀνῃρηκότες ὅλως γένεσιν καὶ φθορὰν. οὐδὲν, εἰ καὶ τἆλλα λέγουσι καλῶς, ἀλλ' οὐ φυσικῶς γε δεῖ νομίσαι λέγειν. τὸ γὰρ εἶναι μίαν ἅπασαν τὴν ὄντων ἀγένητα καὶ ὅλως ἀκίνητα, μᾶλλον ὄζειν ἐστὶν ἐπῳδὰς καὶ θαυμαστὰς ἢ τῆς φυσικῆς ἐπισκέψεως. Et certè in physico argumento immiscere metaphysicas rationes, est μεταβαίνειν εἰς ἄλλο γένος. quæ est veræ demonstrationis pestis. debent enim singulæ artes & scientiæ ex suis & οἰκείοις principiis tractari. ita nõ immeritò Plato & Aristot. τὸ ἀσυλλόγιστον & ἄπακτον Parmenidi obiecerunt. Deinde, quòd ὄντος & ἑνὸς vocabula confunderet, acsi vnum tantummodo esset ὄντος genus: quum varia sint ὄντος genera: sicuti explicat Plato in Sophista, & Aristoteles 1. Phys. cap. 2. Denique licet vera doceret, non ponebat tamen vera: vnde non poterant non nasci absurdæ & ἀσυμπέρασται conclusiones. Non enim est verum, in rebus physicis esse vnum

quiddam immobile,quum natura in perpetuo quodam motu verſetur. eſt quidem ſupra naturam τὸ ἀκίνητον: ſed in naturæ tractatione τὸ κινούμενον excludi nec debet nec poteſt, quum ita generatio & interitus à Natura tollatur. Et ſanè nihil opinabatur Parmenides eſſe in rebus ſub ſenſum cadentibus aliud quàm ſubſtantiam,id eſt τὸ ὄν, quod vnum interitus expers,tantùm ſcientia comprehendi ſtatuebat: reliqua quæ ſentiantur,nec eſſe nec ſciri à quoquam, caduca videlicet & incerta, neque ſtabilitatem Entis in ſemetipſis obtinentia: ac proinde nullam vel gigni vel interire ſubſtantiam: ita ὀφθαλμοῖσι μὴ πιστὸν εἶδος εἶναι μᾶλλον ἢ γιγνόμενον. Enimuero pro eo vt quæque res eſt, & dicitur id quod eſt, ſui ſemper ſimilis eſt, nec ſpecies vlla ſimplex diſſolubilis exiſtit.quatenus igitur quidque per ſe Ens dicitur ratione, non poteſt non ſemper eſſe, nec in aliam ſpeciem permutari. quo ſanè modo nec ex ente nec ex non ente gignitur aut oritur quidpiam, ſed quiduis tale ſemper eſt quale dicitur. Hæ cauſæ prætexi poſſunt Parmenideæ ſententiæ, rerum mobilium & incertarum, quales ſunt in hoc naturæ ſinu, firmitatem in rebus diuinis & ſempiternis inueſtiganţis. non idcirco tamen debuit cauſas confundere, & dum voluit animos hominum ad Dei, primariæ nimirum & principis cauſæ,contemplationem erigere, non erat conſentaneum has diuinis tantùm rebus congruentes rationes quaſi è cœlo elicere, & in rerum naturam immergere:id eſt, cœlum & terram immiſcere. Vera quidem ratio poſtulabat vt è naturalium rerum cognitione ad primariam cauſam aſſurgéremus, Deúmque in omnibus & per omnia præſentem & omnipotentem in his quaſi naturæ veſtigiis adumbratũ agnoſceremus. Et hactenus quidem ad Vnum immobile omnia reuocãtur, & in ſimpliciſsimo illo, diuina videlicet mente, ſunt maximè vnum & ſempiternum, neque ortui neque interitui obnoxium. ita enim res veriſsimè percipiuntur in eo qui eſt omnia veriſsimè in omnibus: & illi quidem ſunt verè cognitionis gradus, ſicuti explicatum eſt in ſexto de Republica, νοητὴ ἕνωσις, deinde, νοερὰ διάκρισις ἀμεταβλήτως μεταδιδοῦσα: tum, αἰσθητὸς διάστασις: denique ψυχικὴ ἀλληλουχία, corporeorum & corpore vacantis ſubſtantiæ vinculum & nexus. Denique non debuit abeſſe in ſecundarum cauſarum conſideratione, Dei vt ἀρχηγοῦ αἰτίου contemplatio: debuit tamen ex ſuis principiis rerum tractatio inſtitui,nequid abſurdè & importunè in tantis etiam rebus ingereretur. Et hactenus quidem rem ipſam,id eſt doctrinam Parmenidis,damnarunt Plato & Ariſtot.Illius autem tractandæ methodum, hoc maximè nomine quòd quaſi ſibi tantùm caneret, ἀμέθοδον quandam ἀσάφειαν dicinduſtria affectaſſe videretur: quemadmodum ex hac diſputatione apparet, in qua tanta eſt obſcuritas vt nonniſi magna animi contentione expediri poſsit.Hæc fuit veterum philoſophãtium in docendo conſuetudo: vt quidem diſtinctam luculentámque perſpicuitatem Platoni & Ariſtoteli acceptã referre debeamus, veluti veris philoſophiæ parentibus. Dixi quídnam in Parmenidea de Ideis ſententia improbet Plato: reſtat vt quid in ea probet, breuiter exponam.

Non diſsimile certè Ens illi Parmenideo ſtatuit Plato, quod αὐτὸ ὄν & ὅλον ὄν nominat:reliquas res illius participes ὄντα quidem dici, non verè tamen per ſe & primò,ſed τοῦ ὄντος συμμετοχῇ tantùm, ac proinde non eſſe verum & ſyncerum Ens: ſed tamen ſuo modo ὄντα: ſicuti explicauimus in argum. in Timæum, pag. 11. & 27. quæ non eſt opus hîc repetere, quanuis ad rem ipſam maximè faciant. Hoc tantùm neceſſariò dicam, Platonem & Ariſt. diſſentire in hac τοῦ ὄντος explicatione. Ariſtoteles enim ita ſtatuit Ens multiplex & numeroſum, quaſi Plato ſimplex & ſolitarium & ab omni concretione ſemotum ſimpliciter doceret, ad quod cæteræ res omnes perpetuò eſſent reuocandæ. & certè, vnum quoddam ὄν ſtatuit Plato, huiuſmodi quod ſit αὐτὸν & αὐτοεἶ, & cæterorum ὄντων firmamentum: non tamen (pace Ariſtotelis dixerim,& ne meum iudicium in hac controuerſia videar interponere)vnum & ſolitarium ὄντος genus ſimpliciter. Sicuti enim primarii illius & verè vnius Entis non fuit imperitus Ariſtoteles, vt ex Metaphyſicis apparet, ita nec ignorauit Plato in rebus Phyſicis plura eſſe ὄντων genera: quæ quidem hactenus dicantur ὄντα, quòd vim τοῦ εἶναι ab vno illo & primario Ente mutuentur. nec in Naturæ tractatione veram & ἀρχηγὸν cauſam prætermiſit, nec tamen Naturam cum Deo immiſcuit, nec artium ſcientiarúmque principia confudit, ſicuti Parmenides. nam,vt prætermittam quid περὶ τοῦ ὄντος & τοῦ μὴ ὄντος dixerit in Sophiſta, (quod ex eo loco peti debet) hoc verè illuſtriſsimum eſt quod in Philebo accuratè docet, quatuor ſtatuens τῶν ὄντων genera: vt illud verum Ens atque primarium à cæteris Entibus diſcriminet. Tria igitur genera ſtatuit earũm rerum quæ ad naturam pertinent, nimirum ἄπειρα & ἀπειρατὰ: & illa quidem vt debuit conſiderans, bifariam diſtribuit, in Materiam & Formam: illam, ἀπείρου χώρας ſiue ἕδρας nominibus deſignans: hanc, πέρατος. Prima enim illa materia ita conſideratur vt infinitum quoddam rerum omnium ſubiectum & maſſa, nullis certis formis definita. Formæ autem ſiue ſpecies certis notis rerũ naturas circũſcribũt, vt tunc reuera exiſtant, atque adeo ſint terrabundæ illius & inordinatæ materiæ πέρατα & termini. Ex ἀπείρου igitur & πέρατος,id eſt Materiæ & Formæ, ξυμμετρία res ipſæ naſcuntur: quas idcirco γένναν περατοειδῆ vocat,vel οὐσίαν γεγενημένην, vt doceat quatenus illa ſtatuat ὄντα, quum reuera ſint γιγνόμενα. Quartum genus quod Naturæ finibus minimè circumſcribitur, τὴν δημιουργοῦσαν ſiue αἴτιον δημιουργοῦ vocat, Opificem videlicet & primariam illam cauſam, Deum nimirum, ſignificãs, quem diſertè eximit è rerum creatarum numero. Sed vt illud quod ad noſtrum ſermonem maximè facit, vrgeam, aio Platonem æquè ac Parmenidem duplex quidem Idearum,id eſt cauſarum,genus ſtatuere, ſed diſtinctius quàm Parmenides:quem ideo reprehendit (vt dixi) quòd ἀμεθόδως primariam cauſam cum ſecundis confunderet. Duplices igitur Ideas diſtinctiſsimè docet Plato, Primam, & ſecundas. Quid de prima ſenſerit, apparet copioſè ex VI. lib.De Republ.vbi coniecimus ea omnia quæ ad hanc rem illuſtrandam videbantur pertinere. In ſumma igitur (ne actum agam) primam & ἀρχηγὸν ἰδέαν eam ſtatuit quæ, quum ipſa ſit ἐπέκεινα οὐσίας, πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει, omnibus rebus tribuit vim & facultatem τοῦ εἶναι: deinde & omnium rerum bonarum & pulchrarum eſt certiſsima atque efficaciſsima cauſa: ſicuti ex eo loco perſpicuè apparet, & ex Timæo, qui eſt iſtius doctrinæ illuſtriſsimus commentarius. & hæc quidẽ de prima Idea Platonis eſt ſententia, Deum haud dubiè omnipotentem, rerum omnium opificem & conſeruatorem, efficaciſsimámque omnium rerum eſſe cauſam hauddubiè ſignificantis. Quid

autem

autem de ſecundis Ideis, id eſt cauſis naturalibus, ſenſerit, porro explicandum eſt. Illas à prima cauſa creatas eſſe diſertè docet variis in locis, & maximè in Timæo, vbi θεοῦ γεννήματα & ἔργα ſubinde vocat. Negat igitur quicquā in natura euenire ἀπὸ ξωπυρόπου, ἀϊδὲ ὁξυροίας φυσέως, ſed omnia πὰ φύσει, exiſtere μετὰ λόγου τε καὶ ὀπτικῆς θείας ἀπὸ θεοῦ γιγνομένης. Deum igitur illarū ſecūdarū idearū ἀπαξίαν ita cōſtituiſſe vt ſint efficaces rerum creandarum cauſæ, & agāt ἐπιβόλως. idcirco ξωεργοὺς (.i. miniſtras) vocat. non obſcura enim ſunt illa verba in Timæo, Ἔμφρονος φύσεως αἰτίας αἷς ὑπηρετούσαις ὁ θεὸς χρῆται. & ξωαίτια οἷς ξωεργοῖς ὁ θεὸς χρῆται. Docet ergo, cauſas naturales ita agere efficaciter, vt nihil temerè contingat in hac naturę vniuerſitate: ſed certa quadam cauſarum prouidentia, quæ ſuas habeāt ſingularum rerum formulas, in quibus ipſa indiuidua, antequam reuera exiſtant, quodammodo ipſæ perideant. In illis ideis ait indiuidua ipſa verè ſubſiſtere, non ipſas in indiuiduis: quæ quidē niſi ipſarum vi & beneficio non poſſent exiſtere. quî enim eſſent ſingulares homines (quum perpetuo quodam fluxu circumferantur) niſi extaret conſtanter hominis forma? Illas porro Ideas, licet in illo naturæ ordine ſint αὐθυπόστατοι, nec ab ipſis indiuiduis ortum habeant & οὐσίαν, ſed καθ' αὑτὰς ſint hactenus: nihilominus tamen docet, eas in prima illa & Opifice Idea conſiſtere: à qua quidem habeant ἀθανασίαν, id eſt conſtantem quandam & quaſi immortalem naturam, ſi cum rebus inferioribus comparentur: ſed tamen ὀπτικῶς, ex opificis videlicet arbitrio & voluntate precariam. Itaque (vt rem tandem concludam) agnoſcit quidem Plato cauſarum naturalium ordinem & gradus, agnoſcit illarum efficaciam in rebus inferioribus efficiendis & gubernandis: ita tamē vt ſemper omnia reuocet ad primam illam cauſam, id eſt Vnum ens, à quo omnia planè dependeant. Si igitur ab eo quæras rei alicuius cauſam, primùm quidem proximam notabit, ſed ita vt ad primariā tandem te attollat. cuius doctrinæ exempla extant luculenta in Phædone, vbi de animi ὀπτικῇ agit: in Philebo, vbi de vera veræ felicitatis cauſa: in ſexto De Repub. vbi de vera iuſtitia. Notātur quidem cauſæ ſecundæ & proximæ, hactenus tamen vt ad primariam tandem aſcendatur. Nec verò idcirco veræ ſunt Platonomaſtigum criminationes, Platonem & in Deo & in natura πειρατείας quaſdam & portentoſa inſomnia comminiſci, quæ nuſquam extent: quum & ſuum rebus ordinem & ſuam ἐνέργειαν tribuat, & (quod eſt maximum philoſophi munus) cauſarum ἀπαξίαν bene & ſciēter doceat. Et hæc quidem de Ideis, (prout illo vocabulo cauſas notari diximus) ad Platonis ſententiam intelligendam, quatenus Parmenidem probet & quatenus improbet, ſatis ad hunc locū dicta ſunto. Vltimum eſt, vt quídnam de communibus illis notionibus, quas *ſecundas intentiones* vocant, & quæ ἰδέας etiam vocabulo apud illum deſignantur, breuiter commonſtrem. Illarum notionum ſecundarum doctrina præclarè explicatur variis in locis apud Platonem, & maximè in Sophiſta & Politico. illarū quoq; originē in hoc dialogo tradit, Nullā videlicet futuram ſcientiā niſi illæ καθ' ὅλου ἔννοιαι conſtituantur: quum nulla dari poſsit rerum ſingularium ſcientia. Maiorem illam & latiorem notionum amplitudinem, Genus, id eſt minorem, εἶδος ſiue ἰδέαν vocat: illa τὰ εἴδη contineri cenſet: hac, indiuidua. quanquam γένους & εἴδους vocabula ſæpiſsimè apud illum commutantur. Harum notionum effectrix eſt mens: quandoquidem hæc vocabula doctrinæ cauſa fuerunt inſtituta. Illud igitur quod eſt vnum ἀμερὲς & indiuidua proximè complectitur, εἶδος ſiue ἰδέαν vocat. cuius vſum in definitione & diuiſione cōſtituenda, vide in Sophiſta, Tom. i. pag. 215. 264, &c. Politic. pag. 253. 255, &c. Quid item ille de Ideis ſenſerit, quatenus ſunt priores notiones in mente informatæ, vide copioſam diſput. in Theæt. pag. 191. &c. Et in Cratylo, pag. 430. &c. ne hîc multa congeram, quæ ex ſuis locis opportunius petentur.

cætera ex ipſa diſputatione, notarū noſtrarū ductu & auſpiciis, depromet lector: id eſt, οἰκονομίαν & ἀναστύπωσιν vniuerſæ diſputationis. vnde erit perſpicuum, hunc dialogum non merè θεολογικὸν eſſe, vt vulgus interpretum ait, ſed partim θεολογικὸν, partim φυσικὸν. Agit enim non modò de prima cauſa, ſed de ſecundis etiam, id eſt naturalibus.

DIALOGI PARMENIDIS personæ,

CEPHALVS, ADIMANTVS, ANTIPHO, GLAVCO, PYTHODORVS, SOCRATES, ZENO, PARMENIDES.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΑΡΜΕΝΙΔΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ,

ΚΕΦΑΛΟΣ, ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ, ΑΝΤΙΦΩΝ, ΓΛΑΥΚΩΝ, ΠΥΘΟΔΩΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΖΗΝΩΝ, ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ.

Præfatio, ostendens occasionē istius disputationis: quæ quidem non ita inducitur, quasi res ipsa coràm ageretur, quum iampridem acta commemoretur. Cephalus enim refert disputationem à Parmenide, Zenone, Socrate, & Aristotele quodā habitā. Quisnam ille fuerit, lubitatur. iniectum autē deinduſtria nomē illud a Platone existimant nonnulli, propter maximum illum Aristotelem qui hanc præceptoris de Ideis doctrinam grauissimè exagitauit. Parmenidem autem celeberrimum inter Pythagoreos philosophum Plato facit disserētē de Ideis, & Zenonem nouis rationibus illius sententiam confirmantem, sicuti diximus: Socratem verò auditorem inducit: vt se non suā sed alienam clarissimi viri auctoritate innixam proferre demonstret, & in eum quidem finem, vt germana illius hac de re sententia intelligatur.

POSTQVAM Athenas domo è Clazomenis per ueniſſemus, in foro obuii fuimus Adimanto & Glauconi: & quum me manu Adimātus apprehendiſſet, Saue (inquit) mi Cephale: &, ſiqua in re noſtra opera indigeas, quæ quidem ſit in noſtra poteſtate, ſignifices velim. Atqui, inquit, eo ipſo conſilio huc veni, vt veſtram operam aliqua in re efflagitarem. Dic modò, inquit, quídnam à me poſtules. Tum ego, Ecquod erat nomen fratri veſtro vterino? non enim commemini. erat enim puer quum primùm è Clazomenis in hanc vrbem veni, & iam longum tempus interceſſit ex eo. Pyrilampes autem ipſorum pater vocabatur, ſi bene memini. Omnino, inquit. ipſi autem Antiphonti erat nomen. verùm qua de cauſa hoc rogas? Sunt, inquam, è noſtris ciuibus quidam philoſophiæ valde ſtudioſi: audierunt autem, Antiphontem illum, Pythodoro quodam Zenonis ſodali perfamiliariter vſum fuiſſe: & nonnullos ſermones, quos aliquando Socrates & Zeno & Parmenides inter ſe habuerant, vti à Pythodoro acceperat, memoria tenere. Verum, inquit, ais. Hos, inquam, ſermones peroptamus audire. At non difficile eſt, inquit. dum enim adhuc eſſet adoleſcentulus, eos eſt accuratè meditatus. Nunc verò, rei equeſtris diſcendæ cauſa, ſæpenumero aui ſui domum frequentat. ſed, ſi opus eſt, ad ipſum accedamus. modò enim hinc abiit domum. habitat enim propè ad Melitam. Quum hæc dixiſſemus, viæ nos dedimus: &

A ΕΠΕΙΔΗ Α' ΘΗ-ναζε οἴκοθεν ἐκ Κλαζομενῶν ἀφικόμεθα, κατ' ἀγορὰν ἐνετύχομεν Ἀδείμαντῳ τε καὶ Γλαύκωνι· καί μου λαβόμενος τῆς χειρὸς ὁ Ἀδείμαντος, Χαῖρε, ἔφη, ὦ Κέφαλε· καὶ εἴ του δέῃ τῶν τῇδε, ὧν ἡμεῖς δυνατοί, φράζε. Ἀλλά μοι δή (εἶπον ἐγὼ) παρῆμί γε ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, δεησόμενος ὑμῶν. Λέγοις αὖ (ἔφη) τιὼ δέησιν. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Τῷ ἀδελφῷ ὑμῶν τῷ ὁμομητρίῳ τί ἦν ὄνομα; οὐ γὰρ μέμνημαι· παῖς δέ που ἦν ὅτε τοτὲ πρῶτον ἐπεδήμησα δεῦρο ἐκ Κλαζομενῶν. πολὺς ὁ ἤδη χρόνος ἐξ ἐκείνου. τὸν μὲν γὰ πατρὸς, δοκῶ, Πυριλάμπης ὄνομα. Πάνυ γε, ἔφη· αὐτὸν δέ γε, Ἀντιφῶν. ἀλλὰ τί μάλιστα πυνθάνῃ; Οἵδ', εἶπον ἐγὼ, "πολῖταί τί μοί εἰσι, μάλα φιλόσοφοι, ἀκηκοάσί τε ὅτι οὗτος ὁ Ἀντιφῶν Πυθοδώρῳ τινὶ Ζήνωνος ἑταίρῳ πολλὰ συντετύχηκε· καὶ τοὺς λόγους οὓς ποτε Σωκράτης καὶ Ζήνων καὶ Παρμενίδης διελεχθησάν, πολλάκις ἀκηκόασι τοῦ Πυθοδώρου, ἐπομνημονεύσ. Ἀληθῆ (ἔφη) λέγεις. Τούτων τοίνυν (εἶπον) δεόμεθα ἀκοῦσαι. Ἀλλ' οὐ χαλεπόν, ἔφη. μειράκιον γὰρ ὢν αὐτοὺς οὔ μάλα διεμελέτησεν. ἐπεὶ νῦν γε καὶ τὸν πάππον τε καὶ ὁμώνυμον τοῦτον ἱππικὴν ἄττα πολλὰ ἀσκεῖ. ἀλλ' εἰ δεῖ, ἴωμεν πρὸς αὐτόν. ἄρτι γὰρ ἐνθένδε οἴκαδε οἴχεται· οἰκεῖ δὲ ἐγγὺς ἐν Μελίτῃ. Ταῦτα εἰπόντες, ἐβαδί-

B

C

Scribēdum puto, πολῖταί τε μοὶ εἰσί, uel potius, πολῖταί τ' ἐμοὶ εἰσί, ut ἐμοὶ sit pronomen possessiuum: sicut dici solet πολίτης ἐμός.

ζομεν· καὶ καταλάβομεν τὸν Ἀντιφῶντα οἰ- A
κοι, χαλινόν τινα χαλκεῖ ἐκδιδόντα σκυτά-
σαι. ἐπειδὴ δ' ἐκεῖνου ἀπηλλάγη, οἵ τε ἀ-
δελφοὶ ἔλεγον αὐτῷ ὧν ἕνεκα πρότερον ἦλθομεν,
ἀνεγνώρισέ τέ με ἐκ τῆς προτέρας ἐπιδη-
μίας, καὶ ἠσπάζετο. καὶ δεομένων ἡμῶν
διελθεῖν τοὺς λόγους, τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤ-
θελεν· πολὺ γὰρ ἔφη ἔργον εἶναι) ἔπειτα μέντοι διη-
γεῖτο. ἔφη δὴ ὁ Ἀντιφῶν λέγειν τὸν Πυθό-
δωρον ὅτι ἀφίκοιντο ποτὲ εἰς Παναθήναια τὰ
μεγάλα Ζήνων τε καὶ Παρμενίδης. ἦν μὲν B
οὖν Παρμενίδῃ, οὗ μάλα ἤδη πρεσβύτῃ
εἶναι), σφόδρα πολιὸν, κάλλει δὲ καὶ ἀγαθὸν
τὸ ὄψιν, ὡς ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκον-
τα· Ζήνωνα δέ, ἐγγὺς ἔτη τετταράκοντα τότε εἶναι), βάσιμον δέ, καὶ χαρίεντα ἰδεῖν·
καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ τοῦ Παρμενί-
δου γεγονέναι. καταλύειν δὲ αὐτοὺς ἔφη παρὰ
τῷ Πυθοδώρῳ, ἐκτὸς τείχους, ἐν Κεραμει- C
κῷ· οἷ δὴ καὶ ἀφικέσθαι τόν τε Σωκράτη, καὶ
ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ πολλούς, βουλομέ-
νους ἀκοῦσαι τῶν τοῦ Ζήνωνος γραμμά-
των. τότε γὰρ αὐτὰ πρῶτον ἦν ἐκείνων
κομιδῇ νεα. Σωκράτη δὲ εἶναι) τότε σφόδρα
νέον. ἀναγινώσκειν οὖν αὐτοῖς τὸν Ζήνωνα αὐ-
τόν· τὸν δὲ Παρμενίδην τυχεῖν ἔξω ὄντα, καὶ
εἶναι) πάνυ βραχὺ ἔτι λοιπὸν τῶν λόγων ἀνα-
γινωσκομένων, ἐμοίγε αὐτός τε ἐπεισελθεῖν ἐ-
φη ὁ Πυθόδωρος ἐξωθεν, καὶ τὸν Παρμενί-
δην μετ' αὐτοῦ, καὶ Ἀριστοτέλη, τὸν τῶν
τριάκοντα ἕνα μόνον· ἐμοὶ γὰρ ἔτι ἐπακ-
οῦσαι τῶν γραμμάτων. οὐ μὲν αὐτός γε
ἀλλὰ καὶ πρότερον ἀκηκοέναι τοῦ Ζήνωνος.

Τὸν οὖν Σωκράτη ἀκούσαντα, πάλιν τε κελεῦσαι τὸν πρῶτον λόγον ἀναγνῶναι· καὶ ἀναγνω-
σθέντος, Πῶς, φάναι, ὦ Ζήνων, τοῦτο λέγεις; εἰ πολλά ἐστι τὰ ὄντα, ὡς ἄρα δεῖ αὐτὰ E
ὅμοιά τε εἶναι) καὶ ἀνόμοια; τοῦτο δὲ ἀδύνατον. οὔτε γὰρ τὰ ἀνόμοια, ὅμοια, οὔτε τὰ ὅμοια, ἀνόμοια οἷόν τε εἶναι). ἦ γάρ τι λέγεις; Οὕτω, φάναι τὸν Ζήνωνα. Οὐκοῦν, εἰ ἀδύνατον τὰ τε ἀνόμοια ὅμοια εἶναι), καὶ τὰ ὅμοια, ἀνόμοια, ἀδύνατον δήπου καὶ πολλὰ εἶναι); εἰ γὰρ πολλὰ εἴη, παχοῖ ἂν τὰ ἀδύνατα. ἆρα τοῦτό ἐστιν ὃ βούλονται σοῦ οἱ λόγοι; οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀπαμάχεσθαι πάντα τὰ λεγόμενα, ὡς οὐ πολλά ἐστι; καὶ τούτου αὐτοῦ οἱά σοι τεκμήριον εἶναι) ἕκαστον τῶν λόγων; ὥστε καὶ πρὸς τοσαῦτα τεκμήρια πρέχεσθαι, ὅσους περ λόγους γέγραφας, ὡς οὐκ ἔστι πολλά;

Antiphontem domi offendimus, frænum quoddam inſtaurandum fabro dantem. Poſtquam verò ab illo diſceſſit, & fratres ipſius cauſam aduẽtus noſtri expoſuiſſent, & me agnouit ex quo priùs illò veneram, & me ſalutauit. quũ verò primùm nos ab eo precibus cõtẽderemus vt eos ſermones cõmemoraret, primùm quidem recuſabat (illud enim eſſe arduũ atq; operoſũ) poſtea tamẽ recitauit. Aiebat igitur Antipho, Pythodorũ dicere, veniſſe quondã ad magna Panathenæa Zenonẽ & Parmenidẽ: qui quidẽ valde eſſet ſenex: quod ex multa canitie appareret, quę tamẽ decorã quandã & formoſã vultus dignitatẽ ei reliquerat, annos maximè ſexagintaſex agẽti: Zenonẽ autẽ annos ferè quadraginta tũc natũ eſſe, procero & venuſto habitu, ita vt Parmenidis amaſius fuiſſe quondã diceretur. Diuertiſſe autem apud Pythodorũ extra mœnia in Ceramico: quò & veniſſe aiunt Socratem, & alios cũ ipſo cõplures, qui cupiebãt audire Zenonis ſcripta, quæ quidẽ tũc primùm ab illis adducta erãt. Socratẽ autem fuiſſe tunc valde iuuenẽ. Ipſum ergo Zenonẽ hæc ſcripta illis legiſſe. Parmenidem enim tũc fortè abeſſe domo: &, quũ pauca adhuc reſtarẽt legenda, ingreſſum fuiſſe ſe Pythodorus aiebat, & ſecum Parmenidem & Ariſtotelem, eum qui ex illis triginta vnus erat. Itaque pauca quæ ex illo ſcripto erant reliqua audiſſe: & omnia tamen à Zenone priùs percepiſſe.

[a] Socratem autem, quũ illa audiiſſet, ſubiectum ſermonis, id eſt, primarium & princeps argumentum, iuſſiſſe ſibi legi. quo lecto, Quî id ais, inquit, mi Zeno? Si ea quæ ſunt, multa ſint, oportere vt ipſa & ſimilia ſint & diſſimilia? hoc verò fieri non poteſt. Neque enim vel diſſimilia, ſimilia: vel ſimilia, diſſimilia eſſe poſſunt. itáne loqueris? Ita prorſus, reſpondiſſe Zenonem. Nónne, ſi fieri non poteſt, diſſimilia, eſſe ſimilia: & ſimilia, diſſimilia, fieri etiam nullo modo poteſt, multa eſſe? nam, ſi multa eſſent, maximum abſurdum conſequeretur, & res planè diſparatæ atque repugnantes vnà componerentur. Hæccine eſt tuorum illorum verborum ſententia? nónne hic eſt eorum finis, & hoc maximè euincere conantur, *Non eſſe multa?* & ſingulos ſermones tuos, certa argumenta tuæ illius ſententiæ eſſe arbitraris? vt quot ſermones ſcripſeris, tot ſolida eius dicti argumenta te ſcripſiſſe arbitreris, *Non eſſe multa?*

[a] Poſtulãt leges veræ demonſtrationis, vt qua de re agatur, primum omnium conſtituatur. id eſt, vt ὑπόθεσις ſiue προκείμενον ſubiiciatur. id primum igitur agit Plato, & Parmenidis ſententiã, de qua actum eſt, dicere ponit, Τὸ πᾶν, εν εἶναι): qua voce ſignificare vnã quandam, eſſe primarium, quæ omnium rerum quæ in hoc Vniuerſi ſtatis theatro ſiunt cauſam: ad quam omnes res referantur. atque adeo Omne quod eſt, vnum eſſe, & ex illa vnitatis vi res omnes omnino pendere Parmenidis ſententiam, licet aliis verbis, ſequebatur Zeno Eleates, qui non affirmaret, Τὸ πᾶν εἶναι μὴ πολλά: quorum nimirum verborũ hæc erat ſententia, Res ipſas ſingulares minimè per ſe ſubſiſtere, ſed ſuæ ſpeciei ambitu definitas reuera eſſe. Duas igitur has Parmenidis & Zenonis συμφώνους ſententias primum commemorat, antequam veniat ad iuſtam diſputationem. cuius tamen nonnulla iacit ſemina: futurum videlicet alioqui vt in omnes res inducerẽtur grauiſſimæ perturbationes, niſi illud ſit, veluti rerũ omniũ firmamẽtum, ſtabiliretur: id eſt ἀρχέτυπος ἰδέα: ſicuti copioſe poſtea explicabit. Illud quoque notandum ad diſputationis certam cognitionem, Eνὸς appellatione intelligi eſſentiam à materia planè immunem atque liberam, & τὴν καθ' ἑκάστων cauſam. Ἄλλου verò & πολλῶν, res ipſas ſingulares materiatas, quæ ſub oculos cadunt: id eſt ipſa τὰ καθ' ἕκαστα.

itáne ais, an ego non rectè te intelligo? Rectè, inquit Zeno, percepisti vniuersi mei scripti sententiam. Intelligo, inquit Socrates, mi Parmenides, hunc Zenonem nō tantùm in cæteris vitæ partibus omni amicitiæ genere tecum arctissima societate coniungi, sed & in scripto mutuum illum consensum velle testari. eodem enim quo tu scripsit modo: sed mutatis verbis nos conatur circumuenire, quasi quidpiam diuersum dicat. Tu enim in tuo illo philosophico carmine ais, *hoc vniuersum esse vnū:* & huius sententiæ præclara affers & bene consentanea argumenta. Ille verò *Non multa* affirmat esse. argumenta autem sui illius dicti & plurima & maxima suppeditat. Dum igitur alter *Vnum* dicit, alter, *Non multa*, & ita vterque loquitur, vt nihil horum dicere videatur, quum tamen eadem propemodum dicat, hæc profectò ita dicuntur vt captum nostrum planè superent. Ita sanè est, Socrates, Zenonem ferunt respondisse. tu igitur scripti illius veritatem non vbique percepisti: quanquam, vt Laconicæ canes, verborum vestigiis sagaciter insistis, eáque diligenter vestigas. at hoc primùm te fugit, non idcirco nouis illis vocabulis hoc scriptum constare, vt si eam quam in eo latere ais sententiam, homines minimè sint assequuti, magnum quidpiam inde cōfectum sit: sed sanè quod dixisti prorsus ita è re nata contigit. Hoc enim reuera à me ideo conscriptum est vt opem ferrem Parmenidis sententiæ, aduersus eos qui illum suggillare instituebāt: videlicet si [vt ille aiebat] hoc vniuersum, ac proinde plura, quæ illius vniuersi ambitu continentur, essent Vnum: futurum vt in illam sententiam multa ridiculè caderent, & absurdis & planè inter se contrariis incommodis illa inuolueretur. Refragatur igitur hoc meum scriptum iis qui aiunt Multa esse, & plura etiam ipsis opponit: vt declaret absurdiora etiam in illorum sententiam cadere, re videlicet accuratius perpensa, si Multa esse, quàm si Vnum esse statuatur. Ex hoc igitur contētionis æstu mihi iuueni hoc scriptum excidit tumultuariè, mihíque illud aliquis suffuratus est, & me nescio in lucē emisit: vt mihi quidem minimè licuerit consiliū capere an id in lucem emittendum esset, nécne. Hoc ergo ignorabas, Socrates, quū arbitreris non iuuenili contentione sed senili quodam studio accuratè hoc ita perscriptum à me esse. Nihilominus tamen non malè coniecisti meam sententiam. At rem vti ais habere arbitror, & amplector quæ à te sunt dicta, Socratem respondisse ferunt. [a] Verùm hoc mihi exponas velim: existimásne speciem esse quandam similitudinis, & eam quidem ipsam per se?

a Substrato disputationis subiecto, perspicuísque verbis explicato, De IDEIS nimirum institutū esse sermonē, quæritur

A ὅτως λέγῃς, ἢ ἐγὼ οὐκ ὀρθῶς καταμανθάνω; Οὐκ· ἀλλὰ (φαίην τὸν Ζήνωνα) καλῶς σεσωπηκας ὅλον τὸ γράμμα ὃ βούλεται. Μανθάνω (εἰπεῖν τὸν Σωκράτη) ὦ Παρμενίδη, ὅτι Ζήνων ὅδε οὐ μόνον τῇ ἄλλῃ σοῦ φιλίᾳ βούλεται ᾠκειῶσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ συγγράμματι. ταυτὸν γὰρ γέγραφε ὅπερ τι-
B νὰ ὕστερον σύ. μεταβαλὼν δὲ ἡμᾶς πειρᾶται ἐξαπατᾶν, ὡς ἕτερόν τι λέγων. σὺ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ποιήμασιν ἓν φὴς εἶναι τὸ πᾶν, καὶ τούτων τεκμήρια παρέχῃ, καλῶς γε καὶ ὦ· ὅδε δ' αὖ οὐ πολλὰ φησὶν εἶναι, τεκμήρια δὲ καὶ αὐτὸς παμπολλα καὶ παμμεγέθη παρέχεται. τὸ οὖν τὸν μὲν, ἓν φάναι, τὸν δ', μὴ πολλά, καὶ οὕτως ἑκάτερον λέγειν ὥστε μηδὲν τῶν αὐτῶν εἰρηκέναι δοκεῖν, σχεδόν τι λέγοντας ταυτὰ, ὑπὸ ἡμᾶς τοὺς ἄλλους φαίνεται ἡμῶν τὰ εἰρημένα εἰρῆσθαι. Ναὶ (φαίην τὸν Ζήνωνα) ὦ Σώκρατες. σὺ δ' οὖν τῷ ἀλη-
C θείαν τοῦ γράμματος οὐ πάνυ τι ἀκριβῶς ἠσθησαι. καίτοι ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες, οὕτω μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα. ἀλλὰ τοιόνδε μέν σε τοῦτο λανθάνει, ὅτι οὐ πάνυ πάσιν οὕτω σεμνύνεται τὸ γράμμα, ὥστε ἅτε σὺ λέγεις διανοηθέν γε φιλῶν, τοὺς ἀνθρώπους ὑπ' ὀπισθυπτόμενον, ὡς τι μέγα ἀφαιρεσιπόμενον· ἀλλὰ σὺ μὲν εἶπες τὴν συμβεβηκότα νῦν, ἔστι δ' ὅ γε ἀληθὲς, βοηθήσας τοῖς τοῦτα τὰ γράμματα τῷ Παρμενίδου λόγῳ, πρὸς τοὺς ὀπισθεοῦντας αὐτὸν κω-
D μῳδεῖν, ὡς εἰ ἓν ὄντι πολλά, καὶ γελοῖα συμβαίνει πάσχειν τῷ λόγῳ, καὶ σαντία αὐτῷ. ἀντιλέγει δὴ οὖν τοῦτο τὸ γράμμα πρὸς τοὺς τὰ πολλὰ λέγοντας, καὶ ἀνταποδίδωσι ταῦτα καὶ πλείω· τοῦτο βουλόμενον δηλοῦν, ὡς ἔτι γελοιότερα πάσχοι ἂν αὐτῶν ἡ ὑπόθεσις, ἡ, εἰ πολλά ἐστιν, ἢ ἓν τοῦ ἓν εἶ), εἴπερ ἱκανῶς ἐπεξίοι. διὰ ταυτὰ δὴ φιλονεικίαν ὑπὸ νέου ὄντος ἐμοῦ ἐγράφη, καί τις αὐτὸ ἔκλεψε γραφέν. ὥστε οὐδὲ βουλεύσασθαι ἐξεγέ-
E νετο εἴτ' ἐξοισέον αὐτὸ εἰς τὸ φῶς, εἴτε μή. ταύτην οὖν σε λανθάνῃ ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐχ ὑπὸ νέου φιλονεικίας οἰᾷ αὐτὸ γεγράφθαι, ἀλλ' ὑπὸ πρεσβυτέρου φιλοτιμίας. ἐπεὶ ὅτῳ γ' εἶπον, οὐ κακῶς ἀπείκασας. Ἀλλ' ἀποδέχομαι (φαίην τ' Σωκράτει) καὶ ἡγοῦμαι ὡς λέγῃς ἔχειν. τόδε δέ μοι εἰπέ· οὐνομίζῃς εἶ) αὐτὸ καθ' αὐτὸ εἶδός τι ὁμοιότητος,

καὶ τῷ τοιούτῳ αὖ ἄλλό τι ἐναντίον, ὅ ἐστιν ἀνόμοιον; τούτοιν δὲ δυοῖν ὄντοιν, καὶ ἐμὲ καί σε, καὶ τὰ ἄλλα ἃ δὴ πολλὰ καλοῦμεν, μεταλαμβάνειν; καὶ τὰ μὲν τῆς ὁμοιότητος μεταλαμβάνοντα, ὅμοια γίγνεσθαι τῷ τε καὶ τοσοῦτον ὅσον αὖ μεταλαμβάνει; τὰ δὲ τῆς ἀνομοιότητος, ἀνόμοια; τὰ δὲ ἀμφοτέρων, ἀμφότερα; εἰ δὲ καὶ πάντα ἐναντίων ὄντων ἀμφοτέρων μεταλαμβάνει, καὶ ἔστι, τῷ μετέχειν ἀμφοῖν, ὅμοιά τε καὶ ἀνόμοια αὐτὰ αὑτοῖς, τί θαυμαστόν; εἰ μὲν γὰρ αὐτὰ τὰ ὅμοια τις ἀπέφαινεν ἀνόμοια γιγνόμενα, ἢ τὰ ἀνόμοια ὅμοια, τέρας ἂν, οἶμαι, ἦν· εἰ δὲ τὰ τούτων μετέχοντα ἀμφοτέρων, ἀμφότερα ἀποφαίνει πεπονθότα, οὐδὲν ἔμοιγε, ὦ Ζήνων, ἄτοπον δοκεῖ· οὐδέ γε εἰ ἓν ἅπαντα ἀποφαίνει τις, τῷ μετέχειν τοῦ ἑνός, καὶ ταῦτα ταῦτα, πολλά, τῷ πλήθους αὖ μετέχειν· ἀλλ' εἰ ὃ ἔστιν ἕν, αὐτὸ τοῦτο πολλὰ ἀποδείξει, καὶ αὖ τὰ πολλὰ δή, ἕν, τοῦτο ἤδη θαυμάσομαι. καὶ ὡδὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὡσαύτως· εἰ μὲν αὐτὰ τὰ γένη τε καὶ εἴδη ἐν αὐτοῖς ἀποφαίνοι ταναντία ταῦτα πάθη πάσχοντα, ἄξιον θαυμάζειν· εἰ δέ με ἓν ὄντα ἀποδείξει ὄντα καὶ πολλά, τί θαυμαστόν; λέγων, ὅταν μὲν βούλῃ πολλὰ ἀποφαίνειν, ὡς ἕτερα μὲν τὰ δεξιᾶ μου ἐστίν, ἕτερα δὲ τὰ ἐπ' ἀριστερά· καὶ ἕτερα μὲν τὰ πρόσθεν, ἕτερα δὲ τὰ ὄπισθεν· καὶ ἄνω καὶ κάτω ὡσαύτως· (πλήθους γάρ, οἶμαι, μετέχω) ὅταν δὲ ἕν, ἐρεῖ ὡς ἑπτὰ ἡμῶν ὄντων εἰς ἐγώ εἰμι ἄνθρωπος, μετέχων καὶ τοῦ ἑνός. ὥστε ἀληθῆ ἀποφαίνοι ἀμφότερα. ἐὰν οὖν τις ταῦτα ὅπῃ χειρῇ πολλὰ καὶ ἓν ταὐτὰ ἀποφαίνῃ, λίθους καὶ ξύλα, καὶ τὰ τοιαῦτα· φήσομεν αὐτὸν πολλὰ καὶ ἓν ἀποδεικνύναι, ἀλλ' οὐ τὸ ἓν πολλά, οὐδὲ τὰ πολλὰ ἕν· οὐδέ τι θαυμαστὸν λέγειν, ἀλλ' οὐδ' ἂν πάντες ὁμολογῶμεν. ἐὰν δέ τις ὧν νυνὴ δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τοσοῦτον μὲν διαρρήδην χωρὶς αὐτὰ καθ' αὑτὰ τὰ εἴδη, οἷς ὁμοιότητά τε καὶ ἀνομοιότητα, καὶ πλῆθος καὶ ὂν ἕν, καὶ στάσιν καὶ κίνησιν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· εἶτα ἐν ἑαυτοῖς ταῦτα δυνάμενα συγκεράννυσθαι καὶ διακρίνεσθαι ἀποφαίνῃ, ἀγάμενον ἄν ἔγωγ', ἔφη, θαυμαστῶς, ὦ Ζήνων. ταῦτα δὲ ἀνδρείως μὲν πάνυ ἡδέως πεφασμένα ἔστω· πολὺ μὴν τόδε ἂν ὧδε μᾶλλον ὡς λέγω ἀγαθείην, εἴτις ἔχοι τὸν αὐτὸν τοῦτον ἀποδιαπῶς πλεκόμενον,

A & tali etiam ſpeciei aliam quandam contrariam, quæ ſit diſſimilis? harum verò ſpecierum quæ duplices ſint, aliarúmque quæ *Multa* denominentur, & me & te eſſe participes? Eas verò res quæ ſimilitudinis ſint participes, hactenus & tali ratione fieri ſimiles, quatenus ſint participes? eas autem quæ ſunt diſſimilitudinis, eodẽ modo diſſimiles: & quæ vtriuſque, vtraſque? Quòd ſi omnes res vtrarumque ſpecierum, contrariarum quidem illarum, ſint participes: écquid mirum fuerit ipſas ſibi & ſimiles & diſſimiles eſſe, quatenus videlicet vtrarumB que ſpecierum ſunt participes? Siquis enim ipſas res ſimiles, diceret eſſe diſſimiles: aut contrà diſſimiles, ſimiles: portentum quoddam, opinor, eſſet: ſi verò his quæ harum vtrarumque participes ſunt, vtraque accidere affirmaret, nihil mihi quidem, Zeno, abſurdum videretur: neque verò ſi quis omnes res vnum eſſe pronuntiaret, quòd vnius ſint participes: & has eaſdem res multas eſſe, quòd multitudinis ſint participes. At ſi quod *Vnum* eſt, idipſum *Multa* eſſe demõſtrauerit, & rurſus *Multa* eſſe *Vnum*, C hoc verò mihi quidem permirum eſſet. & de cæteris omnibus eodem modo, ſi videlicet ipſa genera ipſáſque ſpecies dixerit in ſeipſis eaſdem illas affectiones recipere, hoc ſanè admiratione dignũ fuerit. Quòd ſi quis me *Vnum* & *Multa* eſſe dixerit, quid mirum? addita quidem hac ratione, ſe eo conſilio dicere Me multa eſſe, quòd alia quidem mihi ſint ad meam dextram, alia verò ad ſiniſtram: & alia quidem anteriora, alia poſteriora: & ſuperiora & inferiora eodem modo. multitudinis enim, arbitror, ſum particeps hactenus. dum autem D voluerit oſtendere Me vnum eſſe, dicet me è ſeptem hominibus vnum eſſe, qui vnius quoque ſim particeps: quocirca vtrinque verè dicet. Siquis igitur conetur demonſtrare, has res multa & vnum eſſe, lapides & ligna nimirum, réſque huiuſmodi, dicemus ipſum multa & vnum demonſtrare, non verò vnum multa, neque multa vnum: neque quicquam mirum dicere, ſed quod omnes verũ eſſe confiteamur. Quòd ſi quis eas ſpecies quas modò commemoraui, ipſas primùm per ſeipſas ſeorſim diſtingueret, veluti ſimilitudinẽ & diſſimilitudinem, & multitudinem & vnum; & ſtatum & motum, & omnes res huiuſmodi: deinde & hæc inter ſe commiſceri & diſtingui in ſeipſis poſſe demonſtraret, illud verò, Zeno, mihi permirũ videretur. Hæc autẽ exiſtimo ſtrenuè atque viriliter à te fuiſſe pertractata: multo tamen magis (vt dixi) mirarer, ſiquis poſſet hanc ipſam dubitationem, quæ in ipſis ſpeciebus multipliciter implicatur atque inuoluitur,

ſecundo loco ANSINT IDEAE. i. an in rerũ natura dari poſsint communes quædã notiones quæ res omnes ſingulares ambitu ſuo complectantur, & ſint ipſarũ quidem rerum ſingularium cauſæ: vnde & ipſæ vt eſſentiam, ita nomen habeant. Illas ſpecies vocat εἴδη τὰ καθ' αὑτά: quum ipſa Multa hactenus ſint, quatenus illius τῷ ἑνὸς in illis formis μετέχειν. Illas porro ſpecies cõplecti ait omnia τὰ καθέκαστα, & quidem vt illa poſſint συγκεχύσθαι & διακρίνεσθαι. eſt enim duplex illa differentiarum εἰδοποιῶν vis atq; potẽtias, vt ſint rerum συζευκτικαὶ & διαιρετικαί. Illam τῶ ἑνὸς in ſpecibus vim primum eſſedit ἐν ὁμοιώσεσι. i. iis quæ ſub oculos cadunt: & more ſuo dubitat an id fieri poſsit. Docet igitur, in hac rerum vniuerſitate omnes res ſingulares ad ἓν quodammodo reuocari. i. ad ſuam quandam communitatem: vt hæc planè ſint diſtinguẽda, εἴδη αὐτὰ καθ' αὑτά, & ipſa τὰ πολλὰ τούτων εἰς ἓν μετέχοντα. i. res ipſæ ſingulares, quæ nec ipſæ ſubſiſterent, neque à nobis comprehẽdi poſſent, niſi in illa communitate ſpeciei. Igitur aliud eſſe ſpeciem, aliud individua ipſa quæ ſpeciei ambitu contineantur. Ea verò illas Ideas duobus modis conſtare ſignificat in animis noſtris, vt νοήματα: in natura, vt φύσεις: hactenus videlicet vt τῶν ἄλλων, id eſt indiuiduorũ, multiplicitas ad vnitatẽ quandam ſpeciei referatur. Sunt igitur in animis noſtris, vt variè à nobis res cõprehenduntur, ſecũdum varias multiplicésque χρέσεις: ſunt in natura, quatenus ſpecierum illarum ſint participes: & vt exiſtendi vim, ita & appellationem ſortiuntur. Quot autem ſunt ὄντα, tot ad illam ἰδέαν ἕνωσιν reuocãtur. & hactenus quidem in rebus αἰσθητοῖς & cõſpicabilib⁹ id fieri docuit: quarum ſpecies commemorat, ſimilitudinem, diſſimilitudinem: vnitatem, multitudinem: ſtatum, motum, &c.

quem admodum in iis rebus quæ ſub ocu- A
los cadunt iam explicaſtis, ita in iis quæ a-
nimo & ratione cõprehenduntur, demõ-
ſtrare. [a] Dum hęc igitur diceret Socrates,
aiebat Pythodorus ſe exiſtimaſſe, Parme-
nidem & Zenonem ſingulis de rebus in-
dignatos. illos enim valde cogitabundos
modò hærere, modò ſe alii alios aſpectan-
tes arridere, quaſi Socratem admirarétur.
Qui quum dicẽdi finem feciſſet, Parmeni-
dem excepiſſe, Quãta admiratione & lau-
de dignus es, mi Socrates, propter vehe-
mens illud tuum erga diſciplinas ſtudium!
dic verò mihi, Túne ita vt ais, ſeorſim qui-
dẽ ſpecies ipſas diſtinxiſti, & ſeorſim eas res
quæ ipſarum eſſent participes? Tibíne eſſe
videtur ſeorſim Similitudo quædã cuius
nos ſimus participes? & Vnum ſeorſim &
Multa, & illa omnia quæ à Zenone audi-
iſti? Mihi quidem, dixiſſe Socratẽ. An &
huiuſmodi quidpiam? (excepiſſe Parmeni-
dem) veluti, *Iuſti quandam ſpeciem*, ipſam
per ſeipſam, & pulchri & boni, & omnium
huiuſmodi? Profectò, inquit. Quid verò?
hominíne ſpeciem ſeorſim à nobis eſſe
arbitraris, & earum rerum ex quibus nos
omnes cõſtamus, ignis, aquæ, & ſimilium?
His de rebus, Parmenides, ſæpenumero
dubitaui, vtrum de illis æquè ac de aliis cõ-
ſtituendum ſit. Nimirum de his, So-
crates, quæ etiam ridicula eſſe videantur:
vt, de pilis, luto, ſordibus, & de aliis hu-
iuſmodi rebus viliſſimis & perexigui mo-
menti, dubitáſne quid hac de re ſit dicẽdũ,
ponendáne ſit illarum rerum ſingularum
Species, quę aliud ſit quidpiam diuerſũmq;
ab ipſis rebus quæ noſtris ſenſibus obuer-
ſantur, nécne? Nequaquam, dixiſſe Socra-
tem: ſed hæc ipſa quæ videmus, illa planè D
eſſe. illarum autem quandam eſſe Speciem
arbitrari, perabſurdũ profectò eſſet. [b] Iam
& illa cogitatio aliquando me cõturbauit,
an in omnibus idem eſſet: deinde quum
ibidem ſteti, inde me reuoco, veritus ne in
infinitæ cuiuſdã nugacitatis abyſſum me
dem præcipitem, illóque caſu abſorbear.
Igitur reuerſus inde ad eas res quas modò
dicebamus in ſe ſpecies continere, in illis
tractandis atque verſandis ſtudium ope-
rámque impendo. [c] Iuuenis enim adhuc
es (dixiſſe Parmenidem) Socrates, neque
te adhuc complexa eſt philoſophia, vt por- E
ro mea quidem ſententia complectetur,
quum nihil iſtorum negliges. nunc verò
ad hominum opiniones reſpicis, propter
ætatem. [d] Hoc igitur ſodes dic mihi.
Tibíne, vt ais, ſpecies quædam eſſe vi-
dentur, réſque aliæ quæ illarum ſunt
participes, ip.arum cognomina retinere?

ὥσπερ ἐν τοῖς ὁρωμένοις διήλθετε, οὕτω καὶ
ἐν τοῖς λογισμῷ λαμβανομένοις ἱκανῶς δεῖξαι.
Λέγοντος δὴ ἔφη ὁ Πυθόδωρος τοῦ Σωκράτους ταῦτα, αὐτὸς μὲν οἴεσθαι ἐφ' ἑκάστου ἄχθεσθαι τόν τε Παρμενίδην καὶ τὸν Ζήνωνα· τοὺς δ' πάνυ γε αὖ τοῦ Σωκράτους μεστοὺς ὄντας νοῦ, καὶ θαυμαστὰ εἰς ἀλλήλους βλέποντας μειδιᾶν, ὡς ἀγαμένους τὸν Σωκράτη. ὅπερ οὖν καὶ παυσαμένῳ αὐτοῦ εἰπεῖν τὸν Παρμενίδην, ὦ Σώκρατες, φάναι, ὡς ἄξιος εἶ ἄγασθαι τὴν ὁρμὴν τὴν ἐπὶ τοὺς λόγους. καί μοι εἰπέ, αὐτὸς σὺ οὕτως διήρησαι ὡς λέγεις; χωρὶς μέν εἴδη αὐτὰ ἄττα, χωρὶς δ' τὰ τούτων αὖ μετέχοντα; καὶ τί σοι δοκεῖ εἶναι αὐτὸ ὁμοιότης χωρὶς, ἧς ἡμεῖς ὁμοιότητος ἔχομεν, καὶ ἓν δή, καὶ πολλά; καὶ πρῶτα ὅσα δὴ νεῦ Ζήνωνος ἤκουες; Ἔμοιγε, φάναι τὸν Σωκράτη. Ἦ καὶ τὰ τοιάδε (εἰπεῖν τὸν Παρμενίδην) οἷον δικαίου τί εἶδος αὐτὸ καθ' αὑτό; καὶ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, καὶ πάντων αὖ τῶν τοιούτων; Ναί, φάναι. Τί δ', ἀνθρώπου εἶδος χωρὶς ἡμῶν; καὶ τῶν οἷοι ἡμεῖς ἐσμὲν πάντων; αὐτό τι εἶδος ἀνθρώπου, ἢ πυρός, ἢ καὶ ὕδατος; Ἐν ἀπορείᾳ (φάναι) πολλάκις δή, ὦ Παρμενίδη, περὶ αὐτῶν γεγονα, πότερα χρὴ φάναι ὥσπερ περὶ ἐκείνων, ἢ ἄλλως. Ἦ καὶ περὶ τῶνδε, ὦ Σώκρατες, ἃ καὶ γελοῖα δόξειεν ἂν εἶναι, οἷον θρίξ, καὶ πηλός, καὶ ῥύπος, ἢ ἄλλό τι ἀτιμότατόν τε καὶ φαυλότατον, ἀπορεῖς εἴτε χρὴ φάναι καὶ τούτων ἑκάστου εἶδος εἶναι χωρὶς, ὃν ἄλλο αὐτῶν ἢ ὧν ἡμεῖς μεταχειζόμεθα, εἴτε καὶ μή; Οὐδαμῶς (φαίη ἂν Σωκράτης) ἀλλὰ ταῦτά γε ἅπερ ὁρῶμεν, ταῦτα καὶ εἶναι· εἶδος δέ τι αὐτῶν οἰηθῆναι εἶναι, μὴ λίαν ἢ ἄτοπον. ἤδη μέντοι ποτέ με καὶ ἔθραξε μή τι ᾖ περὶ πάντων ταῦτον· ἔπειτα ὅταν ταύτῃ τῳ, φύγων οἴχομαι, δείσας μή ποτε εἰς πᾶν ἀμήχανον φλυαρίαν ἐμπεσὼν ἀφανὴς ἀπολωλῶ. ἐκεῖσε δὴ οὖν ἀφικόμενος εἰς ἃ δὴ νεῦ ἐλέγομεν εἴδη ἔχειν, περὶ ἐκεῖνα πραγματευόμενος ἀχρεῖος. Νέος γὰρ εἶ ἔτι (φάναι τὸν Παρμενίδην) ὦ Σώκρατες· καὶ οὔπω σοῦ αὐτείληπται φιλοσοφία, ὡς ἔτι αὖ πιλήψεται κατ' ἐμὴν δόξαν, ὅτε οὐδὲν αὐτῶν ἀτιμάσῃς. νεῦ δ' ἔτι πρὸς ἀνθρώπων ἀποβλέπεις δόξας, διὰ τὴν ἡλικίαν. τόδε οὖν μοι εἰπέ, δοκεῖ σοι, ὡς φῄς, εἴδη εἶναι ἄττα, ὧν τάδε τὰ ἄλλα μεταλαμβάνοντα τὰς ἐπωνυμίας αὐτῶν ἴσχειν;

a Eandem τῶν ἰδεῶν in ideis vim & potẽſtatem notat ἐν τοῖς λογισμῷ λαμβανομένοις: ve in iis ſit τὸ καθ' αὑτὸ εἶδος: ac proinde quum rerum νοητῶν cognoſcẽda ſuerit natura, reuocandũ eſſe ad ideæ vnitatem animum. Exempli cauſa, ſi rerum bonarũ diſpiciẽda ſit natura, ita progrediendum eſſe vt ad ipſam παγκάλου ἰδέαν perueniamus: quæ quidẽ ita eſt αὐτὸ καθ' αὑτὸ forma boni, vt eæ res quæ cum illa cõmunicãt, hactenus ſint & dicãtur bonæ. Ita duas eſſe res ſeorſim & diſtincte, Ipſam illam rerum formam, ipſam per ſe conſtantem, & res ipſas quæ vel noſtris ſenſibus obuerſantur, vel quæ animis noſtris concipiũtur. Quod etiã priùs dixerat αὖθις τὴν ὁρωμένων, iteram inculcat, vt illorũ quoque ideas cõſtare doceat, id eſt, hactenus res & eſſe & dici ſimiles, quantum ſimilitudinis ſint participes, quæ eſt rerum ſimiliũ Idea: vt magnæ & paruæ dicantur, quatenus cum magnitudinis ſiue paruitatis idea cõmunicãt. &c. Idem quoque hominis exemplo docet. Sint enim plures homines, id eſt plura in diuidua: conſtabunt certè in ipſa hominũ ſpecie, nimirum in ipſa (vt ita dicã) hominitate, quæ ipſa αὐτὸ καθ' αὑτὸ ſubſiſtit, quum homines ipſi ſingulares ſint in perpetuo fluxu. Rerũ etiã viliſſimarum addit exempla, vt oſtendat, nihil eſſe in hac rerum vniuerſitate quod no ſua quadam ſpecie circumcludatur atque definiatur.

b Vt hæc de ideis doctrina accuratius expendatur, Socratem deinduſtria facit dubitabundum, quaſi illam minimè intelligeret, vt nimirum à communi hominum ſententia prorſus alienam: ex quorũ hypotheſi vocat ἄξυδον φλυαρίαν: eo quidem cõſilio ac fine vt illius diligentius diſquirendæ via ſternatur. Eſt igitur ſuperioris de ideis doctrinæ ἐπεξεργασία.

c Reſpondet Socrati Parmenides, Eſſe ἀφιλοσόφητον & inuenilo, ea ex hominum opinione condemnare quæ minime intelliguntur.

d Ex ſuperiori doctrina repetit, Diſtinguendas eſſe ideas ab aliis rebus, id eſt, ſingularibus rebus, quæ vt οὐσίαν, ita & ἐπωνυμίαν ab ideis

For. μετέχοντα, ut in præcedentibus hoc uerbo eiuſque participio utitur.

In præced. edit. male ἔστι χρὴ, pro εἰ στι χρὴ, ut ſequitur εἴ τι καὶ μή. Alioqui ſcribendum eſſet εἰπ. Paulo poſt autem uidetur ἤ expungendum eſſe ante ὧν.

Scribẽdum ἀξύνδετον, ex uet. cod. ut pote melius cõueniens cum illis uerbis ἐμπεσὼν ἀφανὴς ἀπολωλῶ. Adde quòd pro Nullis uerbis explicãdis (ut Fic. uertit) dixiſſet potius ἀμηχάνων.

οἷον, ὁμοιότητος μὴν μεταλαβόντα, ὅμοια· μεγέθους δὲ, μεγάλα· κάλλους δὲ καὶ δικαιοσύνης, δίκαιά τε καὶ καλὰ γίγνεσθαι. Παύου γε, φαίην ἂν Σωκράτει. Οὐκοῦν ἤδη ὅλου τοῦ εἴδους ἡ μέθεξις ἕκαστον τῶν μεταλαμβανόντων μεταλαμβάνει; ἢ ἄλλη τις αὖ μετάληψις χωρὶς τούτων γίγνοιτο; Καὶ πῶς αὖ; εἶπε. Πότερον οὖν δοκεῖ σοι ὅλον τὸ εἶδος ἐν ἑκάστῳ εἶναι τῶν πολλῶν, ἓν ὄν; ἢ πῶς; Τί γὰρ κωλύει (φάναι ἂν Σωκράτει) ὦ Παρμενίδη ἓν εἶναι; Ἓν ἄρα ὂν καὶ ταὐτὸν ἐν πολλοῖς καὶ χωρὶς οὖσιν, ὅλον ἅμα ἓν ἔσται· καὶ οὕτως αὐτὸ αὐτοῦ χωρὶς αὖ εἴη. Οὐκ ἂν ἔοι, φάναι. Οἷον, εἰ ἡμέρα εἴη μία καὶ ἡ αὐτὴ οὖσα, πολλαχοῦ ἅμα ἐστὶ, καὶ οὐδέν τι μᾶλλον αὐτὴ αὑτῆς χωρίς ἐστιν· οὕτω καὶ ἕκαστον τῶν εἰδῶν ἓν ὂν πᾶσιν ἅμα ταὐτὸν εἴη. Ἡδέως γε (φαίην) ὦ Σώκρατες, ἓν ταὐτὸν ἅμα πολλαχοῦ ποιεῖς· οἷον εἰ ἱστίῳ καταπεπταμένας πολλοὺς ἀνθρώπους, φαίης ἂν ὅτι πολλοῖς ἔστιν ὅλον. ἢ οὐ τὸ τοιοῦτον λέγεις; Ἴσως, φαίην. Ἦ οὖν ὅλον ἑφ' ἑκάστῳ τὸ ἱστίον εἴη ἄν, ἢ μέρος αὐτοῦ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ; Μέρος. Μερισταὶ ἄρα (φαίην) ὦ Σώκρατες, ἔστιν αὐτὰ τὰ εἴδη· καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῶν, μέρους ἂν μετέχοι, καὶ οὐκέτι ἂν ἑκάστῳ ὅλον, ἀλλὰ μέρος ἑκάστου ἂν ἓν εἴη. Φαίνεται οὕτω γε. Ἦ οὖν ἐθελήσεις ὦ Σώκρατες φάναι τὸ ἓν εἶδος ἡμῖν τῇ ἀληθείᾳ μερίζεσθαι; καὶ ἔτι ἓν ἔσται; Οὐδαμῶς, εἰπεῖν. Ὅρα γάρ (φαίην) εἰ αὐτὸ τὸ μέγεθος μερὶς, ἓκαστον τῶν πολλῶν μεγάλων, μεγέθους μέρει σμικροτέρῳ αὐτοῦ τοῦ μεγέθους, μέγα ἔσται, ἆρ' οὐκ ἄλλο τι φανεῖται; Παύου γε, ἔφη. Τί δὲ; τοῦ ἴσου μέρος ἕκαστον σμικρὸν ἀπολαβόντι, ἔξει ὡς ἐλάττονι ὄντι αὐτοῦ τοῦ ἴσου, ὃ ἔχον, ἴσον τῷ ἔσται; Ἀδύνατον. Ἀλλὰ τοῦ σμικροῦ μέρος τι ἡμῖν ἔξει. Τούτου δὲ αὐτοῦ τὸ σμικρὸν μεῖζον ἔσται, ἅτε μέρους αὐτοῦ ὄντος. καὶ οὕτω δὴ αὐτὸ τὸ σμικρὸν μεῖζον ἔσται. ᾧ δ' ἂν προστεθῇ τὸ ἀφαιρεθέν, τοῦτο σμικρότερον ἔσται, ἀλλ' οὐ μεῖζον ἢ πρίν. Οὐκ ἂν γοῦν (φαίην) τοῦτό γε. Τίνα οὖν τρόπον (εἰπεῖν) ὦ Σώκρατες, τῶν εἰδῶν σοὶ τἆλλα μεταλήψεται, μήτε κατὰ μέρη, μήτε κατ' ὅλα μεταλαμβάνειν δυνάμενα; Οὐ μὰ Δία (φαίην) ἔμοι δοκεῖ οὕτω γε εἶναι ῥᾴδιον εἶναι. Τί δὲ δή; πρὸς πόδε πῇ ἔχεις; Τὸ ποῖον; Οἴομαί σε ἐκ τοῦ τοιοῦδε ἓν ἕκαστον

A veluti, eæ quę Similitudinis ſint participes, ſimiles: quæ magnitudinis, magnæ: quæ pulchritudinis & iuſtitiæ, & iuſtæ & pulchræ eſſe atque dici. Omnino, reſpondiſſe Socratem. [a] Nónne vnumquodque quod particeps eſt, vel tota ſpecie aut parte quapiam eſt particeps? an alia quæpiã eſt præter hanc participandi ratio? Quomodo veró? inquit. Vtrum igitur tibi videtur tota ſpecies in vnoquoque è multis eſſe, quippe quæ vna ſit? aut quomodo? Quid prohibet (dixiſſe Socratem) Parmenides, vnam eſſe? Quæ verò vna eſt & eadem, in multis & quæ ſeorſim exiſtant, tota ſimul vna erit, & ſic ipſa ſeorſim à ſeipſa exiſtet? Nequaquam, inquit Socrates. Sed veluti ſi dies vnus & idem ſit, variis in locis ſimul ipſe eſt, & nihilominus tamẽ ipſe à ſeipſo ſeorſim eſt: ſic & de vnaquaque ſpecie conſtituendum eſt, vt quidem vna eadémque ſimul fuerit, nec verò ipſa à ſeipſa ſecernatur. [b] Bellè tu quidem, Socrates (reſpondiſſe Parmenidem) Vnum idem ſimul multis in locis facis: veluti ſi multos homines vno velo contexiſſes, atque adeo affirmares vnũ eſſe in multis. nónne quidpiam huiuſmodi te dicere arbitraris? Fortaſſe, inquit. An ergo totum velamen ſingulis, vel pars eius alia alii aderit? Pars. Partibiles igitur ſunt, inquit, ſpecies ipſæ, mi Socrates: & eæ res quæ illarum fuerint participes, partis vnius tantùm fuerint participes, neque amplius in vnoquoque tota, ſed pars cuiuſque vnum erit. Videtur quidem ita. Quid ergo? dixeríſne (inquit) mi Socrates, vnam ſpeciem & reuera diuidi, & adhuc vnum eſſe? Nequaquam, inquit. Video enim: (inquit) ipſam magnitudinem ſi diuiſeris, & vnumquodque multorum magnorum magnitudinis parte minore quàm ipſa ſit magnitudo, magnum erit, nónne à ratione alienum videbitur? Omnino, inquit. Quid veró? ſi vnumquodque paruum æquali parte fuerit particeps, num habebit aliquid quo vt minore quàm ipſum æquale ſit, id quod habet, æquale alicui erit? Fieri nullo modo poteſt. At aliquis noſtrûm partem parui illius habebit. hac autẽ ipſa paruum maius erit, quippe quæ illa huius ſit pars: ac proinde hoc pacto ipſum paruũ maius erit: cui verò hæc pars ablata, fuerit appoſita, minus id erit, & nõ maius quàm prius. Fieri hoc quidem minimè poſſit, reſpondiſſe Socratem. Ecquo igitur alio modo, Socrates (dixiſſe illum) illæ res ſpecierũ participes erunt, quæ neque ſecundũ partes neque ſecũdum totas ipſas ſpecies poſſunt eſſe participes? Nequaquam per Ioué (reſpõdiſſe illum) expeditum id mihi quidem eſſe videtur. Ad illud autem quídnam potes reſpondere? Ecquod illud eſt? Exiſtimo te idcirco vnamquamque ſpeciem

mutuantur. quod obiter illuſtrat exẽplis. Iam vero duplices ideas ſtatuit Plato. diuerſa enim ſunt verba, αὐτὸ τὸ κάλλος ὃ ἔστι καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ πάντα ἃ δὴ οὕτως ἰδέας αὐτὰς ὄντας ὑπολαμβάνομεν. Primam igitur principemque ideam ſtatuit Deum: quam in VI De repub. πρὸ τῶν ἰδέων vocauit, & in Philebo, δημιουργοῦσαν αἰτίαν. Secundas autẽ ideas vocat, rerũ ipſarum ſpecies in naturæ διαιρέσει. de ſecundis primum agit, & de prima ſecũdo loco: & quidem ita vt ea explicata doctrinam de ſecundis ideis mox retractet, eamque accuratius perſequatur. In ſumma docet, Rebus ſingulis ſubſterni vnum quoddam veluti fundamentum: vt ex illo veluti filo quodã plurimorum indiuiduorum quaſi tela contexatur.

a Primum θεώρημα, Vna & eadẽ ſpecies in multis, quæ quidẽ ſeorſim exiſtant, tota ſimul vna eſt, non tamen ipſa ſeorſim à ſeipſa eſt, ſed ipſa tota καθ' αὑτὸ eſt. quod illuſtrat exemplis.

b Secundum, Ipſa πολλὰ, id eſt, res ipſæ ſingulares, ita cũ ſuis ideis communicant, vt ipſæ tamen ideæ nullo modo ſint partibiles, ſed ſuam οὐσίαν præter ipſas res & per ſe cõſtãter cõſeruent. i. αὐτὰ καθ' αὑτὰς τὴν οὐσίαν ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν, &c. ſicuti mox dicet. quod eſt notãdum, propter cõtrouerſiam quã hac de cauſa excitauit Ariſtot. aduerſus præceptorem, quæ hoc cardine maximè conſiſtit. Vult enim Plato ſecundas etiam ideas ἀμεθέκτους οὐσίας rerum ſingularium eſſe in ipſius naturæ ordine, ita vt in rebus ſingularibus minimè cõſiſtant. Ariſtoteles contrà vult ſpecies eſſe tantùm ἐνούσας ſiue τοιάσδε, quæ reuera exiſtant in ipſis indiuiduis, quæ idcirco πρώτας οὐσίας nomine deſignat.

arbitrari esse vnam, quoniam quum plura q uædã magna tibi videantur, vna quædam IDEA [id est forma] ipsa tibi esse videtur ad omnia perspicienti, vnde vnum magnum esse arbitrêre. Verum ais, respõdisse. Quid veró? si ipsum magnum & alia magna eodem modo in vniuersum animo perspexeris, nónne vnum quidpiam magnum esse videbitur, quo hæc omnia magna videri necesse sit? Videtur. Alia igitur magnitudinis species videbitur, quæ sit præter ipsam magnitudinem, & eas res quæ eius sunt participes: & in iis omnibus alia rursus, qua vniuersa sunt magna: neque amplius vnaquæque species vna tibi erit, sed multitudine [i. numero] infinitæ. [a] Atqui (dixisse Socratẽ) harúmne specierum singulæ sint notiones, & nullibi consentaneum est eas existere præterquam in animis? sic enim & vnaquæque vna erit, nec quod modò dicebas, profectò ei eueniet. Quid ergo? dixisse: an vnaquæque notio vna est? notio verò, nullius est notio? At id fieri quidem non potest, respondisse illum. Alicuius igitur? Certé. Eiúsne quod est, an eius quod non est? Eius quod est. Nónne vnius cuiusdã, quod in omnibus notio illa inesse intelligit, vnam videlicet ideam quandam? Prorsus. Deinde, nónne illud quod animo comprehenditur vnum esse, IDEA [i. species] erit, semper eadem in omnibus? Necessarium videtur. Quid verò, inquit Parmenides, nunquid necesse est alias res specierum esse participes? an vnaquæque res notionibus tibi videtur constare, atque adeo omnia intelligere [i. νοεῖν] aut quum sint notiones, carere intelligentia [i. νοήματα esse ἀνόητα?] At illud, inquit, planè nullam habet rationem. at mihi quidem, Parmenides, maximè ita habere videtur, HAS SPECIES VELUTI EXEMPLARIA QUAEDAM IN NATURA CONSTARE: alias verò res his assimilari, & similitudine quadam effictas esse, tanquam imagines atque simulacra: vt quidem aliæ hæ res, nõ alio quopiam modo, cum sempiternis illis naturæ formis communicent, quàm quòd illis assimilentur, & eas quodammodo repræsentent. [b] Si quid igitur, inquit, formæ illi siue speciei simile est, fieríne potest vt species illa non sit similis ei rei quæ assimilata est, quatenus quidẽ illa eius similitudinẽ repræsentat? an ratio quædã iniri potest, qua id quod simile est, ei quod est simile, nó sit simile? Nõ potest. Nónne etiã planè est necesse, id quod simile est, eiusdẽ speciei esse particeps, cuius & illud cui simile est? Prorsus. At nónne illud erit Species, cuius omnes res participes, sint similes? Plané. Non igitur potest quicquam speciei esse simile, nec species alii cuipiã, nã præter ipsam specié, species alia semper emergeret: & illa quidé alicui si-

a Tertium διάφορον, ad secundi explicationem maximè faciens: ideas ita esse animi notiones & in animis nostris subsistere, vt tamẽ primò & καθ' αὑτὰς in ipsa natura consistãt: atq; adeo illas notiones non aliter in animis nostris subsistere, quàm quòd sempiternis illis naturæ formis assimilentur. id est, nõ vt ὄντα esse in animis nostris, sed vt τῶν ὄντων ὁμοιώματα & εἰκόνας. hactenus ex ipsis rebus in natura αὐθυπαρξάτοις cõstare μάθησιν animi nostri, notionibus. Sẽtentiæ illius αἰτίαμα refellit ab absurdo. Si enim ideæ ipsæ siue species totæ essẽt in animis nostris, consequeretur νοήματα esse αὐόντα, & ὂν τὸ μὴ ὄν: quandoquidem res ipsæ à variis hominibus variè percipiuntur.

b Proximæ rationis, quæ absurdo euincebat ideas non esse νοήματα: quæ in animis hominum sedem habeant, præclara & copiosa amplificatio: futurum videlicet vt in res ipsas grauissima perturbatio induceretur: siquidẽ pro hominum arbitratu nouæ subinde in dies suboleſcerent rerum formæ. quod certè eueniret si mens humana illas species ef formare posset: & quod quis animo conceperit, species continuò fuerit.

A εἶδος οἴεσθαι εἶναι· ὅταν πολλὰ ἄτοπα μεγάλα δόξῃ σοὶ εἶναι, μία τις ἴσως δοκεῖ ἰδέα αὐτὴ εἶναι ὅθεν πρώτα ἰδόντι, ὅδεν ἓν τὸ μέγα ἡγῇ εἶναι. Ἀληθῆ λέγεις, φαίνομαι. Τί δ' αὖ τὸ μέγα, καὶ τἆλλα τὰ μεγάλα, ἐὰν ὡσαύτως τῇ ψυχῇ ὅτι πρώτα ἴδῃς, οὐχὶ ἕν τι αὖ μέγα φανήσεται, ᾧ ταῦτα πρώτα ἀνάγκη μεγάλα φαίνεσθαι; Ἔοικεν. Ἄλλο ἄρα εἶδος μεγέθους αἱ μεγάλαι φανήσονται, παρ' αὐτό τε τὸ μέγεθος γεγονὸς καὶ τὰ μετέχοντα αὐτοῦ· ᾧ ὅτι τούτοις αὖ πᾶσιν ἕτερον, ᾧ ταῦτα πρώτα μεγάλα ἔσται· καὶ
B οὐκέτι δὴ ἓν ἕκαστον σοὶ τῶν εἰδῶν ἔσται, ἀλλ' ἄπειρα τὸ πλῆθος. Ἀλλὰ φαίνομαι, ὦ Παρμενίδη, Σωκράτει, μὴ τῶν εἰδῶν ἕκαστον τούτων ἡ νόημα, καὶ οὐδαμοῦ αὐτῷ προσήκῃ ἐγγίνεσθαι ἄλλοθι ἢ ἐν ψυχῇ. οὕτω γὰν ἂν ἓν τε ἕκαστον εἴη, καὶ οὐκ ἂν ἔτι πάθοι ἃ νυνδὴ ἐλέγετο. Τί οὖν; (φαίην) ἓν ἕκαστόν ἐστι τῶν νοημάτων, νόημα δέ, οὐδενός; Ἀλλ' ἀδυνατον, εἰπεῖν. Ἀλλά τινος; Ναί. Ὄντος, ἢ οὐκ
C ὄντος; Ὄντος. Οὐχ ἑνός τινος, ὃ ὅτι πᾶσιν ἐκεῖνο τὸ νόημα ἐπὸν νοεῖ, μία τις ἂν οὐσία ἰδέα εἴη; Ναί. Εἶτα οὐκ εἶδος ἔσται τοῦτο τὸ νοούμενον ἓν εἶναι, ἀεὶ ὂν τὸ αὐτὸ ὅτι πᾶσιν; Ἀναγκαῖον αὖ φαίνεται. Τί δὲ δή; (εἰπεῖν Παρμενίδην) οὐκ ἀνάγκη, εἰ τἆλλα φῂς τῶν εἰδῶν μετέχειν, ἢ δοκεῖν σοι ἐκ νοημάτων ἕκαστον εἶναι, καὶ πρώτα νοεῖν, ἢ νοήματα ὄντα, ἀνόητα εἶναι; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο (φαίην) ἔχει λόγον. ἀλλ' ὦ Παρμενίδη, μάλιστα ἔμοιγε καταφαίνεται ὧδε ἔχειν. τὰ μὲν εἴδη ταῦτα, ὥσπερ παραδείγματα, ἑστάναι, τῇ φύσει· τὰ δὲ ἄλλα, κατὰ τὴν φύσιν.
D τούτοις ἐοικέναι, καὶ εἶναι ὁμοιώματα. καὶ ἡ μέθεξις αὕτη τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι τῶν εἰδῶν ὁμοιώματα. οὐκ ἄλλη τις ἢ εἰκασθῆναι αὐτοῖς. εἰ οὖν τι (ἔφη) ἔοικε τῷ εἴδει, οἷόν τε ἐκεῖνο τὸ εἶδος μὴ ὅμοιον εἶναι τῷ εἰκασθέντι, καθ' ὅσον αὐτῷ ἀφωμοιώθη; ἢ ἔστι τις μηχανή, τὸ ὅμοιον μὴ ὁμοίῳ εἶναι ὅμοιον; Οὐκ ἔστι. Τὸ δὲ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἆρ' οὐ μεγάλη ἀνάγκη ἑνὸς τοῦ αὐτοῦ
E εἴδους μετέχειν; Ἀνάγκη. Οὗ δ' ἂν τὰ ὅμοια μετέχοντα, ὅμοια ᾖ, ἐκεῖνο ἔσται αὐτὸ τὸ εἶδος; Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκ ἄρα οἷόντε τι τῷ εἴδει ὅμοιον εἶναι, οὐδὲ τὸ εἶδος, ἄλλῳ· εἰ δὲ μή, τῷδε τὸ εἶδος ἀεὶ ἄλλο ἀναφανήσεται εἶδος· καὶ αὖ ἐκεῖνο τῷ ὁμοίῳ ᾖ,

ἕτερον αὖ· καὶ τοῦδέποτε παύσεται ἀεὶ καινὸν εἶδος γιγνόμενον, ἐὰν καὶ τὸ εἶδος τῷ ἑαυτοῦ μετέχοντι ὅμοιον γίγνηται. Ἀληθέστατα λέγεις. Οὐκ ἄρα ὁμοιότητι τἄλλα τῶν εἰδῶν μεταλαμβάνει· ἀλλά τι ἄλλο δεῖ ζητεῖν ᾧ μεταλαμβάνει. Ἔοικεν. Ὁρᾷς οὖν (φάναι) ὦ Σώκρατες, ὅσον ἡ ἀπορία, ἐάν τις ὡς εἴδη ὄντα αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ διορίζηται; Καὶ μάλα. Εὖ τοίνυν ἴσθι (φάναι) ὅτι ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῦδέπω ἅπτῃ αὐτῆς ὅσον ἔστιν ἡ ἀπορία, εἰ ἓν εἶδος ἕκαστον τῶν ὄντων αἰεί τι ἀφοριζόμενος φήσεις. Πῶς δή; εἰπεῖν. Πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλα, (φάναι) μέγιστον δὲ τόδε εἴ τις φαίη μηδὲ γιγνώσκειν αὐτὰ γιγνώσκεσθαι, ὄντα τοιαῦτα οἷα φαμὲν δεῖν εἶναι τὰ εἴδη, ὧν τἄλλα λέγοντι οὐκ ἂν ἔχοι τις ἐνδείξασθαι ὅτι ψευδῆ· εἰ μὴ πολλῶν μὲν τύχοι ἔμπειρος ὢν ὁ ἀμφισβητῶν, καὶ μὴ ἀφυὴς, ἐθέλοι δὲ πάνυ πολλὰ καὶ πορρώθεν περαίνεσθαι· μέντοι γε ἐνδέξασθαι ἔπεσθαι· ἀλλ' ἀπίθανος ἂν εἴη ὁ ἄγνωστα αὐτὰ ἀναγκάζων εἶναι. Γῆ δή, ὦ Παρμενίδη; φάναι τὸν Σωκράτη. Ὅτι, ὦ Σώκρατες, οἶμαι ἂν καὶ σὲ καὶ ἄλλον ὅστις αὐτίου τινὰ καθ' αὑτὸ αὖ ἕκαστον οὐσίαν τιθέναι εἶναι, ὁμολογῆσαι ἄν, πρῶτον μὲν μηδεμίαν αὐτῶν εἶναι ἐν ἡμῖν. Πῶς γὰρ ἂν αὐτὴ καθ' αὑτοῦ ἔτι εἴη; Φάναι τὸν Σωκράτη. Καλῶς λέγεις, εἰπεῖν. Οὐκοῦν καὶ ὅσα τῶν ἰδεῶν πρὸς ἄλληλά εἰσιν αἱ εἰσιν, αὐταὶ πρὸς αὑτὰς τινὸς οὐσίαν ἕξουσιν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὰ πρὸς ἡμῖν εἴτε ὁμοιώματα, εἴτε ὅπῃ δή τις αὐτὰ τίθεται, ὧν ἡμεῖς μετέχοντες, εἶναι ἕκαστα ἐπονομαζόμεθα. Τὰ δὲ πρὸς ἡμῖν ταῦτα, ὁμώνυμα ὄντα ἐκείνοις, αὐτὰ αὖ πρὸς αὐτά ἐστιν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὰ εἴδη, καὶ ἑαυτῶν, ἀλλ' ὧν ἐκείνων ὄσα αὖ ὀνομάζεται οὕτω. Πῶς λέγεις; φάναι Σωκράτη. Οἷον, (φάναι Παρμενίδην) εἴ τις ἡμῶν τοῦ δεσπότου ἢ δοῦλός ἐστιν, οὐκ αὖ τοῦ δεσπότου δή που ὁ ἐστὶ δεσπότης, ἐκείνου δοῦλός ἐστιν· οὐδὲ αὖτε δοῦλος, ὅ ἐστι δοῦλος, δεσπότης ὁ δεσπότης· ἀλλ' ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπου ἀμφότερα ταῦτά ἐστιν. αὐτὴ δὲ δεσποτεία, αὐτῆς δουλείας ἐστὶν ὅ ἐστι· καὶ δουλεία ὡσαύτως, αὐτὴ δουλεία αὐτῆς δεσποτείας. Ἀλλ' οὐ τὰ ἐν ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνα τινὸς δυνάμιν ἔχει, οὐδὲ ἐκεῖνα πρὸς ἡμᾶς· ἀλλ', ὃ λέγω, αὐτὰ αὑτῶν καὶ πρὸς αὐτὰ ἐκεῖνά

A milis eſſet,& diuerſa quoque: & nunquam ceſſaret noua ſpecies exiſtere, ſed nouus ſubinde formarũ fœtus ſuboleſceret,ſi quidem ſpecies ei rei quæ ſuiipſius eſt particeps,ſimilis eſſet. Veriſſimè loqueris. Non igitur per ſimilitudinem cæteræ res ſpecierum ſunt participes, ſed alius quiſpiam inueſtigandus eſt participandi modus. Videtur. Vides igitur,Socrates, (dixiſſe Parmenidem)quàm perplexa dubitatio ſit conſequutura,ſiquis ſpecies,quatenus ſunt ſpecies,ipſas ex ſeipſis diſtinguat. Maximè,inquit. Ita porro habeto, te nondum (vt ita B dicam)ipſam illam dubitationem comprehendere qualis ipſa ſit: ſi vnamquamq; rerum ſpeciem ab aliis ſemper ſegregãdo poſueris. Quomodo veró? dixiſſe illũ. Multa quidem alia ſunt (dixiſſe) ſed hoc vnum eſt maximum: Siquis nimirum neque illas cognoſci conſentaneũ eſſe diceret, quæ huiuſmodi ſunt, quales eſſe oportere ſpecies diximus: eum qui ita loquatur nemo poſſit oſtendere perperam loqui, niſi multarum rerum fuerit peritus is qui hac de re dubitarit, nec infelici natura, vt poſſit illũ C animo conſequi,qui dum in huius rei demonſtratione verſatur, multa molitur & conuehit ad eius accuratam explicationẽ. haudquaquam enim id ei perſuaderi poterit,qui certò ſtatuet, illas ſpecies cognoſci non poſſe. Quomodo verò, Parmenides? dixiſſe Socratem. Quoniam,Socrates,neminem eſſe arbitror, ſiue te ſiue quempiã alium mortalium,qui ſtatuat quandam eſſe ſubſtantiã ſingularum rerum per ſe conſiſtẽtem, qui non viciſſim fateatur earum nullam in nobis ineſſe.Quomodo enim ipſa per ſe adhuc eſſet?dixiſſe Socratẽ. Præclarè, inquit. Nónne igitur quæcunque ideæ inuicem ſunt quæ ſunt, ipſæ ad ſeipſas eſſentiam habent? non verò earum rerum quæ in nobis ſunt,ratione,ſiue aſſimilatione? ſiue quocunque modo quis ipſas conſtituerit, quarum quum nos participes ſimus, ſingula eſſe denominamur? eæ verò res quæ apud nos ſunt,eiuſdem quidem nominis appellatione cognatæ cum illis,ipſæ quidem ad ſeipſas ſunt, non ad ſpecies: & ſuiipſarum, non verò illarum quæcunque ita appellantur. Quomodo ais? dixiſſe Socratem. Veluti ſi quis noſtrûm alicuius dominus aut ſeruus ſit, nõ ipſius quidem domini, quatenus dominus eſt, illius ſeruus eſt: neque ipſius ſerui, quatenus eſt ſeruus, dominus eſt is qui dominus dicitur: ſed quum ſit homo, hac ratione vtraque hæc eſt.ipſa autem dominatio, ipſius ſeruitutis eſt quod eſt: & ſeruitus eodem modo, ipſa eſt ſeruitus ipſius dominationis. Verùm eæ res quæ in nobis ſunt, illarum ratione poteſtatem habent,non verò illæ noſtri reſpectu: ſed,vt dixi, ipſæ ſuiipſarum & ad ſeipſas ſunt;

& quæ in nobis ſunt, eodem modo ad ſeipſas. nónne intelligis quæ dico? Prorſus (dixiſſe Socratem) intelligo. [a] Nónne & ſcientia (inquit) ipſa quidem, quatenus eſt ſcientia, illius ipſius quod eſt veritas, ſcientia eſt? Omnino. Vnaquæque porro ſcientia, quæ quatenus eſt, rerum quæ verè exiſtunt, eſt, vtrum ſcientia fuerit, néne? Certé. At illa ſcientia quæ penes nos eſt, nónne eius veritatis quæ penes nos eſt, ſcientia fuerit? & quidem vnáquáque ſciétiam quæ ſit penes nos, vniuſcuiuſque earum rerum quæ penes nos ſunt, ſcientiam eſſe contingit? Neceſſe eſt. Atqui ipſas ſpecies, vt fateris, neque habemus, neque fieri poteſt vt in nobis ſint. Nequaquam. Eáne ipſa ſpecie quæ ſcientiæ eſt, cognoſcuntur ipſa genera quæ ſunt ſingula? Certé. Quam quidem ſpeciem nos minimè habemus. Nequaquam. Nulla igitur ſpecies à nobis cognoſcitur, quum ipſius ſciétiæ minimè ſimus participes. Non videtur. Incognitum igitur nobis eſt IPSVM PVLCHRVM & IPSVM BONVM, & omnia ea quæ vt ideas eſſe arbitramur. Videtur. Hoc etiam grauius inſuper perpende. Quale veró? Nunquid dixeris, ſi ipſum eſt quiddam Scientiæ genus, multo id exquiſitius futurum hac noſtra ſcientia? & de pulchritudine aliiſque rebus omnibus eodem modo [ſtatuendum eſt?] Certé. Nónne ſiquid aliud eſt ipſius ſciétiæ particeps, haud alium quempiá eſſe dixerimus, præter vnum Deum, qui hãc exquiſitiſſimã ſcientiam penes ſe habeat? Neceſſe eſt. Nunquid poterit Deus res noſtras cognoſcere, ſi hanc ipſam habeat ſcientiam? Quídni? Quoniam, inquit Parmenides, inter nos conuénit, Socrates, neque illas ſpecies, noſtrarum ratione & adminiculo, vim habere ſuam atque poteſtatem: neque noſtras, illarum: ſed ipſas vtraſque per ſe conſiſtere. Conuénit nimirum. Quamobrem ſi apud Deum hæc ſumma eſt atque exquiſitiſſima dominatio, & hæc ſumma & exquiſitiſſima ſcientia, neque illarum dominatio atque principatus in nos ſummum imperium obtinebit, neque nos cognouerit ſcientia, neque aliam quãliber rerum noſtrarum: ſed & nos ſimiliter illis imperabimus eo imperii genere quod penes nos eſt: neque noſtra ſcientia diuini quicquam profectò cognoſcemus. Illi porro eadem ratione neque noſtri eſſent domini, neque, quum ſint dii, res humanas cognoſcerent. Nónne inſolens illa eſſet atque importuna oratio, ſiquis Deum cognoſcendi poteſtate ſpoliaret? Hæc nimirum (inquit Parmenides) & alia pleraque, mi Socrates, neceſſe eſt

[a] Alterũ abſurdum, Summam illam atq; exquiſitiſsimam ſciẽtiam, qua rerum ſpecies conſtet, ſic adimi Deo opifici: cuius mens eſt omnium rerum αἰτιωτάτη, vt alibi dixit: ac proinde nõ poſsit, ſine maximè abſurdo, mẽs ſpecierũ procreatrix attribui hominibus, adimi Deo, cuius eſt omnium rerum ſummum imperium.

A τί δέ, ἦ δ' ἐγώ, τὰ πρὸς ἡμῶν αὐτὰ καθ' αὑτὰ πρὸς ἑαυτά; ἆρ' οὐ μανθάνεις ὃ λέγω; Παίυ γ' (εἰπεῖν Σωκράτη) μανθάνω. Οὐκοῦν καὶ ἐπιστήμην (φαναι) αὐτὴν μὲν ὅ ἐστιν ἐπιστήμη, τῆς ὄντως ἀληθείας, αὐτῆς ἂν ἐκείνης εἴη ἐπιστήμη; Παίυ γε. Ἑκάστη δὲ αὖ τῶν ἐπιστημῶν ἥ ἐστιν, ἑκάστου τῶν ὄντων, ὅ ἐστιν, εἴη ἂν ἐπιστήμη. ἢ οὔ; Ναί. Ἡ δὲ πρὸς ἡμῖν ἐπιστήμη, οὐ τῆς πρὸς ἡμῶν ἂν ἀληθείας εἴη; καὶ αὖ ἑκάστη ἡ πρὸς
B ἡμῖν ἐπιστήμη, τῶν πρὸς ἡμῖν ὄντων ἑκάστου ἂν ἐπιστήμη συμβαίνοι εἶναι; Ἀνάγκη. Ἀλλὰ μὴν αὐτά γε τὰ εἴδη, ὡς ὁμολογεῖς, οὔτε ἔχομεν, οὔτε πρὸς ἡμῖν οἷόντε ἐστὶ γενέσθαι. Οὐ γὰρ οὖν. Γιγνώσκεται δέ γε που οὐ τῷ αὐτῷ τὰ εἴδη τῆς ἐπιστήμης αὐτὰ τὰ γένη ἃ ἔστιν ἕκαστα; Ναί. Ὅ γε ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν. Οὐ γάρ. Οὐκ ἄρα γε τοῦτό γε ἡμῖν γιγνώσκεται τῶν εἰδῶν οὐδέν· ὅτι αὐτῆς ἐπιστήμης οὐ μετέχομεν. Οὐκ ἔοικεν. Ἄγνωστον ἄρα ἡμῖν ἐστὶ καὶ αὐτὸ ὃ καλόν ἐστι, καὶ τὸ ἀγαθόν· καὶ
C πάντα ἃ δὴ ὡς ἰδέας αὐτὰς οὔσας ὑποτιθέμεθα. Κινδυνεύει. Ὅρα δὴ ἔτι τούτου δεινότερον τόδε. Τὸ ποῖον; Φαίης ἂν που, εἴπερ ἔστιν αὐτό τι γένος ἐπιστήμης, πολὺ αὐτὸ ἀκριβέστερον εἶναι ἢ τὸ πρὸς ἡμῖν ἐπιστήμιον; καὶ κάλλος, καὶ πάντα τὰ ἄλλα οὕτω; Ναί. Οὐκοῦν, εἴπερ τι ἄλλο αὐτῆς ἐπιστήμης μετέχει, οὐκ ἄν τινα μᾶλλον ἢ θεὸν φαίης ἔχειν τὸ ἀκριβέστατον ἐπιστήμιον; Ἀνάγκη. Ἆρ' οὖν οἷός τε αὖ ἔσται ὁ θεὸς τὰ
D πρὸς ἡμῶν γιγνώσκειν, αὐτὸ τὸ ἐπιστήμιον ἔχων; Τί γὰρ οὔ; Ὅτι (ἔφη ὁ Παρμενίδης) ὡμολόγηται ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, μήτ' ἐκεῖνα τὰ εἴδη πρὸς τὰ πρὸς ἡμῶν τὸ δυνάμιν ἔχειν ἐᾶν ἔχει, μήτε τὰ πρὸς ἡμῖν, πρὸς ἐκεῖνα· ἀλλ' αὐτὰ πρὸς αὐτὰ ἑκάτερα. Ὡμολόγηται γάρ. Οὐκοῦν εἰ τοῦδε τοῦ θεῶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀκριβεστάτη δεσποτεία, καὶ αὐτὴ ἡ ἀκριβεστάτη ἐπιστήμη, οὔτ' ἂν ἡ δεσποτεία ἡ ἐκείνων, ἡμῶν ποτὲ ἂν δεσπόσειεν,
D οὔτ' ἂν ἡ ἐπιστήμη ἡμᾶς γνοίη, οὐδέ τι ἄλλο τῶν πρὸς ἡμῶν· ἀλλὰ ὁμοίως ἡμεῖς ἐκείνων οὐκ ἄρξομεν τῇ πρὸς ἡμῶν ἕξει, οὐδὲ γιγνώσκομεν θείου οὐδέν, τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιστήμῃ· ἐκεῖνοί τε αὖ κατ' ἀνθρωπίνην αὐτῶν λόγον οὔτε δεσπόται ἡμῶν εἰσὶν, οὔτε γιγνώσκουσι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, θεοὶ ὄντες. Ἀλλὰ μὴν λίαν (ἔφη) θαυμαστὸς ὁ λόγος, εἴπερ ἀνθρώπων ἀποστερήσει τὸ εἰδέναι; Ταῦτα μέντοι, ὦ Σώκρατες, (ἔφη ὁ Παρμενίδης) καὶ ἔτι ἄλλα πρὸς τούτοις

πάνυ πολλὰ ἀναλαβόντα ἔχειν τὰ εἴδη, εἰ εἰσὶν αὐτὰ αἱ ἰδέαι τῶν ὄντων· καὶ ὁρισθῆναί τις αὐτό τι ἕκαστον εἶδος· ὥστε ἀπορεῖν τε τὸν ἀκούοντα, καὶ ἀμφισβητεῖν ὡς οὔτε ἔστι ταῦτα, εἴτε ὅτι μάλιστα εἴη, πολλὴ ἀνάγκη αὐτὰ εἶ) τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἄγνωστα. καὶ ταῦτα λέγοντα, δοκεῖν τε τι λέγειν· καὶ, ὃ ἄρτι ἐλέγομεν, θαυμαστῶς ὡς δυσανάπειστον εἶ)· καὶ ἀνδρὸς πάνυ μὲν εὐφυοῦς, τὸν δυνησόμενον μαθεῖν ὡς ἔστι γένος τι ἑκάστου, καὶ οὐσία αὐτὴ καθ' αὑτό· ἔπ ἐ θαυμαστέρου, τὸν εὑρήσοντος, ὃς ἄλλον δυνησόμενον διδάξαι πρότερα ταῦτα ἱκανῶς διϋκρινησάμενον. Συγχωρῶ σοι, ἔφη, ὦ Παρμενίδη, ὁ Σωκράτης πάνυ γάρ μοι κατὰ νοῦν λέγεις. Ἀλλὰ μέντοι (εἶπεν ὁ Παρμενίδης) εἰ δή γέ τις, ὦ Σώκρατες, αὖ μὴ ἐάσει εἴδη τῶν ὄντων εἶ), εἰς πρόσωπα τὰ δή νῦν καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀποβλέψας, μηδὲ ὁρισάμενος εἶδος ἑνός ἑκάστου, οὐδὲ ὅποι τρέψει τὸν διάνοιαν ἕξει, μὴ ἐὼν ἰδέαν τῶν ὄντων ἑκάστου τὸν αὐτὸν ἀεὶ εἶ)· καὶ οὕτω τὸν τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμιν πρόρριζα ἀπολεῖ. τοῦτο μέν οὖν μοι δοκεῖς καὶ μᾶλλον ἤδη ἆθαι. Ἀληθῆ λέγεις, φάναι. Τί οὖν ποιήσεις φιλοσοφίας πέρι; ποῖ τρέψῃ, ἀγνοουμένων τούτων; Οὐ πάνυ μοι δοκῶ καθορᾶν ἔν γε τῷ παρόντι. Πρωὶ γὰρ (εἰπεῖν) πρὶν γυμνάσθαι, ὦ Σώκρατες, ὁρίζεσθαι ὅταν χειρεῖς καλόν τε τι καὶ δίκαιον, καὶ ἀγαθόν, καὶ ἓν ἕκαστον τῶν εἰδῶν. ἐνενόησα γὰρ καὶ πρόσθεν σοῦ ἀκούων διαλεγομένου ἐνθάδε Ἀριστοτέλει τῷδε. καλῶς μέν οὖν καὶ θεία, ὦ ἴαθι, ἡ ὁρμὴ ἐὰν ὁρμᾷς ὅπερ τοὺς λόγους· ἕλκυσον δὲ σαυτὸν καὶ γύμνασον μᾶλλον διὰ τῆς δοκούσης ἀχρήστου εἶ) καὶ καλουμένης ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀδολεσχίας, ἕως ἔτι νέος εἶ· εἰ δὲ μή, σὲ διαφεύξεται ἡ ἀλήθεια. Τίς οὖν ὁ τρόπος (φάναι) ὦ Παρμενίδη, τῆς γυμνασίας; Οὗτος, εἶπεν, ὃν περ ἤκουσας Ζήνωνος. πλὴν τοσόνδέ γε σοὶ καὶ πρὸς τούτοις ἐπαινῶ, εἰπόντος ὅτι σὺκ εἰᾶς ἐν τοῖς ὁρωμένοις οὐδὲ περὶ ταῦτα τὸν πλανὸν ὑπισχνεῖν· ἀλλὰ περὶ ἐκεῖνα ἃ μάλιστα τις αἰ λόγῳ λάβοι, ἃ ἤδη αὖ ἠγήσαντο εἶ). Δοκεῖ γάρ μοι (ἔφη) ταύτῃ γε οὐδὲν χαλεπὸν εἶ), καὶ ὅμοια καὶ ἀνόμοια, καὶ πᾶν ὁτιοῦν τὰ ὄντα πάσχοντα ἀποφαίνειν. Καὶ καλῶς γ', ἔφη. χρὴ δὲ καὶ τόδε ἔτι πρὸς τούτῳ ποιεῖν· μὴ μόνον εἰ ἔστιν ἕκαστον ὑποτιθέμενον, σκοπεῖν τὰ συμ-

A species habere, si ipsæ sint rerum ideæ: & ab iis ipsam quandam singularem rerum formam aliquis velit distinguere: vt quidem is qui audit, magna cum dubitatione contenderit, [a]neque has esse, &, si vel maximè essent, necessarium planè eas esse humanæ naturæ incognitas: eúmque qui hoc dicat, aliquid dicere videri, &, (quod modò dicebamus) huiusmodi esse vt vix ac ne vix quidē credi possit: atq; adeo ad magna ingenia pertinere, intelligere, GENVS ESSE REI VNIVSCVIVSQVE, ET ESSENTIAM IPSAM EX SEIPSA.

B Et hoc quidem maiori admiratione dignum erit, si alium ita potuerit docere vt hæc omnia distinctè explicare possit. Concedo (inquit Parmenides) tibi, mi Socrates. prorsus enim loquutus es ex animi mei sententia. [b]Atqui (ait Parmenides) siquis habita earū rerum quæ nunc à nobis explicatæ sunt, & huiusmodi complurium, ratione, minimè dederit esse rerū species: ne certè quidem ille vniuscuiusque rei speciem distinxerit, neque quò animum conuertat habuerit, minimè sinens rerum sin-

C gularum eandē semper esse ideam: ac proinde differendi facultatem vniuersam peruerterit atque profligarit. talem quandam rationem tu quoque potius mihi videris sensisse. Verum ais, inquit. Ecquid verò de philosophia statueris? quò te vertes, si hæc

D à te ignorentur? non satis quidem in præsentia mihi videor animaduertere. iamdudum enim, Socrates, antequam te exercueris, conaris definire, & quid Pulchrum sit & quid Iustum, & Bonum, & vnamquamque formarum. hæc enim pridem animaduerti, quum audirem te cum hoc Aristotele disputantem. præclarus sanè est atque diuinus, mihi crede, ad disciplinarum studiū impetus: abstrahe verò teipsum, téque diligentius exercito in ea facultate quæ à plurimis existimatur & nuncupatur garrulitas, quandiu iuuenis es: finminus, te veritas effugiet. Ecquis igitur (inquit Socrates) huius exercitationis modus est, mi Parmenides? Hic, inquit, quē à Zenone audisti. at te etiam aduersus hunc admiratus sum, quum diceres non in iis rebus quæ sub oculos cadant, & circa eorum errorem sistere cogitationem oportere: sed ad eas res

E conscendendum, quas quis ratione maximè comprehenderet, & veras esse arbitraretur. Quandoquidem mihi videtur, inquit, hoc pacto haudquaquam esse difficile, similia atque dissimilia, & aliud quidlibet quod rebus quadret, oratione explicare. Et præclarè quidem, inquit. Est autem & illud præter hoc præstandum, si aliquid ponas, vt nō modò consideres quídnam ex

a Conclusio, Species minimè pendere ab humana mente, imò illas humanæ nat. ræ. i. hominibus, esse incognitas: (quum videlicet sint in architectrice mēte Opificis Dei, sicuti docuit in Timæo) ac proinde ratum fixumque esse, Genus esse rei vniuscuiusque, & essentiam ipsam ex seipsa: non in ipsis καθ' ἕκαστα subsistentē, sed ipsorum καθ' ἕκαστα fulcrū atque fundamentum.

b Aliud absurdum, Nisi certæ quædam species cōstituantur, oborituram maximā perturbationē in omnibus scientiis, quæ nimirum sunt περὶ καθόλου. ecquis enim omnia individua possit animo complecti? infinitum enim esset & perturbatum in ipsis καθ' ἕκαστα hærere. Ita differendi facultas, omnis philosophia denique rerū veritatem amittet. Huic incommodo opponit verum παιδείας ὄφον: qui est vnus & quidem magnus vsus istius doctrinæ de ideis: vt videlicet ipsa καθ' ἕκαστα ad suas species reuocētur. vnde constare posset rerum natura, & qualitates quibus illa circumuestitur. Denique σωαγωγὴ instituit superiorum argumentorum: Quandoquidem ex iis ipsis quæ aliquam rem cōsequuntur, de ipsa rei natura iudicandū est, illam opinionē quæ tollit ideas, falsam esse atque absurdam, quā videlicet tot incommoda consequantur: contrà, cuum tam certa consequatur vtilitas ex hac doctrina, perspicuum esse nos illā esse amplectendam & excolendam ab eo qui rei veritatē quærit. Ita explicatum est primū disputationis caput, AN SINT IDEAE. Probatum est autē illas esse planè necessarias in rebus & ὀρατοῖς & νοητοῖς recte percipiendis.

hac poſitione conſequatur, ſed, etiamſi hoc non eſt, idem tamen ipſum ponas: ſi quidem accuratius exerceri velis. Quomodo ais? inquit. Exempli cauſa (reſpondit) ſi velis de hac poſitione quam adhibuit Zeno, *An multa ſint*, diſquirere écquid conſequi oporteat & ipſis multis & vni, vnius nimirum illius habita ratione, & multorū, & ipſorum inter ſe. & rurſus ſi poſuerit, an ſit ſimilitudo nécne, écquid ex vtraque poſitione ſit euenturum & iis ipſis poſitis & aliis, & ſuiipſorum ratione, & aliorum inuicem reſpectu. & de diſſimili eadem eſt ratio, & de motu, & de ſtatu, & de generatione & corruptione, & de eo quod eſt, & quod non eſt: atque (vt vno verbo dicam) de quocunque ponitur, aut eſſe aut nō eſſe, aut ſiqua in id cadat affectio, conſideranda ea ſunt quæ ex his conficiantur, ſuiipſius & rerum aliarum ſingularū ratione, quamlibet elegeris, & ad plura & ad vniuerſa eodem modo: & alia quoque ad ſeipſa, & ad aliud quod ſemper elegeris: ſiue poſueris tanquam id quod exiſtat, ſiue non: ſi quidē perfectè volueris ita te exercere, vt veritatē propriè & germanè perſpicias. [a] REM, inquit, inuolutā & quaſi infinitam commemoras, mi Parmenides: nec te ſatis rectè intelligo. quin age tu aliquid dixeris, & aliquid pro arbitratu tuo poſueris, vt id melius intelligam. Opus ſanè arduum, Socrates, imponis, mihi quidem tam prouecta ætate ſeni. Quin igitur potius (inquit Socrates) tu, mi Zeno, aliquid hac de re nobis explicato. Tum Zeno vbi arriſiſſet, Hac de re, inquit, rogemus Parmenidem. non enim exigui momēti res ea eſt quam proponit. Nónne vides quāta illa res ſit quam imperas? quòd ſi plures eſſemus, minimè conſentaneum eſſet rogare. indecorum enim foret coram multis teſtibus de his rebus agere, & quidem eum qui tam ſit prouecta ætate: quandoquidem ignorat vulgus, ſine hac liberiore diſquiſitione, quæ per res omnes in vniuerſum peruadit, eáſque quaſi errore quodam perluſtrat, fieri nullo modo poſſe vt quiſquā veritatis cognitionem adipiſcatur, neque iudiciū rectè componat. Ego te igitur, mi Parmenides, vnà cum Socrate oro atq; obteſtor, vt hac de re quoque audiam te liberius & cum otio explicantem quid ſentias. Quum hæc dixiſſet Zeno (aiebat Antipho retuliſſe Pythodorum) ipſum & Ariſtotelem, aliósque qui aderant, impēſè rogaſſe Parmenidem vt ſuam hac de re explicaret ſententiam, neque hoc officium ipſis denegaret. Tum dixiſſe Parmenidem, Neceſſe eſt vobis morem gerere. quanquam mihi quidem videtur id nobis euenire quod Ibyceo equo di-

a Noua & quidē accuratior ſuperioris doctrinæ de ideis ὑπερφυᾶ. primùm autem agit de ΠΡΙΜΑ, cuius nomine ἀρχὴν ſiue ἀρχέτυπον omnīū rerum cauſam & Dei architectricem mentem intelligere diximus. Illius οὐσιώδη πάθη diligenter enumerat. quædam autē ſuo more præfatur, argumēti obſcuritatem indicans: vt & prolixitatis inuidiam declinet, & animos lectorum rei maieſtate attentos reddat.

Ἆρα οὐκ τοῦ ὑποθέσεως, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ ὅδε αὐτὸ ᾖ δεῖ ὑποτίθεσθαι· εἰ βούλει μᾶλλον γυμνασθῆναι. Πῶς λέγεις; φάναι. Οἷον (ἔφη) εἰ βούλει περὶ αὐτῆς τοῦ ὑποθέσεως ἣν Ζήνων ὑπέθετο, εἰ πολλά ἐστι, τί χρὴ συμβαίνειν καὶ αὐτῇ καὶ τοῖς πολλοῖς πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ὃ ἕν, καὶ αὖ ἑνὶ πρός τε αὑτὸ καὶ πρὸς τὰ πολλά· καὶ αὖ, εἰ μὴ ἔστι πολλά, πάλιν σκοπεῖν τί συμβήσεται καὶ τῷ ἑνὶ καὶ τοῖς πολλοῖς, καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα. καὶ αὖθις αὖ, ἐὰν ὑποθῇ, εἰ ἔστιν ὁμοιότης, ἢ εἰ μὴ ἔστι, τί ἐφ' ἑκατέρας τῆς ὑποθέσεως συμβήσεται καὶ αὖ τοῖς τοῖς ὑποτεθεῖσι καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα. καὶ περὶ ἀνομοίου ὡσαύτως λόγος, καὶ περὶ κινήσεως καὶ περὶ στάσεως, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦτο ἕν καὶ μὴ τοῦτο ἕν). καὶ, ἑνὶ λόγῳ, περὶ ὅτου ἂν ἀεὶ ὑποθῇ, ὡς ὄντος καὶ μὴ ὄντος καὶ ὁτιοῦν ἄλλο πάθος πάσχοντος, δεῖ σκοπεῖν καὶ συμβαίνοντα πρὸς αὐτό, καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν ἄλλων, ὁτιοῦν ἂν προσλῇ, καὶ πρὸς πλείω καὶ πρὸς ξύμπαντα ὡσαύτως· καὶ τἆλλα αὖ, πρὸς αὐτά τε καὶ πρὸς ἄλλο ὅτιοῦν ἂν αἱρῇ ἐάν τε ὡς ὂν ὑποθῇ ὑπετίθεσο, ἐάν τε ὡς μὴ ὄν· εἰ μέλλεις, τελέως γυμνασάμενος, κομψεύσεσθαι ὀρθῶς. Ἀμηχανόν γ', ἔφη, λέγεις, ὦ Παρμενίδη πραγματείαν· καὶ οὐ σφόδρα μεμαθήκαμεν. Ἀλλά μοι τί οὐ διῆλθες, αὐτὸς ὑποθέμενος τί, ἵνα μᾶλλον καταμάθω; Πολὺ ἔργον (φάναι) ὦ Σώκρατες, προστάττεις, ὡς τηλικῷδε. Ἀλλὰ σύ (εἶπεν Ζήνωνα Σωκράτη) Ζήνων, τί οὐ διῆλθες ἡμῖν; Καὶ τὸν Ζήνωνα ἔφη γελάσαντα φάναι, Αὐτὸν ὦ Σώκρατες δεώμεθα Παρμενίδου. μὴ γὰρ οὐ φαῦλον ᾖ ὃ λέγει. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅσον ἔργον προστάττεις; εἰ μὲν οὖν πλείους ἦμεν, οὐκ ἂν ἄξιον ἦν δεῖσθαι. ἀπρεπῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα πολλῶν ἐναντίον λέγειν, ἄλλως τε καὶ τηλικούτῳ. ἀγνοοῦσι γὰρ οἱ πολλοὶ ὅτι οὐδὲ τῶν τῆς ἁπάντων διεξόδου τε καὶ πλάνης ἀδυνάτου ἐντυχόντα τῷ ἀληθεῖ, νοῦν ἔχειν. ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Παρμενίδη, Σωκράτει σοὶ δέομαι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἀκούσω παρὰ σοῦ. Ταῦτα δὴ εἰπόντος τοῦ Ζήνωνος, ἔφη ὁ Ἀντιφῶν φάναι Πυθόδωρον, αὐτόν τε δεῖσθαι τοῦ Παρμενίδου καὶ Ἀριστοτέλη καὶ τοὺς ἄλλους, ἐπιδείξασθαι ὃ λέγοι, καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖν. Τὸν οὖν Παρμενίδην, Ἀνάγκη, φάναι, πείθεσθαι· καίτοι δοκῶ μοι τὸ γ' ἐμὲ ἐκ

ἵππου

ἵππου πεπονθέναι· ὦ ἐκφυὲς ἀθλητῇ ὄντι καὶ πρεσβυτέρῳ, ὑφ' ἅρματι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι, ἐγὼ δὲ ἐμπειρίαν τρέμοντι τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀπεικάζων, ἄκων ἔφη καὶ αὐτός, οὕτω πρεσβύτης ὤν, εἰς τὸν ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι ἰέναι. κἀγώ μοι δοκῶ μεμνημένος μάλα φοβεῖσθαι πῶς χρὴ τηλικόνδε ὄντα διανοῦσαι τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον πλῆθος λόγων. ὅμως δὲ δεῖ γὰρ χρηίζεσθαι, ὅπῃ καὶ ὁ Ζήνων λέγει. ἴθι δὴ γάρ ἐσμεν. πόθεν οὖν δὴ ἀρξόμεθα; καὶ τί πρῶτον ὑποθησόμεθα; ἢ βούλεσθε, ἐπειδὴ ὥρᾳ δοκεῖ πρᾳγματειώδη παιδιὰν παίζειν, ἀπ' ἐμοῦ ἄρξωμαι καὶ τῆς ἐμαυτοῦ ὑποθέσεως, περὶ τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ ὑποθέμενος, εἴτε ἓν ἔστιν, εἴτε μὴ ἕν, τί χρὴ συμβαίνειν; Παίνυ μὲν οὖν, φαίη τ' Ζήνων. Τίς οὖν (εἰπεῖν) μοὶ ἀποκρινεῖται; ἢ ὁ νεώτατος; ἥκιστα γὰρ ἂν πολυπραγμονῇ, καὶ ἃ οἴεται μάλιστ' ἂν ἀποκρίνοιτο· καὶ ἅμα ἐμοὶ ἀνάπαυλα ἂν εἴη ἡ ἐκείνου ἀπόκρισις. Ἕτοιμός σοι, ὦ Παρμενίδη, (φαίη τοῦτον Ἀντιοτέλου) ἐμὲ γὰρ λέγεις, τὸν νεώτατον λέγων. Ἀλλ' ἐρώτα ὡς ἀποκρινούμενόν σοι. Εἶεν· (φαίη) εἰ ἔν ἐστιν, ἄλλοτι οὐκ ἂν εἴη πολλά· ἢ ἕν; Πῶς γὰρ ἄν; Οὔτε ἄρα μέρους αὐτοῦ, οὔτε ὅλου ἂν αὖ δεῖ εἶναι. Τί δή; Τὸ μέρος που, μέρος ὅλου ἐστί. Ναί. Τί δὲ τὸ ὅλον; οὐχὶ οὗ ἂν μέρος μηδὲν ἀπῇ, ὅλον ἂν εἴη; Πάνυ γε. Ἀμφοτέρως ἄρα τὸ ἓν ἂν ἐκ μερῶν ἂν εἴη, ὅλον τε ὂν καὶ μέρη ἔχον. Ἀνάγκη. Ἀμφοτέρως ἂν ἄρα οὕτω τὸ ἓν πολλὰ εἴη, ἀλλ' οὐχ ἕν. Ἀληθῆ. Δεῖ δέ γε μὴ πολλὰ ἀλλ' ἓν αὐτὸ εἶναι. Δεῖ. Οὔτ' ἄρα ὅλον ἕξαν, οὔτε μέρη ἕξει, εἰ ἓν ἕξαν τὸ ἕν. Οὐ γάρ. Οὐκοιῶ εἰ μηδὲν ἔχει μέρος, οὔτ' ἀρχὴν, οὔτε τελευτὴν οὔτε μέσον ἕξει. μέρη γὰρ ἂν ἤδη αὐτὰ τοιαῦτα εἴη. Ὀρθῶς. Καὶ μὴν τελευτή γε καὶ ἀρχή, πέρας ἑκάστου. Πῶς δ' οὔ; Ἄπειρον ἄρα τὸ ἕν, εἰ μήτε ἀρχὴν μήτε τελευτὴν ἔχει. Ἄπειρον. Καὶ αὖ σχήματος ἄρα. οὔτε γὰρ εὐθύλου οὔτε κύκλου μετέχει. Πῶς; Στρογγύλον γέ που ἔστι τοῦτο, οὗ ἂν τὰ ἔσχατα πανταχῇ ἀπὸ τοῦ μέσου ἴσον ἀπέχῃ. Ναί. Καὶ μὴν εὐθύ γε, οὗ ἂν τὸ μέσον ἀμφοῖν τοῖν ἐσχάτοιν ἐμπροσθεν ἦ. Οὕτως. Οὐκοιῶν μέρη ἂν ἔχοι τὸ ἕν, καὶ πολλὰ ἂν εἴη, εἴτ' εὐθέος σχήματος εἴτε περιφεροῦς μετέχοι. Παίνυ μὲν οὖν. Οὔτε ἄρα εὐθύ οὔτε περιφερές ἐστιν·

A citur contigiſſe. cui & athletæ & ſeniori currum ſubituro, & propter rerum experientiam euentum pertimeſcenti, ſeipſum aſſimilãs Ibycus, Ipſe quoq; (inquit) eodẽ modo ætate prouectus cogor ad meos amores redire. Ita equidem memor quid aggrediar, valde reformido, dum cogito qua ratione ego tanta ætate poſſim tale & tantum rerum pelagus differendo quaſi tranſmittere. Illud tamen in veſtram gratiam efficiendum eſt: quandoquidem iubet Zeno, qui mihi eſt alter ego. Vnde igitur ſumemus initium? & quid primum ſubſternemus? an vultis, poſtquam negotioſum ludum ingreſſi ſumus, à meipſo exordiar, & mea poſitione illa, DE VNO videlicet illo quod eſt meæ ſententiæ fundamentum? ſiue Vnum ſit quidpiam, ſiue non ſit, quídnam inde conſequi oporteat? Omnino, inquit Zeno. Ecquis igitur (ait Parmenides) mihi reſpondebit? nónne, is qui maximè eſt iuuenis? minus enim extra rẽ euagabitur, res alienas perueſtigando, ſed quæ opinabitur, expeditiſſimè & liberrimè reſpondebit, vt vnà quidem ex ipſius reſponſione quieſcendi occaſionem habeam. Paratus ſum, Parmenides, tibi ad hoc officium præſtandum, reſpondiſſe aiebat Ariſtotelem. quũ enim de iuniore loqueris, me ſignificas. at interrogato, ego ad reſpondendum paratus ſum. [a] Age igitur, inquit: ſi vnum eſt quidpiam, non profectò Vnum erit multa. Quî enim eſſe poſſit? Neque enim partẽ eſſe illius aliquam, neque totum ipſum eſſe oportet. Cur verò? Pars nimirum, totius pars eſt. Certé. Quid verò eſt Totum? nónne illud eſt Totũ, cui nulla pars deeſt? Omnino. Vtrinque ergo Vnum ex partibus conſtaret, & Totum eſſet, & partes haberet. Neceſſe eſt. Vtrinque rurſus ipſum vnum multa potius quàm vnũm eſſet. Verum ais. Oportet autem non multa ſed vnum ipſum eſſe. Oportet. Quocirca neque totum erit neque partes habebit, ſi vnum fuerit ipſum Vnum. Nequaquã. Itaque ſi nullam habet partem, neque profectò vel principium vllum, vel finem, vel medium habebit. partes enim ipſius res huiuſmodi ſunt. Rectè. Atqui finis & principium vniuſcuiuſque terminus eſt. Quídni? Vnum igitur eſt infinitum, ſi neq; principium neque finem habet. Infinitum. Igitur & ſine figura. neque enim vel rotundi vel recti particeps eſt. Quomodo? Rotundũ illud nimirũ eſt cuius extrema vndiq; à medio æquè diſtant. Certé. Rectum verò illud cuius medium extremis vtriſque è regione eſt. Ita eſt. Igitur Vnum partes haberet, & multa quidem ipſum eſſet, ſi vel rectæ vel circularis figuræ eſſet particeps. Omnino. Neq; igitur vel rectum eſt vel circulare:

[a] Primũ παῖδος primæ illius & αὐτοῦ ἰδέας, Non eſſe multa. i. cũ rebus genitis nullo modo cõmiſceri, quarum videlicet ipſa ſit opifex: quemadmodum diſertè explicauit in Philebo & in Timæo. Idcirco autẽ non eſſe multa, quòd ſit partiũ & figuræ expers. id eſt, infinita. ait enim diſertè, Ἄπειρον τὸ ἓν, ἀμοιρὲς πάντων.

quandoquidem neque partes vllas habet. Recté. Atqui quod huiuſmodi fuerit, nuſquam fuerit. non enim vel in alio vel in ſeipſo eſſet. Quare? Si in alio eſſet, circulo quodam ab eo in quo eſſet comprehenderetur, & vbique ab illo & multis partibus tangeretur. Atqui quum Vnum impartibile ſit & rotunditatis expers, fieri non poteſt vt multifariam circulo tangatur. Non poteſt. At ſi ipſum in ſeipſo eſſet, ipſum ſeipſum complecteretur, quum non aliud ſit quàm ipſum. non enim poteſt quicquam in aliquo eſſe, quin ab illo etiam comprehendatur. Fieri certè nullo modo poteſt. Nónne aliud quidpiam fuerit ipſum illud quod comprehendit, aliud id quod comprehenditur? non enim vtraque totum illud ſimul & pateretur & faceret. & ita Vnum non iam vnum fuerit, ſed duo. Nequaquã. Nuſquã igitur eſt ipſum vnum, neq; in ſeipſo neq; in alio quoquã. Non eſt. [a] Animaduerte igitur: id quod huiuſmodi ſit, potéſtne aut ſtare aut moueri? Quidni poſſit? Quoniam ſi moueretur, aut ferretur aut alteraretur. hæ enim ſunt ſolæ motiones. Certé. Ipſum verò vnum ex eo quod eſt ſi alteretur, fieri non poteſt iã vnũ eſſe. Non poteſt. Itaque minimè mouetur ſecũdum alterationem. Nõ videtur. Nónne & alio genere motionis? id eſt vt feratur? Fortaſſe. Atqui ſi Vnum moueretur, nimirum vel in eodem motu circumferretur motu orbiculari, vel locum commutaret. Neceſſe eſt. Quod igitur in orbem circumfertur, in medio ferri neceſſe eſt, & alias ſui partes quæ circa medium voluantur, habere: cui verò neq; mediũ neq; pars vlla quadrat, écqua inſeri ratio poſſit vt illa in orbem in medio feratur? Nulla. At itáne mutatur vt locum ſubinde commutet, & variis in locis variè ſit? Si ita quidem contigit. Nunquid apparuit eſſe huiuſmodi, vt fieri nullo modo poſſit, ipſum in aliquo eſſe? Prorſus. Nónne & longius ab eo abeſſe vt fiat, in aliquo fieri? Non intelligo quatenus. Si in aliquo fit aliquid, neceſſe eſt nondum in illo penitus eſſe quod adhuc in illo fit: neque quicquam omnino extra illud eſſe, ſi quidem in eo iam fiat. Neceſſe eſt. Si igitur aliquid aliud patitur, vnum illud patitur tantùm, cuius ſunt partes. partim enim in illo iam eſt quod patitur, partim extra ſimul. quod autem partes nullas habet, nunquam in aliquo totum eſſe poteſt, vel intra aliquid vel extra. Verum ais. Quod verò neque partes habet vllas, neque totum eſt, multo etiam minus fieri poteſt vt alicubi fiat, ſiue ſecundum partes ſiue ſecundum totum. Videtur. Igitur neque in aliquem locum eundo, neque in eodem loco manendo,

ἐπείπερ οὐδὲ μέρη ἔχει. Ὀρθῶς. Καὶ μὴν τοιοῦτόν γε ὄν, οὐδαμοῦ ἂν εἴη. οὔτε γὰρ ἐν ἄλλῳ οὔτε ἐν ἑαυτῷ εἴη. Πῶς δή; Ἐν ἄλλῳ μὲν ὄν, κύκλῳ που ἂν περιέχοιτο ὑπ' ἐκείνου ἐν ᾧ ἂν εἴη, καὶ πολλαχοῦ ἂν αὐτοῦ ἅπτοιτο πολλοῖς· τὸ δὲ ἑνός τε καὶ ἀμεροῦς καὶ κύκλου μὴ μετέχοντος ἀδύνατον πολλαχῇ κύκλῳ ἅπτεσθαι. Ἀδύνατον. Ἀλλὰ μὴν αὐτό γε ἐν ἑαυτῷ ὄν, καὶ ἑαυτὸ εἴη περιέχον, οὐκ ἄλλο ἢ αὐτό· εἴπερ καὶ ἐν ἑαυτῷ εἴη. ἓν γὰρ τί ἐστι μὴ περιέχοντι ἀδύνατον. Ἀδύνατον γάρ. Οὐκοῦν ἕτερον μὲν ἂν τι εἴη αὐτὸ τὸ περιέχον, ἕτερον δὲ, τὸ περιεχόμενον. οὐ γὰρ ὅλον γε ἀμφω ταὐτὸν ἅμα πείσεταί τε καὶ ποιήσει· καὶ οὕτω τὸ ἓν οὐκ ἂν εἴη ἔτι ἕν, ἀλλὰ δύο. Οὐ γὰρ οὖν. Οὐκ ἄρα ὅστι που τὸ ἕν, μήτε ἐν ἑαυτῷ μήτε ἐν ἄλλῳ ὄν. Οὐκ ἔστιν. Ὅρα δή, οὕτως ἔχον, εἰ οἷόντε ἐστὶν ἑστάναι ἢ κινεῖσθαι. Τί δή γὰρ οὔ; Ὅτι κινούμενόν τε, ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἂν. αὗται γὰρ μόναι κινήσεις. Ναί. Ἀλλοιούμενον δὲ τὸ ἓν ἑαυτοῦ, ἀδύνατόν που ἓν ἔτι που εἶναι. Ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα κατ' ἀλλοίωσίν γε κινεῖται. Οὐ φαίνεται. Ἀλλ' ἆρα τῷ φέρεσθαι; Ἴσως. Καὶ μὴν, εἰ φέροιτο ὃ ἓν, ἤτοι ἐν τῷ αὐτῷ αὐ περιφέροιτο κύκλῳ, ἢ μεταλλάττοι χώραν ἑτέραν ἐξ ἑτέρας. Ἀνάγκη. Οὐκοῦν, κύκλῳ μὲν περιφερόμενον, ὑπὸ μέσου βεβηκέναι ἀνάγκη, ἅτε τὰ περὶ τὸ μέσον φερόμενα, ἄλλα μέρη ἔχειν ἑαυτοῦ· ᾧ δὲ μήτε μέσου μήτε μερῶν προσήκει, τίς μηχανὴ τοῦτο κύκλῳ ποτὲ ὅπῃ τὸ μέσου ἐνεχθῆναι; Οὐδεμία. Ἀλλὰ δὴ χώραν ἀμείβον, δῆλον ὅτι ἄλλοτε ἄλλῃ γίγνεσθαι, καὶ οὕτω κινεῖσθαι; Εἴπερ γε δή. Οὐκοῦν εἰ μὴ που ἔν τινι αὐτὸ, ἀδύνατον ἐφάνη; Ναί. Ἆρ' οὖν γίγνεσθαι ἔτι ἀδυνατώτερον; Οὐκ ἔγωγε ὅπῃ. Εἰ ἓν τῷ τι γίγνεται, οὐκ ἀνάγκη μήτε πω ἐν ἐκείνῳ εἶναι, ἔτι ἐγγιγνόμενον, μήτε τι ἔξω ἐκείνου πανταπάσιν, εἴπερ ἤδη ἐγγίγνοιτο; Ἀνάγκη. Εἰ ἄρα τι ἄλλο πείσοιτο, τοῦτο ἂν μόνον πάθοι οὗ μέρη εἴη. τὸ μὲν γὰρ αὖ τι αὐτοῦ, ἤδη ἐν ἐκείνῳ, τὸ δ', ἔξω εἴη ἅμα. τὸ δὲ μὴ ἔχον μέρη, οὐκ οἷόντε που ἔσται ᾧτῳ γε δενὶ ὅλον ἅμα μήτε ἐντὸς εἶναί τινος, μήτε ἔξω. Ἀληθῆ. Οὔ δὲ μήτε μέρη εἰσὶ, μήτε ὅλον τυγχάνει ὄν, οὐ πολὺ ἔτι ἀδυνατώτερον ἐγγίγνεσθαί που; μήτε κατὰ μέρη, μήτε ὅλον ἐγγιγνόμενον; Φαίνεται. Οὔτ' ἄρα ποι ἰὸν

a Secundum πάθος, Motus omnis expers, atque adeo omnis mutationis. i. τὸ ἓν, ἀκίνητον καὶ ταυτὸν, idem nimirum conſtanter permanens.

Pro π, ſcribendũ eſt π, nel potius γε, vt huius participii nominatiuus ſit τὸ ἕν.

καὶ ἓν τῷ μεταξύ, χώρᾳ ἀλλάττει, οὔτ' ἐν τῷ αὐτῷ περιφερόμενον, οὔτε ἀλλοιούμενον. Οὐκ ἔοικε. Κατὰ πᾶσαν ἄρα κίνησιν τὸ ἓν ἀκίνητον. Ἀκίνητον. Ἀλλὰ μὴν καὶ εἶναί γε φαμὲν ἓν τινι αὐτὸ ἀδύνατον. Φαμὲν γάρ. Οὐδὲ ἄρα ποτὲ ἐν τῷ αὐτῷ ἐστί. Τί δή; Ὅτι ἤδη ἂν ἐν ἐκείνῳ εἴη ἐν ᾧ τῷ αὐτῷ ἐστί. Παίυ μὲν οὖν. Ἀλλ' οὔτε ἐν ἑαυτῷ οὔτε ἐν ἄλλῳ οἴόντε ὂν αὐτὸ ἓν εἶη. Οὐ γὰρ οἷόν. Οὐδέποτε ἄρα ἐστὶ τὸ ἓν ἐν τῷ αὐτῷ. Οὐκ ἔοικεν. Ἀλλὰ μὴν τόγε μηδέποτε ἐν τῷ αὐτῷ ὄν, οὔτε ἡσυχίαν ἄγει, οὔτε ἔσχηκεν. Οὐ γὰρ οἷόντε. Τὸ ἓν ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὔτε ἔσχηκεν, οὔτε κινεῖται. Οὐκοῦν δὴ φαίνεταί γε. Οὐδὲ μὴν ἑαυτόν γε ὄντε ἑτέρῳ οὔτε ἑαυτῷ ἔσται, οὐδ' αὖ ἕτερον οὔτε αὐτοῦ, οὔτε ἑτέρου ἂν εἴη. Πῇ δή; Ἕτερον μὲν που ἑαυτοῦ ὄν, ἑνὸς ἕτερον ἂν εἴη, καὶ οὐκ ἂν εἴη ἕν. Ἀληθῆ. Καὶ μὴν ἑαυτόν γε ἑτέρῳ ὂν, ἐκεῖνο ἂν εἴη, αὐτὸ δ' οὐκ ἂν εἴη· ὥστε οὐδ' ἂν οὕτως εἴη ὅτῳ ἔστιν ἕν, ἀλλ' ἕτερον ἑνός. Οὐ γὰρ οἷόν τε ταυτὸν μὲν ἄρα ἑτέρῳ, ἢ ἕτερον ἑαυτοῦ οὐκ ἔσται. Οὐ γάρ. Ἕτερον δέ γε ἑτέρου οὐκ ἔσται, ἕως ἂν ᾖ ἕν. Οὐ γὰρ ἑνὶ παρήκει ἑτέρῳ τινὸς εἶναι, ἀλλὰ μόνῳ ἑτέρῳ ἑτέρου, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. Ὀρθῶς. Τῷ μὴ ἄρα ἓν ἔστι, οὐκ ἔσται ἕτερον. Ἢ οἴει; Οὐ δῆτα. Ἀλλὰ μήν, εἰ μὴ τοῦτῳ, οὐχ ἑαυτῷ ἔσται· εἰ δὲ μὴ αὐτῷ, οὐδὲ αὐτό. αὐτὸ δὲ μηδαμῇ ὂν ἕτερον, οὐδενὸς ἔσται ἕτερον. Ὀρθῶς. Οὐδὲ μὴν ταυτὸν ἑαυτῷ ἔσται. Πῶς δή; Οὐχ ἥκιστα τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτή δή που καὶ τοῦ ταυτοῦ; Τί δή; Ὅτι οὐκ ἐπειδὰν ταυτὸν ἡμῖν παύσηται τῷ τί, ἓν γίγνεται. Ἀλλὰ τί μήν; Τοῖς πολλοῖς ταυτὸν ἡμόμενον, πολλὰ ἀνάγκη γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐχ ἕν. Ἀληθῆ. Ἀλλ' εἰ τὸ ἓν καὶ τὸ ταυτὸν μηδαμῇ διαφέρει, ὁπότε τι ταυτὸν ἐγίγνετο, ἀεὶ ἂν ἓν ἐγίγνετο· καὶ ὁπότε ἓν, ταυτόν. Παίυ γε. Εἰ ἄρα τὸ ἓν ἑαυτῷ ταυτὸν ἔσται, οὐχ ἓν ἑαυτῷ ἔσται· καὶ οὕτως ἓν ὄν, οὐχ ἓν ἔσται. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ἀδύνατον. Ἀδύνατον ἄρα καὶ τῷ ἑνὶ, ἢ ἑτέρου ἕτερον εἶναι, ἢ ἑαυτῷ ταυτόν. Ἀδύνατον. Οὕτω δὴ ἑτέρου γε ἢ ταυτοῦ τὸ ἓν οὔτ' ἂν αὐτῷ οὔτ' ἂν ἑτέρῳ εἴη. Οὐ γὰρ οἷόν. Οὐδὲ μὴν ὅμοιόν τινι ἔσται ἁπλῶς ὅμοιον, οὐδ' ἑαυτῷ οὐδ' ἑτέρῳ. Τί δή; Ὅτι τὸ ταυτὸν παν πεπονθὸς, ὅμοιον. Ναί. Τοῦ δέ γε ἑνὸς χωρὶς ἐφαίη τὼ φύσει τὸ ταυτὸ. Φαίη γάρ.

locum commutat: neque vt vel ibidem circumferatur, neque vt alteretur. Non videtur. VNVM ERGO omnibus motionis generibus immobile eſt. Eſt certé. Atqui nónne etiam dicimus fieri non poſſe vt ipſum ſit alicubi? Diximus ſané. Non igitur vnquam eſt in eodem. Cur verò? Quoniam iam in illo eſſet in quo eodem eſt. Omnino. At verò neque in ſeipſo, neque in alio ipſum vnum eſſe poterat. Nequaquam. Vnum igitur nunquam eſt in eodem. Non videtur. Quod verò in eodem minimè conſiſtit, neque quietem agit, neque ſtat. Non enim fieri vllo modo poteſt. Vnum igitur, vt apparet, neque ſtat neque mouetur. Non certè videtur. Neque verò vel alteri vel ſibiipſi idem erit: neque rurſum vel à ſeipſo vel ab altero erit alterum. Quid ita? Si à ſeipſo alterum eſſet, ab vno alterum eſſet, nec eſſet vnum. Vera narras. Quòd ſi idem fuerit alteri, illud quidem erit, ipſum verò non erit: quocirca neque amplius ita erit ipſum quod vnum, ſed aliud quidpiam præter vnum. Nequaquam. Neque idem igitur alter, neque alterum à ſemetipſo erit. Minimé. Sed neque alterum ab altero eſſe poteſt, donec vnum eſt. neque enim vni quadrat vt ab aliquo ſit alterum, ſed ſoli ei quod alterum eſt ab alio: alteri autem nemini [conuenit.] Rectè. Ex eo igitur quòd vnum eſt; non erit alterum. nónne arbitraris? Nequaquam. Quòd ſi hoc non erit, neque ſeipſo: ſi neque ſeipſo, neque ipſum. ipſum verò quod nullibi ſit alterum, nulli erit alterum. Rectè. Neque verò idem ſibiipſi erit. Quidni? Nónne eadem eſt VNIVS natura, quæ & ipſius Eiuſdem? Cur verò? Quoniam non ſi idem fit aliquid alicui, continuò fit vnum. Qua de cauſa? Quia quod multis idem fit, multa, non vnum, fieri neceſſe eſt. Vera commemoras. Atqui ſi vnum & idem nihil diſcreparent, quoties quid idem fieret, res ſingulæ ſemper vnum efficerentur: & quum vnum, idem. Prorſus. Si igitur Vnum ſibiipſi idem eſſet, non vnum ſibiipſi eſſet: atque adeo inde efficeretur, Id quod vnum eſt, non vnum eſſe. Atqui id quidem fieri nullo modo poteſt. Fieri igitur non poteſt vt vnum ipſum aut alterum ab alio aut ſibiipſi idem ſit. Non poteſt. Hac itaque ratione, vnum nec alterum nec idem neque ſibiipſi neque alteri eſſe poterit. Minimè profectó. At neque ſimile cuiquam erit, neque diſſimile aut ſibi aut alteri. Quamobrem? Quoniam ſimile eſt cui idem quiddã accidit. Certé. Ipſum tamen idem ab vno natura diſiungi, ex ſuperioribus apparuit. Apparuit nimirum.

Atqui ſiquid præter id quod eſt Vnum eſſe, ipſum vnum recipit, patitur iam plura eſſe quàm vnum. hoc verò fieri non poteſt. Prorſus. Nunquam igitur ipſum idem eſſe vel ſibi vel alteri patitur. Non videtur. Igitur neq; ſimile aut ſibimet aut alii cuipiam eſſe poteſt. Non apparet. Nihilominus tamen vnum minimè ſuſtinet eſſe alterum. nam ita plura pateretur eſſe quàm vnum. Plura nimirum. Quod porro alterum vel à ſe vel ab alio fit, diſſimile quoque aut ſibiipſi aut alteri cuipiam efficitur: quandoquidem illud etiam quod patitur, ſimile fiat. Recté. Atqui vnum, vt apparet, quum alterum minimè patiatur, minimè eſt diſſimile neque ſibiipſi neque alteri. Nequaquam. Neque igitur vel ſimile vel diſſimile ſibiipſi aut alteri erit vnũ. Non videtur. Atqui quod huiuſmodi eſt, neque par neque impar erit vel ſibiipſi vel alii. Quomodo verò? Si par quidem erit, eiuſdem menſuræ ratione cum illo conueniet cui par erit. Certé. Quod maius eſt & minus, quibus quidem eiuſdem menſuræ proportione reſpondebit, plures quidem habebit menſuras quàm minora, & pauciores quam maiora. Plané. Quibus autem eiuſdem menſuræ ratione minimè reſpondebit, partim quidem minorum, partim maiorum menſurarum erit. Quidni? Nónne id quod eiuſdem minimè eſt particeps, aut iiſdem menſuris conſtare non poteſt, aut aliis quibuſdam iiſdem? Non poteſt. Par igitur neque ſibiipſi neque alteri erit id quod iiſdem menſuris minimè conſtabit. Nõ videtur profectó. Atqui id quod vel pluribus vel paucioribus menſuris circumſcribetur, totidem quoque partibus quot & menſuris conſtabit: & ita videlicet non amplius vnum erit, ſed eadem ratione conſtituetur qua menſuræ illæ. Recté. Quòd ſi vnius eſſet menſuræ, par nimirũ mẽſuræ extiterit. hoc verò ex ſuperioribus apparuit, fieri non poſſe vt ipſum alicui ſit par. Apparuit nimirũ. Igitur quod nec vnius menſuræ eſt particeps, neque multarum neque etiam paucarum, neque vllo modo ipſius eiuſdem, nunquam ſibiipſi, vt videtur, erit par, neque etiam alteri: nec maius præterea neque minus, neque ſuiipſius neque alterius ratione. Omnino ita eſt. [a] Quid verò? ſenius vel iunius aut eandem ætatem habere videtur Vnum, ad hoc vt fieri poſſit? Quidni verò? Quoniam ſcilicet quũ eandem habeat ætatem aut ſibiipſi aut alii, particeps erit paris & ſimilis: quorum rationes dicebamus in vnũ minimè cadere. Dicebamus nimirum. Ipſum verò diſſimilitudinis & imparitatis minimè eſſe particeps diximus quoque. Omnino. Quo igitur pacto, quod huiuſmodi eſt,

a Tertiũ πάθος, AEtatis omnis & temporis expers. id eſt, ſempiterna, neque iunior neque ſenior, οὐδ' ἐν χρόνῳ τοπαρέπαν οὖσα, neque χρόνου vllo modo μετέχουσα: vt quidem nullæ in eam cadant temporis circumſtantiæ, ac omnia illi ſint ſemper præſentiſsima, & æquale tempus ſemper conſeruet. Ita nullæ in illum cadent temporis circumſtantiæ. id eſt, οὔτε ποτὲ γέγονεν, &c.

A Ἀλλὰ μὴν εἴπερ πέπονθε, χωρεῖς τὸ ἓν εἶναι, ὃ ἕν, πλείω ἂν εἶναι πεπόνθοι, ἢ ἕν. Τοῦτο γὰρ ἀδύνατον. Ναί. Οὐδαμῶς ἔστιν ἄρα ἑαυτοῦ πεπονθὸς εἶναι ὃ ἕν οὔτε ἄλλῳ οὔτε ἑαυτῷ. Οὐ φαίνεται. Οὐδὲ ὅμοιον ἄρα δυνατὸν αὐτὸ εἶναι οὔτε ἄλλῳ, οὔτε ἑαυτῷ. Οὐκ ἔοικεν. Οὐδὲ μὴν ἕτερόν γε πέπονθεν εἶναι ὃ ἕν. καὶ γὰρ οὕτω πλείω ἂν πεπόνθοι εἶναι ἢ ἕν. Πλείω γάρ. Τό γε μὴν ἕτερον πεπονθὸς ἢ ἑαυτοῦ, ἢ ἄλλου, ἀνόμοιον ἂν εἴη ἢ ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ· εἶναι δὲ τὸ ταὐτὸ πεπονθὸς, ὅμοιον. Ὀρθῶς. Τὸ δέ γε ἓν, ὡς ἔοικεν, οὐδαμῶς ἕτερον πεπονθὸς, οὐδαμῶς ἀνόμοιόν ἐστιν οὔτε ἑαυτῷ οὔτε ἑτέρῳ. Οὐ γὰρ οἷόν. Οὔτε ἄρα ὅμοιον, οὔτε ἀνόμοιον οὐδ' ἑτέρῳ οὔτε ἑαυτῷ ἂν εἴη ὃ ἕν. Οὐ φαίνεται. Καὶ μὴν τοιοῦτόν γε ὂν, οὔτε ἴσον οὔτε ἄνισον ἔσται, οὔτε ἑαυτῷ οὔτε ἄλλῳ. Πῇ δή; Ἴσον μὲν ὄν, τῶν αὐτῶν μέτρων ἔσται ἐκείνῳ ᾧ ἂν ἴσον ᾖ. Ναί. Μεῖζον δέ που ἢ ἔλαττον ὄν, οἷς μὲν ἂν σύμμετρον ᾖ, τῶν μὲν ἐλαττόνων πλείω μέτρα ἕξει, τῶν δὲ μειζόνων, ἐλάττω. Ναί. Οἷς δ' ἂν μὴ σύμμετρον, τῶν μὲν, σμικροτέρων, τῶν δὲ, μειζόνων μέτρων ἔσται. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐχοῖ ἀδυνάτου ὃ μὴ μετέχον τὸ αὐτό, ἢ μέτρων τῶν αὐτῶν εἶναι, ἢ ἄλλων ὑπηνωνοῦν τῶν αὐτῶν; Ἀδυνάτου. Ἴσον μὲν ἄρα οὔτ' ἂν ἑαυτῷ οὔτε ἄλλῳ εἴη, μὴ τῶν αὐτῶν μέτρων ὄν. Οὐχοῖ φαίνεταί γε. Ἀλλὰ μὴν πλειόνων γε μέτρων ὂν ἢ ἐλαττόνων, ὅσων ἅπερ μέτρων, τοσούτων καὶ μερῶν ἂν εἴη. καὶ οὕτως αὖ οὐκέτι ἓν ἔσται, ἀλλὰ τοσαῦτα ὅσα περ καὶ τὰ μέτρα. Ὀρθῶς. Εἰ δέ γε ἑνὸς μέτρου εἴη, ἴσον ἂν γίγνοιτο τῷ μέτρῳ. Τοῦτο γὰ ἀδυνάτον ἐφάνη, ἴσόν τῳ αὐτὸ εἶναι. Ἐφάνη γάρ. Οὔτε ἄρα ἑνὸς μέτρου μετέχον, οὔτε πολλῶν ὄντε ὀλίγων, ὄντε ἅπαξ ἅπαν τὸ αὐτὸ μετέχον, ὄντε ἑαυτῷ ποτὲ, ὡς ἔοικεν, ἔσται ἴσον, οὔτε ἄλλῳ· οὐδὲ μὴν μεῖζον οὐδὲ ἔλαττον, ὄντε ἑαυτοῦ οὔτε ἑτέρου. Παντάπασι μὲν οὖν οὕτω. Τί δὲ; πρεσβύτερον, ἢ νεώτερον, ἢ τὸ αὐτῷ ἡλικίαν ἔχειν ὃ ἓν δοκεῖ τῷ δυνατὸν εἶναι; Τί δὴ γὰρ οὔ; Ὅτι που ἡλικίαν μὲν τῷ αὐτῷ ἔχον ἢ ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ, ἰσότητος χρόνου καὶ ὁμοιότητος μεθέξει· ὧν ἐλέχθη μὲν οὐ μετεῖναι τῷ ἑνὶ, οὔτε ὁμοιότητος οὔτε ἰσότητος. Ἐλέχθη γὰρ οὖν. Καὶ μὴν καὶ ὅτι ἀνομοιότητός τε καὶ ἀνισότητος οὐ μετέχει, καὶ τοῦτο ἐλέχθη. Πάνυ μὲν οὖν. Πῶς οὖν οἰόντε ἔσται τινὸς ἢ

πρεσβύτερον ἢ νεώτερον ἐστί), ἢ τῷ αὐτῷ ἡλικίαν ἔχειν τῷ τοιοῦτον ὄν; Οὐδαμῶς. Οὐκ ἄρ' ἂν εἴη νεώτερόν γε οὐδὲ πρεσβύτερον, οὐδὲ τῷ αὐτῷ ἡλικίαν ἴσχον ὃ ἕν οὔτε αὐτῷ οὔτε ἄλλῳ. Οὐ φαίνεται. Ἆρ' οὖν οὐδὲ ἐν χρόνῳ ὑπαρξίαν δυνατὸν ἂν εἴη ὃ ἕν, εἰ τοιοῦτον εἴη; ἢ οὐκ ἀνάγκη, ἐάν τι ᾖ ἐν χρόνῳ, ἀεὶ αὐτὸ αὑτοῦ πρεσβύτερον γίγνεσθαι; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν τόγε πρεσβύτερον, ἀεὶ νεωτέρου πρεσβύτερον. Τί μήν; Τὸ πρεσβύτερον ἄρα ἑαυτοῦ γιγνόμενον, καὶ νεώτερον ἑαυτοῦ ἅμα γίγνεται· εἶναι μέλλει ἔχειν ὅτου πρεσβύτερον γίγνεται. Πῶς λέγεις; Ὧδε. διάφορον ἕτερον ἑτέρου οὐδὲν δεῖ γίγνεσθαι ἤδη ὄντος διαφόρου· ἀλλὰ τῷ μὲν ἤδη ὄντος, ἤδη ἐστί), πρὸς δὲ γεγενότος, γεγονέναι· τῷ δὲ μέλλοντος, μέλλειν· τῷ δὲ γιγνομένου, οὔτε γεγονέναι, οὔτε μέλλειν, οὔτε εἶναί πω τὸ διάφορον· ἀλλὰ γίγνεσθαι, καὶ ἄλλως οὐκ ἐστί). Ἀνάγκη γάρ. Ἀλλὰ μὴν τόγε πρεσβύτερον διαφορότης νεωτέρου ἐστί, καὶ οὐδενὸς ἄλλου. Ἔστι γάρ. Τὸ ἄρα πρεσβύτερον ἑαυτοῦ γιγνόμενον, ἀνάγκη καὶ νεώτερον ἅμα ἑαυτοῦ γίγνεσθαι. Ἔοικεν. Ἀλλὰ μὴν καὶ μήτε πλείω ἑαυτοῦ χρόνον γίγνεσθαι, μήτ' ἐλάττω· ἀλλὰ τὸν ἴσον χρόνον καὶ γίγνεσθαι ἑαυτῷ καὶ ἐστί), καὶ γεγονέναι, καὶ μέλλειν ἔσεσθαι. Ἀνάγκη γὰρ οὕτω καὶ ταῦτα. Ἀνάγκη ἄρα ἐστίν, ὡς ἔοικεν, ὅσα γε ἐν χρόνῳ ὄντι, καὶ μετέχει τοῦ τοιούτου, ἕκαστον αὐτῷ τῷ αὐτῷ τε αὐτὸ ἑαυτοῦ ἡλικίαν ἔχειν, καὶ πρεσβύτερόν τε αὐτοῦ ἅμα καὶ νεώτερον γίγνεσθαι. Κινδυνεύει. Ἀλλὰ μὴν τῷ γε ἑνὶ τῶν τοιούτων παθημάτων οὐδὲν μετεῖναι. Οὐ γὰρ μετεῖναι. Οὐδὲ ἄρα χρόνου αὐτῷ μέτεστιν, οὐδ' ἔστιν ἔν τινι χρόνῳ. Οὕτω δή, ὡς γε ὁ λόγος ἔοικε φράζειν. Τί οὖν; τὸ ὂν, καὶ τὸ γέγονε, καὶ τὸ ἐγένετο, οὐ χρόνου μέθεξιν δοκεῖ σημαίνειν τῷ ποτὲ γεγονότος; Καὶ μάλα. Τί δέ; τὸ ἔσται, καὶ τὸ γενήσεται, καὶ τὸ γενήσεται, οὐ τῷ ἐπείτα, τῷ μέλλοντος; Ναί. Τὸ δὲ δὴ ἔστι, καὶ τὸ γίγνεται, οὐ τῷ νῦν παρόντος; Παγυ μὲν οὖν. Εἰ ἄρα τὸ ἕν μηδαμῇ μηδενὸς μετέχει χρόνου, οὔτε ποτὲ γέγονεν, οὔτ' ἐγένετο, οὔτ' ὂν ποτε, οὔτε νῦν γέγονεν, οὔτε γίγνεται, οὔτ' ὄντι, οὔτ' ἔπειτα γενήσεται, οὔτε γενήσεται, οὔτ' ἔσται. Ἀληθέστατα. Ἔστιν οὖν οὐσίας ὅπως ἂν τι μετασχοι ἄλλως ἢ κατὰ τούτων τι; Οὐκ ἔστιν. Οὐδαμῶς ἄρα τὸ ἓν οὐσίας μετέχει. Οὐκ ἔοικεν. Οὐδαμῶς ἄρα ἔστι τὸ ἕν. Οὐ φαίνεται. Οὐδ' ἄρα οὕτως ἔστιν ὥστε ἓν εἶναι· εἴη γὰρ ἂν ἤδη ὄν, καὶ οὐσίας μετέχον. Ἀλλ' ὡς ἔοικε, τὸ ἓν, οὔτε ἔν ἐστιν, οὔτε ἔστιν, εἰ δεῖ τῷ τοιῷδε λόγῳ πιστεύειν. Κινδυνεύει.

A antiquius vel iunius, vel eadem ætate esse poterit? Nullo planè. Quocirca Vnum neque iunius erit neque antiquius, neque eiusdem ætatis, vel suiipsius vel alterius ratione. Non videtur. Itaque & Vnum, si huiusmodi fuerit, in tempore erit nunquam. Etenim id quod est in tempore, nónne necesse est seipso semper senius fieri? Necesse est. Nónne id quod senius est, semper est iuniore senius? Quídni? Quod igitur semper fit seipso senius, & seipso simul iunius semper fit: siquidem aliquo senius esse debet. Quomodo ais? Ita. diuersum alterum

B alteri nihil fieri oportet, quum iam sit diuersum: sed eius quod iam sit ratione, esse: & eius quod fuit, fuisse: & eius quod erit, fore. eius autem quod fit ratione, neque fuisse neque fore neque esse vllo modo Diuersum, sed fieri tantùm, neque aliter esse. Necesse est nimirum. Atqui senius est diuersum quiddam iunioris, & nullius alius. Est nimirum. Quod igitur seipso fit senius, necesse quoque est simul seipso iunius fieri. Apparet. Atqui nec longiori seipso tempore fieri, neque breuiori: sed pari tempore &

C fieri sibiipsi & esse & fuisse & fore. Et hæc quidem necesse est ita habere. Necesse ergo videtur, quodlibet eorum quæ in tempore sunt, & in huiusmodi affectionem cadunt, eandem ipsum sibiipsi ætatem habere, & senius seipso simul & iunius fieri. Videtur. Atqui nulla harum affectionum in vnum cadere potest. Nequaquam. Neque igitur in tempus cadit, neque in aliquo tempore est. Minimè profectò, vt superior oratio euincit. Quid igitur? formulæ istæ dicendi, *Fuit*, vel *erat*, *Factũ est*, *Fiebat*, nónne participationẽ quandã præteriti tẽporis significare videntur? Maximé. Quid verò & illæ: *Erit*, *Fiet*, *Generabitur*, nónne futurũ nobis designãt? Plané. *Est* autẽ & *Fit*, nónne sunt præsentis tẽporis notæ? Sunt omnino. Quòd si ipsum VNVM NVLLO MODO PARTICEPS EST TEMPORIS, nõ sanè vel vnquã factũ fuit vel fiebat, vel fuit vnquã, neq; est modò neq; fit, neq; fiet neq; erit, neq; generabitur. Veriſsimé. Num potest quicquam essentiæ aliter esse particeps, quàm quadam harum rationũ? Minimé. Non igitur Vnum essentiæ particeps est. Non videtur. Non igitur Vnum est. Non videtur. Non sanè ita est vt sit Vnũ. esset enim iã Ens & essentiæ particeps. at certè si huic dicto fides est adhibẽda, Vnum neque vnum est, neque est. Videtur.

Scribendum esse, ὡς γε ὁ λόγος αἱρεῖ, ostendunt alii huius etiam ipsius scripturæ loci.

Ei verò quod non eſt, eſtne aliquid quatenus quidem ipſum non eſt, quod ipſius ſit & ipſi attribuatur? Quomodo verò? Nónitaque nomen illi eſt, non ſermo, non ſcientia, non ſenſus, non opinio. Non videtur. Quocirca nec nominatur, nec dicitur, nec opinione cogitatur, neque cognoſcitur, neque ab aliquo eorum quæ ſunt ſentitur. Haud ſanè videtur. Fieríne igitur poteſt vt Vnius natura, ita vt modò dicebamus comparata ſit atque conſtituta? Nequaquam, vt mihi quidem videtur.

Vin' igitur vt rurſus ad noſtram poſitionem repetito principio redeamus, ſiquid nobis idipſum retractantibus diuerſum videatur? Peruolo. Nónne ſi Vnum eſt, hactenus oſtendimus quo pacto ea quæ ei accidunt, ſint diſtinguenda? nónne ita eſt? Eſt. Animaduerte igitur à principio. [a] Si vnum eſt, num fieri poteſt vt ipſum ſit, eſſentiæ verò non ſit particeps? Non poteſt. Nónne & vnius eſſentiæ, non idem quod ipſum vnum erit? alioqui ſi idem, non profectò illius eſſentia eſſet, neque ipſum vnum illius eſſet particeps: ſed perquè eſſet dicere, & vnum eſſe, & vnum, vnum. nunc verò non eadem ipſa eſt poſitio noſtra, ſcilicet ſi vnum quid euenturum ſit, ſed ſi vnum eſt. nónne ita? Omnino. Nónne ita dicitur tanquam aliud ſignificet *Eſt* quàm *Vnum*? Neceſſe eſt. Nunquid igitur, quum Vnum eſſe ſummatim dixerit, aliud quidpiam dixerit, quàm Vnum eſſentiæ eſſe particeps? Omnino. Rurſus ergo dicamus, ſi Vnum eſt, écquid contingat. Vide igitur. nónne neceſſe eſt hanc poſitionem ſignificare, Vnum eſſe huiuſmodi vt partes habeat? Quomodo? Hoc nimirum. Si *Eſt*, dé *Ente*, *Vno* dicitur, & *ipſum* quidem *Vnum*, de *Ente vno*: nónne neceſſe eſt totum quidem vnum, ens ipſum eſſe, eiúſque partes tam *Vnum* quàm *Eſſe* exiſtere? Neceſſe eſt. Vtrum igitur vtranque harũ partium, partem duntaxat appellamus? an pars totius, pars denominanda erit? Totius. Totum igitur eſt quod vnum eſt, ac partem habet. Prorſus. Quid verò? num hæ partes vnius entis, Vnum videlicet & Ens, ita ſe mutuò relinquunt, vt ipſi Enti vnum, & ipſi Vni ens deſit? Nequaquam. Igitur vtraque pars & Vnũ ſimul & Ens complectitur: adeo vt pars quælibet ex duabus ſaltem particulis conſtituatur: & ſecundum eandem rationem quæcunq; particula occurrit, vtraque ſemper in ea concludatur. etenim vnum ſemper Ens, & ens Vnum mutuis nexibus complectitur. quocirca quum vbique in quauis particula duo exiſtant, neceſſe eſt

A Ὃ δὲ μὴ ἔστι, τούτῳ τῷ μὴ ὄντι εἴη ἂν τι, ἢ αὐτῷ, ἢ αὐτοῦ; Καὶ πῶς; Οὐδὲ ἄρα ὄνομά ἐστιν αὐτῷ, οὐδὲ λόγος, οὐδὲ τις ἐπιστήμη, οὐδὲ αἴσθησις, οὐδὲ δόξα. Οὐ φαίνεται. Οὐδ' ὀνομάζεται ἄρα, οὐδὲ λέγεται, οὐδὲ δοξάζεται, οὐδὲ γιγνώσκεται· οὐδέ τι τῶν ὄντων αὖ αἰσθάνεται. Οὐκ ἔοικεν. Ἦ δυνατὸν οὕτω περὶ ὃ ἓν ταῦτα οὕτως ἔχειν; Οὐκοιῶ ἔμοιγε δοκεῖ.

Βούλει οὖν ὅπῃ τὸ ὑποθέσιν πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἐπανέλθωμεν, ἐάν τι ἡμῖν ἐπανιοῦσιν B ἀλλοῖον φανῇ; Παίνυ μὲν οὖν βούλομαι. Οὐκοιῶν, ἓν εἰ ἔστι, φαμέν, τὰ συμβαίνοντα περὶ αὐτό, ποῖά ποτε τυγχάνει ὄντα, διομολογητέα ταῦτα; ἢ οὐχ οὕτως; Ναί. Ὅρα δὴ ἐξ ἀρχῆς. ἓν εἰ ἔστιν, ἆρα οἷόντε αὐτὸ εἶναι μέν, οὐσίας δὲ μὴ μετέχειν; Οὐχ οἷόν τε. Οὐκοιῶν καὶ ἡ οὐσία, τοῦ ἑνὸς εἶναι αὖ, οὐ ταὐτὸν οὖσα τῷ ἑνί. οὐ γὰρ ἂν ἐκείνη ἐκείνου οὐσία· οὐδ' αὖ ἐκεῖνο τοῦ ἓν ἐκείνης μετεῖχεν· ἀλλ' ὁμοίως ἂν ἐκεῖ λέγειν ἓν τε εἶναι, καὶ ἓν, ἔν. νῦν δὲ οὐχ αὕτη ἐστὶν ἡ ὑποθέσις, εἰ ἕν τι χρὴ συμβαίνειν, ἀλλ' εἰ ἕν ἐστιν. οὐχ οὕτως; Παίνυ μὲν οὖν. Οὐκοιῶν ὡς ἄλλό τι σημαῖνον τὸ ἔστι τοῦ ἑνός; Ἀνάγκη. Ἆρ' οὖν ἄλλο ἢ ὅ, τι οὐσίας μετέχει τὸ ἕν, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ λεγόμενον, ἐπειδάν τις συλλήβδην εἴπῃ ὅτι ἕν ἐστι; Παίνυ γε. Πάλιν δὴ λέγωμεν, ἓν εἰ ἔστι, τί συμβήσεται. σκόπει οὖν· οὐκ ἀνάγκη ταύτην τὴν ὑποθέσιν σημαίνειν τοιόνδε τὸ ἕν, οὗ μέρη ἔχειν; Πῶς; Ὧδε. Εἰ τὸ ἔστι τοῦ ἑνός ὄντος λέγεται, καὶ τὸ ἓν τοῦ ὄντος ἑνός· ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ ἥ τε οὐσία καὶ τὸ ἕν, τοῦ αὐτοῦ δὲ ἐκείνω ὃ ὑπεθέμεθα τοῦ ἑνὸς ὄντος· ἆρα οὐκ ἀνάγκη τὸ μὲν ὅλον, ἓν ὂν τυγχάνειν αὖ; τούτου δὲ γίγνεσθαι μόρια τό, τε ἓν καὶ τὸ ἔστι; Ἀνάγκη. Πότερον οὖν ἑκάτερον τῶν μορίων τούτων, μόριον μόνον προσερῶμεν, ἢ τὸ ὅλον μόριον τόγε μόριον προσρητέον τοῦ ὅλου; C ὅλον ἆρα ἐστὶν ὃ ἐάν τι ἓν ᾖ, μόριον ἔχῃ. Παίνυ γε. Τί οὖν; τῶν μορίων ἑκάτερον τούτων τοῦ ἑνὸς ὄντος πότερον ἓν καὶ ὂν, ἆρα ἀπολείπεσθον, ἢ τὸ ἕν, τοῦ ὄντος ἔστι μόριον, ἢ τὸ ὄν, τοῦ ἑνὸς μόριον; Οὐκ ἂν εἴη. Πάλιν ἆρα καὶ τῶν μορίων ἑκάτερον πότερον ἓν ἴσχει καὶ ὂν, καὶ γίγνεται τὸ ἐλάχιστον οὐκ δυοῖν αὖ μορίοιν τὸ μόριον· καὶ ἕξῃ ⟨ⓥ⟩ αὐτὸν λόγον οὕτως ἀεί, ὅτι ἂν μόριον γίγνηται, τούτῳ τῷ μορίῳ ἀεὶ ἴσχει τό, τε ἓν ἔν, τὸ ὂν ὄν· ὥστε ἀνάγκη δυ' ἀεὶ

a Quartũ πάθος, Esse ei οὐσίας μεθέκτον, quia res ſingulares dicũtur eſſe: imò omnibus reb' tribuere vim & facultatem exiſtẽdi, vt ipſa ſit ἐπέκεινα τῆς οὐσίας. Illius autẽ diuinæ poteſtatis res omnes οὐσιώσης. i. omnibus rebus exiſtendi vim tribuẽtis, ὑπερέχειν ita deſcribit, Ἐπὶ παύτα πολλὰ ὄντα ἡ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς μεμέμηται, καὶ οὐδενὸς ἄπεστι τῶν ὄντων οὔτε σμικροτέρου οὔτε μείζονος, vt nulla quidem prorſus res excipiatur. Id ſubobſcuris verbis ſignificat, Vnum ens multa eſſe. i. vim exiſtendi rebus ὑφιστάσης tribuere. Ita Vnius cum altero quaſi συζυγίαν oſtendit, huiuſmodi tamen vt penes Vnum ſit certæ οὐσίας ratio. Alterum autem ſit, quatenus cum vno communicet. id eſt, Res omnes creatæ ſint vi & beneficio primæ cauſæ: quæ vna & ſola reuera eſt. Hæc eſt primæ cauſæ cum rebus naturalibus συζυγία & communitas, Infinitum cũ finito: ſicuti mox dicemus.

γιγνόμενον, μηδέποτε ἓν εἶ). Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκοῦν ἄπειρον αὖ τὸ πλῆθος ἔσται τοῦ ἑνὸς ὄντος; Εἰκός γε. Γίγνεται δὴ καὶ τῇδε ἕτερα. Πῇ; Οὐσίας φαμὲν μετέχειν τὸ ἕν, διότι ἔστιν ὄν; Ναί. Καὶ διὰ ταῦτα δὴ τὸ ἓν ὂν πολλὰ ἐφάνη. Οὕτω. Τί δή; αὐτὸ τὸ ἕν, ὃ δὴ φαμὲν οὐσίας μετέχειν, ἐὰν αὐτὸ τῇ διανοίᾳ μόνον καθ' αὑτὸ λάβωμεν, ἆρ' οὕτω οὔ φαμὲν μετέχειν, ἆρα γε ἓν μόνον φανήσεται; ἢ καὶ πολλὰ τὸ αὐτὸ τοῦτο; Ἕν, οἶμαι ἔγωγε. Γίγνεται δὴ ἄλλό τι, ἕτερον μὲν αἰτίαν τινὶ οὐσίαν αὐτοῦ εἶ), ἕτερον δ' αὖτό· εἰ γὰρ μὴ οὐσίας τὸ ἕν, ἀλλὰ ὡς ἑνὸς οὐσίᾳ μετέχει. Ἀνάγκη. Οὐκοῦν, εἰ ἕτερον μὲν ἡ οὐσία, ἕτερον δὲ τὸ ἕν, οὔτε τῷ ἓν, τὸ ἓν τῆς οὐσίας ἕτερον, οὔτε τῷ οὐσία εἶ), ἡ οὐσία τοῦ ἑνὸς ἄλλο· ἀλλὰ τῷ ἑτέρῳ τε καὶ ἄλλῳ ἕτερα ἀλλήλων. Παγκάλως μὲν οὖν. Ὥστε οὐ ταὐτόν ἐστιν οὔτε τῷ ἑνὶ οὔτε τῇ οὐσίᾳ τὸ ἕτερον. Πῶς γάρ; Τί οὖν ἐὰν τοσοῦτον ἐκλεγώμεθα αὐτῶν εἴτε βουλῇ τινὶ οὐσίαν καὶ τὸ ἕτερον, εἴτε τινὶ οὐσίαν καὶ τὸ ἓν, εἴτε τὸ ἓν καὶ τὸ ἕτερον, ἆρ' οὐκ ἐν ἑκάστῃ τῇ τοιαύτῃ προαιρέσει προαιρούμεθα τινὲς ὀρθῶς ἔχειν καλεῖσθαι ἀμφοτέρω; Πῶς; Ὧδε. ἔστιν οὐσίαν εἰπεῖν; Ἔστι. Καὶ αὖθις εἰπεῖν ἕν; Καὶ τοῦτο. Ἆρ' οὖν οὐχ ἑκάτερον αὐτοῖν εἴρηται; Ναί. Τί δ' ὅταν εἴπω οὐσία τε καὶ ἕν, ἆρα οὐκ ἀμφοτέρω; Πάνυ γε. Οὐκοῦν καὶ ἐὰν οὐσία τε καὶ ἕτερον, ἢ ἕτερόν τε καὶ ἕν, καὶ οὕτω πάντως ἑφ' ἑκάτερον ἀμφω λέγω; Ναί. Ὅταν δ' αὖ ἀμφω ὀρθῶς προσαγορεύηται, ἆρα οἷόντε ἀμφω μὲν αὐτὼ εἶ), δύο δ' μή; Οὐχ οἷόντε. Ὅταν δ' αὖ δύο ἦτον, ἔστι πῆ μηχανὴ μὴ οὐχ ἑκάτερον αὐτοῖν ἓν εἶ); Οὐδεμία. Τούτων ἄρα ἐπεὶ ἓν" σὺν δύο ἕκαστα συμβαίνῃ εἶ), καὶ ἓν αὖ εἶναι ἕκαστον. Φαίνεται. Εἰ δὲ ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐστι, σὺν τεθέντος ἑνὸς ὁποιουοῦν ἡτινιοῦν συζυγίᾳ, οὐ τρία γίγνεται τὰ πάντα; Ναί. Τρία δέ, οὐ περιττά; καὶ δύο, ἄρτια; Πῶς δ' οὔ; Τί δέ; δυοῖν ὄντοιν, οὐκ ἀνάγκη εἶ) καὶ δὶς; Καὶ τριῶν ὄντων, τρὶς; εἰ γὰρ ὑπάρχει τοῦτο δύο τὸ δὶς ἕν, καὶ τῷ τρία, τὸ τρὶς ἕν; Ἀνάγκη. Δυοῖν δὲ ὄντοιν καὶ δὶς, οὐκ ἀνάγκη δύο δὶς εἶ); καὶ τριῶν καὶ τρὶς, οὐκ ἀνάγκη αὖ τρία τρὶς εἶ); Πῶς δ' δ'; Τί δέ; τριῶν ὄντων καὶ δὶς ὄντων, καὶ δυοῖν ὄντοιν καὶ τρὶς ὄντοιν, οὐκ ἀνάγκη τρία τε δὶς εἶ) καὶ δὶς τρία; Πολλή γε. Ἄρτιά τε ἄρα ἀρτιάκις αὖ εἴη, καὶ περιττὰ περιττάκις, καὶ

A nunquam vnum exiſtere. Omnino. Nónne hac ratione Vnum ens, infinita multitudo erit? Videtur quidem. Agedum verò, & hac quoq; ratione cõſideremus. Ecquas? Diximus Vnum eſſentię eſſe particeps, atq; hactenus eſſe ens. Diximus. Et propter hãc cauſam, Vnum ens Multa eſſe conſtitit. Ita. Quid verò? ſi ipſum Vnum, quod quidem diximus eſſentiæ eſſe particeps, ipſum ex ſeipſo ſolum cogitatione cõplectamur, ſeorſim ab illo cuius particeps eſſe diximus: nónne Vnum ſolum apparebit? an

B quoque hoc ipſum, Multa? Vnum, mea quidem ſententia. Aliud verò quidpiam conſideremus. Alterum quidpiam neceſſe eſſe ipſius eſſentiam, aliud verò ipſum: ſi quidem Vnũ non eſſentiæ, ſed eſſẽtia Vnius eſt particeps. Neceſſe eſt. Quòd ſi Eſſentia alterum, Vnum verò alterum eſt: ipſum vnũ, ex eo quòd vnũ, ab eſſentia alterũ eſt: neq; eſſentia, quatenus eſſentia, ab vno eſt altera: ſed quatenus ipſum per ſe alterũ, & ipſum per ſe aliud, altera per ſe inuicem. Prorſus. Quocirca ipſum Alterum nec vni neque eſſentię idem eſt. Quomodo enim?

C Quid ergo ſi ex iſtis elegerimus ſiue Eſſẽtiam & Alterum, ſiue Eſſentiam & Vnum, ſiue & Vnum & Alterum: nónne vtrumlibet aſſumpſerimus, quædam aſſumemus quæ rectè vtroq; nomine poterũt deſignari? Quo modo? Hoc ſcilicet. licétne eſſentiã dicere? Licet. Et rurſus licétne Vnũ dicere? Et iſtud. Nónne vtrũq; ipſorũ dictũ eſt? Certé. Quid verò? quum Eſſentiam & Vnum dixero, nónne vtrunque dixero?

D Plané. Nónne & ſi Eſſentia, & Alterum, vel Alterum, & Vnum, & ſic vbiq; in ſingulis ambo dico? Sané. Quatenus autem ambo rectè appellata ſunt, nunquid poſſunt ambo eſſe, neque tamen eſſe duo? Nequaquã. At quæ duo ſunt, potéſtne aliqua iniri ratio vt neutrum ipſorum ſit vnum? Minimé. Quoniam igitur vſuuenit horum ſingula ſimul duo eſſe, idcirco vnumquodque vnum exiſtit. Videtur. Quòd ſi vnum quodlibet eorum eſt, & vtrunque vnum, mutuo quodam quaſi coniugio inuicem eſt connexum atque copulatum, nónne omnia exiſtunt tria? Maximé. Tria verò nónne imparia, duo autem paria? Quídni?

E Quid verò? quum duo ſint, nónne neceſſe eſt etiã bis adeſſe: & quũ tria, ter? ſi quidem duobus ineſt bis vnũ, tribus verò ter vnũ. Neceſſe eſt. Quum autem duo exiſtant & bis, nónne neceſſe eſt bis duo eſſe? Quum verò & tria & ter exiſtant, nónne neceſſe eſt ter tria eſſe? Quídni? Quid verò? ſi tria & bis exiſtant, & duo atque ter, nónne neceſſe eſt tria bis eſſe, & bis tria? Prorſus. Erunt igitur pariter paria, imparitérq; im-

Melius, ut opinor, cõiunctè, σὺν δυοῖν scribetur.

paria, necnō paria impariter, & pariter imparia. Ita eſt. Si hæc ita ſe habent, num exiſtimas aliquem numerum relinqui qui nō neceſſariò illic inſit? Nequaquā. Si igitur eſt Vnū, neceſſe eſt & numerū eſſe. Eſt. Atqui ſi numerus eſt, multa nimirū ſunt, & infinita rerū quæ verè exiſtūt multitudo. vel non infinitus multitudine numerus, etiā fit particeps eſſentiæ. Ita omnino. Igitur ſi omnis numerus eſſentiæ eſt particeps, nónne vnaquæque numeri pars, ipſius eſſe ntiæ quoq; erit particeps? Erit. [a] ESSENTIA igitur diſtribuitur per omnia multa, & à nulla re abſcedit, neque minima neque maxima. Et hoc quidem quærere, diſſentaneum eſſet. quomodo enim Eſſentia à re quapiam abeſſe poſſet? Nullatenus profectò. Diſtributæ igitur ſunt Res in minimas, quantum quidem fieri poteſt, & maximas. & vbiq; quidem, quomodocunque ipſæ poſſint exiſtere, & partitæ ſunt omniū maximè, & infinitæ ſunt Eſſentiæ partes. Ita ſe res habet. Plurimæ igitur ſunt ipſius partes. Plurimæ nimirū. Quid verò? eſtne quicquā ex iſtis quod quidē pars Eſſētiæ ſit, nō tamē pars ipſa vnum quiddā ſit? At quomodo id fieret? ſed quādoquidē, opinor, eſt, neceſſe eſt ipſā, quandiu eſt, vnum aliquid eſſe: nihil autem eſſe, fieri non poteſt. Neceſſe eſt. Non ſolùm ergo vniuerſæ eſſentiæ, ſed illius etiam ſingulis partibus VNVM adeſt, quod à nulla parte abeſt, ſiue minor quidem illa ſit ſiue maior, ſiue quomodocunq; ſe habeat. Ita. Nunquid quum ſit vnum, vbiq; ſimul eſt totum? Accuratè id perſpice. At perſpicio quidem, & fieri non poſſe animaduerto. Partitum igitur eſt atque diuiſum, niſi totum. neque enim aliter vniuerſis ſimul eſſentiæ partibus aderit quàm partitum atq; diuiſum. Profectò. Atqui id quod partibile eſt, neceſſarium eſt totidem eſſe quot ſunt partes. Neceſſarió. Non igitur verè loquebamur modò, quū diceremus, Eſſentiam in plurimas partes eſſe partitam atq; diſtributam. quādoquidem in plures partes diſtribui non poteſt quàm Vnum, ſed ipſi (vt conſentaneum eſt) pares omnino ſunt partes. neque enim Ens vni, neque Vnum enti deeſt: ſed duo hæc per omnia ſemper planè coæquātur. Omnino ita videtur. Ipſum igitur vnū ab eſſentia diſtributum, Multa & Infinita eſt multitudine. Videtur. Non igitur modò Vnum ens multa eſt, ſed & ipſum Vnum ab eſſentia diſtributum, multa eſſe oportet. Prorſus ita oportet. [b] Quinetiam ex eo quòd omnes partes, totius ſunt partes, definitum erit Vnum ex totius natura. ánnon comprehenduntur omnes à toto partes

a Quintū πάθος, Prima illa idea ita diffūditur in omnes res creatas, quibus τοῦ ἕν dat vim & facultatem, vt ipſum illā tamē ſingularum rerum multiplicitatem & penè infinitatem certis τοῦ ἑνὸς cācellis finibúſque circūſcribat. quod quidem hactenus facit, tum quòd omnium rerum οὐσία à primariæ cauſæ οὐσίᾳ pendeat, tū quòd primaria illa cauſa creauerit certas & definitas ſpecies in rerū natura, ad quas innumerabiles prope καθ' ἕκαστον turmæ reuocentur. Ita duplici illo reſpectu Vnum, quod verè eſt ἄπειρον, omnium partium expers, fit πεπερασμένον, in rebus ipſis. Deus enim infinitus in ſeſe, mirabili quadam & auguſta ratione in hac Naturæ ὑπαξίᾳ ſe quodammodo finitum & determinatum præbet conſpiciendum. Senſim autem incipit agere de SECVNDIS IDEIS, id eſt cauſis naturalibus, quæ ſunt primariæ illius operæ, & tamen in rerū ſingularium creatione miniſtræ ſunt, ac proinde μεταίτια: ſicuti explicauit in Timæo. Illarum porro ſecundarum Idearum πάθη diligenter perſequitur, vt ſuis & οἰκείοις notis diſtinctæ atque definitæ, à prima illa & principe Idea diſcrimen ſentiantur.

b Primum πάθος ſecundarum Idearum: Hoc quidem cōmune habere cum prima Idea, vt Vnum ſint, quandoquidē omnia

A ἄρτια ἄρα περιττάκις, καὶ περιττὰ ἀρτιάκις. Ἔστιν οὕτως. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, οἴει τινὰ ἀριθμὸν ὑπολείπεσθαι ὃν οὐκ ἀνάγκη εἶναι; Οὐδαμῶς γε. Εἰ ἄρα ἔστιν ἕν, ἀνάγκη καὶ ἀριθμὸν εἶναι. Ἀνάγκη. Ἀλλὰ μὴν ἀριθμοῦ γε ὄντος, πολλὰ ἂν εἴη, καὶ πλῆθος ἄπειρον τῶν ὄντων. ἢ οὐκ ἄπειρος ἀριθμὸς πλήθει καὶ μετέχων οὐσίας γίγνεται; Καὶ πάνυ γε. Οὐκοῦν εἰ πᾶς ἀριθμὸς οὐσίας μετέχει, καὶ τὸ μέρος ἕκαστον τοῦ ἀριθμοῦ μετέχοι ἂν αὐτῆς; Ναί. Ἐπὶ πάντα ἄρα πολλὰ ὄντα ἡ οὐσία νενέμηται, καὶ οὐδενὸς ἀπολείπεται τῶν ὄντων, οὔτε τοῦ σμικροτάτου, οὔτε τοῦ μεγίστου. ἢ τοῦτο μὲν ἄληθον ἔρεσθαι; πῶς γὰρ ἂν δὴ οὐσία γε τῶν ὄντων τοῦ ἀπολειφθείη; Οὐδαμῶς. Κατακεκερματίσται ἄρα ὡς οἷόντε σμικρότατα καὶ μέγιστα καὶ πάντα ταχῶς ὄντα, καὶ μεμέρισται πάντων μάλιστα, καὶ ἔστι μέρη ἄπειρα τῆς οὐσίας. Ἔχει οὕτω. Πλεῖστα ἄρα ἔστι τὰ μέρη αὐτῆς. Πλεῖστα μέντοι. Τί οὖν; ἔστι τι αὐτῶν, ὃ ἔστι μὲν μέρος τῆς οὐσίας, οὐδὲν μέντοι μέρος; Καὶ πῶς ἂν τοι τοῦτο γένοιτο; Ἀλλ' ἐπεί περ γε, οἶμαι, ἔστιν, ἀνάγκη αὐτὸ ἀεί, ἕως ἂν ᾖ, ἕν γέ τι εἶναι· μηδὲν δ', ἀδύνατον. Ἀνάγκη. Πρὸς ἅπαντι ἄρα ἑκάστῳ τῶν τῆς οὐσίας μερῶν παρέσται τὸ ἕν, οὐκ ἀπολιπόμενον οὔτε σμικροτέρου οὔτε μείζονος μέρους, οὔτε ἄλλου ὁτουοῦν. Οὕτως. Ἆρα οὖν ἓν ὂν, πολλαχοῦ ἅμα ὅλον ἔστι; Τοῦτο ἄθρει. Ἀλλ' ἀθρῶ· καὶ ὁρῶ ὅτι ἀδύνατον. Μεμερισμένον ἄρα, εἴπερ μὴ ὅλον· ἄλλως γὰρ που οὐδαμῶς ἅμα ἅπασι τοῖς τῆς οὐσίας μέρεσι παρέσται, ἢ μεμερισμένον. Ναί. Καὶ μὲν τόγε μεμερισμὸν πολλὴ ἀνάγκη εἶναι τοσαῦτα ὅσα καὶ τὰ μέρη. Ἀνάγκη. Οὐκ ἄρα ἀληθῆ ἄρτι ἐλέγομεν, λέγοντες ὡς πλεῖστα μέρη ἡ οὐσία νενεμημένη εἴη. οὐδὲ γὰρ πλείω τοῦ ἑνὸς νενέμηται, ἀλλ' ἴσα, ὡς ἔοικε, τῷ ἑνί. οὔτε γὰρ τὸ ὂν τοῦ ἑνὸς ἀπολείπεται, οὔτε τὸ ἓν τῶν ὄντων· ἀλλ' ἰσοῦσθον δύο ὄντε ἀεὶ παρέπεται. Παντάπασιν οὕτω φαίνεται. Τὸ ἓν ἄρα αὐτὸ κεχερματισμένον ὑπὸ τῆς οὐσίας, πολλά τε καὶ ἄπειρα τὸ πλῆθός ἐστι. Φαίνεται. Οὐ μόνον ἄρα τὸ ὂν ἓν πολλά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἕν, ὑπὸ τοῦ ὄντος διαννεμημένου, πολλὰ ἀνάγκη εἶναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Καὶ μὲν δὴ ὅτι γε ὅλου τὰ μέρεα, μέρεα, πεπερασμένον αὖ εἶναι κατὰ τὸ ὅλον τὸ ἕν· ἢ οὐ περιέχεται ὑπὸ τοῦ ὅλου τὰ μέρεα;

B

C

D

E

Ante πλεῖστα videri poſſit deeſſe præpoſitio εἰς, vel ὅτι, licet & in proximè ſequentibus eadem ſcribatur πλείω, non præfixa præpoſitione. In eo certè loco cuius hic fit mentio, adhibita fuerat præpoſitio ὅτι: hoc modo, ὅτι πάντα ἄρα πολλὰ ὄντα ἡ οὐσία νενέμηται. Et paulo pòſt, πλεῖστα ἄρα ὅτι τὰ μέρη αὐτῆς.

Ἀνάγκη. Ἀλλὰ μὴν τόγε τελεύτην, πέρας αὖ εἴη. Πῶς δ' οὔ; Τὸ ἓν ἄρα ὂν, ἕν τε ὂν πού τι καὶ πολλά, καὶ ὅλον καὶ μέρεα, καὶ πεπερασμένον καὶ ἄπειρον πλήθει. Φαίνεται. Ἆρ' οὖν οὐκ, ἐπεὶ καὶ πεπερασμένον, καὶ ἔσχατα ἔχον; Ἀνάγκη. Τί δ' εἰ ὅλον, οὐ καὶ ἀρχὴν αὖ ἕξει, καὶ μέσον καὶ τελευτήν; ἢ οἷόντε τι ὅλον εἶναι ἄνευ τριῶν τούτων; καὶ ἂν τὸ ἓν ὁτιοῦν αὐτῶν ἀποστῇ, ἐθελήσει τι ὅλον εἶναι; Οὐκ ἐθελήσει. Καὶ ἀρχὴ δή, ὡς ἔοικε, τελευτὴ καὶ μέσον ἔχοι αὖ τὸ ἕν. Ἔχοι. Ἀλλὰ μὴν μέσον γέ, ἴσον τῷ ἐσχάτων ἀπέχῃ. οὐ γὰρ ἄλλως μέσον εἴη. Οὐ γάρ. Καὶ σχήματος δή τινος, ὡς ἔοικε, τοιοῦτον ὂν μετέχοι αὖ τὸ ἕν· ἢ τοι εὐθέος, ἢ στρογγύλου, ἢ τινος μικτοῦ ἐξ ἀμφοῖν. Μετέχοι γὰρ αὖ. Ἆρ' οὖν οὕτως ἔχον, οὐκ αὐτό τε ἐν ἑαυτῷ ἕξει καὶ ἐν ἄλλῳ; Πῶς; Τῶν μερῶν που ἕκαστον ἐν ᾧ ὅλῳ ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἐκτὸς τοῦ ὅλου. Οὕτω. Παντα δὴ τὰ μέρη ἐν τοῦ ὅλου πεπέρανται; Ναί. Καὶ μὴν τά γε πάντα μέρη τὰ αὐτοῦ τὸ ἓν ἔστι· καὶ τί πλέον, ἢ τί ἔλαττον, ἢ πάντα. Οὐ γάρ; Οὐκοῦν καὶ τὸ ὅλον τὸ ἓν ἔστι; Πῶς δ' οὔ, Εἰ ἄρα πάντα τὰ μέρη ἐν ὅλῳ τυγχάνῃ ὄντα, ἔστι δὲ τά τε πάντα τὸ ἓν, καὶ αὐτὸ τὸ ὅλον, πεπέρανται δὲ ἐκ τοῦ ὅλου τά πάντα, ἐκ τοῦ ἑνὸς ἂν πεπέρατο τὸ ἕν· καὶ οὕτως ἂν ἤδη τὸ ἕν, αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ εἴη. Φαίνεται. Ἀλλὰ μήτοι γε ὅλον αὖ οὐκ ἐν τοῖς μέρεσιν ἔστιν, οὔτε ἐν πᾶσιν, οὔτε ἓν ὄντι. εἰ γὰρ ἐν πᾶσιν, ἀνάγκη καὶ ἐν ἑνί. ἓν τινι γὰρ ἑνὶ μὴ ὄν, οὐκ ἂν ἔτι που δυνατὸν ἓν γε ἅπασιν εἶναι· εἰ δὲ τοῦτο μήτε τὸ ἓν τῶν ἀπάντων ἐστὶ, τὸ δὲ ὅλον ἐν τούτῳ, μή ἑνὶ, πῶς ἔτι ἓν γε τοῖς πᾶσιν ἓν ἔσται; Οὐδαμῶς. Οὐδὲ μὴν ἓν τισι γε τῶν μερῶν. εἰ γὰρ ἓν τισι τὸ ὅλον εἴη, τὸ πλέον ἂν ἐν τῷ ἐλάττονι εἴη· ὃ ἔστιν ἀδύνατον. Ἀδυνάτου γάρ. Μὴ ὂν δὴ ἐν πλείοσι, μηδὲ ἐν ἑνὶ, μηδὲ ἐν ἅπασι τοῖς μέρεσι τὸ ὅλον, οὐκ ἀνάγκη ἐν ἑτέρῳ τινὶ εἶναι, ἢ μηδαμοῦ ἔτι εἶναι; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν μηδαμοῦ μὴν ὄν, οὐδὲν ἂν εἴη; ὅλον γὰρ ὄν, ἐπειδὴ οὐκ ἐν αὐτῷ ἐστὶν, ἀνάγκη ἐν ἄλλῳ εἶναι; Παύγε. Ἡμῖν μὴν ἄρα τὸ ἕν, ὅλον ἐν ἄλλῳ ἐστίν· ἡ δὲ τὰ πάντα μέρη ὄντα τυγχάνῃ, αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ. καὶ οὕτω τὸ ἓν ἀνάγκη αὐτό τε ἐν ἑαυτῷ εἶναι καὶ ἐν ἑτέρῳ. Ἀνάγκη. Οὕτω δὴ πεφυκὸς τὸ ἓν ἆρ' οὐκ ἀνάγκη καὶ κινεῖσθαι καὶ ἑστάναι; Πῇ; Ἔστηκε μὲν που, εἴπερ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ ἐστιν. ἐν γὰρ ἑνὶ ὂν, καὶ ἐκ τούτου

A Neceſſe eſt. Quod autem comprehendit, terminus profectò fuerit. Quídni? Idcirco Vnum ens, & vnum eſt & multa, & totum & partes, & finitum & infinitum multitudine. Videtur. Nónne, quum finitum ſit, extrema quoque habet? Neceſſe eſt. Præterea, ſi totum eſt, principium & medium & finé habebit? num totum aliquid abſq; his tribus reperiri poteſt? & ſiquid ipſorum ab eo quod vnum eſt diſtat, totúmne aliquid amplius erit? Nequaquam. Quocirca, conſentaneum eſt VNVM HABERE ET PRINCIPIVM ET MEDIVM ET FINEM. Habet ſané. Atqui mediũ æquo interuallo ab extremis diſtat vndiq;, non enim aliter medium eſſet. Minimé. [a] Præterea quũ tale ſit Vnum, figuræ cuiuſdam eſt particeps, ſiue rectæ ſiue rotundæ, ſiue cuiuſdam ex vtriſque mixtæ. Profectó. At id quod tale eſt, nónne ipſum in ſeipſo erit & in alio? Quomodo? Vnaquæque enim pars eſt in toto, nec extra totum penitus vlla. Eſto. Singulæne partes toto comprehẽduntur? Certé. At vnũ eſt omnes ipſius partes, nec quid plus minúſve quàm vniuerſæ. Minimé. Nónne & totum eſt vnũ? Quídni? Si igitur omnes partes ſunt in toto, & Vnum erit omnes, & ipſum totum: omnes autem à toto cõprehenduntur, atque adeo ab vno vnum comprehenditur: & ita nimirum Vnum, ipſum erit in ſeipſo. Videtur. Veruntamẽ totum in partibus minimè eſt, neque in omnibus confertim neque in vna ſeorſim. Si enim in omnibus, neceſſe eſſet & in vna: & ſi in vna quadam non ſit, in cunctis eſſe non poterit. ſi autem hoc vnum cunctis conſtat, & in eo Totum non vno, qua ratione iam in omnibus erit vnum? Nequaquam. Neque verò in vllis partibus. nam ſi in quibuſdam totum eſſet, maius in minori eſſet. quod fieri nullo modo poteſt. Certè nõ poteſt. Quum igitur Totum nec in pluribus, nec in vna, nec etiam cunctis in partibus ſit, nónne neceſſe eſt ipſum in alio quopiam eſſe, vel nuſquam exiſtere? Neceſſe eſt. Nónne, ſi nuſquam ſit, nihil penitus erit? quum tamen ſit Totum, quãdoquidẽ in ſeipſo non eſt, cõſequens eſt in alio quopiã eſſe? Prorſus. Quatenus igitur Vnum eſt totum, hactenus in alio eſt: quatenus verò omnia partes eius ſunt, ipſum in ſeipſo eſt: ac proinde neceſſe eſt vnũ & in ſeipſo eſſe & in alio. Neceſſe eſt. Quum verò huiuſmodi ſit Vnius natura, nónne neceſſe eſt & moueri & ſtare? [b] Quî verò? Stat nimirum, quoniam ipſum in ſeipſo conſiſtit. quod enim in vno eſt, & ab illo

τὰ καθέκαστα, quæ ipſarum ambitu continentur, ad ſuam omnes claſſem definitè reuocantur: hoc peculiare atque proprium, quòd hoc Vnũ in ſecundis ideis ſit reuera finitum: id eſt, habeat principiũ, medium, finem.

a Secundũ πάθος: In ipſis rebus καθεκάστοις totas reuera cõſtare, nõ quaſi οὐσίαν ſuam ab illis mutuẽtur, quum ſint reuera αὐθυπόστατοι in Dei mente: in ipſis tamẽ rebus ſingularibus reuera conſpiciantur: vt ſi velis noſſe quid ſit Hominis species, cõtemplare ipſos homines ſingulares: in quibus ipſa ſpecies eſt viſibilis. Hactenus ait Plato ſecundas ideas ἐν τοῖς ὁρωμένοις eſſe ἐγκαθιδρύσας.

b Tertium πάθος: In rebus ipſis ſingularibus (quas Alterorũ nomine ſignificari iã diximus) ipſas illas ſpecies ſecundas eſſe ταυτὸν, & ἕτερον: παυτὸν, in ſeſe reuera:

non aliò emigrat, in eodem eſt in ſemet-ipſo. Eſt ſané. Atqui id quod in eodem ſemper eſt, ſtare ſẽper oportet. Omnino. At quod in alio ſemper, contrà neceſſe eſt nunquam in eodem eſſe. ſi nunquam in eodem, nunquam profectò ſtare: quod verò ſtat, neque moueri. Ita. Neceſſe eſt igitur Vnum, quum in ſeipſo ſemper & in alio ſit, ſemper quoque ſtare & moueri. Videtur. Quinetiam idem oportet ipſum ſibiipſi eſſe, & à ſeipſo alterum, & aliis eodẽ modo, idem & alterũ eſſe: ſi modò ea quæ ſuperius notata ſunt, in ipſum congruenter cadant. Quomodo? Sic videlicet quodlibet cuiuſlibet ratione affectũ eſt atq; cõparatũ, vt vel idẽ cum eodẽ ſit, vel alterũ [id eſt diuerſum.] ſi nec idem nec aliud, pars nimirum erit eius, cuius ratione ita eſt cõſtitutum veluti ad partem, eritque totum. Videtur. Nónne ipſum Vnum ſui ipſius pars eſt? Nequaquam. Non igitur quo ad ſeipſum Totum erit, quaſi pars ſui ſit? Nó ſanè fieri poteſt. An verò Vnum alterum eſt & diuerſum quidpiã ab vno? Minimé. Non itaque à ſeipſo alterum. Non ſanè. Si igitur neque alterum, neque totum, neque pars, quatenus ad ſeipſum refertur, eſt: nónne neceſſe eſt idem ipſum ſibiipſi eſſe? Neceſſe eſt. Quid verò? quod alibi eſt quod ipſũ ſit eiuſdem in ſeipſo, nónne neceſſe eſt ipſũ à ſeipſo alterũ eſſe, ſi quidẽ ſit alibi? Mihi quidem videtur. Huiuſmodi verò conſtitit eſſe Vnum, vt in ſeipſo ſcilicet ſimul & in altero ſit. Conſtitit ſané. Ex hoc igitur conſtat Vnum à ſeipſo eſſe alterum. Conſtat. Quid verò? ſiquid alterum eſt, nónne ab altero quopiam alterũ eſt? Neceſſe eſt. [a] Nónne quæcunque non vnum ſunt, omnia ab vno altera, & vnum ab iis quæ non vnum? Quídni? Idcirco vnum ab aliis omnibus alterum apparebit. Alterum. Vide præterea idémne ipſum & alterum contraria ſint inter ſe. Quídni? An vtriuſque patitur natura vt idem in altero, & alterum aliquando ſit in eodem? Non patitur. Si igitur Alterum in eodem nunquam erit, nulla res eſt in qua ſit alterum vllo vnquam tempore. nam ſi per aliquod tempus ſit in aliquo, per illud tempus in eodem ipſum alterum erit. nónne ita? Ita. Quandoquidem autem nunquam in eodẽ conſtat, nunquam profectò in aliquo corũ quæ ſunt, ipſum alterum erit. Vera narras. Quocirca in iis quæ minimè ſũt vnũ, neq; in vno erit alterũ. Nequaquam. Efficitur quoq; vt vnũ ab iis quæ nõ vnũ, & quæ nõ vnũ ab vno per ipſũ alterũ altera eſſe nequeãt. Non poſſunt ſané. Quòd niſi cum altero participent, altera ſecundum ſeipſa eſſe minimè poterunt. Quomodo enim?

ἕτερον, in ipſis rebus ſingularibus: ac proinde hactenus & ſtare & moueri, quum Prima illa idea omnis mutationis ſit expers inter omnes rerum caducarum viciſſitudines. Cauſæ autem ſecundæ licet conſtantẽ habeãt naturam, &, ſi cum rebus ſingularibus cõferantur, pene ſempiternam, illa tamen ἀϊδιότατα eſt δημιούργων, ex Opificis cauſæ volũtate & decreto: quemadmodũ eſt explicatum in Timæo. Docet ergo in hoc naturæ ordine, Vnum in ipſis ſpeciebus a ſeipſo eſſe, non vero eſſentiam ſuam à rebus ſingularibus accipere, ſed αὐθυπόστατον eſſe, quatenus eſt ſpecies: cui nimirum vi & potentia omnia πάντα, id eſt τὰ καθέκαστα, ſubſiſtant.

a Tertium πάθος. Altera quidem ſunt ab vno, ſed ipſum tamen Vnum quod in alteris perſpicitur, ſuam habet οὐσίαν à tertio quodam: id eſt, Indiuidua ex ſecundis illis ideis omnino exiſtunt, ita tamen vt ipſæ ſecundæ ideæ à prima idea οὐσίας omnem habeant vim: eámque illam poteſtatem qua efficiunt vt res ſingulares ſubſiſtant, à primaria cauſa habẽt. Ipſa autem Altera, id eſt τὰ καθέκαστα, accuratè diſtinguit à ſuis ſpeciebus: & varios variarum ſpecierum exiſtendi modos docet. ita enim Res ipſæ ſingulares exiſtunt, prout ipſarum fert Natura, ex οἰκείοις & propriis principiis agens.

A μὴ μεταβαῖνον, ἐν τῷ αὐτῷ ἂν εἴη, ἐν ἑαυτῷ ὄν. Ἐστι γάρ. Τὸ δέ γε ἐν ᾧ αὐτῷ ἀεὶ ὄν, ἑστὼς δήπου ἀνάγκη ἀεὶ εἶναι. Πάνυ γε. Τί δέ; τὸ ἐν ἑτέρῳ ἀεὶ ὄν, οὐ, τοὐναντίον, ἀνάγκη μηδέποτ' ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι; μηδέποτε ἐν ὄν ἐν ᾧ αὐτῷ, μηδὲ ἑστάναι; μὴ ἑστὼς δὲ, κινεῖσθαι; Οὕτως. Ἀνάγκη ἄρα τὸ ἕν, αὐτό τε ἐν ἑαυτῷ ἀεὶ ὂν ἐν ἑτέρῳ, ἀεὶ κινεῖσθαί τε καὶ ἑστάναι. Φαίνεται. Καὶ μὴν ταὐτόν γε δεῖ εἶναι αὐτὸ ἑαυτῷ, καὶ ἕτερον ἑαυτοῦ. καὶ

B τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως ταὐτόν τε καὶ ἕτερον εἶναι, εἴπερ καὶ τὰ πρόσθεν πέπονθε. Πῶς; Παῦ που πρὸς ἅπαν ὧδε ἔχει· ἢ ταὐτόν ἐστιν, ἢ ἕτερον· ἤ, ἐὰν μὴ ταὐτὸν ᾖ μηδ' ἕτερον, μέρος ἂν εἴη τούτου πρὸς ὃ οὕτως ἔχει, ἢ ὡς πρὸς μέρος ὅλον ἂν εἴη. Φαίνεται. Ἆρ' οὖν τὸ ἕν, αὐτὸ αὑτοῦ μέρος ἐστίν; Οὐδαμῶς. Οὐδ' ἄρα ὡς πρὸς μέρος, αὐτὸ αὑτοῦ ὅλον ἂν εἴη, πρὸς ἑαυτὸ μέρος ὄν. Οὐ γὰρ οἷόν τε. Ἀλλ' ἆρα ἕτερόν ἐστιν ἑνὸς τὸ ἕν; Οὐ δῆτα.

C Οὐκ ἄρα ἑαυτοῦ γε ἕτερον ἂν εἴη. Οὐ μέντοι. Εἰ οὖν μήτε ἕτερον, μήτε ὅλον, μήτε μέρος αὐτὸ πρὸς ἑαυτό ἐστιν, οὐκ ἀνάγκη ἤδη ταὐτὸν εἶναι αὐτὸ ἑαυτῷ; Ἀνάγκη. Τί δέ; τὸ ἑτέρωθι ὂν αὐτὸ ἑαυτῷ ἐν τῷ αὐτῷ ὄντος ἑαυτῷ, οὐκ ἀνάγκη αὐτὸ ἑαυτοῦ ἕτερον εἶναι, εἴπερ ἐν ἑτέρωθι ἔσται; Ἐμοιγε δοκεῖ. Οὕτω μὲν ἐφάνη ἔχον τὸ ἕν, αὐτό τε ἐν ἑαυτῷ ὂν ἅμα καὶ ἐν ἑτέρῳ. Ἐφάνη γάρ. Ἕτερον ἄρα (ὡς ἔοικεν) εἴη ταὐτῷ αὖ ἑαυτῷ τὸ ἕν. Ἔοικε. Τί οὖν;

D εἰ τοιοῦτ' ἕτερόν ἐστιν, οὐχ ἑτέρου ὄντος ἕτερον ἔσται; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν ὅσα μὴ ἕν ἐστιν, ἅπαντ' ἕτερα τοῦ ἑνός; καὶ τὸ ἕν, τῶν μὴ ἑνῶν; Πῶς δ' οὔ; Ἕτερον αὖ εἴη ἄρα τὸ ἕν τῶν ἄλλων. Ἕτερον. Ὅρα δή· αὐτό τε ταὐτὸν καὶ τὸ ἕτερον, ἆρ' οὐκ ἐναντία ἀλλήλοις; Πῶς δ' οὔ; Ἦ οὖν ἐθελήσει ταὐτὸν ἐν τῷ ἑτέρῳ, ἢ ἕτερον ἐν ταὐτῷ ποτε εἶναι; Οὐκ ἐθελήσει. Εἰ ἄρα τὸ ἕτερον ἐν ταὐτῷ μηδέποτε ἔσται, οὐδὲν ἔστι τῶν ὄντων ἐν ᾧ ἔστι τὸ ἕτερον

E χρόνου οὐδένα. εἰ γὰρ ὁντινοῦν εἴη ἔν τῳ, ἐκεῖνον ἂν τὸν χρόνον ἐν ταὐτῷ εἴη τὸ ἕτερον. οὐχ οὕτως; Οὕτως. Ἐπειδὴ δ' οὐδέποτε ἐν τῷ αὐτῷ ἐστιν, οὐδέποτε ἓν τινι τῶν ὄντων ἂν εἴη τὸ ἕτερον. Ἀληθῆ. Οὔτ' ἄρα ἐν τοῖς μὴ ἓν, οὔτε ἐν τῷ ἑνὶ εἴη ἂν τὸ ἕτερον. Οὐ γὰρ οἷόν. Οὐκ ἄρα τῷ ἑτέρῳ γ' ἂν εἴη τὸ ἕν, τῶν μὴ ἓν, οὐδὲ τἆλλα μὴ ἕν, τοῦ ἑνὸς ἕτερα. Οὐ γάρ.

Οὐδὲ μὴν ἑαυτοῖς γε ἕτερ' ἂν εἴη ἀλλήλων, μὴ μετέχοντα τοῦ ἑτέρου. Πῶς γάρ;

Εἰ ὃ μήτε ἑαυτοῖς ἕτερα ὄντα, μήτε τῷ ἑτέρῳ, ὑπὸ τούτου ἂν ὄντα οὐκ ἄν ποτε εἶεν ἕτερα ἀλλήλων. Ἐκφύγοι. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ ἑνός γε μετέχοντα μὴ ἕν. οὐ γάρ ἂν μὴ ἓν εἴη, ἀλλὰ πη ἂν ἓν εἴη. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν ἀριθμὸς εἴη ἂν καὶ μὴ ἕν. ὄντα γὰρ ἂν οὕτω μὴ ἓν ἦν πολυπάσιν, ἀριθμόν γε ἔχοντα. Οὐκοῦν. Τί δέ; τὰ μὴ ἕν, τοῦ ἑνὸς ἆρα μόρια ἐστὶν; ἢ καὶ ἂν οὕτω μετεῖχε τοῦ ἑνὸς τὰ μὴ ἕν; Μετεῖχεν. Εἰ ἄρα πρώτου τοῦ μὴ, ἓν ἐστι, τὰ δὲ, μὴ ἕν, ὅτ' ἂν μόριον τοῦ μὴ ἑνὸς τὸ ἓν εἴη, ὅτε ὅλον ὡς μόριον· ὅτε αὖ τὰ μὴ ἓν τοῦ ἑνὸς μόρια, οὔτε ὅλα ὡς μορίου τοῦ ἑνί. Οὐ γάρ. Ἀλλὰ μὴν ἔφαμεν, τὰ μήτε μόρια, μήτε ὅλα, μήτε ἕτερα ἀλλήλων, τὰ αὖ τὰ ἔσεσθαι ἀλλήλοις. Ἔφαμεν γάρ. Φῶμεν ἄρα καὶ τὸ ἓν πρὸς τὰ μὴ ἓν οὕτως ἔχειν, τὸ αὐτὸ εἶναι αὐτοῖς; Φῶμεν. Τὸ ἓν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἕτερόν τε τῶν ἄλλων ὄντι καὶ ἑαυτοῦ, καὶ ταὐτὸν ἐκείνοις τε καὶ ἑαυτῷ. Κινδυνεύει φαίνεσθαι, ἐκ γε τοῦ λόγου. Ἆρ' οὖν καὶ ὅμοιόν τε καὶ ἀνόμοιον ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις; Ἴσως. Ἐπειδὴ γοῦν ἕτερον τῶν ἄλλων ἐφάνη, καὶ τἆλλά που ἕτερα ἂν ἐκείνου εἴη. Τί μήν; Οὐκοῦν ἕτερον τῶν ἄλλων, ὡσαύτως καὶ τἆλλα ἐκείνου; καὶ οὔτε μᾶλλον οὔτε ἧττον; Τί γάρ; Εἰ ἄρα μήτε μᾶλλον μήτε ἧττον, ὁμοίως. Ναί. Οὐκοῦν ἡ ἕτερον εἶναι πέπονθε τῶν ἄλλων, καὶ τἆλλα ἐκείνου ὡσαύτως, ταὐτὴ ταὐτὸν ἂν πεπονθότα εἶεν· καὶ ὅτε ἓν τοῖς ἄλλοις, καὶ τἆλλα τῷ ἑνί. Πῶς λέγεις; Ὧδε. ἕκαστον τῶν ὀνομάτων οὐκ ἐπί τινι καλεῖς; Ἔγωγε. Τί οὖν; τὸ αὐτὸ ὄνομα εἴποις ἂν πλεοναχοῦ, ἢ ἅπαξ; Ἔγωγε. Πότερον οὖν, ἐὰν μὲν ἅπαξ εἴπῃς, ἐκεῖνο προσαγορεύεις οὗπερ ἐστὶ τοὔνομα; ἐὰν δὲ πολλάκις, οὐκ ἐκεῖνο; ἢ, ἐάν τε ἅπαξ ἐάν τε πολλάκις τὸ αὐτὸ ὄνομα φθέγξῃ, πολλὴ ἀνάγκη σε τὸ αὐτὸ καὶ λέγειν ἀεί; Τί μήν; Οὐκοῦν καὶ τὸ ἕτερον ὄνομά ἐστιν ἐπί τινι; Παύου γε. Ὅταν ἄρα αὐτὸ φθέγξῃ, ἐάν τε ἅπαξ ἐάν τε πολλάκις, οὐκ ἐπ' ἄλλῳ οὐδὲ ἄλλό τι ὀνομάζεις ἢ ἐκεῖνο οὗπερ ἦν ὄνομα. Ἀνάγκη. Ὅταν δὴ λέγωμεν ὅτι ἕτερον μὲν τὰ τοῦ ἑνός, ἕτερον δὲ τὸ ἓν τῶν ἄλλων, δὶς τὸ ἕτερον εἰπόντες, οὐδέν τι μᾶλλον ἐπ' ἄλλῃ ἀλλ' ἐπ' ἐκείνῃ τῇ φύσει αὐτὸ ἀεὶ λέγομεν ἧσπερ ἦν τοὔνομα. Πάνυ μὲν οὖν. Εἰ ἄρα ἕτερον τῶν ἄλλων τὸ ἓν, καὶ τἆλλα

Ante hoc uerbum deesse uidetur negatio: ϛ, si hic οὐκ ἐκφύγοι legatur, in præced. etiam ἐκφύγοι esse legendũ: uel hic οὐκ ἐκφύγοι, ut illic ἐκφύγοι.

Τῶν δὲ οὐκεῖνα ὅτων ἕτερον.

A Atqui si neq; seipsis neq; ipso altero altera sunt, altera esse inuicẽ nullo modo possunt. Neutiquã. At ea quæ vnũ non sunt, nihil habẽt cõmune cũ vno. neque enim essent non vnum, sed quodammodo vnũ. Vera narras. Idcirco quæ non sunt vnum, neq; etiam numerus sunt. alioqui non planè essent hoc pacto non vnum, quum numerum haberent. Nequaquam. An verò quę non sunt vnum, partes sunt Vnius? an ea quæ non sunt Vnum, sic cum Vno participarent? Hoc modo. Si itaque hoc quidem omnino vnum est, illa verò non B vnum, neque pars vnum erit eorum quæ non vnum, neque totum vt pars, neque rursus ea quæ non sunt Vnum, Vnius erũt partes, neq; etiã tota, quasi Vnum sit pars. Minimé. Verùm diximus, ea quæ neq; partes sunt neq; tota, neq; inuicẽ altera, eadẽ inuicem futura. Diximus nimirum. Dixerimúsne igitur & Vnum, cùm ita ad ea quæ non Vnũ sunt se habeat, illis idẽ esse? Dixerimus sanè. Vnũ igitur, vt apparet, alterum quiddam est & diuersum ab aliis & à seipso, & idem cum illis & seipso. Ex hoc C quidem sermone videtur confici. Nunquid simile quoque & dissimile sibiipsi & aliis? Fortasse. Quandoquidem igitur alterum ab aliis esse constitit, alia quoque ab illo altera erunt. Quidni? Annon ita ab aliis alterum vt ab illo & alia? nec magis quicquam nec minus? Quid obstat? Si nec magis nec minus, reliquum est vt similiter. Certè. Porro si vni contigit vt alterum sit ab aliis, eodem modo quo ab illo alia: inde consequitur, eandẽ affectionẽ conditionémque & in Alia & in Vnum va riè cadere: vt quædam aliis modò quadrẽt, D modo vni. Quomodo ais? Hoc videlicet: Vnumquodque nomen nónne propriam quandam habet peculiarémque conditionem? Existimo. Idémne vocabulũ sæpius an semel pronũtias? Pronuntio. Vtrũ igitur, quum simul vocabulũ illud pronuntiaueris, illud appellas cuius est nomen? sin autem sæpius, non illud? vel, siue semel siue sæpius idem nomen pronuntiaueris, planè necesse sit te idẽ subinde inculcare? Quidni? Nónne & Alterum est nomẽ alicui rei significandæ impositum? Est. Quum igitur ipsum pronuntias, siue semel siue E sæpius, ad aliud minimè nominas quàm illud cuius est nomen. Necesse est. Quando igitur dicimus Alia esse alterum ab vno, [id est differre] & illa ab vno altera, bis hoc nomen *alterum* pronuntiantes, nunquã ad aliã quampiã naturã significandã dicimus, quàm eius cui repræsentãdæ hoc nomen erat institutũ. Omnino. Si ergo Vnũ alterum est ab aliis, & illa ab vno altera,

secundum idem non secundum aliud afficietur Alterum, sed eodem modo quo Vnum in aliis afficitur. quodcunque verò idem patitur, simile est. nónne? Certé. Quatenus autem Vnum ita affectum est vt alterum quidpiam sit & diuersum ab aliis, hactenus nimirum quodlibet cuilibet simile est. quodlibet enim à quolibet alterum est. Videtur. [a] Estne simile dissimili contrarium? Est. Nónne & ipsum alterum eidē idem? Et illud. Atqui & illud apparuit, Vnum & idem esse & alterum aliis. Apparuit. Cōtraria verò affectio est esse aliis idem, & esse ab aliis alterū. Omnino. Quatenus tamen alterum, simile apparuit. Certé. Quatenus igitur idē, dissimile erit secundum contrariam affectionem ei affectioni quæ simile effecerat. at nónne simile efficiebat alterum? Plané. Ipsum ergo idem dissimile reddet: alioqui ipsius alterius contrarium minimè erit. Apparet. Inde conficitur, Vnum simile atque dissimile aliis esse, quatenus nimirū Alterum, simile: quatenus idem, dissimile. Hac certè ratione, vt apparet, innititur. Hac nimirum. Ecquam illam ais? Quatenus Idem affectum est, ne diuerso quodam modo sit affectum: quòd si non diuerso quodam modo affectum fuerit, neque sit dissimile: si non dissimile, reliquum est esse simile. sin autem diuersam quandam affectionem susceperit, sit ipsum diuersum, atq; adeo dissimile. Verum ais. Quū igitur idem sit vnū aliis, & quum alterum, vtrobique & vtriusque ratione simile & dissimile erit aliis. Omnino. Igitur & sibiipsi eodem modo: quandoquidem alterum à seipso, & idem sibiipsi constitit vtrorumque ratione, & vtrobique simile & dissimile apparebit. Necesse est. Animaduerte porro ecquo modo vnum ad tāgendum vel non tangendum seipsum se habeat. Animaduerto. Ipsum vnum in seipso toto esse constitit. Rectè. Nónne & Vnum in aliis? Certé. Quatenus igitur in aliis, alia tangit: quatenus autem in seipso, tangere alia quidem prohibetur, seipsum verò tangit, quum in seipso sit. Videtur. Hac nimirum ratione Vnum & se & alia tangit. Tangit. Quorsum verò hæc? nónne quicquid aliquid tacturum est, ordine debet ei subiacere quod tacturum est, eámq; sedem occupare quæ eius sedem sequitur, quam tanget vbiprimùm ei subiecta fuerit? Necesse est. Idcirco Vnum si seipsum debet tangere, debet subsequenter & rectà ipsi subordinari, proximam sedem occupans illius in qua ipsum versatur. Oportet nimirum. Nónne vnum, si duo esset, hæc efficeret, & duobus simul in locis existeret:

[a] Quartum πάθος, Secundas ideas agere quidem ex contrariis principiis, ita tamen vt res illæ contrariæ vno quodam similitudinis vinculo connectantur: atque adeo tertium quoddam ex illa coniunctione existat. Tria igitur concurrere ait in rebus naturalibus, duas quidem ἀφῆ esse, & Tertium, iuris colligandis: obscure id quidē, vt antiquorum ferebat φιλοσόφημα, sed tamen verè. Vocat ἀφῆ ipsa τὰ ὄντα ἀλλήλων ἀποτέλεσμα, id est, ipsas res naturales quæ fiunt: τρίτον autē, ἀναλογίαν ipsā rerū, quæ est λόγων ὁμοιότης: quemadmodū in Timæo dictum est. Ait non posse esse ἀφῆ, nisi duo ad minimum adsint: nec posse fieri, sine tertio. ipsas autem esse ἀνόμοιους, vt τὸ ἓν & ἕτερον inducatur. hanc esse rerum generādarum rationem. Perspicua autem hæc est doctrina: Natura agit ex contrariis principiis duobus, vt tertium quoddam inducatur. Duo illa contraria nō posse cohærere sine tertio, quo ξυναγωγῷ pax & concordia inducatur, id est, μήτε χωριζόμενον μήτε ξυναρμόζον (vt hic ait) ἑξίσου εἶναι, ac proinde ἕτον ἕτερα: vt videlicet tertium inducatur

τῶ ἑνὸς, καὶ ταὐτὸ ἕτερον πεποιήκαμεν, οὐκ ἄλλο ἀλλὰ τὸ αὐτὸ αὖ πεπονθὸς εἴη τὸ ὂν τοῖς ἄλλοις. τὸ δέ που ταὐτὸν πεπονθὸς, ὅμοιον, οὐχί; Ναί. Ἦ δὴ τὸ ἓν ἕτερον τῶ ἄλλων πέπονθεν εἶ), κατ' αὐτὸ τοῦτο ἅπαν ἅπασιν ὅμοιον αὖ εἴη. ἅπαν γὰρ ἅπαντι ἕτερόν ἐστιν. Ἔοικεν. Ἀλλ' ἦ τό γε ὅμοιον τῶ ἀνομοίῳ ἐναντίον; Ναί. Οὐκοῦν καὶ τὸ ἕτερον τῶ ταὐτῶ; Καὶ τοῦτο. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτό γ' ἐφάνη, ὡς ἄρα τὸ ἓν τοῖς ἄλλοις ταὐτόν τε καὶ ἕτερον. Ἐφάνη γάρ. Τοιοῦτον δέ γε πάθος ἐστὶ τὸ εἶ) τὸ αὐτὸ τοῖς ἄλλοις, ὦ ἕτερον εἶ) τῶν ἄλλων. Παύυ γε. Ἦ γε μὴν ἕτερον, ὅμοιον ἐφάνη. Ναί. Ἦ ἄρα ταὐτὸν, αὖ ὅμοιον ἔσται, καὶ τοιοῦτον πάθος ὦ ὁμοιοῦται πάθη. ὡμοίου δέ που τὸ ἕτερον; Ναί. Ἀνομοιώσει ἄρα τὸ ταὐτόν· ἢ οὐκ ἐναντίον ἔσται ὦ ἑτέρῳ. Ἔοικεν. Ὅμοιον ἄρα καὶ ἀνόμοιον ἔσται τὸ ἓν τοῖς ἄλλοις· ἢ μὴν ἕτερον, ὅμοιον· ἢ δὲ ταὐτόν, ἀνόμοιον. Ἔχει γὰρ οὕτω δή, ὡς ἔοικε, καὶ τοιοῦτον λόγον. Καὶ γὰρ τόνδε ἔχει. Τίνα; Ἦ ταὐτὸν πέπονθε, μὴ ἀλλοῖον πεπονθέναι· μὴ ἀλλοῖον δ' πεπονθὸς, μὴ ἀνόμοιον· μὴ ἀνόμοιον δ', ὅμοιον εἶ). ἢ δ' ἄλλο πέπονθεν, ἀλλοῖον· ἀλλοῖον δ' ὂν, ἀνόμοιον εἶ). Ἀληθῆ λέγεις. Ταὐτόν τε ἄρα ὂν τὸ ἓν τοῖς ἄλλοις, καὶ ὅτι ἕτερόν ἐστι, κατ' ἀμφότερα ἃ καθ' ἕκατερον, ὅμοιόν τε ἂν εἴη & ἀνόμοιον τοῖς ἄλλοις. Παύυ γε. Οὐκοῦν & ἑαυτῶ ὡσαύτως, ἐπείπερ ἕτερόν τε ἑαυτοῦ καὶ ταὐτὸν ἑαυτῶ ἐφάνη, κατ' ἀμφότερα & ἃ καθ' ἕκατερον ὅμοιόν τε ἂν καὶ ἀνόμοιον φανήσεται; Ἀνάγκη. Τὸ δὴ πρὸς τὰ ἅπτεσθαι, τὸ ἓν αὐτοῦ & τῶν ἄλλων, καὶ τὰ μὴ ἅπτεσθαι πέφυκε, πῶς ἔχει, σκόπει. Σκοπῶ. Αὐτὸ γάρ που ἐν ἑαυτῶ ὅλῳ τὸ ἓν ἐφάνη ὄν. Ὀρθῶς. Οὐκοῦν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἕν; Ναί. Ἦ μὴν ἄρα ἐν τοῖς ἄλλοις, τῶν ἄλλων ἅπτοιτο ἄν· ἢ οὐ τὸ αὐτὸ ἐν ἑαυτῶ, τῶν μὲν ἄλλων ἀπείργοιτο ἅπτεσθαι, αὐτὸ δ' αὐτοῦ ἅπτοιτο ἄν, ἐν ἑαυτῶ ὄν. Φαίνεται. Οὕτω μὲν δὴ ἅπτοιτο ἂν τὸ ἓν αὐτῶ τε καὶ τῶν ἄλλων. Ἅπτοιτο. Τί δὲ τῆδε; ἆρ' ὃ πᾶν τὸ μέλλον ἅψεσθαί τινος, ἐφεξῆς δεῖ κεῖσθαι ἐκείνῳ ὃ μέλλει ἅψεσθαι, ταύτην τὴν ἕδραν κατέχον ἣ ἂν μετ' ἐκείνην ἡ ἕδρα ἣ ἂν κέηται ἅπτεται; Ἀνάγκη. Καὶ τὸ ἓν ἄρα, εἰ μέλλοι αὐτὸ αὑτῶ ἅπτεσθαι, ἐφεξῆς δεῖ οὗτος μὴ ἑαυτὸ κεῖσθαι, τὴν ἐχομένην χώραν κατέχον ἐκείνης ἐν ἣ αὐτὸ ἵδρυται. Δεῖ γὰρ οὕτω. Οὐκοῦν δύο μὲν ὄν τὸ ἓν, ποιήσειεν ἂν ταῦ-

ἀλλ' ταῦτα, καὶ οὐ δυοῖν χώραν ἅμα γένοιτο; ἕως ἂν ἀεὶ ᾖ ἓν, οὐκ ἐθελησῃ; Οὐ γὰρ οἷόν. Ἡ αὐτὴ ἄρα αὖ ἀνάγκη τὸ ἓν ἑνὶ, μήτε δύο ἔτι ὄν, μήτε ἅπτεσθαι αὐτὸ αὑτοῦ. Ἡ αὐτή. Ἀλλ' οὐδὲ μὰ τῶν ἄλλων ἅπτεται. Τί δή; Ὅτι φαμὲν τὸ μέλλον ἅψεσθαι, χωρὶς ὄν, ἐφεξῆς δεῖν ἐκείνῳ εἶναι οὗ μέλλει ἅπτεσθαι· τρίτον δὲ αὐτοῖν οὐ μέσῳ μηδὲν εἶναι. Ἀληθῆ. Δύο ἄρα δεῖ, τὸ ὀλίγιστον, εἶναι, εἰ μέλλει ἅψις εἶναι. Δεῖ. Ἐὰν δὲ γε τοῖν δυοῖν ὅροιν τρίτον τοιοῦτον παρεγένηται ἐξῆς, αὐτὰ μὲν, τρία ἔσται· αἱ δὲ ἅψεις, δύο. Ναί. Καὶ οὕτω δὴ ἀεὶ ἑνὸς παρεγινομένου, μία ἅψις παρεγίγνεται, καὶ συμβαίνει τὰς ἅψεις τοῦ πλήθους τῶν ἀριθμῶν μιᾷ ἐλάττους εἶναι. ὧν γὰρ τὰ πρῶτα δύο ἐπλεονέκτησε τὰς ἅψεις, εἰς τὸ πλεῖον εἶναι ἀριθμὸν ἢ τὰς ἅψεις, τοῦτο ἴσον τούτῳ καὶ ὁπόσα ἂν πάσῃ παρῇ τῶν ἀριθμῶν πλεονεκτεῖ. ἤδη γὰρ τὸ λοιπὸν ἅμα "ἓν τε ὂν ἀριθμὸν παρεγίνεται καὶ μία ἅψις ταῖς ἅψεσιν. Ὀρθῶς. Ὅσα ἄρα ἔστι τὰ ὄντα ἀριθμὸν, ἀεὶ μιᾷ αἱ ἅψεις ἐλάττους εἰσὶν αὐτῶν. Ἀληθῆ. Εἰ δέ γε ἓν μόνον ἔστι, δυὰς οὐ μή ἐστιν, ἅψις οὐκ ἂν εἴη. Γέ ὡς γάρ; Οὐκ ἐν ἄλλῳ φαμὲν, τὰ ἄλλα τοῦ ἑνὸς, οὔτε ἓν ἔστιν, οὔτε μετέχει αὐτοῦ, εἴπερ ἄλλα ἐστίν. Οὐ γάρ. Οὐκ ἄρα ἓν ἔστιν ἀριθμὸς ἐν τοῖς ἄλλοις, ἑνὸς μὴ ὄντος ἐν αὐτοῖς. Πῶς γάρ; Οὔτ' ἄρα ἓν ἔστι τὰ ἄλλα, οὔτε δύο, οὔτε ἄλλα ἀριθμοῦ ἔχοντα ὄνομα οὐδέν. Οὔ. Τὸ ἓν ἄρα μόνον ἔστιν ἕν, καὶ δυὰς οὐκ ἂν εἴη. Οὐ φαίνεται. Ἅψις ἄρα οὐκ ἔστι, δυοῖν μὴ ὄντοιν. Οὐκ ἔστιν. Οὔτ' ἄρα τὸ ἓν τῶν ἄλλων ἅπτεται, οὔτε τἆλλα τοῦ ἑνός· ἐπείπερ ἅψις γε οὐκ ἔστιν. Οὐ γὰρ οἷόν. Οὕτω δὴ κατὰ πάντα ταῦτα τὸ ἓν τῶν ἄλλων καὶ ἑαυτοῦ ἄπτεταί τε καὶ οὐχ ἅπτεται. Ἔοικεν. Ἆρ' οὖν καὶ ἴσον ἔστι καὶ ἄνισον αὐτό τε καὶ τοῖς ἄλλοις; Πῶς; Εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἓν ἢ τἆλλα, ἢ ἔλαττον, ἢ αὖ τἆλλα τοῦ ἑνὸς μεῖζον ἢ ἐλάττω, ἄρα οὐκ ἂν τῷ μὲν ἓν εἶναι τὸ ἓν, καὶ τἆλλα, ἄλλα τοῦ ἑνὸς, οὔτέ τι μεῖζον οὔτέ τι ἐλάττω ἂν εἴη ἀλλήλων αὐταῖς γε ταύταις ταῖς οὐσίαις; ἀλλ' εἰ μὴ πρὸς ὂν τοιαῦτα ἔστι ἑκάτερα ἰσότητα ἔχοιεν, ἴσα ἂν εἴη πρὸς ἄλληλα; εἰ δὲ τὰ μὴ, μέγεθος, ὅ ἐστι, σμικρότητα, ἢ καὶ μέγεθος μὴ τὸ ἓν, σμικρότητα δὲ τἆλλα, ὁποτέρῳ μὴ τῷ εἴδει μέγεθος παρεῖη, μεῖζον ἂν εἴη, ᾧ δὲ σμικρότης, ἔλαττον; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν ἔστιν γε τινὲ τούτω εἴδη τό, τε μέγεθος καὶ ἡ σμικρότης; οὐ γὰρ ἄν που, μὴ ὄντε γε, ἐναντίω τε ἀλλήλοιν ἦτον, καὶ ἐν τοῖς οὖσιν ἐγίγνοιάθην. Πῶς γὰρ ἄν;

A donec verò vnum eſt, minimé? Nequaquam. Eadem igitur neceſſitas efficit vt Vnum nec duo ſit, neq; ſeſe tangat. Eadé. At nihilo magis alia tanget. Cur verò? Quoniã diximus, quod tacturum aliquid ſit, ſeorſim poſitum, ei quod debet tangere proximum eſſe oportere, tertium autem præter hæc intermedium nullum. Vera commemoras. Quocirca duo ad minimũ adeſſe debent, quoties futurus eſt tactus. Oportet. Sin autẽ præter duos terminos tertium quiddam interuenerit, tria quidẽ ordine ſubſequentur, tactus autẽ gemini. Prorſus. Atqui ita dum vnum acceſſerit, vnus tactus accedit, & euenit ipſos tactus à numerorũ multitudine vno exuperari. quãto enim prima duo tactus ipſos exuperarunt, ita vt plura numero quàm tactus eſſent, tanto deinceps vniuerſus numerus omnes tactus excedit. In poſterum enim Vnũ ſimul additur numero, & vnus tactus tactibus ipſis apponitur. Rectẽ. Quòd ſi Vnum eſt ſolum, non eſt autem Binarius numerus, tactus haudquaquam fuerit. Quomodo verò? Nónne diximus, ea quæ alia ſunt ab vno, neque vnum eſſe, neq; cum ipſo quicquã habere commune, ſi quidem alia ſunt? Minimé. Non igitur Vnum numerus eſt in aliis, quum Vnum ſit in ipſis. Quomodo verò? Neque igitur, Vnum eſt alia, neque duo, neque alterius cuiuſpiam nomine deſignatur. Minimé. Vnum ergo tantùm eſt vnum, & binarius non eſt. Non videtur. Tactus itaque non eſt, quum minimè ſint duo. Neq uaquam. Neque igitur Vnum alia tangit, neque alia vnum tangunt: ſi quidem minimè eſt tactus. Neutiquam. Sic nimirum ex his omnibus, Vnum & alia & ſeipſum tangit, & non tangit. Apparet. Nónne & par & impar eſt ſibi & aliis? Quomodo? Si Vnum maius eſſet vel minus quàm alia, aut alia rurſus maiora ſiue minora quàm illud, nónne Vnum, quatenus vnum, & Alia, quatenus alia quàm vnum, aut maiora aut minora inuicẽ ipſis eſſentiis eſſent? verùm ſi præter has rationes, vtraque paritatem haberent, paria nimirum eſſent inuicem. ſin hæc quidem magnitudinem, illa paruitatem, aut ipſum Vnum magnitudinem, illa paruitatem haberent: cuicunque ſpeciei magnitudo adeſſet, maior exiſteret: cuicunque paruitas, minor. Neceſſe eſt. Nónne ſunt duæ quædam huiuſmodi ſpecies, Magnitudo & Paruitas? etenim niſi eſſent, nunquam contrariæ inuicem exiſterent, ac rebus ipſis ineſſent. Quomodo verò?

pro ἓν τε, in prac. edit. perperam ſcriptum eſt εἶτε, item παρεγίνεται pro παρεγένεται. Atque hoc agnoſcit & Fic. ſicut & illud ἓν τε.

Si nimirum paruitas Vni ineſſet, vel Toti vni vel parti cuipiam ineſſet. Neceſſe eſt. Si toti inſit, vel ex æquo per Vnum ipſum totum extendetur atque permeabit, vel ipſum circumplectetur. Perſpicuum ſané eſt. Nónne paruitas ex æquo Vni circumfuſa, par ipſi erit? ipſum verò circumplectens, maior? Quomodo verò? Potéſtne paruitas par cuiquam eſſe, an maior aliquo? & magnitudinis paruitatíſque effecta, non verò ſuiipſius, exerere? Non poteſt. Igitur in vno toto non fuerit quidem paruitas. reliquum ergo eſt fortaſſe vt ſit in parte. Certè. Non tamen in tota parte. eadem enim efficeret aduerſus partem quæ aduerſus totum effecerat. quippe quę vel æqualis erit vel maior illa ipſa parte, cui ſemper inſit. Neceſſe eſt. Nulli igitur vnquam rei paruitas inerit, quum neque parti neque toti inhæreat. vnde efficitur nihil eſſe paruum, præter ipſam paruitatem. Non aliud videtur. Neque igitur in ipſo magnitudo inerit: quandoquidem aliud quidpiam præter ipſam magnitudinem maius eſſet, illud videlicet cui ipſa inſit magnitudo: idque, quum ipſam non ſit paruum: quod quidem ſuperari oportet à magno, ſiquid magnum ſit. quod quidem fieri nequaquam poteſt: quandoquidem nuſquam ineſt paruitas. Vera narras. Quinetiam magnitudo ipſa nullo erit alio maior quàm paruitate: neque paruitas ipſa alio quopiam minor quàm ipſa magnitudine. Nequaquam. Quocirca cętera prętęr vnum, neque maiora neque minora vno, neque magnitudinem neque paruitatem habuerint. neque verò hæc duo aliquam vim habebunt aduerſus ipſum vnum, qua vel excedant vel excedantur, ſed ſibi mutuò reſpondebunt. neque etiam ipſum vnum aut hiſce duobus aut aliis quibuſlibet maius vel minus erit: quippe quod & magnitudinis & paruitatis ſit expers. Ita nimirum apparet. Itaque quum Vnum neque minus ſit neque maius quàm alia, neceſſe eſt ipſum neque ſuperare neque ſuperari. Neceſſe eſt. Nónne id quod ita conſtitutum eſt vt neque ſuperet neque ſuperetur, neceſſe eſt ex ęquo eſſe? quod autem ex æquo eſt, par eſſe? Quidni? Atqui hoc pacto ipſum Vnũ ad ſeſe habet, expers videlicet & magnitudinis & paruitatis in ſeſe, vt neque exuperet ſeipſum neq; exuperetur: ſed ex ęquo ſe habens, ſimile ſemper ſit ſibiipſi. Omnino. Vnum igitur & ſibi & aliis par fuerit. Videtur. Atqui quum vnum in ſeipſo ſit, & circa quoque ſeipſum fuerit extrinſecus: & id quod ipſum complectitur, maius ſcilicet ipſo erit: id quod comprehenditur, minus.

A Εἰ ἄρα ἐν ᾧ ἑνὶ σμικρότης ἐγγίγνεται, ἤτοι ἐν ὅλῳ αὖ ἢ ἐν μέρει αὐτῷ ἐνείη. Ἀνάγκη. Τί δ' εἰ ἐν ὅλῳ ἐγίγνοιτο, οὐχὶ ἢ ἴσης ἂν ᾧ ἑνὶ δι' ὅλου αὐτοῦ τεταμμένη εἴη, ἢ περιέχουσα αὐτό; Δῆλον δή. Ἆρ' οὐκ ἴσης μὲν οὖσα ἡ σμικρότης ᾧ ἑνί, ἴση ἂν αὐτῷ εἴη; περιέχουσα δ', μείζων; Πῶς δ' οὔ, Δωματῶν οὖν σμικρότητα ἴσην τῷ ἑνί), ἢ μείζω τινός; καὶ πρότερόν γε τά μεγέθους τε καὶ ἰσότητος, ἀλλὰ μὴ τὰ ἑαυτῆς; Ἀδύνατον.

B Ἐν μὲν ὅλῳ ἄρα τῷ ἑνὶ οὐκ ἂν εἴη σμικρότης· ἀλλ' εἰκός, ἐν μέρει. Ναί. Οὔτοι γε ἐν παντὶ ἀλλὰ τῷ μέρει. εἰ δὲ μή, ταὐτὰ ποιήσει ἄρα πρὸς τὸ ὅλον ἴσα ἔσται, ἢ μείζων τοῦ μέρους ἐν ᾧ ἂν ἀεὶ ἐνῇ. Ἀνάγκη. Οὐδενί ποτε ἄρα ἐνέσῃ τῶν ὄντων σμικρότης, μήτ' ἐν μέρει μήτ' ἐν ὅλῳ ἐγγιγνομένη· οὐδὲ τι ἔσται σμικρὸν πλὴν αὐτῆς τῆς σμικρότητος. Οὐκ ἔοικεν. Οὐδ' ἄρα μέγεθος ἐνέσῃ ἐν αὐτῷ. μεῖζον γὰρ ἂν τι εἴη ἄλλο, καὶ πλὴν αὐτοῦ μεγέθους, ἐκεῖνο ἐν ᾧ τὸ μέγεθος ἐνείη· καὶ ταῦτα, σμικροῦ αὐτοῦ οὐκ ὄντος· οὗ ἀνάγκη ὑπερέχειν ἐάν περ ᾖ μέγα. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, ἐπειδὴ σμικρότης οὐδαμοῦ ἔνι. Ἀληθῆ. Ἀλλὰ μὴν αὐτὸ μέγεθος, οὐκ ἄλλου μεῖζον ἢ αὐτῆς σμικρότητος· οὐδ' σμικρότης ἄλλου ἔλαττον ἢ αὐτοῦ μεγέθους. Οὐ γάρ. Οὔτε ἄρα τἆλλα μείζω τοῦ ἑνός, οὐδὲ ἐλάττω, μήτε μέγεθος μήτε σμικρότητα ἔχοντα. οὔτε αὖ τοὺτων πρὸς

D τὸ ἓν ἔχετον τὴν δύναμιν τὴν τοῦ ὑπερέχειν τε & ὑπερέχεσθαι, ἀλλὰ πρὸς ἀλλήλω. οὔτε αὖ τὸ ἓν τούτοιν οὐδὲ τῶν ἄλλων μεῖζον αὖ οὐδ' ἔλαττον εἴη, μήτε μέγεθος μήτε σμικρότητα ἔχον. Οὐκοῦν φαίνεται γε. Ἆρ' οὖν, εἰ μήτε μεῖζον μήτε ἔλαττον τὸ ἓν τῶν ἄλλων, αὐ ἀνάγκη αὐτὸ ἐκείνων μήτε ὑπερέχειν μήτε ὑπερέχεσθαι; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν τοῦτό γε μήτε ὑπερέχον μήτε ὑπερεχόμενον, πολλὴ αὖ ἀνάγκη ἴσης εἶναι (ἴσης δὲ ὄν, ἴσον εἶναι). Πῶς γὰρ οὔ; Καὶ μὴν καὶ αὐτό γε ἓν πρὸς ἑαυτὸ ὄντως

E αὖ ἔχει· μήτε μέγεθος ἐν ἑαυτῷ μήτε σμικρότητα ἔχον, οὔτ' ἂν ὑπερέχοι ἑαυτοῦ οὔτ' ἂν ὑπερέχοι ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἴσης ἑαυτοῦ ὄν, ἴσον ἀεὶ εἴη ἑαυτῷ. Παγκάλως μὲν οὖν. Τὸ ἓν ἄρα ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἴσον ἂν εἴη. Φαίνεται. Καὶ μὴν αὐτό γε ἐν ἑαυτῷ ὄν, καὶ περὶ ἑαυτὸ ἂν εἴη ἔξωθεν· καὶ περιέχον μέν, μεῖζον ἂν ἑαυτοῦ εἴη· περιεχόμενον δέ, ἔλαττον.

Poſt ὅλον Fic. παλέαν σμικρότ. col locaſſe, ἐν ἴσῃ γὰρ ἔσαι legiſſe uidetur.

Malim Οὐκοῦν, ut alibi, ſequente eodem uerbo: & præcedēte itidem negatione.

καὶ οὕτω μεῖζον αὖ καὶ ἔλαττον εἴη αὐτὸ ἑαυτοῦ τε πρὸς ἕν. Εἴη γὰρ ἄν. Οὐκοιοῦν καὶ τὸ αὐτὸ ἂν εἴη, μηδὲν ἔξω τοῦτο τοῦ ἑνός τε καὶ τῶν ἄλλων; Πῶς γὰρ δ'; Ἀλλὰ μὴν καὶ εἶναί που δεῖ πάντως ἀεί. Ναί. Οὐκοῦν πάντως ἔν τῳ ὄν, ἐν μείζονι ἔσται, ἔλαττον ὄν; οὐ γὰρ ἄν ἄλλως ἕτερον ἐν ἑτέρῳ εἴη. Οὐ γάρ. Ἐπειδὴ οὖν οὐδὲν ἕτερόν ἐστι χωρὶς τῶν ἄλλων καὶ τοῦ ἑνός, δεῖ δὲ αὐτὰ ἔν τῳ εἶναι, οὐκ ἀνάγκη ἤδη ἐν ἀλλήλοις εἶναι, τά τε ἄλλα ἐν ᾧ ἕνι, καὶ τὸ ἓν ἐν τοῖς ἄλλοις; ἢ μηδαμοῦ εἶναι; Φαίνεται. Ὅτι μὴν ἄρα τὸ ἓν ἐν τοῖς ἄλλοις ἔνεστι, μείζω ἂν εἴη τὰ ἄλλα τοῦ ἑνός, ὡς περιέχοντα αὐτό· τὸ δὲ ἕν, ἔλαττον τῶν ἄλλων, ὡς περιεχόμενον. Ὅτι δὲ τὰ ἄλλα ἐν ᾧ ἔνι, τὸ ἓν τῶν ἄλλων καὶ τὸν αὐτὸν λόγον μεῖζον ἂν εἴη· καὶ γὰρ ἄλλα τοῦ ἑνός, ἐλάττω. Εἰκός. Τὸ ἓν ἄρα ἴσον τε καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττόν ἐστιν αὐτό τε αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων. Φαίνεται. Καὶ μὴν, εἴπερ μεῖζον, καὶ ἴσον καὶ ἔλαττον, ἴσων ἂν εἴη μερῶν καὶ πλήθους καὶ ἐλαττόνων αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις· ἐπειδὴ δὲ μερῶν, καὶ πλειόνων. Πῶς; Ὥσπερ μεῖζόν ἐστι, πλήθους που καὶ μέτρων ἂν εἴη αὐτοῦ· ὅσων γὰρ μέτρων, καὶ μερῶν. καὶ ὥσπερ ἔλαττον, ὡσαύτως· καὶ οἷς ἴσον, τούτοις. Οὕτως. Οὐκοῦν ἑαυτοῦ μεῖζον καὶ ἔλαττον ὄν, καὶ ἴσον, ἴσων ἂν εἴη μέτρων, καὶ πλήθους καὶ ἐλαττόνων αὐτῷ; ἐπειδὴ γὲ μέτρων, καὶ μερῶν; Πῶς γὰρ οὔ; Ἴσων μὲν ἄρα μερῶν ὂν αὐτῷ, ἴσον ἂν τὸ πλῆθος αὐτῷ εἴη· πλήθους γὰρ, πλέον· ἐλαττόνων γὰρ, ἔλαττον τὸ ἀριθμὸν αὐτοῦ. Φαίνεται. Οὐκοῦν καὶ πρὸς τἄλλα ὡσαύτως ἕξει τὸ ἕν; ὅτι μὲν μεῖζον αὐτῶν φαίνεται, ἀνάγκη πλέονα εἶναι καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν; ὅτι γὰρ σμικρότερον, ἔλαττον; ὅτι γὰρ ἴσον μεγέθει, ἴσον καὶ τὸ πλῆθος εἶναι τοῖς ἄλλοις; Ἀνάγκη. Οὕτω δὴ αὖ, ὡς ἔοικε, τὸ ἕν, καὶ ἴσον, καὶ πλέον καὶ ἔλαττον καὶ ἀριθμὸν αὐτό τε αὑτοῦ ἔσται καὶ τῶν ἄλλων. Ἔσται. Ἆρ' οὖν καὶ χρόνου μετέχει τὸ ἕν; καὶ ἔστί τε καὶ γίγνεται νεώτερόν τε καὶ πρεσβύτερον αὐτό τε αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων; καὶ οὔτε νεώτερον οὔτε πρεσβύτερον οὔτε ἑαυτοῦ οὔτε τῶν ἄλλων, χρόνου μετέχον; Πῶς; Εἶναι μὲν που αὐτῷ ὑπάρχει, ἦ γὰρ ἔν ἐστι. Ναί. Τὸ δὲ εἶναι ἄλλό τί ἐστιν ἢ μέθεξις οὐσίας τοῦ νῦν παρόντος; ὡς γὰρ τὸ ἦν

A atque adeo vnum ſeipſo & maius erit & minus. Fuerit nimirum. Nónne hoc quoque neceſſariò conſequitur, Nihil eſſe extra vnum & alia? Quídni? Et illud item, Quicquid eſt, in aliquo loco ſemper eſſe? Certé. Nónne id quod in aliquo eſt, in maiori erit, quũ ipſũ ſit minus? non enim aliter aliud eſſet in alio. Nequaquam. Quãdoquidem igitur nihil eſt prorſus præter Vnum & Alia, & oportet iſta in aliquo eſſe, nónne neceſſe eſt iam in ſeſe mutuò eſſe, id eſt, & Alia in vno, & Vnum in aliis? aut nuſquã eſſe? Videtur. Quia ergo Vnũ

B eſt in aliis, ideirco alia maiora ſunt quàm Vnum, quæ ipſum complectuntur: Vnum autem aliis minus, quòd ab ipſis contineatur. Quoniam autem alia in Vno ſunt, Vnum aliis eadem ratione maius fuerit, Alia verò vno minora. Videtur. Atqui ſi maius & minus & par, æqualium erit menſurarum & maiorum & minorum, ſuiipſius & aliorum ratione: &, ſi menſurarum, partium quoque. Quídni? Quum ergo eaſdem menſuras, pluréſque & pauciores habeat, numero quoque plus &

C minus erit & ad ſeipſum & ad cætera: néc non æquale ſibi & aliis ſimiliter. Quomodo? Plures habet menſuras quàm illa quibus maius eſt: & quot menſuras, totidem & partes. & quibus minus eſt, eodem pacto: quibúſve æquale, ſimiliter. Ita ſe res habet. Nónne igitur, quum Vnum ſeipſo maius minúſque ſit, & æquale, æqualium menſurarum pluriúmque & pauciorum, quod ad ſeipſum, eſt particeps? & quandoquidem menſurarum, etiam partium? Quídni? Quum igitur Vnum partes ſibiipſi habeat æquales,

D multitudine quoque æquale ſibi ipſi erit: plures verò, amplius: pauciores autẽ, minus numero ſemetipſo. Videtur. Nónne & ad alia eodem modo ſe Vnum habebit? quoniam maius illis apparet, neceſſe eſt plus quàm illa numero eſſe? quia verò minus, & minus? quia denique æquale in magnitudine, numero quoq; par eſſe aliis? Neceſſe eſt. Hoc pacto rurſus, vt apparet, Vnum, par, plus, minus, ſecundũ numerum ipſum, ſeipſo erit & aliis.[a] Erit. NVNQVID & Vnum temporis eſt particeps,

E & eſt & fit iunius & ſenius, & ipſum ſeipſo & aliis? & rurſus contrà nec iunius nec ſenius ſeipſo vel aliis, dum particeps eſt temporis? Quomodo? *Eſſe* nimirum illi quadrat, quatenus Vnum eſt. Certé. Ipſum autem *Eſſe*, quídnam aliud eſt quàm eſſentiæ participatio cum tempore præſenti? quemadmodum *Erat*,

a Quintum πάθος: Ideæ ſecundæ non ſunt expertes temporis, ſed quicquid agũt, in tẽpore agunt: contrà, primæ Ideæ omnia ſunt præſentiſſima, neque vlla temporis χρόνος in illã cadit, ſicuti iam ſuo loco docuit. Adiũgit autem longam explicationem de illa tẽporis affectione, quatenus in rebus ipſis

creatis verſetur. Sūma eſt, Temporis vires naturales aut exiſtere a ſe interire, varie quidē atque multipliciter. quum ipſæ ſpecies cōſtāter perdurent. Quod autem ait ipſum τὸ ἓν in ſe cundis f rmis participeps eſſe ἑτερότητος & ἀνομοιότητος, bifariam videtur intelligendum, & ex ipſarū ſpecierum inter ſe comparatione, & reſpectu etiam indiuiduorum, quæ varijs accidentibus circumueſtiuntur. Ergo ἀλλοιοῦται in indiuiduis τὸ ὄντως ἀλλοιοῦται in ipſa ſpecie quæ conſtanter permanet inter varias indiuiduorum viciſſitudines.

cum præterito, & rurſus *Erit*, cum futuro, eſt eſſentiæ ipſius communicatio? Eſt ſanè. Ergo ſi ipſius *Eſſe* particeps eſt, profectò & ipſius temporis particeps eſt. Omnino. Nónne & progredientis temporis? Prorſus. Semper ergo ſenius ſeipſo fit, ſi quidem ſecundum tempus procurrit. Neceſſe eſt. Meminimúſne igitur, dum ſenius aliquid fit, ſenius fieri ſemper eo quod iunius fit? Meminimus. Nónne quandoquidem Vnū ſeipſo fit ſenius, quū ſeipſo fit iunius, ſenius quoque fit? Neceſſe eſt. Fit nimirum hunc in modum iunius & ſenius ſeipſo. Fit profectó. Nunquid tunc eſt ſenius quum in præſenti tempore eſt, quod inter *Erat* & *Erit* medium intercēdit? neq; enim præſentis temporis momentum tempus illud tranſgredietur quod ex præterito & futuro progreditur? Nequaquam. Nónne tunc deſinit eſſe ſenius, quum ad præſentis temporis articulum peruenit? nec fit ſed eſt iam ſenius? quum enim progreditur, ab ipſo præſentis temporis articulo minimè comprehenditur. quod enim progreditur, tale eſt vt vtrunque attingat, & præſens & futurum: quum nimirum præſens relinquat, futurum comprehendat: & inter vtrunque, præſens videlicet & futurum, intercedat. Vera commemoras. Quòd ſi neceſſe eſt, quodcunque fit ipſum præſens minimè tranſgredi, quum primùm in eo momento verſetur, fieri deſinit, éſtque tunc iam illud quod fiebat. Videtur. Vnum igitur quando ſenius fit, ita vt in præſentis temporis momentum incidat, deſinit fieri, & eſt tunc ſenius. Omnino. Nónne illo eſt ſenius quo fiebat ſenius? Hactenus nimirum fiebat. Certé. Senius verò iuniori ſenius? Eſt. Iunius ergo ſeipſo Vnum eſt, quum ita fit ſenius, vt in præſentis temporis momentum incidat. Neceſſe eſt. Præſentis igitur temporis momentum ſemper adeſt Vni, per vniuerſum eſſe, [id eſt, quòd nimirum omnino ſit] eſt enim ſemper nunc, quandiu eſt: [id eſt, præſentiſſimè ſemper adeſt.] Quídni? Vnum igitur ſemper eſt, & fit ſenius ſeipſo, quādiu eſt. Videtur. Ipſúmne verò ſeipſo eſt vel fit temporis amplioris definito ſpatio? an paris? Paris. At tempus quod pari ſpatio definitur, ſeu ipſum fiat vel reuera ſit, eandem habet ætatem. Quídni? At quod eandem habet ætatem, neque ſenius eſt neque iunius. Nequaquam. Vnū igitur, quū pari tēpore ipſum ſibiipſi & fiat & ſit reuera, neq; iunius neq; ſenius ipſum ſeipſo eſt neque fit. Non mihi videtur. Quid verò aliorum ratione?

A μετὰ τοῦ παρεληλυθότος, καὶ αὖ τὸ ἔσται μετὰ τοῦ μέλλοντος, οὐσίας ἐστὶ κοινωνίας; Ἔστι γάρ. Μετέχει μὲν ἄρα ἔστι χρόνου, εἴπερ καὶ τοῦ εἶ). Παίυ γε. Οὐκοῦν πορευομένου τὰ χρόνου; Ναί. Ἀεὶ ἄρα πρεσβύτερον γίγνεται ἑαυτᾶ, εἴπερ προέρχεται τῷ χρόνον. Ἀνάγκη. Ἆρ' οὖν μεμνήμεθα ὅτι νεωτέρου γιγνομένου τὸ πρεσβύτερον πρεσβύτερον γίγνεται; Μεμνήμεθα. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ πρεσβύτερον ἑαυτοῦ γίγνεται τὸ ἓν, νεωτέρου ἂν γιγνομένου ἑαυτοῦ πρεσβύτερον γίγνοιτο; Ἀνάγκη. Γίγνεται μὲν δὴ νεώτερόν τε καὶ πρεσβύτερον αὐτοῦ οὕτω. Ναί. Ἔστι δὲ πρεσβύτερον ἆρ' οὐχ ὅταν τῷ νῦν χρόνου ᾖ γιγνόμενον, τ' μεταξὺ τοῦ τέ τε καὶ ἔσται; οὐ γάρ που παρυόμενόν γε ἐκ τοῦ ποτὲ εἰς τὸ ἔπειτα ὑπερβήσεται τὸ νῦν. Οὐ γάρ. Ἆρ' οὖν οὐκ ὀπίσω τότε τοῦ γίγνεσθαι πρεσβύτερον, ἐπειδὰν τῷ νῦν ἐντύχῃ; ἃ οὐ γίγνεται ἀλλ' ἔστι τότ' ἤδη πρεσβύτερον; πρεσβύτερον γὰρ δή που ἄν ποτε ληφθείη ἑαυτοῦ τ' νῦν. τὸ γὰρ πρεσβύτερον, ὅτως ἔχει ὡς ἀμφοτέρων ἐφάπτεσθαι, τ' τε νῦν ἃ τ' ἔπειτα· τ' μὲν νῦν ἀφιέμενον, τ' δ' ἔπειτα ὑπολαμβανόμενον· μεταξὺ ἀμφοτέρων γιγνόμενον, τά τε ἔπειτα καὶ τὰ νῦν. Ἀληθῆ. Εἰ δέ γε ἀνάγκη μὴ παρελθεῖν τὸ νῦν πᾶν τὸ γιγνόμενον, ἐπειδὰν κατ' τοῦτο ᾖ, ὀπίσω ἀεὶ τὰ γίγνεσθαι· ἃ ἔστι τότε τοῦτο ὅ, τι B C D αὖ τύχοι γιγνόμενον. Φαίνεται. Καὶ τὸ ἓν ἄρα, ὅταν πρεσβύτερον γιγνόμενον ἐντύχῃ τῷ νῦν, ἐπέσχετο γίγνεσθαι, καὶ ἔστι τότε πρεσβύτερον. Παίυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν ὅταν ἐγίγνετο πρεσβύτερον, τούτου κατ' ἦν; ἐγίγνετο ἂν αὐτᾶ; Ναί. Ἔστι δ' τὸ πρεσβύτερον νεωτέρου πρεσβύτερον; Ἔστι. Καὶ νεώτερον ἄρα τότε αὐτᾶ ἔστι τὸ ἓν, ὅταν πρεσβύτερον γιγνόμενον ἐντύχῃ τῷ νῦν. Ἀνάγκη. Τὸ γε μὲν νῦν ἀεὶ πρέσει τῷ εἶναι κατὰ πάντος τὰ εἶ). ἔστι γὰρ ἀεὶ νῦν ὅταν ᾖ ᾖ. Πῶς γὰρ οὔ; Ἀεὶ ἄρα ἔστί τε καὶ γίγνεται πρεσβύτερον ἑαυτᾶ καὶ νεώτερον τὸ ἓν. Ἔοικε. Πλείω δ' χρόνον αὐτὸ ἑαυτᾶ ἔστιν ἢ γίγνεται; ἢ τὸν ἴσον; Τὸν ἴσον. Ἀλλὰ μὲν τόν γε ἴσον χρόνον ἢ γιγνόμενον ἢ ὄν, τῷ αὐτῷ ἡλικίαν ἔχει. Πῶς δ' οὔ; Τὸ δ' τῷ αὐτῷ ἡλικίαν ἔχον, οὔτε πρεσβύτερον οὔτε νεώτερόν ἐστιν. Οὐ γάρ. Τὸ ἓν ἄρα ἴσον χρόνον αὐτὸ ἑαυτῷ καὶ γιγνόμενον καὶ ὄν, οὔτε νεώτερον, οὔτε πρεσβύτερον ἑαυτοῦ ἐστὶν, οὔτε γίγνεται. Οὐ μοι δοκεῖ. Τί δ' τῶν ἄλλων;

Οὐκ ἔχω λέγειν. Τόδε γε μὴν ἔχεις λέγειν, ὅτι πάντα τοῦ ἑνὸς, εἴπερ ἕτερά ἐστιν, ἀλλὰ μὴ ἕτερον, πλείω ἐστὶν ἑνός. ἕτερον μὲν γὰρ ὄν, ἓν ἂν εἴη· ἕτερα δὲ ὄντα, πλείω ἑνός ἐστι, καὶ πλήθος ἂν ἔχοι. Ἔχει γὰρ ἂν. Πλῆθος δὲ ὂν, ἀριθμοῦ πλείονος ἂν μετέχοι ἢ τοῦ ἑνός. Πῶς δ' οὔ; Τί οὖν; ἀριθμοῦ φήσομεν τὰ πλείω γίγνεσθαί τε καὶ γεγονέναι πρότερον; ἢ τὰ ἐλάττω; Τὰ ἐλάττω. Τὸ ὀλίγιστον ἄρα πρῶτον. τοῦτο δ' ἔστι που ἓν. ἢ γάρ; Ναί. Παντῶν ἄρα τὸ ἓν πρῶτον γέγονε τῶν ἀριθμῶν ἐχόντων. ἔχει δὴ καὶ τἆλλα πάντα ἀριθμὸν, εἴπερ ἄλλα ἐστὶ μὴ ἄλλο ὄντα. Ἔχει γάρ. Πρῶτον δέ γε, οἶμαι, γεγονὸς, πρότερον γέγονε· τὰ δὲ ἄλλα, ὕστερον. τὰ δὴ ὕστερα γεγονότα, νεώτερα τοῦ πρότερον γεγονότος. ἐστὶ δ' οὕτως ἂν εἴη τὰ ἄλλα νεώτερα τοῦ ἑνός· τὸ δὲ ἓν, πρεσβύτερον τῶν ἄλλων. Εἴη γὰρ ἄν. Τί δὲ τόδε; ἆρ' ἂν εἴη τὸ ἓν πρὸς φύσιν τινὰ αὐτοῦ γεγονὸς; ἢ ἀδύνατον; Ἀδύνατον. Ἀλλὰ μὴν μέρη γε ἔχον ἐφάνη τὸ ἕν. εἰ δὲ μέρη, ἐστὶ ἀρχὴ καὶ τελευτὴ καὶ μέσον. Ναί. Οὐκοῦν πάντων πρῶτον ἀρχὴ γίγνεται, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς, καὶ ἑκάστου τῶν ἄλλων; ἐστὶ μὴ τινὰ ἀρχὴν, ἐστὶ τἆλλα πάντα μέχρι τοῦ τέλους; Τί μήν; Καὶ μὴν μόριά γε φήσομεν εἶναι τοῦτ' εἶδος πάντα τἆλλα τοῦ ὅλου τε καὶ ἑνός· αὐτὸ δὲ ἐκεῖνο ἅμα τῇ τελευτῇ γεγονέναι ἕν τε καὶ ὅλον. Φήσομεν γάρ. Τελευτὴ δέ γε, οἶμαι, ὕστατον γίγνεται. τούτῳ δὴ ἅμα πρὸς πέφυκε γίγνεσθαι. ὥστε εἴπερ ἀναγκαῖον αὐτὸ ὃ ἓν μὴ πρὸς φύσιν γίγνεσθαι, ἅμα τελευτῇ ἂν γεγονὸς, ὕστατον ἂν τῶν ἄλλων πέφυκος εἴη γίγνεσθαι. Φαίνεται. Νεώτερον ἄρα τῶν ἄλλων τὸ ἓν ἐστὶ, καὶ δὴ ἄλλα τοῦ ἑνὸς πρεσβύτερα. Οὕτως οὖν μοὶ φαίνεται. Τί δὲ δή; ἀρχὴν, ἢ ἄλλο μέρος ὁτιοῦν τοῦ ἑνὸς, ἢ ἄλλα ὁτιοῦν, ἐὰν μέρος ᾖ, ἀλλὰ μὴ μέρη, οὐκ ἀναγκαῖον ἓν εἶναι, μέρος γε ὄν; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν πρὸς τὸ ἓν ἅμα τε τῷ πρώτῳ γιγνομένῳ γίγνοιτ' ἄν, καὶ ἅμα τῷ δευτέρῳ· καὶ οὐδενὸς ἀπολείπεται τῶν ἄλλων γιγνομένων, ὅτι πρὸς ἂν πρόσγίγνηται ὁτῳοῦν, ἕως ἂν πρὸς τὸ ἔσχατον ἐλθὸν, ὅλον ἓν γένηται· ὅτε μέσου, οὔτε ἐσχάτου, οὔτε πρώτου, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς ἀπολειφθὲν ἐν τῇ γενέσει.

Non possum dicere. Hoc tamen dicere potes, quòd alia ab vno, si quidem altera sunt, nõ alterum, plura sunt quàm vnum. nam si alterum, vnum essent: altera verò quũ sint, plura quàm vnum sunt, & multitudine quadam continentur. Prorsus. Quum autem multitudine constent, amplioris certè quàm Vnius numeri fuerint participia. Quidni? Quid igitur? écquæ potius fieri aut facta esse dicemus, pluráne an pauciora? Pauciora. Quod igitur pauciſſimum, primum: id autem est vnum. nónne? Est. Vnum ergo omnium numerorum primam obtinuit sedem. habent autem omnia cætera numerum, si quidem alia sunt, non aliud. Habẽt nimirum. Primum autem ipsum quod factum est, prius extitit: alia verò, posterius. quæ verò posterius facta sunt, iuniora sunt quàm id quod prius factum est: ac proinde Alia erunt iuniora Vno: Vnum verò Aliis antiquius. Fuerit sanè. Quorsum verò hæc? Vnúmne effici præter naturã suam potest? an verò nullo modo potest? Nõ potest. Cõstitit tamẽ Vnũ partes habere: quòd si partes habeat, & initiũ & finẽ & mediũ habet. Habet certé. Nónne omnium primò fit principium & ipsius vnius, & aliorum singulatim? & post principium, & alia omnia ad finem vsque? Quidni? Atqui dicemus hæc omnia esse Totius & Vnius partes: & illud ipsum vnum vnà cum fine vnum esse & totum? Dicemus nimirum. Finis videlicet, opinor, vltimò fit: Vnum verò tale natura esse vt simul fiat. quocirca si necesse est ipsum Vnum non fieri præter naturam, quum sit finis, postremum aliorum natura suapte fit. Videtur. Vnum igitur iunius est Aliis, ac proinde Alia vno sunt seniora. Ita mihi videtur. Quid verò? principium aut aliam quamlibet Vnius partem aut Aliud quodlibet, si pars sit, nõ verò partes, nónne necesse est Vnum esse, quum pars sit? Necesse est. Quamobrem Vnum cum eo quod primum fit, profectò fit, & simul cum secundo: atque etiam nulli eorum quæ fiunt, deest, cuicunque tandem adfuerit: donec ad vltimum peruaserit, & Vnum totum fuerit. neque verò vel à medio, vel ab vltimo, vel à primo, vel ab alio quoquam in generatione excludatur. Vera commemoras. Vnum igitur eandem cum Aliis ætatem habet: vt quidem si ipsum Vnum minimè præter naturam sit constitutum, planè neq; prius neq; posterius Aliis extiterit, sed vnà atque

Ἀληθῆ. Πᾶσιν ἄρα τοῖς ἄλλοις τινὰ αὐτὸ ἡλικίαν ἴσχει τὸ ἕν. ὥστε εἰ μὴ πρὸς φύσιν πέφυκεν αὐτὸ τὸ ἓν, οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον τῶν ἄλλων γεγονὸς αὖ εἴη, ἀλλ' ἅμα. καὶ

adeo ex ea ratione Vnum neque iunius neque ſenius aliis fuerit, neque Alia Vno. at ex priore quadam ratione Vnum & ſenius & iunius, & Alia quoque illo ſimiliter. Omnino. Hoc igitur ita ſe habet, & ita natum eſt. Verùm ecquid [de eo exiſtimas] fieri ipſum [vnum] ſenius & iunius Aliis, & Alia vno? neque verò vel iunius vel ſenius quicquam fieri? Vtrũ eadem ratione ſe habet circa ipſum fieri, qua circa eſſe? vel aliter? Non poſſum explicare. Ego verò hæc feré: Siquid ſenius aliud ſit alio, ipſum quidem ſenius adhuc fieri quàm tum primùm vbi natum eſt ætate diſtabat, non amplius poterat. neque etiam quod iunius eſſet, adhuc iunius fieri. nam inæqualia æqualibus adiuncta ſiue tempori & ſiue alteri cuilibet, eodẽ interuallo diſtare faciũt quo & antea illa primùm diſtabant. Quídni? Non igitur id quod Vnum eſt, eo quod vnum eſt, ſenius vnquam extiterit neque iunius: ſi quidem à pari diſtat ætate. ſed & eſt & fuit hoc quidem ſenius, illud verò iunius: fit autem minimé. Vera narras. Quocirca id quod vnum eſt, cæteris quæcunque ſunt, nunquam vel iunius vel ſenius efficitur. Nunquam. Videris autem an hactenus ſeniora & iuniora ſint. Quomodo veró? Vnúmne aliis antiquius, & Alia Vno? Quid tum? Quandoquidem Vnum Aliis eſt ſenius, id longius tempus extitit quàm Alia. Certé. Rurſus verò perpende: ſi ampliori & breuiori tempori par tempus apponamus, æquáne parte diſcrepabit amplius à breuiori, an potius minore parte? Minore profectó. Nó igitur Vnú tãto ætatis interuallo Alia deinceps excedet, quanto prius exceſſerat: ſed par tempus atque Alia conſequutum, minus ſemper quàm prius ab illa ætate diſtabit. nónne? Prorſus. Nónne quod minus excedit aliquid ætate quàm prius, iunius fit quàm prius, quatenus ad illa referebatur, quorum ratione prius erat antiquius? Iunius. Quòd ſi illud iunius, nónne illa Alia, ſi cum Vno conferas, ſeniora quàm prius erunt? Omnino. Quod ergo iunius antè extiterat, ſenius fit, eius quod ante fiebat, & eius quod ſenius eſt, ratione. eſt autem nunquam ſenius, ſed fit ſemper illo ſenius. Illud enim ad iuniorem quendam ſtatum promouetur, hoc verò ad ſeniorem ætaté vergit.

A τ τ τοῦτον τὸν λόγον τὸ ἓν τῶν ἄλλων οὔτε πρεσβύτερον οὔτε νεώτερον αὖ εἴη, οὐδὲ τἆλλα τοῦ ἑνός· τ δὲ τὸν πρόσθεν, πρεσβύτερόν τε καὶ νεώτερον, τἆλλα ἐκείνου ὡσαύτως. Παύυ μὲν οὖν. Ἔστι μὲν δὴ οὕτως ἔχον τε καὶ γεγονός. ἀλλὰ τί αὖ πρὸς τὸ γίγνεσθαι αὐτὸ πρεσβύτερόν τε καὶ νεώτερον τῶν ἄλλων, καὶ τἆλλα τοῦ ἑνός, καὶ μήτε νεώτερον μήτε πρεσβύτερον γίγνεσθαι; ἆρα ὥσπερ πρὸς τὸ εἶναι, οὕτω καὶ πρὸς τοῦ γίγνεσθαι ἔχει; ἢ ἑτέ-
B ρως; Οὐκ ἔχω λέγειν. Ἀλλ' ἐγὼ τοσόνδέ γε, ὅτι εἰ καὶ ἔστι πρεσβύτερον ἕτερον ἑτέρου, γίγνεσθαί γε αὐτὸ πρεσβύτερον ἔτι, ἢ ὡς τὸ πρῶτον βύθυς γενόμενον διέσχε τῇ ἡλικίᾳ, οὐκ ἂν ἔτι δυνατὸ· οὐδ' αὖ τὸ νεώτερον ὄν, ἔτι νεώτερον γίγνεσθαι. ἀνίσοις γὰρ ἴσα προστιθέμενα, χρόνῳ τε καὶ ἄλλῳ ὁτῳοῦν, ἴσῳ ποιεῖ ἀφ' ἑαυτῶν ἀεὶ ὅσῳπερ ἂν τὸ πρῶτον διενέσκη. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκ ἄρα τόγε ὂν τοῦ ἑνὸς ὄντος γίγνοιτ' ἂν ποτὲ
C πρεσβύτερον, οὔτε νεώτερον, εἴπερ ἴσῳ ἀφαιρεῖ ἀεὶ τὴν ἡλικίαν· ἀλλ' ἔστι καὶ γέγονε πρεσβύτερον, τὸ δ', νεώτερον· γίγνεται δ' οὔ. Ἀληθῆ. Καὶ τὸ ἓν ἄρα ὄν, τῶν ἄλλων ὄντων οὔτε πρεσβύτερον ποτὲ, οὔτε νεώτερον γίγνεται. Οὐδ' οἷόν. Ὅσα δὲ εἰ τῇδε πρεσβύτερα καὶ νεώτερα γίγνεται. Πῇ δή; Ἧ τό, τε ἓν τῶν ἄλλων ἐφαίνη πρεσβύτερον, καὶ τἆλλα τοῦ ἑνός. Τί οὖν; Ὅτῳ τὸ ἓν τῶν ἄλλων πρεσβύτερον ἦ, πλείῳ χρόνου γέγονεν ἢ τἆλλα. Ναί. Πάλιν δὴ σκόπει· ἐὰν πλείονι καὶ ἐλάττονι χρόνῳ προστιθῶμεν τὸν ἴσον χρόνον, ἆρα ᾧ ἴσῳ μείῳ διοίσει τὸ πλέον τοῦ ἐλάττονος, ἢ σμικροτέρῳ; Σμικροτέρῳ. Οὐκ ἄρα ἔσται ὅ, τι πρὸ τοσοῦτον ἦν πρὸς τἆλλα ἡλικίᾳ ἀφαιρέσει τὸ ἕν, τοῦτο καὶ εἰς τὸ ἔπειτα, ἀλλὰ ἴσον λαμβάνον χρόνον τοῖς ἄλλοις, ἔλαττον
D ἀεὶ τῇ ἡλικίᾳ διοίσει αὐτῶν ἢ πρότερον. ἦ οὔ; Ναί. Οὐκοῦν τό γε ἔλαττον ἀφαιρέσει
E ἡλικίᾳ πρός τι ἢ πρότερον, νεώτερον γίγνοιτ' ἂν ἢ ὃν πρόσθεν, πρὸς ἐκεῖνα πρὸς ἃ τὸ πρότερον πρότερον; Νεώτερον; Εἰ δ' ἐκεῖνο νεώτερον, οὐκ ἐκεῖνα αὖ τἆλλα πρὸς τὸ ἓν πρεσβύτερα ἢ πρότερον; Παύυ γε.

Τὸ μὲν νεώτερον ἆρα γεγονός, πρεσβύτερον γίγνεται πρὸς τὸ πρότερον γεγονός τε καὶ πρεσβύτερον ὄν. ἔστι δὲ οὐδέ ποτε πρεσβύτερον, ἀλλὰ γίγνεται ἀεὶ ἐκείνου πρεσβύτερον. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὅτι τὸ νεώτερον ὑπεδίδου, τὸ δὴ ὅτι τὸ πρεσβύτερον.

τὸ δ' αὖ πρεσβύτερον τῷ νεωτέρου νεώτερον γίγνεται ὡσαύτως. ἰόντε γὰρ αὐτὼ εἰς τὸ ἐναντίον, τὸ ἐναντίον ἀλλήλοιν γίγνεσθον· τὸ μὲν νεώτερον, πρεσβύτερον τοῦ πρεσβυτέρου· τὸ δὲ πρεσβύτερον, νεώτερον τοῦ νεωτέρου. γιγνέσθην δὲ οὐκ ἂν οἷόντε ἦτην. εἰ γὰρ ἐγιγνοίντο, οὐκ ἂν ἔτι γίγνοιντο, ἀλλ' εἶεν ἄν. νῦν δὲ γίγνονται μὲν πρεσβύτερα ἀλλήλων καὶ νεώτερα. τὸ μὲν ἓν, τῶν ἄλλων νεώτερον γίγνεται, ὅτι πρεσβύτερον ἐφάνη ὂν καὶ πρότερον γεγονός· τὰ δὲ ἄλλα τοῦ ἑνὸς πρεσβύτερα, ὅτι ὕστερα γέγονε. καὶ ὃ τ' αὖτ' λόγον καὶ τἆλλα πρὸς τοῦτο πρὸς τὸ ἓν ἔχει, ἐπειδὴ καὶ αὐτὰ πρεσβύτερα ἐφάνη καὶ πρότερα γεγονότα. Φαίνεται γὰρ οὕτω. Οὐκοῦν ἡμῖν μὲν ὧδε ἕτερον ἑτέρου πρεσβύτερον γίγνεται καὶ νεώτερον, καὶ τὸ ἴσον ἀριθμῷ ἀλλήλων ἀεὶ διαφέρειν, οὔτε τὸ ἓν τῶν ἄλλων πρεσβύτερον γίγνοιτ' ἄν, οὐδὲ νεώτερον, οὔτε τἆλλα τοῦ ἑνός; ἢ δὲ ἄλλῳ ἀεὶ μοίῳ διαφέρειν ἀνάγκη τὰ πρότερα τῶν ὑστέρων γιγνόμενα, καὶ τὰ ὕστερα τῶν προτέρων, ταύτῃ δὴ ἀνάγκη πρεσβύτερά τε καὶ νεώτερα ἀλλήλων γίγνεσθαι τά τε ἄλλα τοῦ ἑνός, καὶ τὸ ἓν τῶν ἄλλων; Παῦ μὲν δῶ. Κατὰ δὴ πάντα ταῦτα ἔστι τὸ ἓν αὖτό τε αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων πρεσβύτερόν τε καὶ νεώτερον ἔστί τε καὶ γίγνεται, καὶ οὔτε πρεσβύτερον οὔτε νεώτερον οὔτ' ἔστιν οὔτε γίγνεται οὔτε αὖ οὔτε τῶν ἄλλων. Παντελῶς μὲν δῶ. Ἐπειδὴ δὲ χρόνου μετέχει τὸ ἕν, ἔστί τε πρεσβύτερόν τε καὶ νεώτερον γίγνεσθαι, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη καὶ τοῦτο ποτὲ μετέχειν, καὶ τοῦτο ἔπειτα, καὶ τῶν νῦν, εἴπερ χρόνου μετέχει; Ἀνάγκη. Ἦν ἄρα τὸ ἕν, καὶ ἔστι καὶ ἔσται, καὶ ἐγίγνετο καὶ γίγνεται καὶ γενήσεται. Τί μήν; Καὶ εἴη ἂν τι οἰκεῖνο καὶ ἐκείνῳ, καὶ ἴδιον καὶ ἔστι καὶ ἔσται. Παῦ γε. Καὶ ὁπτέον δὴ εἴη ἂν αὐτῷ καὶ δόξα καὶ αἴσθησις, εἴπερ καὶ νῦν ἡμεῖς περὶ αὐτοῦ πάντα ταῦτα προσπίπτομεν. Ὀρθῶς λέγεις. Καὶ ὄνομα δή καὶ λόγος ἔστιν αὐτῷ, καὶ ὀνομάζεται καὶ λέγεται· καὶ ὅσα γε καὶ περὶ τἆλλα τῶν τοιούτων τυγχάνει ὄντα, καὶ περὶ τὸ ἓν ἔστι. Παντελῶς μὲν δῶ ἔχει οὕτως. Ἔτι δὴ τὸ τρίτον λέγωμεν. τὸ ἓν εἰ ἔστιν οἷον διελελύθαμεν, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη αὐτό, ἕν τε ὂν καὶ πολλά, καὶ μήτε ἓν μήτε πολλά, καὶ μετέχον χρόνου, ὅτι μὲν ἔστιν ἕν, οὐσίας μετέχειν ποτέ; ὅτι δ' οὐκ ἔστι, μὴ μετέχειν αὖ ποτὲ οὐσίας; Ἀνάγκη. Ἆρ' οὖν ὅτε μετέχει, οἷόντε ἦσαν τότε μὴ μετέχειν; ἢ, ὅτε μὴ μετέχει, μετέχειν; Οὐχ οἷόντε. Ἐν ἄλλῳ ἄρα χρόνῳ μετέχει, καὶ ἐν ἄλλῳ οὐ μετέχει. οὕτω γὰρ ἂν μόνως τοῦ αὐτοῦ μετέχοι τε καὶ οὐ μετέχει.

In Ald. δίνοιντο, pro quo est in Germ. διόοιντο. Sed legit & Ficinus γενοιντο.

A Senius autē iuniori ſemper fit iunius eodem modo. quum enim iſta in cōtrarium tendant, contrariis quoque obnixibus refragantur. Iunius quidem ſeniori ſenius: ſenius autem, iunius iuniori. facta verò eſſe nequeunt. Si enim poſſent, nunquam fierent, ſed reuera exiſterent. nunc verò ſeniora & iuniora inuicem fiunt. Vnùm quidem Aliis fit iunius, quòd ſenius eſſe apparuit, & prius natum. cætera verò ſeniora quàm Vnum fiunt, quòd poſteriora facta fuerint. Et ſecundum eandem ration ē

B Alia quoque ſimiliter ad Vnum ſe habent: quandoquidem ipſo antiquiora & priora extitiſſe conſtiterit. Ita mihi quidem videtur. Annon qua ratione neutrum illorum altero vel iunius fit vel ſenius, pro eo quod ex pari numero inter ſe mutuò diſcrepant, neque Vnum aliis ſenius aut iunius fieret, neque Alia Vno? quatenus verò altera ſem per parte differre neceſſe eſt priora poſterioribus, & poſteriora prioribus, hacte nus neceſſe eſt ſeniora & iuniora inuicem fieri, tum cætera Vno, tum cæteris Vnum? Omnino. Ex his omnibus de cauſis Vnum,

C & ipſum ſeipſo & aliis ſenius & iunius eſt & fit: neque verò ſenius neque iunius vel eſt vel fit ſeipſóve ſiue aliis. Planè ita eſt. Quum verò Vnum temporis ſit particeps, atque ſenius iuniúſque fieri poſſit, nónne præterea neceſſe eſt præteriti, præſentis & futuri eſſe particeps, ſi quidem temporis eſt particeps? Neceſſe eſt. *Erat* igitur Vnū, & *eſt* & *erit*, ac *fiebat* & *fit* & *fiet*. Quídni? Eſſet quoque illi aliquid & illius, *erát*que & *eſt* & *erit*. Omnino. Atque idcirco ſcientia de ipſo fuerit & opinio & ſenſus: quando-

D quidem & nos quoque in rebus huiuſmodi tractandis verſamur. Rectè loqueris. Et nomen & oratio in ipſum cadit: & nomine & oratione deſignatur. & quæcunque etiā huiuſmodi de Aliis ſunt, de Vno quoque ſunt. Omnino ita ſe res habet. Iam verò tertium hac de re dicamus. nimirum ſi Vnum huiuſmodi eſt, quemadmodū ſuprà expoſuimus, nunquid neceſſe ſit & ipſum eſſe Vnum & multa, & neque vnum neque multa, & temporis particeps? quia verò eſt Vnum, eſſentiæ aliquādo eſſe particeps, & quia non eſt, eſſentiæ quoque nō

D eſſe particeps? Neceſſe eſt. Num verò quū particeps eſt, poteſt aliquādo non eſſe particeps? aut quum nō eſt particeps, eſſe? Nō poteſt. In alio igitur tempore particeps eſt, & in alio, minimé. his enim tantùm circūſtantiis, eiuſdem eſſet particeps & nō par-

ticeps. Rectè. Nónne est id tempus quando essentiæ est particeps, & quum ab illa abscedit? aut quo pacto fieri potest vt ipsum aliquando habeat esse, aliquando nō habeat? nisi aliâs id capiat, aliquādo ipsum dimittat? Nequaquam. Atqui essentiæ particeps esse, nónne vocas fieri? Equidem. Et ab essentia abscedere, nónne perire appellas? Omnino. Vnum igitur, vt videtur, quum capiat & dimittat essētiā, fit & perit. Necesse est. Vnū igitur quum multa quoque sit, & fiat & pereat: nónne quū Vnum fit, desinit esse Multa, atque hactenus perit? quum verò multa, desinit esse Vnū, & hactenus perit? Omnino. Quum autem fiat Vnum & Multa, nónne discerni & componi ipsum necesse est? Prorsus. Atqui quum & simile sit & dissimile quum fiat, similari & quasi dissimilari, [id est, simile & dissimile fieri?] Certé. Et quando maius & minus, atq; æquale, crescere, decrescere, atque æquari? Ita. At quoties ex motu in quietem, & quum ex quiete ad motum transit, oportet certè ipsum non vno in tēpore esse. Quomodo verò? Quum nimirum priùs staret, moueri postea: quúmque antea moueretur, tum demum consistere. etenim absque permutatione hæc in illum cadere non possent. Quî verò? Tempus sci licet nullum est, in quo quidpiam sic se habere possit, vt simul neque stet neque moueatur. Nequaquam. Atqui neque mutatur quidem absque permutatione. Non est consentaneum. Quando ergo mutatur? neque enim dum stat, neque dum mouetur, mutatur, neque dum est in tempore. Nequaquam. An hoc est mirabile quidpiā, in quo tunc est dum mutatur? Quódnam verò? Continuum momentum. hoc enim momentum, certum quiddam significat, ex quo in vtrunque mutatur. neque enim ex statu, dum stat, neque ex motu, dum mouetur, fit mutatio: sed continui illius momenti natura, mirifica quædam atque insolens inter motum & statum intercedit, ac nullo prorsus in tempore est. nec verò in hanc partem ex hac parte id quod mouetur ad statum cōmutatur, & status ad motum. Videtur. Vnum itaque, si quidem stat & mouetur, in vtraque commutatur. hoc enim tantùm modo vtraque constituit. dum autem mutatur, continuò mutatur, & quum mutatur, in nullo erit tempore: neque verò tunc aut mouebitur aut stabit. Minimé. Nunquid eodem modo ad cæteras mutationes se habet, quū ex eo quod reuera erat ad suā perniciem commutabitur, aut ex certa &

Ὀρθῶς. Οὐκοῦν ἔστι τοῦ ὄντος χρόνος ὅτε μεταλαμβάνῃ τοῦ εἶναι, καὶ ὅτε ἀπαλλάττηται αὐτοῦ; ἢ πῶς οἷόντε ἔσται τοτὲ μὲν ἔχειν τὸ αὐτό, ποτὲ δὲ μὴ ἔχειν; ἐὰν μή ποτε καὶ λαμβάνῃ αὖ καὶ ἀφίῃ; Οὐδαμῶς. Τὸ δὴ οὐσίας μεταλαμβάνειν, ἆρά γε οὐ γίγνεσθαι καλεῖς; Ἔγωγε. Τὸ δὲ ἀπαλλάττεσθαι οὐσίας, ἆρα οὐκ ἀπόλλυσθαι; Καὶ πάνυ γε. Τὸ ἓν δὴ (ὡς ἔοικε) λαμβάνον τε καὶ ἀφιὲν οὐσίαν, γίγνεται καὶ ἀπόλλυται. Ἀνάγκη. Ἓν δὲ καὶ πολλὰ ὄν, καὶ γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ἆρ' οὐχ ὅταν μὲν γίγνηται ἓν, τὰ πολλὰ ἀπόλλυται, ὅταν δὲ πολλὰ, τὸ ἓν ἀπόλλυ; Πάνυ γε. Ἓν δὲ γιγνόμενον καὶ πολλὰ, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη διακρίνεσθαί τε καὶ συγκρίνεσθαι; Πολλή γε. Καὶ μείω ἀνόμοιόν τε καὶ ὅμοιον ὅταν γίγνηται, ὁμοιοῦσθαί τε καὶ ἀνομοιοῦσθαι; Ναί. Καὶ ὅταν μεῖζον καὶ ἔλαττον καὶ ἴσον, αὔξανέσθαί τε καὶ φθίνειν, καὶ ἰσοῦσθαι; Οὕτως. Ὅταν δὲ κινούμενόν τε ἵσηται, καὶ ὅταν ἑστὼς ὅτι τὸ κινεῖσθαι μεταβάλλῃ, δεῖ δή που αὐτό γε μηδὲν ἐν ἑνὶ χρόνῳ εἶναι. Πῶς δή; Ἑστώς τε ποτέρως, ὕστερον κινεῖσθαι· καὶ ποτέρως κινούμενον, ὕστερον ἑστάναι. ἄνευ μὲν τοῦ μεταβάλλειν οὐκ οἷόντε ἔσται ταῦτα παθεῖν. Πῶς γάρ; Χρόνος δέ γε οὐδεὶς ἔστιν ἐν ᾧ τι οἷόντε ἅμα μήτε κινεῖσθαι μήτε ἑστάναι. Οὐ γάρ ἐστιν. Ἀλλ' ἅδε μήν μεταβάλλει αὖθι τοῦ μεταβάλλειν. Οὐκ εἰκός. Πότ' οὖν μεταβάλλει; οὔτε γὰρ ἑστὼς ἂν οὔτε κινούμενον μεταβάλλοι, οὔτε ἐν χρόνῳ ὄν. Οὐ γὰρ οἷόν. Ἆρ' οὖν ἔστι τὸ ἄτοπον τοῦτο ἐν ᾧ τότ' ἂν εἴη ὅτε μεταβάλλει; Τὸ ποῖον δή; Τὸ ἐξαίφνης. τὸ γὰρ ἐξαίφνης τοιοῦτόν τι ἔοικε σημαίνειν, ὡς ἐξ ἐκείνου μεταβάλλον εἰς ἑκάτερον. οὐ γὰρ ἔκ τε τοῦ ἑστάναι ἑστῶτος ἔτι μεταβάλλει, οὐδὲ ἐκ τῆς κινήσεως κινουμένης ἔτι μεταβάλλει· ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξαίφνης ἀτοπία φύσις, ἄτοπός τις ἐγκάθηται, μεταξὺ τῆς κινήσεως τε καὶ στάσεως, ἐν χρόνῳ οὐδενὶ οὖσα. καὶ εἰς ταύτην δὴ καὶ ἐκ ταύτης τὸ, τε κινούμενον μεταβάλλει ὅτι τὸ ἑστάναι, καὶ τὸ ἑστὼς ὅτι τὸ κινεῖσθαι. Κινδυνεύει. Καὶ τὸ ἓν δή, εἴπερ ἵσταταί τε καὶ κινεῖται, μεταβάλλοι ἂν ἐφ' ἑκάτερα. μόνως γὰρ ἂν οὕτως ἀμφότερα ποιοῖ. μεταβάλλον δὴ ἐξαίφνης μεταβάλλει· καὶ ὅτε μεταβάλλει, ἐν οὐδενὶ χρόνῳ ἂν εἴη· οὐδὲ κινοῖτ' ἂν τότε, οὐδ' ἂν σταίη. Οὐ γάρ. Ἆρ' οὖν οὕτω καὶ πρὸς τὰς ἄλλας μεταβολὰς ἔχει, ὅταν ἐκ τοῦ εἶναι εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι μεταβάλλῃ,

ἢ ἐκ τοῦ μὴ εἶναι εἰς τὸ γίγνεσθαι, μεταξύ τινων τότε γιγνέται κινήσεώς τε καὶ στάσεως; καὶ οὔτε ἔστι τότε, οὔτε ὄν ἐστιν· οὕτε γίγνεται, οὔτε ἀπόλλυται; Ἔοικε γοῦν. Κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ἐξ ἑνὸς ὅτι πολλὰ ἰόν, ἐκ πολλῶν ἓν ἄν, οὔτε ἓν ὄστιν, οὔτε πολλά, οὔτε διακρίνεται, οὔτε συγκρίνεται· καὶ ἐξ ὁμοίου ὅτι ἀνόμοιον, καὶ ἐξ ἀνομοίου ὅτι ὅμοιον ἰόν, οὔτε ὅμοιον, οὔτε ἀνόμοιον· οὔτε ὁμοιούμενον, οὔτε ἀνομοιούμενον. καὶ ἐκ μικροῦ ὅτι μέγα, καὶ ὅτι ἴσον καὶ εἰς πάναντία ἰόν, ὅτε σμικρόν, οὔτε μέγα, οὔτε ἴσον, οὔτε αὐξανόμενον, οὔτε φθίνον, οὔτε ἰσούμενον εἴη ἄν. Ἔοικε. Ταῦτα δὴ τὰ παθήματα πρῶτ' ἂν πάσχοι ὂν ἕν, εἰ ἔστι. Πῶς δ' οὔ; Τί δὲ τοῖς ἄλλοις πρέποντ' ἂν πάσχειν, ἓν εἰ ἔστιν, ἆρα οὐ σκεπτέον; Σκεπτέον. Λέγωμεν δή, ἓν εἰ ἔστι, τἄλλα τοῦ ἑνὸς τί χρὴ πεπονθέναι. Λέγωμεν. Οὐκοῦν, ἐπεὶ καὶ ἄλλα τοῦ ἑνός ἐστιν, ὅτε τὸ ἓν ὄστι τἄλλα; εὖ γὰρ ἂν ἄλλα τοῦ ἑνὸς ἴῳ. Ὀρθῶς. Οὐδὲ μὴν ἑτέρας τε πρώτας τοῦ ἑνὸς τἄλλα, ἀλλὰ μετέχει πη. Πῇ δή; Ὅτι που τἄλλα τοῦ ἑνὸς μόρια ἔχοντα, ἄλλα ὄστιν. εἰ γὰρ μόρια μὴ ἔχει, πρώτιστα ἂν ἓν εἴη. Ὀρθῶς. Μόρια δέ γε (φαμὲν) τούτου ὄστιν ὁ ἂν ὅλου ᾖ. Φαμὲν γάρ. Ἀλλὰ μὴν τόγε ὅλον, ἓν ἐκ πολλῶν ἂν ἀνάγκη εἶναι, ἅπερ ἔσται μόρια τὰ μόρια. ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων, οὐ πολλῶν μόριον χρὴ εἶναι, ἀλλὰ ὅλου. Πῶς τοῦτο; Εἴ τι πολλῶν μόριον εἴη, ἐν οἷς ἂν αὐτὸ εἴη, ἑαυτοῦ τε δή που μόριον ἔσται (ὃ ὄστιν ἀδύνατον) καὶ τῶν ἄλλων δὴ ἑνὸς ἑκάστου, εἴπερ καὶ πρώτων. ἑνὸς γὰρ μὴ ὄν μόριον, πλείω τούτου, τῶν ἄλλων ἔσται· καὶ οὕτως ἑνὸς ἑκάστου ἐκ ἔσται μόριον. μὴ ὄν δὲ μόριον ἑκάστου, οὐδενὸς τῶν πολλῶν ἔσται· μηδενὸς δὲ ὄν, πρώτων τούτων τί ἔσται, ὧν οὐδενὸς οὐδέν ὄστι καὶ μόριον καὶ ἄλλο ὁτιοῦν, ἀδύνατον εἶναι). Φαίνεταί γε δή. Οὐκ ἄρα τῶν πολλῶν, οὐδὲ πρώτων, ὃ μόριον, μόριον, ἀλλὰ μιᾶς τινος ἰδέας, καὶ ἑνός τινος, ὃ καλοῦμεν ὅλον· ἐξ ἁπάντων ἓν τέλειον γιγνόμενον, τούτου μόριον ἂν ὃ μόριον εἴη. Παντάπασιν μὲν οὖν. Εἰ ἄρα τἄλλα μόρια ἴσχει, κἂν τοῦ ὅλου τε καὶ ἑνὸς μετέχοι. Πάνυ γε. Ἓν ἄρα ὅλον τέλεον μόρια ἔχον, ἀνάγκη εἶναι τἄλλα τοῦ ἑνός. Ἀνάγκη. Καὶ μὴν καὶ τοῦ μορίου γε ἑκάστου ὁ αὐτὸς λόγος. καὶ γὰρ τούτου ἀνάγκη μετέχειν ὅλου ἑνός. εἰ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν μόριόν ὄστι,

Alia eſt lectio, Quæ ſana, quæ ex loc. ſequentibus.

A conſtante natura ad incertam vagámque, nimirum ex eſſe ad fieri: medium tunc fit quorundam motuum atque ſtatuum? neque tunc vllo modo eſt, neque non eſt, neque fit, neque interit? Videtur nimirum. Eadem quoque ratione ex Vno commigrans in Multa, & ex Multis in Vnum, neque Vnum eſt neque multa, neque diſcernitur, neque componitur: neque ex ſimili ad diſſimile, neque ex diſſimili ad ſimile meat, neque ſimile neque diſſimile, neque ſimilatur neque diſſimilatur, [id eſt, ſimilitudinis & diſſimilitudinis formas accipit] vt quidem ex paruo in magnum, & in æquale, & in contraria vadēs, neque paruum, neque magnum, neque æquale eſt: non creſcit, non decreſcit, non perit, neque æquatur. Non videtur. Hæ omnes nimirum affectiones in Vnum cadunt, ſi eſt. Quidni? Quid verò? nónne cōſiderandum eſt quídnam conueniat Alia pati, ſi Vnum eſt? Conſiderandum eſt profectò. Dicamus igitur, Vnum ſi eſt, Alia ab Vno quídnam pati oporteat. Dicamus. Nónne quandoquidem Alia Vnius ſunt, & ad Vnum referuntur, neque Vnum eſt Alia? non enim Alia Vnius eſſent. Rectè. Non tamen Alia penitus ſunt Vno deſtituta, ſed quodam modo cum Vno participant. Quo tandem? Quoniam alia ab Vno, quatenus partibus conſtant, alia ſunt quàm Vnum. ſi enim nullo modo partibus conſtarēt, nullo prorſus modo eſſent. Præclarè. Partes autem eius eſſe affirmamus, quod Totum ſit. Affirmamus nimirum. Atqui totum ipſum Vnum ex multis eſſe neceſſe eſt, cuius partes erunt partes. vnāquāque enim partem non multorum B partem eſſe oportet, ſed totius. Quî verò iſtud? Siqua multorum pars eſſet, in quibus ipſa pars eſſet, ſuiipſius videlicet pars eſſet (quod fieri nullo modo poteſt) & aliorum cuiuſque, ſi quidem omnium. quum enim Vnius non ſit pars, vno excepto Aliorum erit: ac proinde vniuſcuiuſq; non erit pars. quum autem cuiuſque non ſit pars, nullius è multis erit: &, ſi nullius eſt, eſſe quicquam iſtorum omnium, quorū nullius vel pars vel aliud quicquam eſt, fieri nullo modo poteſt. Videtur nimirum. Non ergo multorum neque omnium pars eſt quæcū que ſit pars, ſed vnius cuiuſdam IDEAE, & vnius cuiuſdam quod Totum vocamus, ex omnibus Vnum perfectum quiddam atque abſolutum: cuius pars fuerit ipſa pars. Omnino. Si igitur Alia partes habēt, cum vno quoque Toto participant. Omnino. Vnum igitur Totū perfectum quod partes habet, neceſſe eſt Alia eſſe ab vno. Neceſſe eſt. Et de vnaquaq; parte eadem quoque eſt ratio. etenim huius vnius participem eſſe neceſſe eſt. ſi enim vnaquæq; ipſarum pars

est, hoc ipso quòd dicitur vnaquæque, Vnum videlicet significat, distinctum quidē atque disterminatum quiddam ab aliis, & quod per se est: si quidem vnaquæque pars singulatim erit. Rectè. Vnius nimirum erit particeps, si aliud quidpiam quàm Vnum fuerit. non enim particeps esset, sed esset Ipsum vnum. at verò Vnum esse aliquid, præter ipsum Vnum, nihil profectò potest. Minimè. Necesse autem est & Toti & parti participare cum Vno. Vnum enim Totum erit, cuius partes sunt partes: singulæ verò, partes Totius, quæ quidem sint Totius partes. Ita. Nónne igitur quū alia sint quàm Vnum, vnum participant quæ ipsum participant? Quidni? Alia verò quàm vnum, Multa quodammodo sunt. nam si alia præter vnum, nec vnum tamē, nec plura vno essent, nihil prorsus essent. Nequaquam. Quandoquidem autem plura Vno sunt & quæ vnam partem & quæ vnum totum participant: nónne necesse est multitudine infinita esse illa quæ cum vno communicant? Quomodo? Sic certè perspiciamus. aliud quiddam quàm vnum ista sunt, neque etiam Vnum participant tunc primùm quum ipsum participant. Perspicuum est. Nónne quum sint multitudines, minimè in ipsis Vnum inest? Sunt certè multitudines. Quid igitur? si vellemus cogitatione aliquid huiusmodi eximere, quod quantum fieri possit, minimum sit, nónne necesse est, illud quod exemptum fuerit, si quidem Vnius sit particeps, multitudinem esse, nō Vnū? Necesse est. Nónne ita semper dispicienti ipsā secundū seipsam alteram speciei naturam, quantumcunque ipsius conspicamur, infinitum multitudine semper occurret? Omnino. Atqui quādoquidē vna quælibet pars effecta est, iam terminum inuicem habuerint inter se partes, & Totius quidem ratione, & Totū partium respectu. Prorsus. Quocirca Aliis quod Vni contingit, vt videlicet ex ipso Vno & ex seipsis cum illo communicantibus, alterum quiddam in ipsis, vt apparet, fiat. quæ quidem ratio terminum in ipsis præbuit inter se: ipsorum verò natura ex seipsis, infinitatem. Videtur. In hunc igitur modum Alia vnum participant, & Tota secundum partes infinita sunt, & termini tamen communitate quadam circumscribuntur. Omnino. Nónne & similia & dissimilia sibi, & alia aliis mutuó? Quomodo verò? Quatenus nimirum infinita sunt omnia, ex sua natura, hactenus eodem modo afficiuntur. Omnino. Atqui quatenus omnia termini communitate quadam circumscribuntur, hinc quoque eodem modo afficiuntur. Quidni? Quatenus autem in illa cadit vt sint finita & infinita, quæ quidē cōtrariæ inter se sunt affectiones, hactenus hæ affectiones in illis versantur.

A τό γε ἕκαστον ἓν), ἓν δή που σημαίνει· ἀφωρισμένον μὴν τῶν ἄλλων, καθ' αὑτὸ δὲ ὄν, εἴπερ ἕκαστον ἔσται. Ὀρθῶς. Μετέχοι δέ γε αὖ τοῦ ἑνός, δηλονότι ἄλλο ὂν ἢ ἕν. οὐ γὰρ αὖ μετεῖχεν, ἀλλ' ἓν ἂν αὐτὸ ἦν. νῶν δὲ ἑνὶ μὲν ἓν), πλείω αὐτῷ ὄντι ἑνί, ἀδύνατόν που. Ἀδύνατον. Μετέχειν δέ γε τοῦ ἑνὸς ἀνάγκη τῷ τε ὅλῳ καὶ τῷ μορίῳ. Ὂ μὲν γὰρ ἓν, ὅλον ἔσται, οὗ μόρια τὰ μόρια· Ὃ δ' αὖ ἕκαστον, ἓν μόριον τοῦ ὅλου, ὃ αὖ ἦ μόριον ὅλου. Οὕτως. Οὐκοῦν ἕτερα ὄντα, τοῦ ἑνὸς μεθέξει τὰ μετέχοντα αὐτοῦ; Πῶς δ' οὔ; Τὰ δ' ἕτερα τοῦ ἑνός, πολλά που εἴη ἄν. εἰ γὰρ μήτε ἕν, μήτε ἑνὸς πλείω εἴη τἄλλα τοῦ ἑνός, ἀδέν' ἂν εἴη. Οὐ γὰρ ἔν. Ἐπεὶ δέ γε πλείω ἑνός ἐστι τά τε τοῦ ἑνὸς μορίου, καὶ τὰ τοῦ ἑνὸς ὅλου μετέχοντα, ὀκ ἀνάγκη δή ἄπειρα πλήθει ἓν) αὐτά γε ὄντα εἶναι τὰ μεταλαμβάνοντα τοῦ ἑνός; Πῶς; Ὧδε εἰδῶμεν. ἄλλοτι οὐχ ἓν ὄντα, οὐδὲ μετέχοντα τοῦ ἑνός, τότε ὅτε μεταλαμβάνει αὐτοῦ, μεταλαμβάνῃ.

C Δηλαδή. Οὐκοῦν πλῆθη ὄντα, ἐν οἷς ὂν ἓν ὀκ ἔνι; Πλήθη μὲν οὖν. Τί οὖν; εἰ ἐθέλοιμεν τῇ διανοίᾳ τῶν τοιούτων ἀφελεῖν ὡς οἷόν τε ἐσμεν ὅτι ὀλίγιστον, ὀκ ἀνάγκη καὶ ὃ ἀφαιρεθὲν ὀκ ἓν εἶναι, εἴπερ τοῦ ἑνὸς μὴ μετέχοι, πλῆθος ἓν), καὶ οὐχ ἕν; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν οὕτως ἀεὶ σκεπτέον ἐπὶ αὐτιῷ καθ' αὐτιῷ τὴν ἑτέραν φύσιν τοῦ εἴδους, ὅσον αὖ αὐτῆς ἀεὶ ὁρῶμεν, ἄπειρον ἔσται πλήθει; Παντάπασι μὲν οὖν. Καὶ μὴν ἐπειδάν γε ἓν ἕκαστον μόριον

D ᾖ ὄντων, πέρας ἤδη ἔχει πρὸς ἄλληλα, καὶ πρὸς τὸ ὅλον, καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὰ μόρια. Κομιδῇ μὲν οὖν. Τοῖς ἄλλοις δὴ τοῦ ἑνὸς συμβαίνει, ὀκ ἐμοῦ μὲν τοῦ ἑνὸς καὶ ἐξ ἑαυτοῦ κοινωνησάντων, ὡς ἔοικεν, ἕτερόν τι γίγνεσθαι ἐν αὐτοῖς, ὃ δὴ πέρας παρέχει πρὸς ἄλληλα· ἡ δὲ αὐτῶν φύσις καθ' ἑαυτὰ, ἀπειρίαν. Φαίνεται. Οὕτω δὴ τἄλλα τοῦ ἑνός, καὶ ὅλα καὶ κατὰ τὰ μόρια, ἄπειρά τέ ἐστι καὶ πέρατος μετέχει. Παίυ γε. Οὐκοῦν καὶ ὅμοιά τε

E καὶ ἀνόμοια ἀλλήλοις τε καὶ ἑαυτοῖς; Πῆ δή; Ἧι μὲν που ἄπειρά ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν πάντα, ταὐτὸν πεπονθότα ἂν εἴη ταὐτῇ. Παίυ γε. Καὶ μὴν ἧγε ἅπαντα πέρατος μετέχει, καὶ ταύτῃ πάντ' ἂν εἴη ταὐτὸν πεπονθότα. Πῶς δ' οὔ; Ἧι δέ γε πεπερασμένα τε ἐστὶ καὶ ἄπειρα πέπονθεν, ἐναντία πάθη ἀλλήλοις ὄντα, ταῦτα τὰ πάθη πέπονθε.

Ναί. Τὰ δὴ ἐναντία γε, ὡς οἷόντε ἀνομοιότατα. Τί μήν; Κατὰ μὲν ἄρα ἑκάτερον τὸ παθος ὅμοια αὖ εἴη αὐτά τε αὑτοῖς καὶ ἀλλήλοις· τὸ δὲ ἀμφότερα, ἀμφοτέρως ἐναντιώτατά τε καὶ ἀνομοιότατα. Κινδυνεύει. Οὕτω δὴ τἆλλα, ταυτά τε αὐτοῖς καὶ ἀλλήλοις ὅμοιά τε καὶ ἀνόμοια εἴη ἄν. Οὕτω. Καὶ ταῦτα δή, καὶ ἕτερα ἀλλήλων, καὶ κινούμενα καὶ ἑστῶτα, καὶ πάντα τὰ ἐναντία πάθη, οὐκέτι χαλεπῶς διήσομεν πεπονθότα τἆλλα τοῦ ἑνός· ἐπεὶ καὶ ταῦτα ἐφάνη πεπονθότα.

Ὀρθῶς λέγεις. Οὐκοῦν εἰ ταῦτα μὴ ἔστιν ἑνὸς ἕνεκα, ὥς φανερὸν, ἐπισκοποῦμεν δὲ πάλιν, εἰ ἔστιν ἄρα, καὶ οὐχ οὕτως ἔχει τἆλλα τοῦ ἑνός, ἢ οὐ τοῦτο μόνον; Παύομαι οὖν. Λέγωμεν δὴ ἐξ ἀρχῆς, ἓν εἰ ἔστι, τί χρὴ τἆλλα τῷ ἑνὸς πεπονθέναι. Λέγωμεν γάρ. Ἆρ' οὖν χωρὶς μὲν τὸ ἓν τῶν ἄλλων, χωρὶς δὲ τἆλλα τοῦ ἑνός; Τί δή; Ὅτι που οὐκ ἔστι τοῦτο ταῦτα ἕτερον, ὃ ἄλλο μέν ἐστι τοῦ ἑνός, ἄλλο δὲ τῶν ἄλλων. πάντα γὰρ εἴρηται, ὅταν μὴ ῥηθῇ τό, τε ἓν καὶ τἆλλα. Παντα γάρ. Οὐκ ἄρα ἔστ' ἐστὶν ἕτερον τούτων, ἐν ᾧ τό, τε ἓν αὖ εἴη τῷ αὐτῷ, καὶ τἆλλα. Οὐ γάρ. Οὐδέποτε ἄρα ἐν ταὐτῷ ἐστὶ τὸ ἓν καὶ τἆλλα. Οὐκ ἔοικε. Χωρὶς ἄρα; Ναί. Οὐδὲ μὴν μόρια γε ἔχειν φαμὲν τὸ ὡς ἀληθῶς ἕν. Πῶς γάρ; Οὔτ' ἄρα ὅλον εἴη αὖ τὸ ἓν ἐν τοῖς ἄλλοις, οὔτε μόρια αὐτό, εἰ χωρὶς τε ἐστὶ τῶν ἄλλων καὶ μόρια μὴ ἔχῃ. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐδενὶ ἄρα τρόπῳ μετέχοι αὖ τἆλλα τοῦ ἑνός, μήτε κατὰ μόριόν τι αὐτό, μήτε κατ' ὅλον μετέχοντα. Οὐκ ἔοικεν. Οὐδαμῇ ἄρα ἓν τἆλλά ἐστιν, οὐδ' ἔχει ἐν ἑαυτοῖς ἓν οὐδέν. Οὐ γὰρ οὖν. Οὐδ' ἄρα πολλά ἐστι τἆλλα. ἓν γὰρ ἂν ἕκαστον αὐτῶν μόριον τοῦ ὅλου, εἰ πολλὰ ἦν. νῦν δὲ οὔτε ἕν, οὔτε πολλά, οὔτε ὅλον, ὅτε μόρια ἐστὶ τἆλλα τοῦ ἑνός· ὅπῃ αὖτε οὐδαμοῦ μετέχει. Ὀρθῶς. Οὐδ' ἄρα δύο, οὔτε τρία, οὔτε τὰ αὐτὰ ἐστὶ τἆλλα, οὔτε ἓν ἔστιν ἐν αὐτοῖς, εἴπερ τοῦ ἑνὸς παντάπασι χωρεῖται. Οὕτως. Οὐδὲ ὅμοια ἄρα καὶ ἀνόμοια, οὔτε ταυτὰ ἐστὶ τῷ ἑνὶ τἆλλα, οὔτε ἔνεστιν ἐν αὐτοῖς ὁμοιότης καὶ ἀνομοιότης. εἰ γὰρ ὅμοια καὶ ἀνόμοια αὐτὰ εἴη, ἢ ἔχει ἐν ἑαυτοῖς ὁμοιότητα καὶ ἀνομοιότητα, δύο που εἴδη ἐναντία ἀλλήλοις ἔχοι ἂν ἐν ἑαυτοῖς τἆλλα τοῦ ἑνός. Φαίνεται. Ἦν δέ γε ἀδύνατον δυοῖν πινοῖν μετέχειν ἀ μηδενὸς μετέχῃ. Ἀδύνατον. Οὔτ' ἄρα ὅμοια ἐστ' ἀνόμοια ἐστὶν, οὔτ' ἀμφότερα, τἆλλα. ὅμοια

A Certé. At contraria videlicet ſunt quàm diſſimillima. Sunt ſané. Ex alterutra igitur affectione, ſimilia fuerint ipſa ſibiipſis, & alia mutuò cum aliis: ex vtriſq; verò, vtrinque quàm maximè contraria & diſſimillima. Videtur. Ita ergo Alia ſibiipſis & mutuò eadem, ſimilia & diſſimilia fuerint. Ita. Ac rurſus eadem & altera, & mota & ſtantia, cæteriſque contrariis affectionibus affecta, cætera quæ accidunt his quę alia ſunt quàm Vnum, haud difficulter comperiemus: quandoquidem conſtat hæc ita eſſe affecta. Rectè ais. Nónne ſi hæc tanquam perſpicua atque cognita ſinamus, atque iterum diſpiciamus, ſi vnum ſit nimirum, itáne ſe habeant Alia vt vnum, an ita tantúm? Omnino. Repetito igitur principio dicamus, ſi vnum eſt, écquid conſtituendũ ſit Alia ex vno pati. Dicamus ſané. Nónne ſeorſim quidem Vnum ab aliis, & Alia ſeorſim ab vno ponere oportet? Quídni? Quia nihil eſt aliud præter hæc, quod aliud quidem ſit præter vnum, & aliud quàm alia. vniuerſa enim notata ſunt illis vocabulis *Vnum* & *Alia*. Vniuerſa ſané. Nihil igitur aliud eſt præter hæc, in quo & Vnum & Alia ſint, eadem ratione. Nequaquam. Nunquam igitur in idem cadunt Vnum & Alia. Non videtur. Seorſim igitur ſunt. Sunt. Diximus etiam Vnum nullas reuera partes habere. Quo pacto enim partibus conſtare poteſt? Neque Totum igitur Vnum aliis inerit, neque ipſius partes: ſi quidem ſeorſim eſt ab aliis, & nullis partibus componitur. Quídni? Nullo itaque modo Alia Vnum participant, quum neque partem ipſius quampiam, neque totum ipſum participent. Non videtur vllo prorſus. Nullatenus igitur Alia ſunt vnũ, neq; in ſeipſis vnum aliquod habent. Nequaquam. Quocirca Alia non ſunt multa. etenim ſi multa eſſet vnumquodq; illorũ, pars nimirum totius Vnum eſſet. nunc autem neq; vnum, neque totum, neque partes Vnius ſunt Alia: quandoquidem nihil habent cum Vno commune. Rectè. Itaq; neque duo neque tria neque ipſa ſunt alia, neque Vnum in ipſis: ſi quidem vbique Vno deſtituuntur. Ita. Neque ſimilia igitur & diſſimilia, neque eadem Alia ſunt Vni: neque in ipſis ſimilitudo & diſſimilitudo eſt Vnius ratione. nam ſi ſimilia & diſſimilia ipſa eſſent, quatenus in ſe habent ſimilitudinem & diſſimilitudinem, duas omnino ſpecies ſibi inuicem contrarias haberẽt ipſa Alia Vnius ratione. Videtur. Atqui fieri non poteſt vt quæ nullum participant, duo quædam participent. Non poteſt. Neque igitur ſimilia neque diſſimilia ſunt Alia, neque vtraque. ſi enim ſimilia

Vocula εἰ ſupernacanea eſſe videtur. ſcribendo autem ἐῶμεν, cõueniret cũ ὑπεροπτέον: ſed malim ὑπισχνοῦμαι.

In præced. edit. ἔνεστιν pro ἔστιν.

vel diſſimilia eſſent, Vnam quãdam aliam diuerſámque ſpeciem participarent: ſin vtraque, duas quaſdam contrarias ſpecies. hæc verò fieri non poſſe apparuit. Vera narras. Non igitur eadem neutra, quæ neque moueantur neque ſtent, neque fiant neque pereant, neque maiora ſint neque minora, neque paria: neque affectionu n illarũ vllæ in illa cadant. nam ſi tale quidpiam Alia ſuſceperint, vnum quoq; & duo & tria, par & impar participabunt. quod fieri non poſſe, ex ſuperioribus perſpicuũ fuit, quum Vno prorſus ſint deſtituta. Veriſſimé. His igitur de cauſis, Vnum ſi eſt, & omnia eſt vnum, neque Vnum eſt, vel ſuiipſius vel Aliorum ſimiliter ratione. Omnino. Eſto. ſi autem non eſt Vnum, deincépſne conſiderandum eſt quídnam inde conſequatur? Eſt ſanè conſiderandum. Ecquæ tandem iſta eſt poſitio, *Si vnum nõ eſt*? ab illáne differt, *Si non vnum non eſt*? Differt profectó. Nec verò tantùm differt, vel etiam omnino cõtraria hæc eſt, *Si non vnum non eſt*, ea *Si Vnum non eſt*? Contraria omnino. Quid? ſi dixerit quiſpiam, Si magnitudo non eſt, aut paruitas non eſt, aut aliud quidlibet huiuſmodi, nónne in ſingulis ſignificat Aliud quidpiam dicere id quod non eſt? Omnino. Nónne & núc ſignificat ſe dicere aliud quidpiam ab Aliis Id quod non eſt, in illo dicendi genere, *Vnum ſi non eſt*? ipſiúſque mentem percipimus? Percipimus. Primùm igitur tale quidpiam ſignificat quod cognoſci poteſt, deinde aliud quidpiam aliorum, quum Vnum dicit, ſiue Eſſe illi adiiciat, ſiue non Eſſe. nihilominus enim cognoſcitur quid non Eſſe dicatur, & quod ab Aliis differat. ánnon? Neceſſe eſt. Sic igitur ab initio dicẽdum eſt, Vnum ſi non eſt, quídnam eſſe oportet. Primùm igitur ipſi hoc ineſſe debet, vt apparet, eſſe videlicet quãdam eius ſciẽtiam, aut nihil intelligere nos quid dicatur, quum quis dixerit, Vnum ſi non eſt. Vera commemoras. Nónne & alia altera ipſius eſſe quàm illud, vel neque illud quàm alia prædicari? Omnino. Igitur diuerſitas quoque præter ſcientiam illi adeſt. neque enim aliorum diuerſitatem dicit, quando Vnum, diuerſum quiddam ab aliis dicit, ſed quádam illius diuerſitatem. Videtur. Quinetiã ipſius illius, & alicuius, & huius & huic, & horum, & omnium huiuſmodi particeps eſt Id quod nõ eſt. non enim Vnum neque ab Vno alia, neque illi quicquam eſſet neq; diceretur quicquam, niſi particeps cuiuſdam aut quorundam horum fuiſſet. Rectẽ. Eſſe tamen Vnum minimè poteſt, niſi quidem exiſtat: multorum verò particeps eſſe nihil prohibet.

A μὴν δὲ αὖ ὄντα γ' ἀνόμοια, ἑνὸς αὖ τοῦ ἑτέρου εἰδους μετέχοι ἀμφότερα δὲ ὄντα, δυοῖν τοῖν ἐναντίοιν. τοιαῦτα γὰρ ἀδύνατον ἐφάνη. Ἀληθῆ. Οὐδ' ἄρα τὰ αὐτὰ, οὐδ' ἕτερα· οὐδὲ κινούμενα, οὐδὲ ἑστῶτα· οὐδὲ γιγνόμενα, οὐδὲ ἀπολλύμενα· οὐδὲ μείζω, οὐδὲ ἐλάττω· οὐδὲ ἴσα· οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν πέπονθε τῶν τοιούτων. εἰ γάρ τι τοιοῦτον πεπονθέναι λέγοιμεν τἆλλα, καὶ ἑνὸς καὶ δυοῖν καὶ τριῶν καὶ περιττοῦ καὶ ἀρτίου μεθέξει· ὧν ἄνευ ἀδύνατον ἐφάνη μετέχειν, τοῦ ἑνός γε πάντη πάντως τετερμένοις. Ἀληθέστατα. Οὕτω δὴ ἓν εἰ ἔστι, πάντα τε ἔστι καὶ οὐδὲ ἓν ἔστι καὶ πρὸς ἑαυτὸ καὶ πρὸς τἆλλα ὡσαύτως. Παντελῶς μὲν οὖν. Εἶεν. εἰ δὲ δὴ μὴ ἔστι τὸ ἓν, τί χρὴ συμβαίνειν, ἆρ' οὐ σκεπτέον μετὰ τοῦτο; Σκεπτέον γάρ. Τίς αὖ εἴη αὕτη ἡ ὑπόθεσις, εἰ ἓν μὴ ἔστιν; ἆρά τι διαφέρει τῆσδε, εἰ μὴ ἓν μὴ ἔστι; Διαφέρει μέντοι. Διαφέρει μόνον; ἢ καὶ πᾶν τοὐναντίον ἔστιν εἰπεῖν, εἰ μὴ ἓν μὴ ἔστι, τοῦτο, ἓν μὴ ἔστι; Παῦ τοὐναντίον. Τί δ' εἴπερ λέγοι, εἰ μέγεθος μὴ ἔστιν, ἢ σμικρότης μὴ ἔστιν, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων, ἆρα ἐφ' ἑκάστου ἂν δηλοῖ ὅτι ἕτερόν τι λέγει τὸ μὴ ὄν; Παύ γε. Οὐκοῦν καὶ νῦν δηλοῖ ὅτι ἕτερον λέγει τῶν ἄλλων τὸ μὴ ὄν, ὅταν εἴπῃ, ἓν εἰ μὴ ἔστι; καὶ ἴσμεν ὃ λέγει; Ἴσμεν. Πρῶτον μὲν ἄρα γνωστόν τι λέγει· ἔπειτα ἕτερον τῶν ἄλλων, ὅταν εἴπῃ ἓν, εἴτε τὸ εἶ αὐτῷ προσθεὶς, εἴτε τὸ μὴ εἶ. οὐδὲν γὰρ ἧττον γιγνώσκεται τί τὸ λεγόμενον μὴ εἶ, καὶ ὅτι διαφέρει τῶν ἄλλων. ἢ οὔ; Ἀνάγκη. Ὧδε ἄρα λεκτέον ἐξ ἀρχῆς, ἓν εἰ μὴ ἔστι, τί χρὴ εἶ. πρῶτον μὲν οὖν αὐτῷ τοῦτο ὑπάρχειν δεῖ, ὡς ἔοικεν, εἶ αὐτό· ὅπερ ἐμέμνω· ἢ μηδὲ ὅ, τι λέγεται γιγνώσκεσθαι, ὅταν τις εἴπῃ ἓν εἰ μὴ ἔστιν. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν καὶ ἄλλα ἕτερα αὐτοῦ εἶ, ἢ μηδὲ ἐκεῖνο ἕτερον τῶν ἄλλων λέγεσθαι; Παύ γε. Καὶ ἑτερότης ἄρα ἔστιν αὐτῷ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. οὐ γὰρ τῷ τῶν ἄλλων ἑτερότητα λέγει, ὅταν τὸ ἓν, ἕτερον τῶν ἄλλων λέγῃ, ἀλλὰ τῷ ἐκείνου. Φαίνεται. Καὶ μὴν τοῦ γε ἐκείνου, καὶ τοῦ ἑνός, καὶ τούτου, καὶ τούτῳ, καὶ τούτων, καὶ πάντων τῶν τοιούτων μετέχει τὸ μὴ ὄν. οὐ γὰρ ἂν ὃ ἓν ἐλέγετο, οὐδ' ἂν τοῦ ἑνὸς ἕτερα, οὐδ' ἐκείνῳ ἂν τι ἦν, οὐδ' ἂν τι ἐλέγετο, εἰ μήτε τοῦ ἑνὸς αὐτῷ μετῆν, μήτε τῶν ἄλλων τούτων.

Vel εἶ ante ἀδύνατον addendum, vel ἀδύνατα ſcribendũ eſt. Statim poſt ante eſt videtur ex proced. edit.

Ὀρθῶς. Εἶναι μὲν δὴ τῷ ἑνὶ οὐχ οἷόντε, εἴπερ γε μὴ ἔστι· μετέχειν δὲ πολλῶν οὐδὲν κωλύει

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ αὐάγκη, εἴπερ τό γε ἓν ἐκεῖνο καὶ μὴ ἄλλο μὴ ἔστιν. εἰ μέντοι μήτε τὸ ἕν, μήτ' ἐκεῖνο, μήτ' ἔσται, ἀμφὶ τοῦτο ἄλλο τοῦ λόγος, ὃ δὲ φθέγξεσθαι δεῖ ὃ δέν· εἰ γὰρ τὸ ἓν ἐκεῖνο καὶ μὴ ἄλλο ὑπόκειται μὴ εἶναι, καὶ τὸ ἐκείνου καὶ ἄλλων πολλῶν αὐάγκη αὐτῷ μετεῖναι. Καὶ πάνυ γε. Καὶ ἀνομοιότης ἄρα αὐτῷ ἔστι πρὸς τἆλλα. τὰ γὰρ ἄλλα, τοῦ ἑνὸς ἕτερα ὄντα, ἑτερότης καὶ εἴη ἄν. Ναί. Τὰ δ' ἑτερότης, οὐκ ἀλλοῖα; Πῶς δ' οὔ; Τὰ δ' ἀλλοῖα, οὐκ ἀνόμοια; Ἀνόμοια μὲν οὖν. Οὐκοῦν εἴπερ τῷ ἑνὶ ἀνόμοιά ἐστι, δῆλον ὅτι ἀνομοίῳ τά τε ἀνόμοια ἀνόμοια ἂν εἴη. Δῆλον. Εἴη δ' ἂν καὶ τῷ ἑνὶ ἀνομοιότης, πρὸς ἓν τἆλλα ἀνόμοια αὐτῷ ἐστιν. Εἴη μὲν οὖν. Εἰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἀνομοιότης ἔστιν αὐτῷ, ἆρ' οὐκ αὐάγκη ἑαυτοῦ ὁμοιότητα αὐτῷ εἶναι; Πῶς; Εἰ ἑνὸς ἀνομοιότης ἐστὶ τῷ ἑνί, οὐκ ἄν που πρὸς τοῦ τοιούτου ὁ λόγος εἴη, οἷον τοῦ ἑνός· οὐδ' ἂν ἡ ἐπιστήμη εἴη πρός ἑνός, ἀλλα πρὸς ἄλλου ἢ ἑνός. Πάνυ γε. Οὐ δεῖ δέ γε. Οὐ δῆτα. Δεῖ ἄρα ὁμοιότητα τῷ ἑνὶ αὐτὸ ἑαυτῷ εἶναι. Δεῖ. Καὶ μὲν οὐδ' αὖ ἴσον γ' ἐστὶ τοῖς ἄλλοις. εἰ γὰρ εἴη ἴσον, εἴη τε ἂν ἤδη καὶ ὁμοίαν ἂν εἴη αὐτοῖς καὶ τὴν ἰσότητα. Ταῦτα δ' ἀμφότερα ἀδύνατα, εἴπερ μὴ ἔστιν ἕν. Ἀδύνατα. Ἐπειδὴ δ' οὐκ ἔστι τοῖς ἄλλοις ἴσον, ἆρα οὐκ αὐάγκη καὶ τἆλλα ἑκείνῳ μὴ ἴσα εἶναι; Ἀναάγκη. Τὰ δὲ μὴ ἴσα, οὐκ ἄνισα; Ναί. Τὰ δὲ ἄνισα, οὗ ἂν ἄνισα ᾖ; Πῶς δ' οὔ; Καὶ ἀνισότητος δὴ μετέχει τὸ ἕν, πρὸς ἣν τἆλλα αὐτῷ ἐστιν ἄνισα; Μετέχει. Ἀλλὰ μὲν οὐν ἀνισότητος ἐστὶ μέγεθός τε καὶ σμικρότης. Ἔστι γάρ. Ἔστιν ἄρα καὶ μέγεθος πρὸς σμικρότητα τῷ τοιούτῳ ἑνί; Κινδυνεύει. Μέγεθος μὲν οὖν σμικρότητος ἀεὶ ἀφέστατον ἀλλήλοιν. Πάνυ γε. Μεταξὺ ἄρα τι αὐτοῖν ἀεί ἐστιν. Ἔστιν. Ἔχεις οὖν τι ἄλλο εἰπεῖν μεταξὺ αὐτοῖν ἢ ἰσότητα; Οὐκ· ἀλλὰ τοῦτο. Οὕτω ἄρα ἐστὶ μέγεθος καὶ σμικρότης, ἔστι καὶ ἰσότης αὐτῷ, μεταξὺ τούτοιν οὖσα. Φαίνεται. Τῷ δὲ ἑνὶ μὴ ὄντι, ὡς ἔοικε, καὶ ἰσότητος ἂν μετείη καὶ μεγέθους καὶ σμικρότητος. Ἔοικε. Καὶ μὲν οὐσίας γε δεῖ αὐτὸ μετέχειν πη. Πῶς δή; Ἔχειν αὐτὸ δεῖ οὕτως ὡς λέγομεν. εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχει, οὐκ ἂν ἀληθῆ λέγοιμεν ἡμεῖς, λέγοντες τὸ ἓν μὴ εἶναι· εἰ δὲ ἀληθῆ, δῆλον ὅτι ὄντα αὐτὰ λέγομεν. ἢ πῶς οὔτως; Οὕτω μέν, οἶμαι. Ἐπειδὴ δὲ φαμὲν ἀληθῆ λέγειν, ἀνάγκη ἡμῖν φάναι καὶ ὄντα λέγειν.

A sed & neceſſe eſt, ſi quidem vnum illud dũtaxat, neq; aliud nõ eſt. Si verò neq; Vnũ, neque illud, neque erit, ſed de alio quopiam inſtituetur oratio, neque quicquam pronuntiari oportet. ſin autem illud vnũ duntax at & non aliud ponatur eſſe, neceſſe eſt ipſum & illius & aliorum multorum eſſe particeps. Omnino. Quapropter diſſimilitudo ei ineſt aliorum ratione. nam alia quæ ab vno diuerſa erũt, paulo diuerſa hactenus fuerint [.i. ἑτερῖα] Certé. Paulo diuerſa [.i. ἑτερῖα] non aliena [.i. ἀλλοῖα?] Quídni? Aliena verò [.i. ἀλλοῖα] nónne

B ſunt diſſimilia? Diſſimilia nimirum. Atqui ſi vni diſſimilia ſunt, perſpicuum quidem eſt diſſimili fore diſſimilia. Prorſus. Aderit itaque vni diſſimilitudo, cuius ratione alia ipſi fuerint diſſimilia. Apparet. Si igitur ipſi quadrat diſſimilitudo aliorum ratione, nónne neceſſe eſt ipſi quadrare diſſimilitudinem ſuiipſius ratione? Quomodo? Si Vni inſit diſſimilitudo Vnius ratione, haud ſanè de huiuſmodi quodam inſtituetur oratio quemadmodum de Vno: neque poſitio erit de Vno, ſed alio quolibet

C quàm de Vno. Omnino. Nõ oportet quidem. Nequaquam. Conſentaneum eſt igitur in Vno ſuiipſius ſimilitudinem eſſe, ſui ipſius ratione. Eſt. Atqui nec æquale aliis eſt. ſi enim æquale eſſet, iam videlicet & æquale ipſis eſſet ſecundum paritatem. vtrũque autem fieri minimè poteſt, ſi quidem non eſt Vnum. Non poteſt. Quandoquidem autem aliis par non eſt, nónne neceſſe eſt Alia nõ eſſe illi paria? Quídni? Et imparitatis quidem Vnum particeps eſt, cuius ratione Alia ei ſunt imparia. Particeps eſt.

D Porro ad inæqualitaté magnitudo & paruitas pertinet. Prorſus. Ergo magnitudo & paruitas cadit in Vnum ita affectum. Videtur. Atqui magnitudo & paruitas ſemper inter ſe diſcrepant. Omnino. Aliquid igitur inter ipſas intercedit. Plané. Nullúmne aliud medium potes notare quàm æqualitatem, quod inter hæc intercedat? Minimè: ſed idipſum. Cuicunque igitur magnitudo & æqualitas quadrat, ei quoq; eſt æqualitas quæ inter has intercedit. Videtur. Vnum igitur, dum non eſt, vt apparet, & æqualitatis particeps eſt & magnitudinis & paruitatis. Videtur. Atqui o-

E portet etiam vt eſſentiæ quodammodo ſit particeps. Quomodo verò? Ipſum eo quem expoſuimus modo affectum eſſe oportet. ſi enim ita non haberet, nos profectò haud verè loqueremur, quum affirmamus Vnum non eſſe: ſin vera, perſpicuum eſt nos pronuntiare ipſa reuera exiſtere. nónne ita? Ita plané. Quum verò nos vera prædicare affirmemus, conſentaneum eſt nos ea affirmare quæ reuera exiſtant.

Neceſſe eſt. Eſt igitur, vt apparet, Vnum, id quod non eſt. ſi enim Id quod non eſt minimè ſit, ſed aliquid ab ipſo Eſſe remittat ad hoc vt non ſit, continuò erit Non ens. Prorſus. Oportet igitur ipſum Ens, vinculum quoddam habere vt nõ ſit, quò huiuſmodi quædam affectio in ipſum cadat, vt non ſit: ſi huiuſmodi debet eſſe vt non ſit, vt perfectè rurſus eſſe liceat. ſic enim Id quod eſt, maximè fuerit: & Id quod non eſt, maximè non erit: ſi ipſum quidem Id quod eſt, particeps ſit eſſentiæ, quatenus eſt: Id verò quod non eſt, non-eſſentiæ, vt ſit huiuſmodi, & perfectè illam naturam habeat vt nullo modo ſit. Ipſum verò id quod non eſt, non-eſſentiæ, vt ſit Id quod non eſt: eſſentiæ verò, vt non ſit id quod non eſt: ſi quidem Id quod non eſt, prorſus videri debeat. Veriſſimé. Nónne igitur, quandoquidem Id quod eſt non eſt particeps eſſentiæ, & Id quod non eſt eſſentiæ eſt particeps: Vnũ quoque, quũ minimè ſit, eſſentiæ particeps eſſe neceſſe eſt, ad hoc vt verè non ſit? Neceſſe eſt. Eſſentia igitur adeſſe Vni videtur, ſi non eſt. Videtur. Et non-eſſentia rurſus, ſi quidem non eſt. Quídni? Num poteſt aliquid quod certo quodam modo affectum, ſic habere ſe dicitur, non ita tamen ſe habere, quum nondum ex huiuſmodi habitu tranſmutatum ſit? Non poteſt. Quidlibet igitur huiuſmodi, quod vel ſic vel non ſic ſe habuerit, mutationem ſignificat. Quídni? Mutationem verò motúmne an aliud quidpiam eſſe dicemus? Motum. Vnum autẽ nónne apparuit eſſe & non eſſe? Apparuit. Nónne ſic & ſic [i. vario modo] ſe habere apparuit? Certé. Vnum igitur quod nõ ſit moueri apparuit: ſi quidem mutationẽ habeat ex eo quod ſit ad id quod non eſt. Videtur. Atqui ſi nuſquam eſt in rerum natura, quum non ſit (ſi quidem nõ ſit) aliò migrare nõ poteſt. Qua ratione enim poſſet? Non igitur mouetur ex eo quòd in variũ locum commeet. Nequaquam. Neque tamen in eodem verteretur. idem enim nuſquã attingit. idem etenim eſt ipſum quod eſt. At Id quod non eſt, in rerũ ipſarum numero cenſeri nullo modo poteſt. Non poteſt. Id igitur quod non eſt, non poteſt in eo verti in quo non eſt. Nequaquam. Neque verò alteratur Vnum à ſeipſo, neque Id quod eſt, neque id quod non eſt. alioqui merum de Vno ſilentium, ſi quidem à ſeipſo ipſum alteraretur: ſed de aliquo alio ſermo inſtitueretur. Rectè. Quòd ſi neque alteratur, neque in eodem vertitur, neque vltrò citróque cõmeat, écquo modo moueretur? Quónam verò? Neceſſe eſt illud quod immobile eſt, quieſcere: quod quieſcit, ſtare. Neceſſe eſt. Quocirca Vnum quod non eſt, & ſtat & mouetur. Videtur. Atqui ſi quidem mouetur, planè neceſſe eſt alterari hactenus. quatenus enim aliquid mouetur,

A Ἀνάγκη. Ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικε, τὸ ἓν ὂκ ὄν. εἰ γὰρ μὴ ἔστιν μὴ ὄν, ἀνάγκη τι τῶν ἐόντων εἶναι αὐτοῦ τοῦτο ὃ μὴ ἔστι, βύθιος ἔστιν ὄν. Παντάπασι μὲν οὖν. Δεῖ ἄρα αὐτὸ δεσμὸν ἔχειν τὸ μὴ ἔστι, τὸ ἔστι μὴ ὄν, εἰ μέλλοι μὴ ἔστι· ὁμοίως ὥσπερ τὸ ὄν, ὃ μὴ ὂν ἔχειν μὴ ἔστι, ἵνα τελέως οὐκ ἔστι ᾖ. ἢ γάρ; Οὕτως γὰρ οὐκ τὸ, τε ὂν μάλιστ' ἂν εἴη, καὶ τὸ μὴ ὂν ὂκ ἂν εἴη· μετέχοντα, τὸ μὲν ὂν, οὐσίας τοῦ ἔστι ὄν· μὴ οὐσίας δὲ, οὗ ἔστι μὴ ὄν· εἰ μέλλοι τελέως οὐκ ἔστι. τὸ δὲ μὴ ὄν, μὴ οὐσίας μὲν οὗ μὴ ἔστι μὴ ὄν, οὐσίας δὲ τοῦ ἔστι μὴ ὄν· εἰ καὶ τὸ μὴ ὂν αὖ τελέως ἔσται. Ἀληθέστατα. Οὐκοῦν, ἐπεὶ καὶ ὧν τε ὄντι, τοῦ μὴ ἔστι, καὶ τῶν μὴ ὄντι, τοῦ ἔστι μέτεστι, καὶ τῷ ἑνὶ, ἐπεὶ δὴ οὐκ ἔστι, τοῦ ἔστι ἀνάγκη μετεῖναι, εἰς τὸ μὴ ἔστι. Ἀνάγκη. Καὶ οὐσία δὴ φαίνεται ᾧ ἑνὶ, εἰ μὴ ἔστι. Φαίνεται. Καὶ μὴ οὐσία ἄρα, εἰ ὧν μὴ ἔστι. Πῶς δ' οὔ; Οἷόντε οὖν, ὃ ἔχον πως, μὴ ἔχειν οὕτω, μὴ μεταβάλλον ὂκ ταύτης τῆς ἕξεως; Οὐχ οἷόντε. Παῦ ἄρα τὸ τοιοῦτον μεταβολὴν σημαίνει, ὃ ἂν ὅτου τε καὶ μὴ ὅτου ἔχῃ. Πῶς δ' οὔ; Μεταβολὴ δὲ, κίνησις; ἢ τί φήσομεν; Κίνησις. Οὐκοῦν τὸ ἓν, ὄν τε καὶ ὂκ ὂν ἐφάνη; Ναί. Οὕτως ἄρα καὶ ὂκ ὅτου ἔχον φαίνεται. Ἔοικε. Καὶ κινούμενον ἄρα τὸ ὂκ ὄν, ἓν πέφανται· ἐπεὶ καὶ μεταβολὴν ὂκ τοῦ ἔστι ὅτι τὸ μὴ ἔστι ἔχον. Κινδυνεύει. Ἀλλὰ μήν, εἰ μηδαμοῦ γε ἔστι τῶν ὄντων, ὡς ὂκ ἔστιν, εἰ καὶ μὴ ἔστιν, οὐδ' ἂν μεθίσαιτο πολύ ποι. Πῶς γάρ; Οὐκ ἄρα ᾧ τε μεταβαίνειν κινοῖτ' ἄν. Οὐ γάρ. Οὐδὲ μὴν ἐν τῷ αὐτῷ αὖ τρέφοιτο. Ταὐτοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ἅπτεται. οὐ γὰρ ἔστι τὸ ταὐτόν. τὸ δὲ μὴ ὄν, ἐν τῷ τῶν ὄντων ἀδυνάτου ἔστι. Ἀδύνατον γάρ. Οὐκ ἄρα τὸ ἕν, μὴ ὄν, τρεφεσθαι ἂν δυνάμει ἐν ἐκείνῳ ἐν ᾧ μὴ ἔστιν. Οὐ γὰρ οἷόν. Οὐδὲ μὴν ἀλλοιοῦταί που τὸ ἓν ἑαυτοῦ, οὔτε τὸ ὂν, οὔτε τὸ μὴ ὄν. οὐ γὰρ ἂν ἔτι λόγος ἦν περὶ τοῦ ἑνὸς, εἰ ἀλλοιοῦτο αὐτὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ περὶ ἄλλου τινός. Ὀρθῶς. Εἰ δὲ μήτ' ἀλλοιοῦται, μήτε ἐν ταὐτῷ τρέφεται, μήτε μεταβαίνει, ἆρ' ἂν πη ἔτι κινοῖτο; Πῶς δή; Τό γε μὴν ἀκίνητον ἀνάγκη ἡσυχίαν ἄγειν, τὸ δὲ ἡσυχάζον, ἑστάναι. Ἀνάγκη. Τὸ ἓν ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὐκ ὄν, ἑστηκέ τε καὶ κινεῖται. Ἔοικε. Καὶ μὴν, εἰ ἑστηκε γε κινεῖται, μεγάλη ἀνάγκη αὐτῷ ἀλλοιοῦσθαι. ὅπη γὰρ ἂν τι κινηθῇ,

χτ' Τοσοῦτον οὐκέθ' ὡσαύτως ἔχει ὡς εἶχεν, ἀλλ' ἕτερως. Οὕτω. Κινούμενον δὲ ὂν ἓν, καὶ ἀλλοιοῦται. Ναί. Καὶ μὴν μηδαμῇ γε κινούμενον, οὐδαμῇ αὖ ἀλλοιοῖτο. Οὐ γάρ. Ἡ μὴν ἄρα κινεῖται τὸ οὐκ ὂν ἕν, ἀλλοιοῦται· ᾗ δὲ μὴ κινεῖται, οὐκ ἀλλοιοῦται. Οὐ γάρ. Τὸ ἓν ἄρα μὴ ὂν ἀλλοιοῦταί τε καὶ οὐκ ἀλλοιοῦται. Φαίνεται. Τὸ δ' ἀλλοιούμενον ἆρ' οὐκ ἀνάγκη γίγνεσθαι μὴν ἕτερον ἢ πρότερον, ἀπόλλυσθαι δὲ οὐ τῆς πρότερας ἕξεως; Τὸ δὲ μὴ ἀλλοιούμενον, μήτε γίγνεσθαι μήτε ἀπόλλυσθαι; Ἀνάγκη. Καὶ τὸ ἓν ἄρα, μὴ ὄν, ἀλλοιούμενον μὴν, γίγνεταί τε καὶ ἀπόλλυται· μὴ ἀλλοιούμενον δὲ, οὔτε γίγνεται, οὔτε ἀπόλλυται. καὶ οὕτω τὸ ἓν, μὴ ὄν, γίγνεταί τε καὶ ἀπόλλυται· καὶ οὔτε γίγνεται, οὔτ' ἀπόλλυται. Οὐ γάρ. Αὖθις δὴ ὅτι τῷ λόγῳ ἰωμὲν πάλιν, ὀψόμενοι εἰ ταῦτα ἡμῖν φανεῖται ἄρ' καὶ νῦν, ἢ ἕτερα. Ἀλλὰ χρή. Οὐκοῦν, ἓν εἰ μὴ ἔστι, ἆρ' ἔφαμεν τι χρὴ περὶ αὐτοῦ συμβαίνειν; Ναί. Τὸ δὲ μὴ ἔστιν ὅταν λέγωμεν, ἆρα μὴ ἄλλό τι σημαίνει ἢ οὐσίας ἀποστασιν τούτῳ ὃ ἂν φῶμεν μὴ εἶ)ναι; Οὐδὲν ἄλλο. Πότερον οὖν, ὅταν φῶμεν μὴ εἶναί τι, πῶς οὐκ εἶ) φαμεν αὐτό, πῶς δὲ εἶ); ἢ τοῦτο ὃ μὴ ἔστι, λεγόμενον, ἁπλῶς σημαίνει ὅτι οὐδαμῶς οὐδαμῇ ὄντι, οὐδέ πῃ μετέχει οὐσίας, τόγε μὴ ὄν; Ἁπλοῦν ταῦτα μοὶ δοκεῖ. Οὔτε ἄρα δυνατὸν εἶ) ἂν τὸ μὴ ὄν, οὔτε ἄλλως οὐδαμῶς οὐσίας μετέχειν Οὐ γάρ. Τὸ δὲ γίγνεσθαι καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι, μή τι ἄλλο ἢ, ἢ τὸ μὲν οὐσίας μεταλαμβάνειν, τὸ δ' ἀπολλύναι οὐσίαν; Οὐδὲν ἄλλο. Ὧι δέ γε μηδὲν τούτου μέτεστιν, ὅτ' ἂν λαμβάνοι ὅτ' ἀπολλύοι αὐτό. Πῶς γάρ; Τῷ ἓνὶ ἄρα, ἐπειδὴ οὐδαμῇ ἔστιν, ὅτε ἐκτέον, ὅτε ἀπαλλακτέον, ὅτε μεταληπτέον οὐσίας μηδαμῶς. Εἰκός. Οὔτε ἄρα ἀπόλλυ) τὸ μὴ ὂν ἕν, ὅτε γίνε), ἐπεὶ οὐδαμῇ οὐδαμῆ μετέχει οὐσίας. Οὐ φαίνε). Οὐδὲ ἄρ' ἀλλοιοῦται οὐδαμῇ. ἤδη γὰρ ἂν γίγνοιτό τε καὶ ἀπολλύοιτο τοῦτο πάλαι. Ἀληθῆ. Εἰ δὲ μὴ ἀλλοιοῦται, οὐκ ἀνάγκη μηδὲ κινεῖσθαι; Ἀνάγκη. Οὐδὲ μὴν ἐστάναι φήσομεν ὃ μηδαμοῦ ὄν. Ὃ γὰρ ἑστὼς, ἐν τῷ αὐτῷ τινὶ ἀεὶ δεῖ εἶ) τῷ αὐτῷ. Πῶς γὰρ οὔ; Οὕτω δὴ αὐτὸ μὴ ὂν, μήτε ποτὲ ἑστάναι μήτε κινεῖσθαι λέγωμεν. Μὴ γὰρ οἷόν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἔστι γε αὐτῷ τι τῶν ὄντων. ἤδη γὰρ ἂν τούτῳ μετέχον ὄντος, οὐσίας μετέχοι.

A hactenus non ita affectum est vt erat, sed aliter. Ita. Vnum igitur, dum mouetur, etiam alteratur. Certé. Atqui quod nullo modo mouetur, nequaquā alteratur. Nequaquam. Id igitur quod non est Vnum, quatenus mouetur, alteratur: quatenus nō mouetur, minimè alteratur. Nequaquam. Vnum igitur quod minimè est, alteratur, neque alteratur. Videtur. Quod autem alteratur, nónne necesse est alterū fieri quàm prius, & ex priore habitu perire, id est, pristinum statum exuere? quod autem minimè alteratur, neque fieri neque perire? Ne
B cesse est. Vnum igitur quod non est, dum alteratur quidem, fit & perit: dum autem minimè alteratur, neque fit neque perit: atque adeo Vnum quod nō est, fit & perit, & neque fit neq; perit. Nequaquā. Rursus autem ad ipsum principium redeamus, rursus inspecturi an eadem nobis videbuntur quæ nunc, an alia. Ita sanè oportet. Nónne, Vnum si non est, iam diximus écquid consentaneum est de ipso euenire? Certé. At quoties id quod non est pronuntiamus, aliúdne quidpiam significat
C quàm essentiæ absentiam? hactenus nimirum quatenus dixerimus ipsum minimè existere. Nihil aliud. Vtrum quando dicimus nō esse aliquid, aliquo modo dixerimus ipsum nō esse, aliquo modo verò esse? An potius hoc ipsum Non est, quoties dicitur, simpliciter significat, nullo planè modo vsquam esse, neque Id quod non est, vllo modo esse particeps essentiæ? Simplicissimè nimirum & verissimé. Neque ergo Ipsum quod non est esse poterit, neque vllo alio prorsus modo esse particeps essentiæ. Minimé. Fieri autem & interire,
D num aliud potest quàm illud quidē essentiam assumere, hoc verò penitus amittere? Nihil aliud. Ergo cui nihil commune est cum essentia, neque ipsa assumpserit neque amiserit. Quomodo verò? Vni igitur, quandoquidem nullo modo est, neque habenda, neque dimittenda, neque assumenda essentia est vllatenus. Consentaneum est. Illud igitur quod minimè Vnum est, neque perit, neq; fit: quandoquidem nullo modo particeps est essentiæ. Non videtur. Neque igitur vllo modo alteratur. iam
E enim & fieret & interiret, si hoc patereturr. Verū ais. Quòd si nō alteratur, neq; moueri necesse est. Est plané. Neq; verò stare dixerimus quod nullibi est. quod enim stat, in aliquo codē semper esse oportet. Quídni? Sic nimirū ipsum illud quod non est, neq; stare vnquam neq; moueri dicamus. Ne sané. Atqui neque ipsi adest quicquam eorū quæ sunt. ipsum enim quod cum eo quod est, vinculo quodā cōiunctū esset atq; copulatū, essentiæ videlicet esset particeps.

Videndum an τὸ αὐτῷ, an quidpiā aliud pro his quæ superuacanea sunt, scribēdum sit.

Perſpicuum eſt. Neque verò vel magnitudo vel paruitas, neque paritas in ipſum cadit. Nequaquam. Neque etiam vel ſimilitudo vel alteritas, neque ipſius neque aliorum ratione in ipſum cadet. Non videtur. Quid verò de Aliis ſtatuemus? aliquóne alio modo ipſi ineſſe ſtatuerimus, ſi nihil prorſus ipſi ineſſe fas ſit? Minimé. Neque Alia igitur ſimilia neque diſſimilia, neque eadem, neque alia ipſi extiterint. Nequaquam. Quid verò de cæteris rerum circumſtantiis dicemus? nimirum Illius, Illi, vel Aliquid, Hoc, Huius, Alterius, Alteri, Quando, Poſtea, vel Nunc: Scientia, Opinio, Senſus, Oratio, Nomen, & alia quælibet res circa id quod non eſt verſabitur? Non profectò verſabitur. Ita autem vti expoſitū eſt, ſi Vnum non eſt, nullo prorſus modo vſquam ſe habet. Non profectò videtur vllo modo vſquam ſe habere. Præterea etiam dicamus, Vnum ſi non eſt, écquid conſentaneum eſt in Alia cadere. Dicamus verò. Alia decet nimirum ipſa exiſtere. niſi enim alia ſint, haud ſanè de ipſis aliis diceretur. Ita. Quòd ſi de Aliis inſtituatur oratio, Alia quidem altera ſunt. ánnon idem tu aliud & alterum vocas? Equidem. Alterum nimirum alterum eſſe ab altero, & aliud quidem aliud eſſe ab alio dicimus? Certé. Ipſis igitur aliis, ſi modò alia futura ſunt, aderit aliquid cuius ratione alia erunt. Neceſſe eſt. Quídnam illud fuerit maximé? Ab vno quidem alia non erunt, quum illud minimè ſit. Nequaquam. Mutuò igitur alia ſunt. id enim ipſis reliquum eſt. alioquin à nullo alia erunt. Rectè. Secundum multitudinem igitur ſingula mutuò alia ſunt. ſecundum Vnum enim non poſſunt, ſi Vnum non exiſtat. at quælibet, vt apparet, ipſorum moles infinita eſt multitudine: & licet aliquis id aſſumpſerit quod minimum eſſe videatur, tanquam per inſomnium, continuò pro eo quod vnū viſum fuerat, plura obuerſantur, & pro eo quod minimū viſum fuerat, quammaximum: ſi ad ea quæ ex ipſo fruſtatim deciduntur [i. minutim cõſiderantur atque ſingulatim] oculos coniicias. Rectiſſimé. In huiuſmodi molibus atque aceruis, Alia fuerint ſibi inuicem diuerſa, ſi quidem alia fuerint, quum vnum non ſit? Prorſus videlicet. Annon plures moles & acerui erunt, quum ſingulatim illorum quilibet prima fronte videbitur, nullus tamen vnus erit reuera, quū ipſum vnū minimè ſit? Sané. Numerus itē illorū aliquis eſſe videbitur, ſi quidem & vnū quodlibet, quum tamen multa exiſtant. Omnino. Et partim quidē pariū numerorum, partim impariū rationes in ipſis ineſſe videbūtur, quāuis nō reuera extiterint: ſi quidem Vnum non aderit. Nequaquā. Quod verò minimū (vti diximus) in ipſis eſſe videbitur, è veſtigio quamplurima & maxima, ſingulorū cõparatione, quaſi illa exigua ſint, profectò ſe nobis oſtētat.

A Δῆλον. Οὔτε ἄρα μέγεθος, οὔτε σμικρότης, οὔτε ἰσότης αὐτῷ ἔστιν. Οὐ γάρ. Οὐδὲ μὴν ὁμοιότης γε, ἢ δὲ ἑτεροιότης, ἤτε πρὸς αὐτὸ ἤτε πρὸς τἄλλα εἴη ἂν αὐτῷ. Οὐ φαίνεται. Τί δέ; τἄλλα ἔοικ' ὅπως ἂν εἴη αὐτῷ, εἰ μηδὲν αὐτῷ δεῖ εἶ); Οὐκ ἔστιν. Οὔτε ἄρα ὅμοια, οὔτε ἀνόμοια, οὔτε ταὐτά, οὔτε ἕτερα ἔστιν αὐτῷ τἀ ἄλλα. Οὐ γάρ. Τί δέ; Τὸ ἐκείνου, ἢ τὸ ἐκείνῳ, ἢ τὸ τί, ἢ τὸ τοῦτο, ἢ τὸ τούτου, ἢ ἄλλου, ἢ ἄλλῳ· ἢ ποτέ, ἢ ἔπειτα, ἢ νῦν· ἢ

B ἐπιστήμη, ἢ δόξα, ἢ αἴσθησις, ἢ λόγος, ἢ ὄνομα, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν ὄντων πρὸς τὸ μὴ ὂν ἔσται; Οὐκ ἔσται. Οὕτω δὴ ἓν οὐκ ὂν οὐκ ἔχει πως οὐδαμῆ. Οὐκοῦν δὴ ἔοικέ γε οὐδαμῆ ἔχειν. Ἔτι δὴ λέγωμεν, ἓν εἰ μὴ ἔστι, τἄλλα τι χρὴ πεπονθέναι. Λέγωμεν γάρ. Ἄλλα μὴν που δεῖ αὐτὰ εἶ). εἰ γὰρ μηδὲ ἄλλα ἔστιν, οὐκ ἂν πρὸς τ' ἄλλων λέγοιτο. Οὕτως. Εἰ δὲ περὶ τ' ἄλλων ὁ λόγος, ἔστιν ἄλλα ἕτερά ἐστιν. ἢ οὐκ ἐπὶ τῷ αὐτῷ καλεῖς τότε ἄλλο ἢ ὃ

C ἕτερον; Ἔγωγε. Ἕτερον δέ γέ που φαμὲν τὸ ἑτέρου εἶ) ἕτερον, καὶ ὃ ἄλλο δὴ ἄλλο εἶ) ἄλλου; Ναί. Καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρα, εἰ μέλλοι ἄλλα εἶ), ἔσται τι οὗ ἄλλα ἔσται. Ἀνάγκη. Τί δὴ οὖν ἂν εἴη; Τὸ μὲν γὰρ ἑνὸς οὐκ ἔσται ἄλλα, μὴ ὄντος γε. Οὐ γάρ. Ἀλλήλων ἄρα ἐστί. πολλὰ γὰρ αὐτοῖς ἔτι λείπεται), ἢ μηδενὸς εἶ) ἄμοιρα. Ὀρθῶς. Κατὰ πλῆθη ἄρα ἕκαστα ἀμηχάνων ἄλλα ἐστί. κἂν γὰρ οὐκ ἂν εἰά τε εἴη, μὴ ὄντος ἑνός· ἀλλ' ἕκαστος, ὡς ἔοικεν, ὁ ὄγκος αὐτῶν

D ἄπειρός ἐστι πλῆθος· καὶ ἂν τὸ σμικρότατον δοκῇ εἶ) λαβεῖν, ὥσπερ ὄναρ ἐν ὕπνῳ φαίνεται), ἐξαίφνης αὖ ἑνὸς δόξαντος εἶ) πολλά, καὶ αὖ σμικροτάτου παμμεγέθη πρὸς τὰ κερματιζόμενα ἐξ αὐτοῦ. Ὀρθότατα. Τοιούτων δὴ ὄγκων ἄλλα ἀλλήλων εἴη ἂν τὰ ἄλλα, εἰ ἑνὸς μὴ ὄντος ἄλλα ἐστί. Κομιδῇ μὲν οὖν. Οὐκοῦν πολλοὶ ὄγκοι ἔσονται, εἷς ἕκαστος φαινόμενος, ὢν δὲ οὔ, εἴπερ ἓν μὴ ἔσται; Οὕτω. Καὶ ἀριθμὸς δὲ εἶ) αὐτῶν

D δόξει, εἴπερ ἓν ἕκαστον, πολλῶν ὄντων. Παύυ γε. Καὶ τὰ μὲν δὴ, ἅπτα, τὰ δὲ, περιττὰ αὖ αὖ ἅπτα ὄντα, οὐκ ἀληθῶς φαίνεται, εἴπερ ἓν μὴ ἔσται. Οὐ γὰρ οὖν. Καὶ μὴν καὶ σμικρότατόν γε, φαμέν, δόξειεν αὖ εἶ). Φαίνεται δὲ τοῦτο πολλὰ καὶ μεγάλα, πρὸς ἕκαστον τῶν πολλῶν, ὡς σμικρῶν ὄντων.

Rectius Οὐκοῦν scriberetur.

Πῶς δ᾽ οὔ; Καὶ ἴσος μὲν τοῖς πολλοῖς καὶ σμικρὸς ἕκαστος ὄγκος δοξασθήσεται εἶναι. οὐ γὰρ ἂν μετέβαινεν ὂν μείζονος εἰς ἔλαττον φαινόμενος, πρὶν εἰς ὃ μεταξὺ δόξειεν ἐλθεῖν. Τοῦτο δ᾽ εἴη ἂν φάντασμα ἰσότητος. Εἰκός. Οὐκοῦν καὶ πρὸς ἄλλον ὄγκον πέρας ἔχων, αὐτός τε πρὸς αὑτὸν, οὔτε ἀρχὴν, ὅτε πέρας, οὔτε μέσον ἔχων; Πῇ δή; Ὅτι ἀεὶ αὐτῷ ὁτῳοῦν τις τὶ λάβοι τῇ διανοίᾳ, ὡς τι τούτων ὄν, πρό τε τῆς ἀρχῆς, ἄλλη ἀεὶ φαίνεται ἀρχή· μετά τε τὸ τελευτῶν, ἑτέρα ὑπολειπομένη τελευτή· ἔν τε τῷ μέσῳ, ἄλλα μεσαίτερα τοῦ μέσου. σμικρότερα δὲ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἑνός αὐτῶν ἑκάστου λαμβάνεσθαι· ἅτε οὐκ ὄντος τοῦ ἑνός. Ἀληθέστατα. Θρυπτόμενα δὲ, οἶμαι, κερματιζόμενον ἀνάγκη παντὸς ὄν, ὅ αὖ τις λάβοι τῇ διανοίᾳ. ὄγκος γάρ που ἑνὸς αὖθ᾽ λαμβάνοιτο ἄν. Παντάπασιν μὲν οὖν. Οὐκοῦν τοῦτό γε τοιοῦτον πόρρωθεν μὲν ὁρῶντι, καὶ ἀμβλύ, ἓν φαίνεσθαι ἀνάγκη· ἐγγύθεν δὲ, καὶ ὀξὺ νοοῦντι, πλῆθει ἄπειρον ἓν ἕκαστον φανεῖσθαι, εἴπερ ἕρεται τοῦ ἑνὸς μὴ ὄντος; Ἀναγκαιότατον μὲν οὖν. Οὕτω δὴ ἄπειρά τε καὶ πέρας ἔχοντα, καὶ ἓν καὶ πολλὰ, ἕκαστα τὰ ἄλλα δεῖ φαίνεσθαι, ἓν εἰ μὴ ἔστι· τἆλλα δὲ τοῦ ἑνός. Δεῖ γάρ. Οὐκοῦν καὶ ὅμοιά τε καὶ ἀνόμοια δόξει εἶναι; Πῇ δή; Οἷον ἐσκιαγραφημένα, ἀποσάντι μὲν, ἓν πόρρω φαινόμενα, ταὐτὸν φαίνεσθαι πεπονθέναι, καὶ ὅμοια εἶναι. Παντάπασι γε. Προσελθόντι δέ γε, πολλὰ καὶ ἕτερα, καὶ τοῦ ἑτέρου φαντάσματι, ἑτερωθέντα καὶ ἀνόμοια ἑαυτοῖς. Οὕτω. Καὶ ὁμοίους δὴ καὶ ἀνομοίους τοὺς ὄγκους αὐτούς τε ἑαυτοῖς ἀνάγκη φαίνεσθαι καὶ ἀλλήλοις. Παντάπασιν μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ τοὺς αὐτοὺς καὶ ἑτέρους ἀλλήλων, καὶ ἁπτομένους καὶ χωρὶς ἑαυτῶν, καὶ κινουμένους πάσας κινήσεις, καὶ ἑστῶτας παντάχῃ· καὶ γιγνομένους καὶ ἀπολλυμένους, καὶ μηδέτερα, τὰ πόρρω που τὰ τοιαῦτα, ἀ διεξελθεῖν δύπετες ἡμῖν ἤδη, εἰ ἑνὸς μὴ ὄντος πολλὰ ἔστιν. Ἀληθέστατα μὲν οὖν. Ἔτι δὴ ἅπαξ, ἐλθόντες πάλιν ὅθεν τὸ ἀρχὸν, εἴπωμεν, ἓν εἰ μὴ ἔστιν, τἆλλα δὲ τοῦ ἑνός, τί χρὴ εἶναι; Εἴπωμεν γὰρ οὖν. Οὐκοῦν ἓν μὲν οὐκ ἔσται τἆλλα. Πῶς γάρ; Οὐδὲ μὲν πολλά γε. οὐ γὰρ πολλοῖς οὖσιν εἴη ἂν καὶ ἕν. εἰ γὰρ μηδὲν αὐτῶν ἔστιν ἕν, ἅπαντα οὐδέν ἐστιν. ὥστε οὐ δὴ ἂν πολλὰ εἴη. Ἀληθῆ. Μὴ οὐντος δὲ ἑνὸς οὐ τοῖς ἄλλοις, οὔτε πολλὰ, οὔτε ἕν ἐστι τἆλλα. Οὐ γάρ.

A Quídni? Quinetiam moles quæq; æqualis multis & paruis aceruis esse videbitur. non enim è maiori ad minus perspicuè videbitur transire, antequã videatur peruenisse adintermediũ. hæc verò erit paritatis imago quædam. Consentaneum est. Nónne & moles quædam ad seipsam & ad aliam termino quodam circumscribatur, ita quidem vt neque principium, neque finem, neque medium habeat? Quî verò? Quoniam quum semper horum quiddam intelligentia fuerit complexus, & ante quidé ipsum principium, aliud semper apparet
B initium: & post finem quidam finis subinde relinquitur: & in medio quædam penitiora quàm medium: minora tamen, quoniam non potest vnum quidpiam in his accipi, quum vnum minimè sit. Verissimé. Quodlibet igitur quod quis intelligẽtia comprehenderit, comminui arbitror & effringi, dum in varias partes frustatim deciditur. moles enim sine Vno assumeretur. Omnino. Nónne huiusmodi quiddã obtuse etiam & eminus aspicienti vnum apparere necesse est? cominus autẽ & perspicaciter intuenti, multitudine infinitum
C Vnumquodque apparere, si quidem vno quod minimè sit, destituatur? Maximè necessarium id quidem est. Ita igitur infinita & quæ terminum habent, & Vnum & multa, singula alia oportet apparere, Vnum si non est, Alia verò vnius. Oportet sanè. Nónne & similia & dissimilia esse videbuntur? Quomodo verò? Nam quum veluti adumbrata eminus prospicienti vnium appareant omnia, ita afficiantur vt Vnum appareant, & similia sint. Omnino. Accedenti verò, multa & diuersa: &
D alterius imagine variè varia, & sibiipsis dissimilia. Ita. Et similes dissimilésq; moles & ipsas seipsis & mutuò necesse est apparere. Prorsus. Nónne & easdẽ & alteras mutuò, & quæ vnà cõiungãtur & quæ seorsim disponantur, & omnibus motuum generibus moueantur, & vbique stantes, & quæ fiant & quæ intereant, & quæ neutro etiã modo existant, omniáque huiusmodi quæ quidem percurrere facile nobis esset, si, quum Vnum non fuerit, multa fuerint? Verissimè nimirum. Rursus autẽ repetito
E principio dicamus, Vnum si non est, écquid Aliis præter vnum sit euenturum. Dicamus sanè. Non igitur Vnum erit alia. Quî enim esset? Neque verò multa. in multis enim Vnum fuerit. si enim nullum ipsorum vnum est, omnia nihil sunt, atque adeo plura nõ erunt. Verum ais. Quũ autem Vnum in aliis minimè insit, Alia neque multa neque vnum sunt. Minimé.

Neque verò Vnum, neque multa. Cur verò? Quoniam Alia cum iis quæ non ſunt nullum prorſus commercium habent: neque quicquam ex iis quæ minimè ſunt, Aliorum ratione quatenus eſt videlicet. nam nulla pars eſt iis quæ non ſunt. Vera narras. Neque igitur opinio de eo quod minimè eſt, in aliis adeſt, neque imago: vt quidem Id quod non eſt ab Aliis nullo modo vel imaginatione quodammodo comprehendatur. Nequaquam. Quocirca ſi Vnũ non eſt, non opinione vllo modo comprehenditur ab Aliis vnum eſſe, neque multa. nam abſque vno fieri non poteſt vt quis multa opinetur. Non poteſt nimirum. Vnum igitur ſi non eſt, Alia neque eſt, neque opinione exiſtimatur eſſe Vnum neque multa. Non videtur. Neque igitur ſimilia neque diſſimilia. Nequaquam. Neque etiam eadem aut altera, neque coniuncta neque deiuncta, neque alia quæpiam eorum quæ ſuperius demonſtrauimus, veluti quæ ipſa eſſe videãtur, neque quicquam eſt neque Alia videntur, ſi Vnum non eſt. Vera commemoras. Nónne, vt rem ſummatim complectar, ſi dixerimus, Vnum ſi non eſt, nihil eſt, rectè loquamur? Omnino. Hoc igitur dicatur: & illud quoque, Si vnum vel eſt vel non eſt, tum ipſum, tum alia ſuii ipſorum ratione, & inter ſe mutuò omnia omnino, & eſſe & non eſſe, & apparere & non apparère. Veriſſimé.

A Οὐδέ γε φαίνεται ἕν, οὐδὲ πολλά. Τί δή; Ὅτι τἆλλα τῶν μὴ ὄντων οὐδενὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχει· οὐδέ τι τῶν μὴ ὄντων ἔσται τῶν ἄλλων τῷ ὄντι. οὐδὲν γὰρ μέρος ἔστι τοῖς μὴ οὖσιν. Ἀληθῆ. Οὐδ' ἄρα δόξα γ' ἂν μὴ ὄντος ἔσται τοῖς ἄλλοις ὄντων, οὐδέ τι φάντασμα· οὐδὲ δοξάζεται οὐδαμῇ οὐδαμῶς τὸ μὴ ὂν ἐκτὸς τῶν ἄλλων. Οὐ γὰρ οἷόν. Ἓν ἄρα εἰ μὴ ἔστιν, οὐ δοξάζεταί τι

B τῶν ἄλλων ἓν εἶναι, οὐδὲ πολλά. αὐτὸν γὰρ ἑνὸς πολλὰ δοξάσαι ἀδύνατον. Ἀδύνατον γάρ. Ἓν ἄρα εἰ μὴ ἔστι, τἆλλα οὔτε ἔστιν, οὔτε δοξάζεται ἓν οὔτε πολλά. Οὐκ ἔοικεν. Οὐδ' ἄρα ὅμοια, οὐδὲ ἀνόμοια. Οὐ γάρ. Οὐδὲ ταὐτὰ γε, οὐδ' ἕτερα· οὐδὲ ἁπτόμενα, οὐδὲ χωρίς· οὐδὲ ἄλλα ὅσα ἂν τοῖς πρόσθεν διηλθομεν, ὡς φαινόμενα αὐτά, τούτων οὔτέ τι ἔστιν, οὔτε φαίνεται τἆλλα, ἓν εἰ μὴ ἔστιν. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν καὶ συλλήβδην

C εἰ εἴποιμεν, ἓν εἰ μὴ ἔστιν, οὐδὲν ἔστιν, ὀρθῶς ἂν εἴποιμεν; Παντάπασι μὲν οὖν. Εἰρήσθω τοίνυν τοῦτό τε, καὶ ὅτι, ὡς ἔοικεν, ἓν εἴτ' ἔστιν εἴτε μὴ ἔστιν, αὐτό τε καὶ τἆλλα καὶ πρὸς αὐτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα, πάντα πάντως ἔστί τε καὶ οὐκ ἔστι, καὶ φαίνεταί τε καὶ οὐ φαίνεται. Ἀληθέστατα.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ, CONVIVIVM,
Ἢ, Siue,
ΠΕΡΙ ἜΡΩΤΟΣ· DE AMORE.

Perperā vocatur ἠθικός: vt ex ipſa diſputatione apparet.

Ἠθικός. Metaphyſicus ſiue Theologicus.

ARGVMENTVM.

ANTEQVAM ad diſputationis iſtius explicationem pro more atque inſtituto noſtro accedamus, pauca ſunt nobis neceſſariò præfanda de hoc docendi genere, quod totum eſt μυσταγωγὸν & allegoricum, ſicuti iam monuimus. & quemadmodum allegoriarum ſcopulos minimè vltrò quæſiuimus hactenus, ita nunc quãdo ad eas reuera acceſſimus, adhibenda ſunt commoda & opportuna remedia, quibus noſmet ex illis poſſimus expedire: ac proinde ineunda eſt accommodata quædam interpretationis ratio. Pleriſque, & doctiſſimis quidem viris, mirum atque inſolens videtur huius ſermonis genus: vt certè eſt, mea quidem ſententia, ſi veram philoſophicæ ὑποθέσεως formam nobis proponamus, quæ haud dubiè perſpicua & dilucida dogmatum enuntiatione conſtare debet. qua in re equidem arbitror Ariſtotelem principem primariúmque locum inter omnes philoſophos obtinere. Quum tamen conſentaneum ſit, vnumquemque autorem ex ſua mente ſuóque conſilio candidè intelligi & exponi, æquum quoque eſt has diſputationes ex Platonis mente & conſilio intelligi & exponi: vt perſpecto illius fine, norimus quoque quidnam doceat ipſe, quænam denique ſit δογματώδης, id eſt nuda & ſimplex, harum allegoriarum ſententia. Non enim eſt exiſtimandum, Platonem vel hæc temerè ſcripſiſſe, vel ita ſcripſiſſe vt nugas quaſdam atque ineptias lectori obtrudat: vt parũ candidè nonnulli, rebus non ſatis prudenter expenſis, de illo dictitant. quin potius ſtatuendum eſt, ſanctioris auguſtioríſq; philoſophiæ ſacratiora quædam myſteria hîc contineri, quorum ἐλυτρα ſiue inuolucra ſi tollantur, ſimplex nudáq; veritas ex illis euoluta, haud dubiè extabit pulcherrima. Verùm cur hoc velo veritatem obtexerit Plato priùs eſt à nobis expli candum. Fuit hic mos antiquorum, philoſophantium, vt veritatem συμβόλοις quibuſdam & inuolucris repræſentarent. Hos ſequutũ fuiſſe Platonem minimè dubium eſſe poteſt ex hac diſputatione, in qua Homeri & Heſiodi (apud quos omnino vera ſunt priſcæ philoſophiæ incunabula) Parmenidis, Heracliti, Acuſilai, qui illis ætate fuerunt inferiores, diſertam faciat mentionem. Et hæc quidem philoſophãdi ratio accuratè exculta fuit à Pythagoreis, quorũ vniuerſa philoſophia ſymbolorum ſiue allegoriarum inuolucris erat obtecta: ſicuti in rebus phyſicis apparuit in Timæo, ne innumerabilia exempla proferam. Cæterùm, licet prima illa philoſophiæ initia, rudia fuerint & impolita, , vt melioris methodi ignoratione horum ſymbolorum neceſſarius tunc fuerit vſus, nihilominus tamen non decrant primis illis rerum inuentoribus rationes quibus illa docendi ratio conſentanea & accommodata videretur. Etenim rerum εἰκασία eſt maximè efficax ad animos percellendos, qui imaginibus illis mouentur maximè: & quoniam veram germanámque τοῦ ὄντος naturam contemplari non poſſunt, illis quaſi gradibus ad eam aſcendunt: ſicuti explicatum eſt in ſexto De Republ. Veritas enim in illis vmbris deliteſcens, vehementius animos ferit, & ignorata, accuratius inueſtigatur. Nec verò ſtudio ſolertiæque illi deeſt voluptas, dux & concitatrix inueſtigationis, ex illarum imaginum contemplatione mirum in modum concitata. Confert etiam ad memoriam illa grauiſſimarum rerum breuibus & propriis notis deſignatio: quæ propter nouitatem & pulchritudinis opinationem animos vehementius percellens, efficit quoq; vt firmius atq; conſtantius res ipſæ memoriæ infigantur. Iam verò hunc εἰκονοποιίας morem antiquiſſimum fuiſſe, & in ipſa etiam veritate purum ipſius vſum conſtitiſſe, multis exemplis probari poteſt. Quod tamen cum piorum & eruditorum bona pace dictum cupio, ne præter conſilium meum videar ἀκαίρως διονύσως hæc obtrudere, ſacra profanis commiſcens: quum hoc tantùm velim, Symbolorum illorum quibus veritas obſignaretur atque repræſentaretur, vſum in Eccleſia Dei conſtitiſſe. non enim res cum rebus, ſed docendi methodum tantùm confero. Illius ergo docendi rationis illuſtre exemplũ apparere aio in celeberrimo illo Solomonis cantico, quod idcirco Canticum canticorum κατ' ἐξοχὴν appellatur (vt infinita exempla ex veteris Eccleſiæ memoria prætermittam conſultò, ne curioſis ſpeculationibus aperiam feneſtram) illum tamen libellum conſtans orthodoxæ vetuſtatis cõſenſus inter ἀγιογραφα recenſuit, & Hebræus ſermo réſque adeo ipſa planè recenſendũ docent. nec enim (ſicuti nonnulli perperam intelligunt) exiſtimandum eſt, impurum impudicúmque amorẽ ibi deſcribi, ſed ſub illo inuolucro auguſtam certámque veritatem latere. Eſt enim epithalamium amoris mutui inter Chriſtum & Eccleſiam, omnia veteris & nouæ legis myſteria comprehendens: ídque maximè ſub ſimilitudine ſponſi & ſponſæ, quo amore maior non eſt vllus. vnde ea ſimilitudine paſſim vſa eſt Scriptura, ad ſignificandam ineffabilem illam coniunctionem & neceſſitudinẽ quæ cum Chriſto & Eccleſia intercedit. nihil enim eſt (vt dixi) quod non ſanctum, caſtũ, pudicũ, immaculatũ ſit. quod idcirco repeto, ne hæc Platonis ἐρωτικὰ cum ſacris illis ἐρωτικοῖς ſimpliciter cõferre velle videar: ſed me tantùm hoc velle oſtendã, Non inſolenté eſſe illam docendi rationẽ,

qua res alioqui veræ & certæ, ſymbolis & myſteriis doceantur: imò antiquiſſimam eſſe illam rerum explicandarum formam: vt hoc poſito, veniam ad δόγματικὸν ſimplicémque doctrinam, quæ his obſcuris myſteriorum inuolucris ſignificatur. quæ autem ſint in illa doctrina primæuæ veritatis ſcintillæ, peculiari opera animaducrtendum erit. Platonis conſilium fuit priùs indicandum, quod, vt ex ipſa diſputatione apparet, ita ex ipſa concluſione maximè, in qua Socratis doctrina & mores deſcribuntur, & Silenis ipſe confertur, qui ridiculam quidem faciem præ ſe ferrent, Dei tamen imaginem intus haberent incluſam: vt ſignificetur plus hîc eſſe in receſſu quàm in abſceſſu. Nec verò ſuam ſed priſcorũ philoſophorum ſententiam ſe afferre, non obſcurè innuit Plato vniuerſa etiam diſputatione: in qua res ita diſponuntur vt non Socrates ſed alii loquantur: & quum ad Socratem ventum eſt, ita ipſe loquitur, vt ex Diotimæ cuiuſdam vatis verbis ſe omnem illum ſermonem hauſiſſe profiteatur. Itaque non dubito quin horum pleraque ex antiquorum philoſophorum libris Plato deſumpſerit, vt ſunt illa quæ Phædrus, Pauſanias, Eryximachus, Ariſtophanes, Agatho ex vulgari tritáque doctrina afferunt: quæ priori loco, vt leuiora, præmittit: abſtruſiora verò ex Phœnicum ſiue Aegyptiorum libris, ex Diotimæ peregrinæ mulieris verbis, quæ ſuo more & illuſtrat & amplificat. Si hoc mihi concedatur, non difficilis mihi patebit aditus ad cætera explicanda, non eo quidem conſilio vt ſingulatim omnia perſequendo longum commentarium moliar (quid enim Marſilii Ficini περιόδους amplificem?) ſed vt diſputationis fine perſpicuè commonſtrato, via tutior & liberior ſternatur ſtudioſo lectori, eíque etiam conſtet huius diſputationis vtilitas.

Allegorias igitur hîc agnoſco vt in loco planè neceſſario, & illarum allegoriarum cauſam reddo, Veterem philoſophandi morem, quem in his theologicis Plato voluit imitari, veritatem philoſophicam συμβολικῶς repræſentans. Itaque ex ipſo DE AMORE titulo ne aliquis exiſtimet nugas quaſdam hîc proponi, quum argumentum ipſum ſit maximè metaphyſicum. rerum enim ipſarum cauſas reddit, quod eſt opus primi philoſophi: & locum verè philoſophicum tractat, quomodo ad Deum aſcendamus, in quo vno vera & certa conſtat felicitas. Rerum quidem phyſicarũ iniicit mentionem, ſed ita tamen vt illarum cauſas metaphyſicè inueſtiget. AMORIS igitur appellatione ſignificat inſitum innatúmque omnibus non modò animantibus, ſed etiam rebus creatis, quæcunque ſunt in vniuerſo Naturæ ſinu, appetitum & cupiditatem ſeſe conſeruandi, & ſuum bonum conſequendi. Suum dico, quoniam vnaquæque res ſuo modo ad ſuam felicitatem aſpirat: hoc tamen homini proprium eſt atque peculiare, vt ex his rebus caducis ad Deum connitatur, in quo ſolida eſt ipſius felicitas. Amorem igitur, vocabulo priſcis philoſophis vſitato, illum felicitatis appetitũ ſignificat: ſicuti ipſe diſertè ait, πᾶσαι πολὺ μᾶλλον ἀγαθῶν ὀπτῆμίαν καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν, & βούλησιν, ἀπουσίαν, σύμπαν, δίωξιν. illis enim vocabulis illum impetum ſignificat, quem Amorem vocat: & ἔστιν ἄρα ξυλλήβδην ὁ ἔρως τοῦ ἀγαθὸν αὐτῷ εἶναι ἀεί. cuius originem, cauſas, diſcrimen, vires, effecta, primarium principémque finem luculenter docet. Copioſi autem huius ſermonis ſumma eſt, Amorem minimè Deum eſſe, & pulcherrimum quiddam per ſe, & præſtantiſſimum (quemadmodum ex communi tritáque ſententia, Phædrum, Pauſaniam, Eryximachum, & cæteros diſputationis ſocios facit diſputantes) ſed cupiditatem quandam in nobis nec pulchram nec turpem .i. nec bonam nec malam per ſe, ſed huiuſmodi vt bonum quo indiget appetat, & ad illud conſequendum maximo impetu feratur. Vim igitur illam quæ in vnoquoque ſit animante, ſuo quidem modo, in homine verò, præſtantiſsimo & auguſtiſſimo quodã (quippe qui præter cæteras animãtes ſingulari rationis dono ſit ornatus) maiori quadam vi Amoris impelli, qui ad vniuerſam animantum vitam maximũ habeat momentũ, tum vt illa propagetur, tum vt conſeruetur: ac proinde ſpecies ipſæ rerum in natura perpetuentur. Hunc igitur eſſe Amorem, Dæmonem videlicet, non Deum, id eſt, qui ſit media inter diuinum & mortale natura. ſunt enim hæc verba, πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. & ἐν μέσῳ ἀμφοτέρων ὄν. Illius eſſe officiũ vt inter Deũ & homines interpretis & quaſi portitoris fungatur munere. Mediæ autem illius inter diuinam & mortalem naturæ originem adhibita imagine repræſentat: Illum videlicet paterno & materno genere longe latéque diuerſo natum: quippe qui patre ſit Poro, diuitiarum deo, matre verò Penia .i. paupertate. ita μιξοπλουτίας quoque eſſe illius Dæmonis habitus, vt paterni generis ratione diuinã quandam diuitémque naturam præ ſe ferat: materni contrà, mortalem & humilem quandam ſortem. Eſſe igitur Amoris naturam huiuſmodi vt inter peritiam & imperitiã media intercedat, nec perita planè, nec planè imperita: ſed ex paterno genere, ad peritiam, ex materno, ad imperitiam inclinans: ac proinde philoſophica eſſe natura, quæ ignorationis quidem conſcientia, indagatrix eſt, vt veram ſolidámque ſcientiam diuina illa animi vi adipiſcatur. cuius philoſophicæ naturæ igniculi haud dubiè ſunt in omnibus hominibus, quos idcirco priſci philoſophi ἀλφησὰς, proprio & accommodato vocabulo nuncuparunt .i. ad res inueſtigandas & inueſtigationis ductu auſpiciiſq; inueniendas apto .i. ζητητικοὺς καὶ εὑρετικούς. nõ enim eſt inanis indagationis illius πορεία, ſed maximè ἐπίβολος atq; efficax: ſicut ex ditiſſima ſcientiarũ, artiũ, πολιτειῶν quoq; .i. rerũ ad vitæ officia pertinẽtiũ, ſupellectile perſpicuũ eſt. Ita & quiſnã ſit Amor, & quænã ſit illius origo, ex doctrina hîc à Platone tradita ſic deſcribitur. In cuius tamen ſentẽtiæ explicatione ineſt ſcrupulus à nobis neceſſariò expediẽdus, vt Platonicæ doctrinæ ἀναλογία cõſtet .i. quomodo cũ doctrina à Platone explicata hæc poſſint cohærere. Nõ tamẽ caret exẽplo, ethnicorũ hominũ doctrinã ἀσυγκρίτως inuolui, quẽadmodũ ſæpe docuimus hactenus. Sed vt ad rem veniamus, de Dæmonum natura dixit in Timæo copioſẽ, quibus corporum creandorum regendorúmque autoritatem & poteſtatem tribuit opifex vniuerſi Deus. illos vocat quidem θεούς, ſed ἐγγόνους, & ἔργα θεοῦ, & τὰ ὑπὸ θεοῦ γιγνόμενα: vocat aliquando ἀθανάτους, ſed addit quatenus, & quomodo, vt videlicet ὑποκυκλεῖ ἀθανασίαν illorum ſignificet, ſicuti diſertè loquitur: ac proinde negat eſſe per ſe & ſimpliciter immortales & ἄλυτους, ſed quandiu & quatenus opifici placuerit, à quo & facti ſint, & à quo diſſolui poſſint. Hæc omnia de cauſis naturalibus intelligebam, & ex verbis quidem Platonis, apud quem hæc extant, Ἔμφρονος φύσεως αἰτίαι, αἷς ὑπηρετοῦσας ὁ θεὸς χρῆται.

Hoc autem loco obſcurè planè & inuolutè hac de re agit. videtur enim vim illam Amoris in nobis agnoſcere inſitam ingenitámque à natura: interdum extra nos, vt δαιμόνιον aliquid, & externo principio impellens animos noſtros: & tamen cùm ad ipſius rei vſum venitur, videtur eodem recidere: vt videlicet agnoſcat vim illam Amoris in animis noſtris à natura eſſe ingenitam, in quibus etiã docuit eſſe ἄλλο καὶ ἄλλο, id eſt θνητὸν καὶ ἀθάνατον. vt hoc loco ex gemino & mixto genere in Amoris media natura agnoſcit τὸ μεταξὺ θείου τε καὶ θνητοῦ. quæ quidem ita intelligi poſſent, vt ſimplex illud & nudum dogma eſſet. licet animus hominis, vtpote ἀξιώθεος, ac proinde ſimpliciſſimus, natura videlicet diuina, ſit immortalis: nihilominus tamen propter corporis coniunctionem, quo inſtrumento vtitur corpus, eſſe inferiores quaſdã cupiditates, ἀλογίας quidem illas per ſe, ſed dum rationi parent, λόγου τι μετεχούσας: quæ quidem cupiditates animi miniſtræ & cũ animo coniunctæ, cũ corpore & naſcantur & intereant, atq; adeo mortales ſint. Ita τὸ ἀθάνατον & τὸ θνητὸν eſſe in animo: & ita intelligendum eſſe hunc Amorẽ, vt & diuina animi vis ad res percipiendas diuinè efficax, Πόρου nomine ſignificetur: inferiorum autem facultatum mortalis & humilis infirmitas, Πενίας appellatione notaretur: ex quibus parentibus natus ſit Amor, cuius idcirco ſit media inter peritiam & imperitiam, mortalitatem & immortalitatem, natura. Ita equidem intelligerem & exponerem: ſed & obſtat vulgus interpretum, qui hanc Dæmonum naturam de Angelis intelligunt vno & conſenſu & ore: & illorum etiam ſententiæ diſerta Platonis verba videntur fauere, τὸ δαιμόνιον, inquit, πᾶν μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. Quærit deinde, τίνα δύναμιν ἔχον; Reſpondet Diotima, Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν. Sed quęnam ſint illæ res deorum & hominum, pergit explicare, τῶν μὲν (.i. hominum) δεήσεις & θυσίας: τῶν δὲ (.i. deorum) ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. & ſuam etiam ſententiam clarius explicans, ὂν μέσῳ ᾧ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη, περί τε γάμους καὶ θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ ἐπῳδὰς· & (ne quid deſit ad ſummam inſaniam) καὶ πᾶσα μαντεία παῦσαι καὶ γοητεία. Hæc de extraordinaria quadam vi intelligenda quis non videt? & tamen, ſi hæc cum ſuperioribus conferantur, écquis manifeſtũ ἀσύστατον in Socratis ſiue Diotimæ verbis nõ animaduertat? Erant illi næui indicandi in ethnico & ſuperſtitioſo homine, & emẽdãdi: nõ erat augẽdus error, ſicuti fecerũt interpretes: qui quàm ingenioſi ſint & ſolertes in his propagandis myſteriis, vix dici poſſit: vt pro vno delirio, deliriorum plauſtra cõuectẽt. Si in Porphyrio, Iãblicho, Proclo, eadẽ excuſatio valet quæ in Platone, eadémne in Chriſtianis valeat? Pudet enim pigétq; referre quãtas nugarũ myriadas ἄχρηστοι quidã & vecordes homines, qui tamen ſe Chriſtianos appellant, & olim & hoc tẽpore ex his nugis importauerint, dũ Dæmonum illorum ſiue Angelorum naturam volunt nobis depingere, & ἱεραρχίας ordinem pote-e ſtatémque, quàm nunquam viderunt ipſi neque audierunt, oculis noſtris inſtituunt repræſentare. Aduerſus iſta nebulonum deliria, qui humanæ philoſophiæ verum vſum peruertũt, dum Chriſtianam religionẽ in nænias philoſophicas transformare conantur, opponamus veritatis auguſtiſſimũ factiſſimúmq; oraculũ, & hoc præſentiſſimo amuleto aduerſus iſta curioſitatis venena animos noſtros muniamus, Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Non ita ſunt legendi philoſophi, vt ex illorũ doctrina errores hauriamus: quos potius ex pura veritatis luce agnoſcere debemus, vt agnitos fugiamus: & verbi Dei regulam in his mæandris conſtanter nobis proponere, ac proinde ita ex philoſophorum doctrina φρονεῖν, μὴ ὑπερφρονῶμεν, neque ὑπὲρ ὃ δεῖ φρονῶμεν, vt ait Apoſtolus. Quod ſi à Chriſtianis olim fuiſſet obſeruatum, non Valentiniani, Manichæi, & cæteri furioſi tantas turbas in Eccleſia concitaſſent, producta in theatrum philoſophica meretricula, vel potius ſophiſtica, philoſophiæ nomen ementiente. Sed de his hactenus: quæ tamen propter iuuentutem rerum expertem fuerunt neceſſariò præfanda, ne incauta ad hos ſcopulos allidatur. Quid verò de Angelorum & natura & officio tenendũ ſit, ex purioris theologiæ fontibus .i. eſt ex verbo Dei, non ex rabulariorum ſophiſtarum vel ex philoſophorum ethnicorum, quicunque tandem ſint, cloacis, petendum eſſe meminerit pia iuuentus: quæ ad hæc myſteria intelligenda opportunum habet certiſſimúmq;, ſummo Dei beneficio, compendium. Iam verò deſcripta Amoris natura, ad illius officium explicandum accedit, ex quo quot quantæque ad nos redeant vtilitates, copioſè exponit. Summam illarum vtilitatem hoc ſymbolo complectitur, Τόκος ἐν καλῷ ἐς ψυχὴν καὶ ἐς τὸ σῶμα: .i. PARTVS IN PVLCHRO & ſecũdũ animũ & ſecũdũ corpus. Symbolũ illud luculenter explicat, & dicendi illius generis rationẽ reddit: omnes homines ſuo quodã modo concipere & grauidos eſſe: & ſtato etiã tẽpore, maturo videlicet & opportuno, parere. Partus illius principẽ primariámq; cauſam eſſe, Amorem qui homines impellat: Pulchritudinem verò, eſſe generationis veluti Lucinam: quoniam pulchrum eſt generationi διαφορον: turpe contrà, ἀνάρμοστον: atque adeo partum illum in pulchro fieri. Simplex doctrina eſt, Mirabilẽm eſſe & planè diuinã naturæ vim in generandis & nutriẽdis corporibus: & auguſtã planè & diuinã animorũ noſtrorũ eſſe efficaciã, & ad virtutẽ & ad ſcientiam capeſſendam. Illius porro partus varia & in corpore & in animo effecta demonſtrat. In corpore quidem, & in miraculo generationis, quo ait naturam mortalem immortalitatem quãdam moliri, dum nouos ſubinde fœtus in demortuorum parentum locum ſufficit, vnde ſpecies ipſæ ſempiterna quadam ſerie perpetuẽtur, vt hactenus quidem in generatione ἀειγενὲς καὶ ἀθάνατον quiddam eſſe videatur. Secundum effectum corporei illius ἐν καλῷ τόκου, Amoris auſpiciis & ductu, profert, Parentum in liberos στοργὴν, quos tanto ſtudio, tanta cura & ſolertia nutriunt atque educant, vt nullum laborem, nullum periculum hac de cauſa detrectent. quæ quidem naturæ vis quantos aculeos habeat, experientia in brutis etiam animantibus abundè demonſtrat, vt qui inter homines ſit ἄστοργος, non ſit homo. Hoc verò & generationis & educationis remedium, docet Naturam opponere viciſſitudinibus, quibus hoc corpus noſtrum vitáque vniuerſa variè commutatur. In animo autem τόκου illius ἐν καλῷ varia & præſtãtiſſima quidem effecta deſcribit. Primum Amoris in animo effectũ ait eſſe μνήμην .i. meditationem, qua rerum cognitio in animis noſtris per obliuionem obliterata, renouatur & quaſi reuiniſcit: ſcientiæ etiam ipſæ, quas æquè ac res cæteras, mutationibus obnoxias

esse docet, illius beneficio instaurantur. quas etiam eiusdem Amoris auspicijs perdiscì docet. Alterum effectum, Gloriæ & laudis ad posteritatem transmittendæ cupiditatem: cuius efficacissimos vehementissimósque aculeos ad res præclarè suscipiendas docet. Tertium effectum, Quòd is qui præclaro illo Amoris semine est grauidus, quærit liberos suscipere, i. res præclaras gerere humano generi profuturas, & se vixisse posteris testaturas: deinde, conatur etiam præclarum illud semen cæteris impertiri, id est, ad virtutẽ scientiámq; informare. Quartum & augustissimum quidẽ effectum, Vti ex multis pulchris ad summum illud pulchrum, quasi gradibus quibusdam, ascendamus: id est, ad Deum, in quo vera & certa constat hominum felicitas. Deum autem ita describit, τὸ μὲν ἀεὶ ὄν, καὶ οὔτε γιγνόμενον, οὔτε ἀπολλύμενον, οὔτε αὐξανόμενον, οὔτε φθίνον: expers denique omnium accidentiũ, & omnis omnino mutationis: neque verò quod possit humano more vel oculis vel animo vel ratione quapiam comprehendi, quasi in aliqua Vniuersitatis parte vel in alio quopiam insit: quum ipsum sit per se & secum, simplicissimum, semper existens. Sunt enim illa aurea, αὐτὸ καθ' αὑτὸ μεθ' αὑτοῦ μονοειδὲς ἀεὶὄν: cuius vi & potentia res omnes aliæ & existant & sint pulchræ, nihil tamen ipsi summo pulchro vel decedat vel accedat, aut aliqua in ipsum passio cadat: sed vnum & idem constanter permaneat. Ad illud igitur pulchrum veluti κύριον & ἀρχιτεκτονικὸν τέλος vniuersæ nostræ vitæ nos ascendere docet, intermedio & quasi interprete Amore. At quæ in his tenebris emicent Veritatis vestigia, eruditus & pius lector iudicato. Sed apage istum ementitum μιαίτλω, quum nos verum & vnum μιαίτλω habeamus Iesum Christum, quem insaniens philosophorum sapiẽtia ignorauit: nos summo veri Dei beneficio illũ habemus & cognitionis & felicitatis verum & certum ἀρχηγόν, quippe qui nimirum nobis sit via, veritas & vita. Et hæc quidem summatim de huius disputationis ἤθει, cuius tamen vix summa capita attigimus. hac tamen nostra indicatione, & ex nostris notis ad ipsa loca appositis lector iuuari poterit ad vniuersam doctrinam comprehendendam, & verum legitimúmque illius vsum perspiciendum.

Οἰκονομία breuiter ita describitor.

SVBSTRATO πρωτοπώῳ ad rem accommodato, proponuntur vulgares sententiæ de Amore, quarum maxima (vt verisimile est) pars è philosophorum libris desumitur. Habentur ad illam παχυμερῆ atque crassam amoris descriptionem, quinque orationes: à Phædro videlicet, Pausania, Eryximacho, Aristophane, Agathone. Summa est, Amoris origo, natura, vis & ἐνέργεια, effecta, finis. Sed ista, vt dixi, ex vulgi sententia diminutè exponuntur: quæ eadem postea IN SEXTA oratione, à Socrate, Diotimæ, cuiusdam vatis peregrinæ mulieris, sermones referente, accuratissimè & exquisitissimè pertractantur. Adiungitur clausula, in qua Alcibiades Socratis naturam describit, in hunc finem vt norit lector, doctrinam, quæ in hac disputatione ediserit, semotis inuolucris esse μυσταγωγῶς intelligendam, quemadmodum iam diximus. Cætera ex nostris notis.

EXCERPTA QVAEDAM EX HAC COPIOSISS. DISPVTATIONE:

Ex qua diligens lector multa alia haud dubiè potest excerpere, rebus accuratè expensis: sed, ne omnia exscribamus, hæc satis sunto.

PHYSICA ET METAPHYSICA.

1 *Non quilibet amor, nec quilibet amandi modus, uel laudabilis est per se, uel uituperabilis: sed addita honesti & inhonesti nota, uariam ut naturam, ita & appellationem sortitur.*

2 *Duplex igitur est* Amor, *Cœlestis unus, & honestus, qui honesta amat:* δημόσιος, *id est, uulgaris & inhonestus, alter, qui res turpes persequitur.*

3 *Amoris uocabulo in hac disputatione intelligitur appetitio boni, id est felicitatis, quam singulæ animantes suo modo amant & capiunt: licet* Amoris *appellatio uni speciei attribuatur uulgò.*

4 *Varia & multiplex est* Amoris ἐνέργεια *in rebus creatis, quæ hoc symbolo explicatur,* PARTVS IN RE PVLCHRA, *& in corpore & in animo.* Sed antequam de illis amoris in homine effectis dicam, φυσικώτερα communostrabo.

5 *Omnis naturæ* ἁρμονία *concordia constat: ut & in mundi constitutione apparet, discordi nimirum concordia constantis: in omni cœtu societatis humanæ: in omnibus artibus denique & scientiis.*

6 *In omnibus rebus creatis uis illa* ὀρεκτικὴ, *id est amor, semper tendit ad meliorem statum.*

7 *In ipsis animantium animis inest ille amoris impetus, mirabili quadam ratione eas impellens ad suum & οἰκεῖον bonum.*

8 Τὸ ἑκούσιον, *est principium humanarum actionum, ac proinde uirtutum omnium, Iustitiæ, temperantiæ, &c.*

9 *Amor quoque, id est concordia & humanitas, est uinculum societatis humanæ: discordia & feritas, pestis & exitium.*

10 *Hæret in animis hominum diuina uis & planè immortalis, qua ad rerum cognitionem impelluntur: earumque comprehendendarum eadem illa diuinæ mentis uis aptissimi & idonei: contrà, ἀλόγων cupiditatum stupor à rerum cognitione homines reuocat. quæ duplex,* ἁπλῆ καὶ πολλαπλῆ. *uidelicet & διπλῆ. quã conditionem in* Amore *inesse ait* Plato, *quippe qui media sit natura.*

11 *Peritia illa & imperitia, uia est ad philosophiam: hæc siquidem efficit ut quæramus, ueri ignoratione: illa, ut inuenisamus, ueritatis consequendæ apta natura.*

12 *Omnes res suo quodam & proprio modo ad felicitatem aspirant: homini aliquod est peculiare ἀξίωμα ad ueram felicitatem.*

13 *Licet in hac corrupta natura hæreat amoris ille stimulus ad fœdas libidines, statuendum tamen est, nullum esse turpitudinis partum: quandoquidem turpe est* ἀάρμοστον *censendum. turpis igitur amor est abortus* Naturæ.

14 *Contrà, partus est in re pulchra: quum pulchrum sit generationi* ἁρμόττον, *ac proinde fiat amor ille, id est appetitus, semen ad κάλλος ingenerat*

hominibus, ita pulchrum, est ueluti Lucina *generationis.*

Ille Amoris partus est duplex in hominibus, sicuti diximus, & in corpore & in animo.

15 *Omnes siquidem homines suo quodam modo & concipiunt & opportuno tempore pariunt.*

16 CORPORIS *partus primum effectum, est Miraculum generationis, qua genus omne animantum, & hominum maximè, immortalitatem quandam consequitur, prole continuò suboleſcente, & generis ruinas instaurante.*

17 *Secundum,* στοργὴ *parentum in liberos, in ipsis etiam brutis mirè efficax.*

18 *Per hæc remedia* Natura *medetur uicissitudinibus mortalis uitæ, quæ alioqui collaberetur.*

19 *Partus* ANIMI *primum effectum est* Μελέτη, *Meditatio, quæ obliuionis incõmodis opponit remedia, & scientias discit, & alioqui perituras retinet, & collapsas instaurat.*

20 *Secundum,* Veræ *laudis cupiditas, & superstites honestantis, & laudabilem memoriam ad posteros transmittentis.*

21 *Tertium,* Actiones *præclarè gestæ, & discipuli eiusdem uirtutis & scientiæ participes.*

22 *Quartum & augustissimum,* Summum bonum *in summo pulchro .i.* Deo.

23 *Graphica & luculenta* Dei (*ut ita dicam*) *descriptio: ex ethnici hominis ore sanè mirabilis.*

24 *Veræ felicitatis descriptio.*

NAEVVS IN HAC DISPVTATIONE DETESTANDVS:

Quòd tam crebram παιδεραστίας Plato iniiciat mentionem, abominanda esset in ipso audacia, nisi eo consilio id feciſſet vt eam deteſtandam esse, hominibus suis voluisset demonstrare. Ita fœdum Aristophanem fœdæ rei ministrum facit, & tamen impuros conuiuas applaudentes. At ipse Plato in primo νομοθεσίας turpitudinem illam deteſtatur, & τὸ παρὰ φύσιν πάλλημα vocat. quare & in eo grauiter peccauit Socrates, quantumuis prætextus quærantur, quòd eius suspicione se contaminarit: quum non tantùm culpa sed culpæ suspicione carere oporteat virum bonum. Commentum autem illud Androgyni est hauſtum ex Trismegisti officina, suum illud ἀῤῥενοθῆλυ haud dubiè imaginati ex deprauatione veritatis, quæ ait, *Deus autem illos fecit marem & fœminam.* qua quidem voce significatur perspicuis verbis vtriusque sexus distinctio: & tamen improbè & sceleratè AEgyptii in monstrum Androgyni eam confuderunt, & errorem ad Græcos transmiſerunt.



DIALOGI QVI CONVIVIVM dicitur, personæ,

APOLLODORVS, FAMILIARIS APOLLODORI, GLAVCO, ARISTODEMVS, SOCRATES, AGATHO, PHAEDRVS, PAVSANIAS, ERYXIMACHVS, ARISTOPHANES, DIOTIMA, ALCIBIADES.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΣΥΜΠΟΣΙΟΥ πρόσωπα,

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ, ΕΤΑΙΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ, ΓΛΑΥΚΩΝ, ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΑΓΑΘΩΝ, ΦΑΙΔΡΟΣ, ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ, ΕΡΥΞΙΜΑΧΟΣ, ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ, ΔΙΟΤΙΜΑ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.

Huic disputationi cõ modũ πρέπον Plato accommodauit. acturus enim de Amore, conuiuium instruit, in quo lætius & iucundius effundantur animi. & quoniã varius est & multiplex Amoris vis & efficacia, multiplices quoque personas prudenter inuestigauit, à quibus varia illius effecta varie referrẽtur accommodato modo. Cõmunibus rebus recensendis, Phædrũ, Pausaniam, Eryximachum, Agathonẽ adhibuit: qui ea quæ de amore ex tritis philosophorum libris cognosci poterant, explicarent. Pudendo autem & turpi amoris effecto commemorando, pudendam & turpem personam, Aristophanem comicum, appositum, puriori philosophiæ aduersarium. At maximo augustissimóque Amoris effecto explicãdo, omnibus denique illius viribus verè θεσπεσιωτάτοις demonstrãdis Socratem adhibuit: & in conuiuio etiã sobriũ, quippe qui ferò ad dapes accessisset, interea dum cæteri cibum sumerent. Denique in hoc dialogo nihil est ἀκατασκεύαστον, & longiores etiã illi sermonum ductus faciũt ad rem ipsam. Apollodorum autem quendã suis familiaribus inducit hæc referẽtẽ iãpridẽ acta, & ex Aristodemi relatu cõmemorat. Dicendi character (vt in conuiuiis decebat) μετ' εὐπροσωπίας sale cõditus, & iucũdis dicẽdi generibus vbique floridus.

ΕΩΚΑ μοι φαίνῃ ὦν πυνθανέσθαι νεωστὶ οὐκ ἀμελέτητος εἶναι περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγων. ἦν γὰρ ἐτύγχανον εἰς ἄστυ οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν. τῶν οὖν γνωρίμων τις, ὄπισθεν κατιδών με, πόρρωθεν ἐκάλεσε· καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει, Ὦ Φαληρεύς (ἔφη) οὗτος Ἀπολλόδωρος οὐ περιμενεῖς; Κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμενον. καὶ ὅς, Ἀπολλόδωρε (ἔφη) καὶ μὲν δὴ ἔναγχός σε ἐζήτουν, βουλόμενος διαπυθέσθαι τὰ περὶ Ἀγάθωνος ξυνουσίαν, καὶ Σωκράτους, καὶ Ἀλκιβιάδου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τότε ἐν τῷ συνδείπνῳ παραγενομένων, περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγων, τίνες ἦσαν. ἄλλος γάρ τις μοὶ διηγεῖτο, ἀκηκοὼς Φοίνικος τοῦ Φιλίππου· ἔφη δ' καὶ σὲ εἰδέναι. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν εἶχε σαφὲς λέγειν. σὺ οὖν μοὶ διήγησαι. διχομόπατος γὰρ εἶ τοὺς τοῦ ἑταίρου λόγους ἀπαγγέλλειν. πρότερον δέ μοι (ἦ δ' ὅς) εἰπέ, σὺ αὐτὸς παρεγένου τῇ συνουσίᾳ ταύτῃ, ἢ οὔ; Κἀγὼ εἶπον ὅτι, Παντάπασιν ἔοικε σοὶ οὐδὲν διηγεῖσθαι σαφὲς ὁ διηγούμενος· εἰ νεωστὶ ἡγῇ τὴν συνουσίαν γεγενῆσθαι ταύτην ἐν ἐρωτᾶς, ὥστε καὶ ἐμὲ παραγενέσθαι. Ἔγωγε δή. Πόθεν (ἦν δ' ἐγώ) ὦ Γλαύκων; οὐκ οἶσθ' ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων ἐνθάδε οἴκοι δεδίδυμηκεν; ἀφ' οὗ δὴ ἐγὼ Σωκράτει συνδιατρίβω, καὶ ὁπότε μελέτης πο-

ποίημα ἐκάστης ἡμέρας εἰδέναι ὅ,τι ἂν λέγῃ ἢ πράττῃ, οὐδέπω τρία ἔτη ἐστίν. πρότερον δ' ἐπιτρέ-

ὥστε περέχων ὅπη τύχοιμι, καὶ οἰόμενός τι ποιεῖν, ἀθλιώτερος ἴσως ὁτουοῦν ἀνθρώπων ἦν τότε, οἰόμενος δεῖν πρῶτα μᾶλλον πραγμάτων ἢ φιλοσοφεῖν. Καὶ ὅς, Μὴ σκῶπτε, ἔφη· ἀλλ' εἰπέ μοι πότε ἐγένετο ἡ συνουσία αὕτη. Κἀγὼ εἶπον ὅτι, Παίδων ἡμῶν ὄντων ἔτι ὅτε τὴν πρώτην τραγῳδίαν ἐνίκησεν Ἀγάθων, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ἡ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί. Πάνυ (ἔφη) ἄρα πάλαι, ὡς ἔοικεν. ἀλλὰ τίς σοι διηγεῖτο; ἢ αὐτὸς Σωκράτης; Οὐ μὰ τὸν Δία (ἴσως δ' ἐγώ) ἀλλ' ὅσπερ Φοίνικι Ἀριστόδημος ἦν τις, Κυδαθηναιεύς, σμικρός, ἀνυπόδητος ἀεί. πάρεργον δ' ἐν τῇ συνουσίᾳ, Σωκράτους ἐρασὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τότε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ Σωκράτη γε ἔνια ἤδη αὐτοῦ ἐμνήμην ὧν ἐκείνου ἤκουσα. καί μοι ὡμολόγει καθάπερ ἐκεῖνος διηγεῖτο. Τί οὖν (ἔφη) οὐ διηγῇ σὺ μοί; πάντως γὰρ ἡ ὁδὸς ἡ εἰς ἄστυ βραχυτέρα ἐστὶν ἐν τοιούτοις λόγοις καὶ ἀκούειν. οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐποιούμεθα· ὥστε (ὅπερ ἀρχόμενος εἶπον) οὐκ ἀμελετήτως ἔχω. εἰ οὖν δεῖ καὶ ὑμῖν διηγήσασθαι, πρῶτα τὰ χρὴ ποιεῖν. καὶ γὰρ ἔγωγε καὶ ἄλλως ὅταν μὲν τινὰς περὶ φιλοσοφίας λόγους ἢ αὐτὸς ποιῶμαι, ἢ ἄλλων ἀκούω, χωρὶς μὲν οἶμαι ὠφελεῖσθαι, ὑπερφυῶς δὲ χαίρω· ὅταν δ' ἄλλους τινὰς, ἄλλως τε καὶ τοὺς ὑμετέρους, τοὺς τὴν πλουσίων καὶ χρηματιστῶν, αὐτός τε ἀχθομαι, ὑμᾶς τε τοὺς ἑταίρους ἐλεῶ, ὅτι οἴεσθε τι ποιεῖν, οὐδὲν ποιοῦντες. καὶ ἴσως αὖ ὑμεῖς ἡγεῖσθε ἐμὲ κακοδαίμονα εἶναι, καὶ οἴομαι ὑμᾶς ἀληθῆ οἴεσθαι· ἐγὼ μέντοι ὑμᾶς οὐκ οἶμαι, ἀλλὰ σφόδρα οἶδα. ΕΤ. Ἀεί ὅμοιος εἶ, ὦ Ἀπολλόδωρε. ἀεὶ γὰρ σαυτόν τε κακηγορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους· καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλίους ἡγεῖσθαι πλὴν Σωκράτους, ἀπὸ σαυτοῦ ἀρξάμενος. καὶ ὁπόθεν ποτὲ ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβες τὸ μανικὸς καλεῖσθαι, οὐκ οἶδα ἔγωγε. ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις ἀεί τοιοῦτος εἶ· σαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγριαίνῃς, πλὴν Σωκράτους. ΑΠ. Ὦ φίλτατε, καὶ δῆλόν γε δὴ ὅτι οὕτω διανοοῦμαι περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ ὑμῶν, μαίνομαι καὶ παραπαίω. ΕΤ. Οὐκ ἄξιον περὶ τούτων ὦ Ἀπολλόδωρε νῦν ἐρίζειν· ἀλλ' ὅπερ ἐδεόμεθά σου, μὴ ἄλλως ποιήσῃς, ἀλλὰ διηγήσαι οἵνες ἦσαν οἱ λόγοι. ΑΠ. Ἦσαν τοίνυν ἐκεῖνοι τοιοίδε τινές. μᾶλλον δ' ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς ἐκεῖνος διηγεῖτο,

A fors tulisset, oberrans, quum tamen me aliquid agere existimarem, omniū mortaliū eram miserrimus: non aliter ac tu modò, qui quidlibet potius agēdum censes quàm philosophandū. Ne me, inquit, suggilles. at dic mihi ecquo tēpore cœtus ille extiterit. Dum, inquā, pueri adhuc essemus, primo tragœdiæ certamine; Agatho victoriā reportauit: postridie post partam victoriam quū victoriæ vota redderet, & pro more sacrificaret, vnà cum chori sociis. Lōgum certè, inquit, tempus ex eo interceſſit. sed

B quis illud tibi narrauit? ipsēne Socrates? Nequaquā per Iouē, inquā: imò & idē qui Phœnici narrauit: Aristodemus videlicet, Cydatheneus quidam, exiguo corpore, & nudis pedibus semper ambulās. interfuit enim huic disputationi: quippe qui omniū qui illis tēporibus viuebāt (mea quidē sententia) Socratē maximo amore cōplectebatur. quanquā & ab ipso Socrate nōnulla quæ ab Aristodemo acceperā, sum percōtatus: qui quidē cum illo planè cōsentiebat. Quin verò, inquit, tu mihi etiam illa commemores? ea nimirū via quæ ad vrbē

C ducit, apta est incedentibus, & ad dicendū & ad audiendū. Hac itaq; occasione inter eūdū his de rebus verba faciebamus. vnde factū est (quēadmodū initio dixi) vt his in rebus nō sim imparatus. si igitur hæc sunt rursus cōmemoranda, ita sanè per me esto. mihi enim ita vsuenit quoties ipse de philosophia vel verba facio, vel alios de illa audio differentes, vt præter eam vtilitatē quā inde me percipere existimē, mirifica etiam voluptate perfundar: contrà, quum aliis de rebus sermones audio, vestros præsertim, qui diuites estis, & id pensi habetis vt in cumulādis diuitiis omni animi cōtētione elaboretis, & angor ipse, & pro ea necessitudine quæ mihi vobiscū intercedit, vestri profectò misereor: quòd quū præclarū aliquid vos efficere arbitremini, nihil tamē prorsus efficiatis. Fortasse etiā vos cōtrà me infelicem existimatis, quos & ipse vera de me opinari arbitror: at ego nō id de vobis opinor, sed certò scio. FAMILIAR. Tu semper tibi similis es, mi Apollodore. æquè enim tibi ac aliis detrahis, omnésq; adeo, ducto à te primordio, præter vnū Socratē, re-

D uera infelices ducis. vnde autē insani nomē tibi natū sit equidē ignoro: tuū tamē morem mordicus retines vbique. aduersus te enim & alios, excepto Socrate, soles ferocire. APOLLOD. Inde nimirū, mihi crede, perspicuum est me insanire atque delirare, quòd ita de me ac vobis sentiam. FAMIL. De his modò iurgari, Apollodore, minimè cōsentaneū est: quin nostris petitionibus hoc tribuito, vt quinam sint illi sermones, nobis modò exponas. APOLLOD. Ta-

E les ergo illi fuerunt. sed ab ipso primordio, quēadmodum mihi ille Aristodemus referebat,

Inuenitur & alia lectio ὡς ὅπερ: sed ὅς ὅπερ retinendū est: hoc sensu, Sed mihi narrabat idem ille qui ipsi Phœnici narrauerat. quidam nimirum Aristodemus, &c.

Alia etiam est lectio, χρηματιστῶν.

conabor quoq; vobis eos commemorare. Aiebat enim ſe Socrati obuiũ fuiſſe, & loto, & eo calceamẽtorũ genere quæ Blautæ vocantur, ornato (quod tamẽ ille rarò faciebat) & ab eo quæſiiſſe, quónam tã pulcher & ſplẽdidus proficiſceretur. tũ reſpõdiſſe Socratẽ, ſe ad Agathonẽ proficiſci cœnatũ. ſe enim heſternã cœnã vitaſſe, in feſtiuo victoriæ cõuiuio, quòd turbã & ſtrepitũ vereretur. pollicitũ autẽ ſe eſſe, ſequẽti die affuturum. &, His ergo de cauſis, inquit, me luculẽtius cõpſi vt pulcher ad pulchrũ veniam. Sed tu, mi Ariſtodeme, quis tu homo es, qui velis ad cœnã non vocatus proficiſci? Ego verò, vt tu iuſſeris (aiebat ſe dixiſſe) ita agam. Sequere igitur me, inquit, vt prouerbiũ profligemus, cõmutata illius ſẽtentia, *Ad proborũ hominũ mẽſas probos nõ inuitatos proficiſci.* Homerus quidẽ videtur nõ modò iſtius prouerbii vſum peruertere, ſed contumelioſè etiã illum violare. nã quũ Agamemnonẽ in re militari optimũ præſtãtiſſimúmq; feciſſet, Menelaũ verò, mollẽ bellatorẽ, nihilominus tamẽ, quum Agamemnon peracto ſacrificio cõuiuium celebraret, Menelaũ inducit ad Agamemnonis dapes vltrò venientẽ, deteriorẽ videlicet ad præſtantioris menſam. His auditis reſpondiſſe Ariſtodemũ, Fortaſſe nõ vt tu, Socrates, ais, ſed quẽadmodum Homerus, ego vilis homũculus ad ſapiẽtis viri cõuiuiũ videbor accedere nõ vocatus. Quũ igitur tu me ducas, videris ipſe ecquã aduẽtus mei cauſã ſis redditurus. nõ enĩ fatebor me venire non vocatũ, ſed me vocatũ à te aſſeram. *Bini incedentes,* inquit, in ipſo itinere quod opportunũ fuerit deliberabimus. verùm eamus. Inter huiuſmodi colloquiorũ vices aiebat vnà ſe proficiſci ad Agathonis ædes, & Socratẽ cogitabũdum lento paſſu incedere, ita vt à tergo relinqueretur. tandem quũ ipſũ Ariſtodemus præſtolaretur, iuſſiſſe eũ vt ipſe præiret. Quũ autẽ ad illas Agathonis ædes accederet propius, apertã ſe ianuã inueniſſe, rẽ verò ridiculã è re nata ſibi obtigiſſe. In ipſo enim limine occurriſſe famulo cuidã, in quẽ cõplures alii incũberẽt, & iamiã quoq; cœnaturos reperiſſe. at ſe vt vidit Agatho, Opportunè, inquit, veneris mi Ariſtodeme, vt nobiſcũ cœnes. ſin verò aliud quicquã velis, in aliud tẽpus differ. equidẽ heri te inueſtigabã, vt te inuitarẽ: ſed nuſquã te vidi. Sed cur Socratem ad nos non adducis? Ego autẽ quũ me cõuertiſſẽ, nec Socratẽ videre, At ego, inquã, cũ Socrate huc veni, & ab illo quidẽ inuitatus ad hãc cœnã. Rectè tu quidẽ, inquit: ſed vbinam eſt hic Socrates? Poſt me ſanè

A καὶ ἐγὼ πειράσομαι διηγήσασθαι. ἔφη γὰρ ⓐ Σωκράτη ἐντυχεῖν, λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ἐνδεδεμένον· ἃ ἐκεῖνος ὀλιγάκις ἐποίει· καὶ ἔρεσθαι αὐτὸν ὅποι ἴοι, ὅτω καλὸς γεγυμνασμένος. καὶ ⓐ εἰπεῖν ὅτι ἐπὶ δεῖπνον, εἰς Ἀγάθωνος. χθὲς γὰρ αὐτὸν διέφυγον τοῖς ἐπινικίοις, φοβηθεὶς ⓐ ὄχλον· ὡμολόγησα δὴ εἰς τήμερον πρόσεσθαι. ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα καλὸς πρὸς καλὸν ἴω. ἀλλὰ σὺ (ἦ δ' ὅς) Ἀριστόδημε, πῶς ἔχεις τοῦ καὶ

B ἐπὶ δεῖπνον ἀνιέναι ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον; Καὶ ἐγὼ (ἔφη) εἶπον ὅτι, ὅτῳ ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς. Ἕπου τοίνυν (ἔφη) ἵνα καὶ τῷ παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβαλόντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. Ὅμηρος μὲν γὰρ κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν. πρήσας γὰρ τ' Ἀγαμέμνονα διαφερόντως ἀγαθὸν ἄνδρα τὰ πολεμικά, ⓐ ὁ Μενέλεων μαλθακὸν αἰχμητήν, θυσίαν ποιουμένου καὶ ἑστιῶντος τὸν Ἀγαμέμνονος, ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα ⓐ Μενέλεων ἐπὶ τὴν εἰλίνην, χείρω ὄντα ἐπὶ τὸν τοῦ ἀμείνονος. Ταῦτ' ἀκούσας εἰπεῖν ἔφη, Γ'ως μὴ οὐ κινδυνεύσω

C ἐγώ, οὐχ ὡς σύ λέγεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ καθ' Ὅμηρον, φαῦλος ὢν ἐπὶ σοφοῦ ἀνδρὸς ἰέναι δεῖπνον ἄκλητος. ἆρ' οὖν ἄγων με ἀπολογήσῃ; ὡς ἔγωγε οὐχ ὁμολογήσω ἄκλητος ἥκειν, ἀλλ' ἐπὶ σοῦ κεκλημένος. Σὺ τε δύ' (ἔφη) ἐρχομένω, περὶ ὁδοῦ βουλευσόμεθα ὅ, τι ἐροῦμεν. ἀλλὰ ἴωμεν. Τοιαῦτ' ἄττα σφᾶς ἔφη διαλεχθῆναι, ἰέναι. ⓐ οὖν Σωκράτη ἑαυτῷ πως προσέχοντα τὸν νοῦν, καὶ τὴν ὁδὸν παρϊέναι ἐπιλογιζόμενον. καὶ παρομένοντος οὐ κελεύειν περιέναι εἰς τὸ πρόσθεν. ἐπειδὴ δ' ἤλπετο ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, ἀνεῳγμένην κατὰ λαμβάνει

E τὴν θύραν· καί τι ἔφη αὐτοῦ γελοῖον παθεῖν. ⓐ μὲν γὰρ δοῦλος παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπομύττοντα ἄγειν οὗ κατέκειντο ⓐ ἄλλοι, καὶ καταλαμβάνειν ἤδη μέλλοντας δειπνεῖν. δοῦλος δ' οὖν ὡς ἰδεῖν ⓐ Ἀγάθωνα, Ὦ, φαίη, Ἀριστόδημε, εἰς καλὸν ἥκεις ὅπως σὺν δείπνῃς· εἰ δ' ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἦλθες, εἰς αὖθις ἀναβαλοῦ. ὡς καὶ χθὲς ζητῶν σε ἵνα καλέσαιμι, οὐχ οἷός τ' ἦν ἰδεῖν. ἀλλὰ Σωκράτη μεταστρεφόμενος, οὐδαμοῦ ὁρῶ Σωκράτη ἐπόμενον. εἶπον οὖν ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σωκράτους ἥκοιμι, κληθεὶς ὑπ' ἐκείνου δεῦρ' ὅτι δεῖπνον. Καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν σύ. ἀλλὰ ποῦ ἔστιν οὗτος; Ὅπισθεν ἐμοῦ ἄρτι

Scripſiſſe puto Plat. αὐ ἰέναι, ut ſequatur ἴεσαν & ἰέναι hæc ipſa de re.

verti & Fic. quasi esset σκέψη, non præcedente nocula où, & absque interr. Extat tamen & alibi illa imperá di forma. Suspicor scripsisse plat. καὶ ἐ ἔξη (utitur autē & alibi hoc pronomine) Alioqui post ἐμὲ sequi (ut opinor) deberet κατακοίμιω. & ἔξη accipi pro ἐκέλευσε. For. rectius ἐν τῳ (pro ἐν τινι) scriberetur.

εἰσήξ. ἀλλὰ θαυμάζω καὶ αὐτὸς τοῦ αὖ εἴνη. A veniebat, inquam: sed miror etiam vbínam sit. Quin age, puer (dixisse Agathonem) perspice vbinam sit Socrates, & ad nos illum deducito. tu verò, Aristodeme, iuxta hunc Eryximachū accumbito. Heus tu, puer, dato huic manibus aquam, vt iam accumbat. Tum quendam puerū ingressum esse, qui nuntiaret, Socratem in proximo vestibulo substitisse, neque, quantumuis accersitum, velle ingredi. Rem miram, inquit Agatho, narras. quin illum denuò accerse, nec eum dimittas antequam tecū venerit. Nequaquam (aiebat Aristodemus se dixisse) mi Agatho: at ipsum finite. est enim hic illius mos. aliquādo enim de via secedit, & vbi fors tulerit, alicubi subsistit. confestim autem veniet, vt arbitror. nihil mouete, sed eum pro suo arbitratu viuere finitote. Ita igitur fiat (respondisse Agathonem) si ita censes. At vos, pueri, aliis omnibus epulas afferte, & quod vobis libuerit apponite: quandoquidem nemo vobis præest. quod quidem hactenus nūquam feci. Itaque existimantes me etiam à vobis in cōuiuium vocari cum cęterorū turba, curate omnia diligenter, vt vestrā operam commendemus. Post hæc addebat Aristodemus cœnare eos cœpisse: nec Socratem, quantumlibet sæpius ab Agathone accersitum, priùs intrasse quàm aliquātulum more suo obābulasset: mediáq; cœna venisse. Tunc Agathonem (qui solus vltimo loco accūbebat) dixisse, Huc ad me accede Socrates, & prope me sedeto: vt sapiēti tua illa cogitatione perfruar, quæ tibi adhæsit dum in vestibulis illis incederes. minimè enim dubiū est quin idipsum inueneris, & penes te habeas. neque enim priùs abscessisses. Sedisse igitur Socratē & dixisse, Bene se res nostræ haberent, mi Agatho, si huiusmodi esset sapientia, vt ex pleniore homine in vacuum mutuo contactu promanaret: quemadmodum ex pleno calice in vacuū per lanā immanans. Si enim ita se habet sapiētia, multi facio quòd tibi assideam. futurum enim arbitror vt vberrima pulcherrimáque sapiētia abs te replear. Mea quidē exilis est & vilis, & insomnii instar ambigua & controuersa: tua autē, & illustris & magnificè in lucē cognitionémq; hominū se proferēs: quæ videlicet ex te adeo iuuene inter tot testes, cōuētu plus quàm triginta millium Græcorum celeberrimo, tam clarè emicuit atq; effulsit. Iniurius es, mi Socrates, inquit Agatho: at de sapientia paulo pòst ego & tu causa dicta diiudicabimus, Dionyso iudice: nunc verò ad cœnam te conuertito.

ἐγένετο πεφὶω ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τεισμυρίοις. Ὑβρεις εἰ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Ἀγαθων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγον ὕστερον διαδικασόμεθα ἐγώ τε καὶ σὺ πρὸς τῆς σοφίας, δικαστὴ χρώμενοι τῷ Διονύσῳ· νυνὶ δὲ πρὸς δεῖπνον πειρῶ

a Occasio primariæ disputationis: Euitandæ ebrietatis causa, quæ & animo & corpori noxia est, tempus liberiori & honesto sermoni tribuitur. Ita edicitur omnium consiuarum assensu, vti vnusquisque suo ordine Amoris ἐγκώμιον instituat. Inde nascitur longa hæc de amore disputatio.

a Post hæc autem quum Socrates & alii discumberent, & cœna peracta esset, conuiuas & libare & hymnos in deum cantare cœpisse, & cætera pro ritu & more peragisse aiebat, tum se ad liberiorem potum conuiuas conuertisse. Inde Pausaniam hoc sermonis fecisse primordium, Ineamus rationem ecquo modo suauissimè bibamus. nam vt de me in primis verum confitear, hesterno mero pessimè habeo, vt intermissione quadam sit mihi opus maximè: & plerosque autem vestrûm esse ita affectos existimo, & eodem remedio indigere. heri enim hîc mecum adfuistis. Perspicite igitur etiam atque etiam quo pacto sine vllo nostro incommodo bibamus. Tum dixisse Aristophanem, Rectè id quidem tu, Pausania, moderationem quandam potioni esse adhibendam ais. ego enim ex madidorum sum etiam numero. Quũ hæc audiisset Eryximachus Acumeni filius, Probè dicitis, inquit. atqui hoc vnum insuper à vobis audire cupio, quantum valeat ad robustè firmitérque bibendũ Agatho. Equidẽ (inquit) & ipse ad hæc certamina parũ sum validus. mihi tamẽ & Aristodemo & Phædro & his nõ patũ cõducit, vos ad bibendũ validissimos, núc tamẽ defessos abnuere & certamen detrectare. nos verò ad hoc certamen sẽper fuimus inualidi. Socratẽ ex hoc numero eximo, qui ad vtrũq; idoneus est: vt quidẽ, quicquid agamus, satis supérq; ei fuerit. Hic Eryximachũ dixisse, Postquã igitur video omnibus qui hîc adsunt, certũ esse atq; cõstitutũ mero minimè indulgere, si vera de ebrietate dixero, minus fortassè fuero molestus. Illud enim ex medicinę institutis exploratũ mihi est, graue quiddam & incõmodum esse hominibus ebrietatẽ. neq; enim ego vltra modũ vellẽ sponte bibere, neq; alii cuiquã essẽ autor vt id faceret, præsertim cuius caput hesterni meri grauedine adhuc teneretur. Atqui (aiebat Phædrũ Myrinusiũ excepisse) Equidẽ soleo tibi fidẽ adhibere, tũ verò maximè quũ de rebus medicis agitur: nũc & tuo sermoni cæteri facilè assẽtiũtur. His auditis omnes in id cõsẽsisse aiebat, ne in illo cõuiuio ad ebrietatẽ sed ad honestã voluptatẽ biberetur. Tũ Eryximachus, Quãdoquidẽ in vniuscuiusq; arbitrio relictũ est vt quãtum velit bibat, neq; cuiquã bibẽdi necessitas imponitur: iã quod reliquũ est exponã. Tibi cinã quæ modò ingressa est amãdãdã existimo, vt vel sibiipsi canat, vel, si velit, mulieribus quæ sunt intus. nos autẽ hũc diẽ sermonibus impẽdere debere arbitror. ecquod verò sit argumẽtũ, in quo nostros hos sermones versari cupere, si vultis, vobis commonstrabo. Ad hoc

A Μετὰ ταῦτα, ἔφη, κατακλινέντος τοῦ Σωκράτους καὶ δειπνήσαντος, καὶ τῶν ἄλλων, σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι, καὶ ᾄσματος (Ν) θεὸν καὶ πάλλα τὰ νομιζόμενα, τρέπεσθαι πρὸς (Ν) πότον. Τὸν οὖν Παυσανίαν ἔφη λόγου τοιούτου ἀρχὴν, Εἶεν ἄνδρες (φάναι) τίνα τρόπον πιόμεθα; ἐγὼ μὲν οὖν λέγω ὑμῖν ὅτι B ὄντι πάνυ χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου, καὶ δέομαι ἀναψυχῆς τινος· οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλούς. παρῆτε γὰρ χθές. σκοπεῖσθε δὴ τίνι τρόπῳ αὖ ὡς ῥᾷστα πιόμεθον. (Ν) οὖν Ἀριστοφάνη εἰπεῖν, Τοῦτο μὲν σὺ λέγεις ὦ Παυσανία, ὅ, πῃπερ τρόπῳ προσκεκρουσάσαις ῥᾳστώνῃ μιᾷ τῆς πόσεως. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς εἰμὶ τῶν χθὲς βεβακχισμένων. Ἀκηκόασιν δὴ αὐτῶν ἔφη Ἐρυξίμαχον (Ν) Ἀκουμενοῦ, Ἠκαλῶς (φάναι) λέγετε. καὶ ἔτι ἑνὸς δέομαι ὑμῶν ἀκοῦσαι, πῶς ἔχει τοῦ ἐρρῶσθαι πίνειν Ἀγάθων. Οὐδαμῶς (φάναι) οὐκ αὐτὸς ἔρρωμαι. Ἔρημον ἂν εἴη ἡμῖν (ἦ δ' ὅς) ὡς ἔοικε, ἐμοί τε καὶ Ἀριστοδήμῳ καὶ Φαίδρῳ, καὶ τοῖσδε, εἰ ὑμεῖς (Ω) δυνατώτατοι πίνειν, νεῦ ἀπειρήκατε. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἀδυνατοι. Σωκράτη δ' ἐξαίρω τοῦ λόγου· ἱκανὸς γὰρ C ἀμφοτέρως. ὥστ' ἐξαρκέσει αὐτῷ ὁπότερ' ἂν ποιῶμεν. Ἐπειδὴ οὖν μοὶ δοκεῖ οὐδεὶς τῶν παρόντων προθύμως ἔχειν πρὸς τὸ πολὺν πίνειν οἶνον, ἴσως ἂν ἐγὼ εἰκὸς τοῦ μεθύσκεσθαι, οἷόν τ' ἐστί, τἀληθῆ λέγων, ἥδιον ἂν εἶμι ἀνδρός. ἐμοὶ γὰρ δὴ τοῦτό γε D οἶμαι καταδηλον γεγονέναι ἐκ τῆς ἰατρικῆς, ὅτι χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστί· καὶ οὔτε αὐτὸς ἑκὼν εἰδὼς πρόῤῥᾳ ἐθελήσαιμι ἂν πιεῖν, οὔτε ἄλλῳ συμβουλεύσαιμι, ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς χθεσταίας. Ἀλλὰ μὴν (ἔφη φάναι ὑποβαλόντα Φαίδρον (Ν) Μυρινούσιον) ἔγωγε σοὶ εἰώθαμεν πείθεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἅτ' ἂν ὀρθῶς ἰατρικῆς λέγῃς· νεῦ δ' αὖ ὑμεῖς καὶ (Ω) οἱ ἄλλοι. Ταῦτα δὴ ἀκούσαντας συλ- E χωρεῖν πάντας μὴ διὰ μέθης ποιήσασθαι τὸν ὃν τῷ παρόντι συνουσίαν, ἀλλ' οὕτω πίνοντας χαίρειν ἡδονῇ. Ἐπειδὴ τοίνυν (φάναι (Ν) Ἐρυξίμαχον) τοῦτο μὲν δέδοκται, πίνειν ὅσον αὖ ἕκαστος βούλεται, ἐπάναγκες ᾗ μηδένα εἶναι, δ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦμαι, τὸν μὲν ἄρτι εἰσελθοῦσαν αὐλητρίδα χαίρειν ἐᾶν, αὐλοῦσαν ἑαυτῇ, ἢ, ἐὰν γε βούληται, ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον· ἡμᾶς δὲ διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι τὸν ἡμέραν. καὶ δι' οἵων λόγων, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω ὑμῖν εἰσηγήσασθαι.

Hic scribit Fic. Ἐρυξίμαχον φάναι; sed omittit & ipse supra ἦ δ' ὅς, videlicet Ἐρυξίμαχος.

φαίαν δὴ πάντας καὶ βούλεσθαι καὶ κελεύειν αὐτὸν εἰσηγεῖσθαι. Εἰπεῖν οὖν ΤΟΝ Ἐρυξίμαχον ὅτι, Η ΜΕΝ ΜΟΙ ἀρχὴ τοῦ λόγου ἔσται κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην. οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλὰ Φαίδρου τοῦδε, ὃν μέλλω λέγειν. Φαῖδρος γὰρ ἑκάστοτε ὥσπερ με ἀγανακτῶν λέγει, Οὐ δεινόν (φησὶν) ὦ Ἐρυξίμαχε, ἄλλοις μὲν τισι θεῶν ὕμνους καὶ παιῶνας εἶναι τοῦτο τῶν ποιητῶν πεποιημένους, τῷ δὲ Ἔρωτι, τηλικούτῳ ὄντι καὶ τοσούτῳ θεῷ, μηδὲ ἕνα πώποτε τοσούτων γεγονότων ποιητῶν πεποιηκέναι μηδὲν ἐγκώμιον; εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην συγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος. καὶ τοῦτο μὲν ἦν ἄν ἔτι καὶ θαυμαστόν· ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνῆν δή ἄλες ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν. καὶ ἄλλα συχνὰ τοιαῦτα ἴδοις ἂν ἐγκεκωμιασμένα. τὸ οὖν τοιούτων μὲν περὶ πολλοῦ ποιήσασθαι, Ἔρωτα δὲ μηδένα πω αἰῶνα τετολμηκέναι εἰς ταυτὶ τὰ ἡμέραι ἀξίως ὑμνῆσαι, ἀλλ' οὕτως ἠμέληται τοσοῦτος θεός· ταῦτα δή μοι δοκεῖ οὐ λέγειν Φαῖδρος. ἐγὼ οὖν ἐπιθυμῶ, ἅμα μὲν τούτῳ χαρίσασθαι καὶ ξυνεγκεῖν καὶ χαρίσασθαι, ἅμα δὲ ἐν τῷ παρόντι πρέπον μοι δοκεῖ εἶναι ἡμῖν τοῖς παροῦσι κοσμῆσαι ΤΟΝ θεόν. εἰ οὖν ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἱκανὴ ἀμφισβήτησις. δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος ὅτι δεξιὰ ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον. ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον, ἐπειδὴ καὶ πρῶτος κατάκειται, καὶ ἔστιν ἅμα πατὴρ τοῦ λόγου. Οὐδείς σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε (φαίην ΤΟΝ Σωκράτη) ἐναντία ψηφιεῖται. οὔτε γὰρ ἂν ποτε ἐγὼ ἀποφήσαιμι· ὃς οὐδὲν φημὶ ἄλλο ἕτοιμος εἶναι ἢ τὰ ἐρωτικά, οὔτέ που Ἀγάθων καὶ Παυσανίας, οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης, ᾧ γε περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα μέθοδος ἐστὶν περὶ ταῦτα· οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς τουτωνὶ ὧν ἐγὼ ὁρῶ. καίτοι οὐκ ἐξ ἴσου γίγνεται ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις· ἀλλ' ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς καὶ καλῶς εἴπωσιν, ἐξαρκέσει ἡμῖν. ἀλλὰ τύχῃ ἀγαθῇ καταρχέτω Φαῖδρος, καὶ ἐγκωμιαζέτω ΤΟΝ Ἔρωτα. Ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἔφασάν τε, καὶ ἐκέλευον ἅπαντα ὁ

Addit Fic. nerbũ, quod iungit cum συγγεφειν. certe enim, Inuenies ſophiſtas Herculẽ laudaſſe. Paulo pòſt autem expungenda uidetur uocula καὶ poſt ἦπον.

Scribendum nide tur, ἠμελῆσθαι τοσοῦτος θεός.

omnes perſpicuè reſpondiſſe, ſe & velle maximè & iubere etiã id ab Eryximacho exponi. Tũ Eryximachus, ORATIONIS (inquit) meæ primordiũ ex Euripidis Melanippe erit. neq; enĩ hæc mea eſt fabula, quã explicaturus ſũ, ſed Phędri. hic enim quotidie apud me ita expoſtulat atque cõqueritur, Tibíne, Eryximache, non graue importunúmque videtur, aliis quidem diis omnibus & hymnos & pæanas à poëtis perſcribi, in Amoris verò, qui & tantus & talis ſit deus, laudẽ, poëtarũ quẽquam, ex eorũ omniũ turba qui vnquã extiterũt, nullam ſcripſiſſe? quòd ſi rem velis attentius conſiderare, cõperies, eruditos illos facundóſq; ſophiſtas ſoluta oratione in Herculem laudationes ſcripſiſſe: quemadmodũ præſtantiſſimus ille Prodicus. quanquã & hoc minus mirũ alicui videretur: ſed ego aliquãdo incidi in ſapiẽtis viri librũ, in quo extabat ſalis cõmẽdatio, cuius vberrimã præſtantiſſimámq; vtilitatem miris laudibus efferebat ille. aliáq; adeo huiꝰ generis quãplurima licet videre laudibus celebrata. In his ergo tãto ſtudio & labore verſari, Amorem autẽ, ad hunc quidẽ vſq; diẽ, neminẽ mortaliũ auſum fuiſſe pro dignitate laudare, ſed tantũ deũ in ſitu & ignoratione literarũ iacere, hoc verò quis nõ grauiſſimum exiſtimet? Recta mihi quidem videtur hæc Phædri expoſtulatio. Itaque hoc munus, háncq; quaſi ſtipẽ illi cõferre & largiri cupio: & ad hoc quidẽ tẽpus mihi conſentaneũ videtur, hunc deũ à vobis qui adeſtis, laudibus ornari. Quòd ſi & vobis ita videatur, hoc idoneum eſto argumentũ, in quo oratio noſtra verſetur, & hic confeſſus noſter hoc otiũ impendat: cõſentaneũ enim eſſe arbitror, vnumquemq; veſtrũm peculiarem quandã Amoris laudationẽ moliri: eóque omnes vires cõferre, vt quãpulcherrima ſit: à dextra autem capiendũ exordiũ, vt omnes ſuo ordine ad dicendũ ſuccedãt. Phædrus autem primus incipito, quum & primus ſedeat, & ſit huius ſermonis pater & autor. Tũ Socrates, Nemo (inquit) tibi, Eryximache, repugnaret. ego enim quî iſtud renuerẽ, quum nihil præter amatoria me ſcire profitear? neq; etiã Agatho & Pauſanias, multóq; minus Ariſtophanes (cuius omnis & cura & labor circa Bacchũ & Venerẽ verſatur) neq; alius quiſquam eorum quos nunc video, huic rei aduerſabitur. Quãquam non æqua ſors nobis obtingit, qui vltimi diſcumbimus. nam ſi priores ſatis rectè & abũdè dixerint, ſat nobis erit. Verùm, quod felix fauſtúmque ſit, iam hinc bonis auibus Phædrus exordiatur, & Amorem commendet. His quæ Socrates dixerat omnes & aſſenſerunt.

& ita iusserit. Omnia verò quę singulatim vnusquisq; dixisset, neq; satis memoria tenebat Aristodemus, neq; ego etiam omnia quę ille mihi cõmemorauit, singulatim recordor: verùm ea quæ omnium maximè memoria digna mihi sunt visa, vobis referam. Phædrum igitur primum omnium ita exorsum fuisse aiebat,

[a] MAGNVS Deus est Amor, & apud deos & homines mirabilis, cùm propter alia multa, tum propter suæ originis rationem. quòd enim in antiquissimorũ deorũ sit numero, augustum & maximo honore dignum est. Illud autem certis argumentis perspicuum est. parentes enim Amoris à nullo vel poëta vel priuato quopiam homine commemorãtur. Sed Hesiodus quidem affirmat Chaos principio extitisse,

Tum tellus, inquit, *cunctorum sedes*: & addit postea, *Atque Amor*. Post Chaos nimirum significat hæc duo extitisse, Tellurem & Amorem. De ortu quoque illius ait Parmenides, *Ante deos omnes primũ concepit Amorem*. Acusilaus quoq; cum Homero consentit. Ita passim inter omnes cõstat, Amorẽ in antiquissimorũ deorum esse numero. [b] Quum verò sit huiusmodi, maximorum bonorum omnino nobis est causa. Ecquid enim melius possit homini contingere, quàm vbi primùm ad iuuenilem ætatem accedit, vel vt ipse bene amet, vel vt bene ametur, & amanti sit in deliciis, haud queo sanè dicere. Quæ enim res vniuersæ nostræ vitæ præesse debet ad certam verámq; felicitatẽ, eas neq; genus neq; diuitiarum copia, neque honores præstare tam opportunè quàm Amor possũt. Eam autem rem esse aio, in rebus turpibus pudorem, honestis, vehemens & constans studium. non enim sine horum præsidio aut ciuitas vnquã aut priuatus homo magnũ quicquam ac præclarũ exequi vnquã possit. Aio igitur, amantem, si turpiter aliquid agere vel ab aliquo pati animi ignauia deprehendatur, nec vim depellat illatámve vlciscatur, nõ tanto dolore tangi solere, si vel à patre vel ab amicis siue à quoquã alio visus fuerit, quàm si ab amasio videatur. Idẽ quoque amasio erga amatores suos vsuenire videmus, quos videlicet mirũ in modum reueretur, si ab iis in turpi quopiam facinore cõperiatur. Quòd si aliquo pacto conflari ciuitas vel exercitus posset ex iis qui amant & iis qui amantur, haud melior sanè efficaciórque ratio iniri posset ciuitatis constituendæ, quàm vt ab omnibus turpibus rebus abstinerent, & ad res honestas omni animi contentione certatim incumberent: & ipsi quidem bis artibus instructi, licet paucissimi essent, omnes

[a] PRIMA AMORIS cõmẽdatio, πρεσβεία quidẽ illa & minus accurata, pro more Platonicæ methodi. hæc enim, sicuti dixi, ex communi philosophorum doctrina desumpta sunt. Phædrus igitur, cui primæ dicẽdi partes tribuuntur, Amoris originem & vtilitatẽ describit. Originem illius ex mundi creati incunabulis repetit, vt ex ipsis verbis perspicuum est. Simplex dogma est, *Deum in creando mundo naturalem illam appetitionem omnibus rebus indidisse, qua ad certam quandam τάξιν aspirarent, in qua etiã ipsæ cõseruarẽtur.* Ita Chaos quidem primus extitit, prima nimirũ illa materia vnde res omnes sunt creatæ, quum ipsa esset rudis & indigesta moles: sed Naturæ ille infinitus ordinẽ formamque appetẽs, fuit primordium mundi constituendi & in certam formam componẽdi. Vide Annot.

[b] Vtilitatem Amoris describit ex suis effectis, Quod homines ad res honestas impellat, a turpibus reuocet, quod quidem ad certam felicitatẽ maximum habet momentum, & in constituenda societate generis humani, & ad res gerendas.

A Σωκράτης. πάντων μὲν οὖν ὅσα ἕκαστος εἶπεν, οὔτε πάνυ ὁ Ἀγαθόδημος ἐμέμνητο, οὔτ' αὖ ἐγὼ ἃ ἐκεῖνος ἔλεγε πάντα· ἃ δ' μάλιστα καὶ ὧν ἔδοξέ μοι ἀξιομνημονεύτατα εἶ), ταῦτα ὑμῖν ἐρῶ ἑκάστου λόγον. πρῶτον μὲν γάρ, ὥσπερ λέγω, ἔφη Φαῖδρον, ἀρξάμενον σκοπεῖν πόθεν, λέγει ὅτι μέγας θεὸς εἴη ὁ Ἔρως, καὶ θαυμαστὸς ἐν ἀνθρώποις τε καὶ θεοῖς, πολλαχῇ μὲν ἄλλῃ, οὐχ ἥκιστα δὲ κατὰ τὴν γένεσιν. τῶν γὰρ ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις εἶ) τῶν θεῶν, τίμιον. (ἡ δ' ὅς) τεκμήριον δὲ τούτου· γονεῖς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν, οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου, οὔτε ποιητοῦ. ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν χάος γενέσθαι φησὶν, -- αὐτὰρ B ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί· Ἠδ' Ἔρος. φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, γῆν τε καὶ Ἔρωτα. Παρμενίδης δὲ τὴν γένεσιν λέγει, Πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων. Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ. οὕτω πολλαχόθεν ὁμολογεῖται ὁ Ἔρως C ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις εἶ). πρεσβύτατος δὲ ὤν, μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιός ἐστιν. οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν ὅ,τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν νέῳ ὄντι, ἢ ἐραστὴς χρηστὸς, καὶ ἐραστῇ παιδικά. ὁ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι πάντως τὸ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι, τοῦτο οὔτε συγγένεια οἵαπερ ἐμποιεῖν οὕτω καλῶς, οὔτε τιμή, οὔτε πλοῦτος, οὔτ' ἄλλο οὐδέν, ὡς ἔρως. λέγω δὲ δὴ τί D τοῦτο; τὸ ὑπὲρ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι, ὑπὲρ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν. οὐ γὰρ ἄνευ τούτων οὔτε πόλιν οὔτε ἰδιώτην μεγάλα καὶ καλὰ ἔργα ἀξεργάζεσθαι. φημὶ δῆτα ἐγὼ, ἄνδρα ὅστις ἐρᾷ, εἴπερ αἰσχρὸν ποιῶν καταφανὴς γίγνοιτο, ἢ πάσχων ὑπό του δι' ἀνανδρίαν, μὴ ἀμυνόμενος, οὔτ' ἂν ὑπὸ παίδος ὀφθέντα οὕτως ἀλγῆσαι, οὔτε ὑπὸ ἑταίρων, οὔτε ὑπ' ἄλλου οὐδενὸς, ὡς E ὑπὸ παιδικῶν. τοῦτον δὲ τοῦτο καὶ ἐρώμενον ὁρῶμεν, ὅτι ὑπερφεύγοντας τοὺς ἐραστὰς αἰσχύνεται, ὅταν ὀφθῇ ἐν αἰσχρῷ τινι ὤν. εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον οἰκήσαιεν τὸν ἑαυτῶν, ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχρῶν, καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους. καὶ μαχόμε-

Non subiungit γῆραν βύρυστερνον, quæ conueniant cum γενέσθαι: sed ipsamet Hesiodi verba affert, in nominãdi casu, γαῖ' εὐρύστερνος: quæ cõueniunt cum γένεσθαι, vt apud eũ legitur. Paulo, post autem Ἔρως in Ἔρος (Hesiodo usitatum) mutare coegit mensura versus.

νοί γ' ἂν οἱ τοιοῦτοι μετ' ἀλλήλων νικῷεν ἂν, ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πρὸ τοὺς ἐφεστῶτας. ἐρῶν γὰρ ἂν ἡρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπὼν τάξιν, ἢ ὅπλα ἀποβαλών, ἧττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πρὸ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦ τοῦτον τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο· καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ, ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι. θεῖος οὕτω κακὸς ὄντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετήν· ὥστε ὅμοιον εἶναι τὰν αὐτὸν εἶναι φύσει. καὶ ἀτεχνῶς, ὃ ἔφη Ὅμηρος, μένος ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεόν, τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι παρέχει γιγνόμενον πρὸς αὐτούς. καὶ μόνοι ἐθέλουσιν ἐρῶντες, οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. τοῦτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται, πρὸς τὸ δεδόγμενον, εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐθελήσασα μόνη ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανεῖν, ὄντων αὐτῷ πατρὸς καὶ μητρός· οἷς οὕτω προσεκαλέσατο τὴν φιλίαν, ὑπερβαλομένη τῷ ἔρωτι, ὥστε ἀποδεῖξαι αὐτοῖς ἀλλοτρίους ὄντας τοῦ υἱέος, καὶ ὀνόματι μόνον προσήκοντας. καὶ τοῦτ' εἰργάσατο ἔργον, ὃ τῶν καλῶν ἔδοξεν εἶναι πράξασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ θεοῖς, ὥστε πολλῶν πολλὰ καὶ καλὰ εἰργασμένων, ὀλιγαρίθμοις δή τισιν ἔδοσαν τοῦτο γέρας οἱ θεοὶ, ἐξ ᾅδου ἀνεῖναι πάλιν τὴν ψυχήν· ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνης ἀνέσαντο, ἀγασθέντες τὸ ἔργον. οὕτω καὶ θεοὶ τὸν τοιοῦτον ἔρωτα σπουδήν τε καὶ ἀρετὴν μάλιστα τιμῶσιν. Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ ᾅδου, φάσμα δείξαντες τῆς γυναικὸς ἐφ' ἣν ἐκὼν ἦκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες· ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει, ἅτε ὢν κιθαρῳδὸς, καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνήσκειν, ὥσπερ Ἄλκηστις, ἀλλὰ σοφιζόμενος ζῶν εἰσιέναι εἰς ᾅδου. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῷ ἐπέθεσαν, καὶ ἐποίησαν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι. οὐχ ὥσπερ Ἀχιλλέα τὸν τῆς Θετίδος υἱὸν ἐτίμησαν, καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν, ὅτι πεπυσμένος παρὰ τῆς μητρὸς ὡς ἀποθανοῖτο ἀποκτείνας Ἕκτορα, μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο, οἴκαδε ἐλθὼν γηραιὸς τελευτήσοι, ἐνόμισεν ἐλέσθαι, βοηθήσας τῷ ἑταίρῳ Πατρόκλῳ καὶ ἀμφρήσας, οὐ

Post κινδυνεύοντι aut aliqua deesse videtur, aut subaudienda haec ex praecedentibus, ἧττον ἂν δέξαιτο πεσεῖν πρὸ τῶν ἄλλων, pro illis, ἢ ὑπὸ πάντων πρὸ ἄλλων. Post οὐδεὶς autem desideratur oculata fide videtur: & aliquanto post scribendum esse, οὐ μόνον οἱ ἄνδρες.

Verba haec, τοῦδε τοῦ λόγου post τοῦ ὃ scripta fortasse fuerat, absque ὑπὲρ. hic certè neque hoc neque illa usum ullum habent.

τὸν δὲ, μὴ ἀποκτείναντα, δὲ τοῦτον.

A tamen mortales, vt ita dicam, si prælio res dirimenda esset, planè superarent. amator enim vel ordinè deserere, vel arma coram amasio abiicere, vehementius quàm coram cunctis aliis hominibus reformidaret. imo extrema potius mortémque adeo ipsam subire mallet, quàm amasium derelinquere, vel laboranti opem auxiliúmque nõ ferre. Neque quisquã adeo ignauus est, quem Amor diuino veluti numine ad virtutis studium non repleat, vt viro fortissimo similis natura & re ipsa euadat. Etenim

B quod sæpe notat Homerus, vim robúrque quibusdam heroibus à deo inditum, hoc Amoris efficaciæ totũ est tribuendũ. [a]Quin hoc amantibus proprium est & peculiare, vt alii pro aliis mortem obeant, non viri tantùm sed etiam mulieres. cuius rei Alcestis Peliæ filia, certum perspicuúmque testimonium Græcis exhibuit, quæ sese in præsentis mortis discrimen pro viro suo coniecit: quum tamen & pater & mater ipsi superessent, quos illa, amoris quidem vi & efficacia, integra & vera charitate adeo superauit vt eos extraneos & nomine tenus filio suo coniunctos demonstrarit.

C Quod quidem facinus ab eo ita gestum, non hominum modò sed etiam deorum iudicio, maximum præstantissimúmque est iudicatum: hactenus quidem vt quum è multis qui multa & præclara gesserant, paucis tamen & facilè numerabilibus & præter cæteros eximiis, ex inferis egrediẽdi & in nouam rediuiuámque vitam veniendi munus dii tribuerint, hoc eam munere honestarint ipsi, tam egregio facinore delectati. tanti faciunt dii studium virtutémque quæ in amore colendo versatur.

D Orpheum verò OEagri filium re irrita ex inferis emiserunt, mulieris eius propter quam ad inferos descenderat, imagine tantùm mõstrata, nõ ipsa illi reuera restituta: quòd, vtpote citharœdus, mollius & ignauius hac in re se gessisset: &, quum non auderet, quemadmodũ Alcestis, amoris gratia mortem oppetere, exquisitas quasdam versutásque rationes excogitasset, quarum vi ad inferos viuens descenderet. quam ignauiam quoque minimè inultam dii fiuerunt, ob eámq; rem eas pœnas Orpheo

D impoſuerunt, vt à mulieribus interficeretur. Achillem contrà Thetidis filium ob magni erectíque animi facinus contrarius quoque exitus excepit. ille enim maximos honores à deo est cõsequutus, & in beatorũ insulas missus est à diis, quòd quum disertè ei mater significasset, si Hectorem occidisset, statim sibi moriendum: sin minus, in patriam se saluum incolumémque rediturum, & felici senectute mortem oppeturum: in eam tamẽ sententiam animum suum obfirmauit, vt auxilii amatori Patroclo ferendi, eiúsq; mortis vlciscendæ causa, mortẽ obiret:

a Effectum illud, maximum quidem certè & præstantissimum, & amplificat noua circumstantia, & exẽplis illustrat. denique docet, illam amoris efficaciam maxima præmia manere.

neque tantùm pro illo moreretur, ſed & mortuo etiam illo ipſe immoreretur. quod factum quũ dii maximopere probaſſent, ingenti (vt diximus) honore illum cumularunt, quòd amatorem ſuum tanti feciſſet. AEſchylus igitur planè nugatur, quum ait, Patroclum ab Achille amatum, qui nõ tãtùm Patroclo erat formoſior, ſed etiam cæteris heroibus forma antecellebat. quippe qui imberbis adhuc eſſet, multóque natu minor, vt inquit Homerus. Reuera hãc in amore virtutem dii plurimi faciunt: vehementius autem admirantur, maioribúſque etiam præmiis proſequuntur, quum amaſius amatorem diligit, quàm quum amator amaſiũ. Is enim qui amat, diuinius quidpiam eſt atque auguſtius quàm is qui amatur: quandoquidem diuino quodam furore corripitur. Itaque Achillem potius quàm Alceſtidem honorarũt, quippe quẽ ad beatorum inſulas tranſmiſerint. Ex his omnibus perſpicuum eſſe aio, Amorẽ deorum omnium antiquiſſimum auguſtiſſimúmq; eſſe: & ad virtutem felicitatémque conſequendam, & viuis & mortuis, principem primariámque vim obtinere. Phædrum hoc ferè ſermone vſum aiebat: poſt Phædrum verò alios quoſdam fuiſſe loquutos: quorum, vti ordine loquuti eſſent, non ſatis meminiſſet. quibus prætermiſſis Pauſaniæ orationem retuliſſe, quæ erat huiuſmodi,

A μόνον τοῦτο ἁμαρτάνειν ἀλλὰ καὶ ἐπαποθανεῖν τετελευτηκότι. ὅθεν δὴ καὶ ὑπερφυῶς θεοὶ διαφερόντως αὐτὸν ἐτίμησαν, ὅτι ⟨Ⓐ⟩ ἐραστὴν οὕτω φίλον πολλοῦ ἐποιεῖτο. Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ, Φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾶν, ὃς καὶ καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου, ἀλλ' ἄρα καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων, καὶ ἔτι ἀγένειος ἦν ἔτι τε νεώτερος πολύ, ὡς φησιν Ὅμηρος. ἀλλὰ γὰρ τῶν ὄντι μάλιστα μὲν τοῦτο τιμῶσι θεοὶ ὑμφοὶ τ' ⟨Ⓐ⟩ φίλοι τε καὶ ⟨Ⓐ⟩ ἔρωτα. μᾶλλον μέντοι θαυμάζουσι καὶ ἄγανται καὶ εὖ ποιοῦσιν ὅταν ὁ ἐρώμενος ⟨Ⓐ⟩ ἐραστὴν ἀγαπᾷ, ἢ ὅταν ὁ ἐραστὴς τὰ παιδικά. θειότερον γὰρ ἐραστὴς παιδικοῦ· ἔνθεος γάρ ἐστι. διὰ ταῦτα δὲ τὸν τε Ἀχιλλέα τὸν Ἀλκήστιδος μᾶλλον ἐτίμησαν, εἰς μακάρων νήσους ἀποπέμψαντες. οὕτω δὴ κἀγὼ φημὶ Ἔρωτα θεῶν πρεσβύτατον καὶ τιμιώτατον καὶ κυριώτατον εἶναι εἰς ἀρετῆς καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν ἀνθρώποις, καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασι. Φαῖδρον μὲν τοιοῦτόν τινα λόγον ἔφη εἰπεῖν· μετὰ δὲ Φαῖδρον, ἄλλους τινὰς ἐᾶι) ὧν οὐδὲν πάνυ διεμνημόνευεν· οὓς παρεὶς, ⟨Ⓐ⟩ Παυσανίου λόγον διηγεῖτο. εἰπεῖν δ' αὐτὸν ὅτι,

ΟΥ̓ ΚΑΛΩ̃Σ ΜΟἸ ΔΟΚΕΙ̃, ὦ Φαῖδρε, πρόβεβλῆσθαι ἡμῖν ὁ λόγος, ὃ ἁπλῶς οὕτω παραγγέλλεται ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα. εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε. νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστιν εἷς. μὴ ὄντος δὲ ἑνός, ὀρθότερόν ἐστι πρότερον προρρηθῆναι ὁποῖον δεῖ ἐπαινεῖν. ἐγὼ οὖν πειράσομαι τοῦτο ἐπανορθώσασθαι. πρῶτον μὲν Ἔρωτα φράσαι ὃν δεῖ ἐπαινεῖν, ἔπειτα ἐπαινέσαι ἀξίως τῆς θεοῦ. πάντες γὰρ ἴσμεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος Ἀφροδίτη· ταύτης δὲ μιᾶς μὲν οὔσης, εἷς ἂν ἦν ὁ Ἔρως· ἐπεὶ δὲ δύο ἐστόν, δύο ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι). πῶς δ' οὐ δύο ταὶ θεά; ἡ μὲν γέ που, πρεσβυτέρα, καὶ ἀμήτωρ, Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν· ἡ δὲ νεωτέρα, Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν. ἀναγκαῖον δὴ καὶ Ἔρωτα, τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ συνεργὸν, πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, ⟨Ⓐ⟩ δὲ, οὐράνιον. ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας θεούς· ἀλλ' οὖν ἐκάτερος εἴληχε πειρατέον εἰπεῖν. πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὡσαύτως ἔχει· αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη,

a SECVNDA Amoris commendatio, qua multiplicis amoris differentia oſtenditur. cuius explicatio maximi eſt momẽti in omni diſputatione: ne videlicet ὁμωνυμίᾳ turpiter fallamur. Eſt igitur gemini amoris diſtinctio: quorũ vnus, Cœleſtis eſt: alter, Vulgaris: ille, laude, hic, vituperio dignus. Ita non quemlibet Amorem indiſcriminatim laudandum docet, & ea in re maximã cautionem eſſe adhibendam. Vtrunque illum Amorem ſingulatim explicat.

a NON MIHI SANE VIDETVR, mi Phædre, ſermo ille rectè propoſitus, quo Amorem ſimpliciter iubemur laudare. nam ſi vnus & idẽ eſſet Amor, præclarè quidem ita diceretur. at certè non ita ſe res habet. Quum igitur minimè ſit vnus, magis conſentaneum eſſe videtur priùs diſſertè notare ecqualis amor ſit à nobis cõmendandus. hoc igitur quod à te peccatũ eſt, conabor emendare, & rem totam certius & dilucidius explicare. Primùm enim diſtinctè ſignificabo ecquis amor ſit laudandus: deinde dabo operam vt hunc deũ pro merito commendem. Neminẽ profectò latet, abſque amore Venerem nunquam eſſe. itaque ſi vna eſſet Venus, vnus & Amor eſſet. Atqui quum duæ ſint Veneres, geminum quoq; Amorem eſſe neceſſe eſt. Ecquis verò geminam eſſe Veneré neget? nónne vna quædam eſt antiquior & ſine matre Venus, Cœlo nãta, quã cœleſtem Venerem nuncupamus? altera verò iunior, è Ioue & Dione progenita, quã vulgarem communémque vocamus? Neceſſarium igitur eſt geminos Amores eodem modo ſtatuere: vnum quidem Veneri vulgari miniſtrũ & comitem, vulgarẽ videlicet, accõmodato ſanè vocabulo: alterũ verò, cœleſtẽ. Iam laudare quidẽ omnes hos dẽos cõſentaneũ eſt, vtriuſque tamen Amoris opera ſunt diſtinguenda. Actionis cuiuſlibet generatim hæc eſt cõditio, vt ſuapte natura & per ſe

οὔτε καλὴ, οὔτε αἰσχρά. οἷ, ὃ νῦν ἡμεῖς ποιῦμεν, ἢ πίνειν, ἢ ᾄδειν, ἢ διαλέγεσθαι, οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ καλὸν οὐδέν· ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη. καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς, καλὸν γίγνεται· μὴ ὀρθῶς δὲ, αἰσχρόν. οὕτω δὴ καὶ ὁ ἐρᾶν, καὶ ὁ Ἔρως, οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν. ὁ μὲν οὖν τὴ πανδήμου Ἀφροδίτης, ὡς ἀληθῶς πάνδημός ἐστι, καὶ ἐξεργάζεται ὅτι ἂν τύχῃ· καὶ οὗτός ἐστιν ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι, πρῶτον μὲν οὐχ ἧττον γυναικῶν ἢ παίδων· ἔπειτα, ὧν καὶ ἐρῶσι, τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν· ἔπειτα ὡς ἂν δυνώνται ἀνοητοτάτων· πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς, ἢ μή. ὅθεν δὴ συμβαίνει ἀπὸ τύχης ὅτου ἂν τύχωσι τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθὸν, ὁμοίως δὲ τοὐναντίον. ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς θεᾶς νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας, καὶ μετεχούσης οὐ τῆ θηλείας καὶ ἥλεως καὶ ἄρρενος· ὁ δὲ, τῆς οὐρανίας, πρῶτον μὲν, οὐ μετεχούσης ἥλεως, ἀλλ' ἄρρενος μόνον· (καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως) ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως ἀμοίρου. ὅθεν δὴ ὀρθῶς τὰ ἄρρενα πρὸς τούτου τοῦ ἔρωτος ὡρμημένα ἐστὶ καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχοντα ἀγαπῶντες. καί τις ἂν γνοίη καὶ ἐν αὐτῇ τῇ παιδερασίᾳ τοὺς εἰλικρινῶς ἀπὸ τούτου τοῦ ἔρωτος ὡρμημένους. οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' ἐπειδὰν ἤδη ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν. τοῦτο δὲ πλησιάζει τῷ γενειάσκειν. παρεσκευασμένοι γὰρ (οἶμαι) εἰσὶν οἱ ἐντεῦθεν ἀρχόμενοι ἐρᾶν, ὡς τὸν βίον ἅπαντα ξυνεστάμενοι, καὶ κοινῇ συμβιωσόμενοι· ἀλλ' οὐκ, ἐξαπατήσαντες, ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες, ὡς νέον καταγελάσαντες, οἰχήσεσθαι ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες. χρὴ δὲ καὶ νόμον εἶναι, μὴ ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο. τὸ γὰρ τῶν παίδων τέλος ἄδηλον οἵ τε λῆξαι κακίας καὶ ἀρετῆς ψυχῆς τε πέρι καὶ σώματος. ἕνεκα μὲν οὖν ἀγαθοῦ καὶ νόμον τοῦτον αὖ τοῖς αὐτοῖς ἐκόντες εἶναι δίδομεν· χρὴ δὲ καὶ τούτοις τοῖς πανδήμοις ἐρασταῖς προσαναγκάζειν ὅ τοιοῦτον, ὥσπερ καὶ τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν προσαναγκάζομεν αὖ τοῖς

A neque honesta sit neque turpis. vt ea quæ nunc agimus, bibere, canere, disputare, nullum sanè per se & simpliciter turpe est vel honestum: sed agendi modus vnicuique actioni certam definitámque tribuit appellationem. quod enim bene & rectè agitur, honestum: quod contrà, turpe. Eadem ratione non quilibet amor, nec quilibet amandi modus honestus est atque laudabilis: sed ille solùm honestus est atque laudabilis, qui ad rectè agendum nos impellit. [a] Etenim vulgaris communísque Veneris

B amor, omnino & ipse vulgaris est, & quod fors tulerit, temerè agit. Atque is sanè est qui in viles abiectósque homines cadit. amant verò illi non minus fœminas quàm masculos, & corpora magis quàm animos: &, quantum fieri potest, insipientissimos: eum finem tantùm sibi proponentes vt libidines suas exequantur: honesténe an inhonestè, minimè laborant. Quo fit vt quocunque illos cupiditatum impetus abripuerit, eò præcipites ferantur, nullo boni malíve discrimine. ista enim cupiditas à Venere illa iuniore, & in generatione vtriusq; sexus participe, promanat. [b] Verùm amor ille qui cœlestem Venerem sequitur, quæ non fœminei sed masculi tantùm sexus in generatione est particeps, ita

C in masculum tantùm genus fertur: deinde quoniam antiquioris Veneris est comes, pudicus est & omnis procacitatis & contumeliæ nescius. Itaque ii qui hoc amore inspirantur, masculum genus, natura robustius & generosius & mentis magis cõpos, diligunt. & certè in hoc puerorum amore dignoscuntur ii qui cœlestis illius amoris vi rapiuntur. non enim pueros amant, sed adolescentes, quum mens & ratio in his incipit esse validior atque robustior. hic verò animi status tum viget quũ accedit pubertatis tẽpus. parati enim sunt, opinor, qui sic amare incipiunt, quasi vniuersam vitam vnà communíque quodam vitæ genere cum illis traducturi: non verò vt ita se comparent quò vbi pueros mentis & consilii nó cõpotes circumuenerint, illos exoletos, decerpto iuuentutis flore, &

D irrideant & amandent, & ipsi ad nouos amasios conuolent. Legibus nimirum oporteret esse constitutum, ne quis pueros amaret, videlicet ne in re incerta & ambigua multum studii & laboris frustrà insumeretur. incertus enim est puerorum exitus, quónam scilicet illorum vel corpora vel animi ad bonam malámve frugem euadant. Probi quidẽ viri hãc legem sponte sibiipsis imponunt: consentaneum autem est vulgares illos amatores ad hanc legem adhibita necessitate adigere: quem-

E admodum & quantũ possumus illis etiã interdicimus ne liberas mulieres ament, & iniecto

a Πάνδημον & vulgaris amoris explicatio, qui quidem in fœdo quodam amoris sensu totus a hærescit, ac proinde illum repudiandũ esse docet.

b Οὐρανίου amoris expositio, qui non in fœminas sed in masculos feratur. Puerilis porro illius amoris leges conatur describere, & quatenus sit concedẽdus, quatenus non. Sui autem temporis varios mores hac in re notat: sed quorsum hæc & quàm rectè, ex ipsis verbis fiat iudicium. Equidẽ existimo omnes sanos hìc animaduersuros· luculentum testimonium rationis humanæ insaniemis, quæ ex bonis principiis pessimas conclusiones eliciat, ab illis planè desciscens: sicuti in argumento diximus. Optima illa erat distinctio gemini Amoris, Cœlestis & Vulgaris: inter quos latissimum sanè est discrimen. Ecquis verò cœlestem amorẽ vocauerit puerorum amorẽ, nisi qui se sceleſtissimum & infandissimum velit confiteri? ac proinde Pæderastia non cœlestis amor, sed tartareus erit & portentosus furor. Verum non hæc ex sua sentẽtia Plato dicit, qui pæderastiam τὸ παρὰ φύσιν πάλαισμα vocauit in primo De legib. Semota igitur hæc infamis & inhonestæ procacitatis audacia, Οὐράνιος ille amor ita definiatur, *Qui ad res honestas & diuinas homines impellat, ab inhonestis & turpibus rebus reuocet.* & hæc sit nuda & simplex mysterii istius doctrina. Illius etiam gemini amoris explicatio, vtpote diminuta & manca, emendatur ab Eryximacho, proxime sequenti oratione.

Vel ἀλλ' ἢ ἐπειδὰν legendũ, vel ἅμα pro ἀλλ' ἢ accipiendum videtur: vt παίδων appellatio extendatur longius, sicut in nomine ex ea compositio, quo vsus modò est.

Legitur etiã τὸν τοιοῦτον, vt referatur ad νόμον: & subaud. τὸν τοιοῦτον νόμον ἑαυτοῖς πεθεσθαι. Alioqui cum τὸ τοιοῦτον subaudiri posset breuitas nocet.

ſuppliciorum metu ab illarum amoribus reuocamus. Hi enim ſunt qui amorem op probrio expoſuerũt, vt quidem aliquis auſus ſit dicere, Turpe eſſe amatoribus morẽ gerere. hoc autem in eum finem dictũ eſt, vt importuna & vecors illorum hominũ improbitas notaretur. quod autem modeſtè & legitimè fit, haud quaquam profectò in iuſtam reprehẽſionem cadit. Omnino lex de amore in cæteris ciuitatibus inſtituta, facilè intelligi poteſt, quãdoquidem nudè & ſimpliciter deſcribitur: at ea quę & hîc & Lacedæmone eſt, varia eſt atque multiplex. In Elide enim & apud Bœotios, & vbi non viget dicendi facultas, ſimpliciter lege cautum eſt, Amatoribus eſſe morem gerendum: neque quiſquam apud illos, ſiue iuuenis ſiue ſenex, id turpe eſſe dixerit. Quod quidem eo conſilio ab iis factum eſſe arbitror, ne in perſuadendis adoleſcentibus elaborãdum illis eſſet: quippe qui ad dicendum minimè valerent. In Ionia autẽ & in pleriſque aliis locis quæ barbarico nomini parent, omnino hoc turpe habetur lege. nam inter barbaros, propter tyrannides, & hoc & literarũ & gymnaſticæ ſtudium, turpe ducitur. neque enim, opinor, tyrannidi conducunt ea ſtudia quæ ſubditorum animos generoſos reddunt, & ad firmas amicitias ſocietatéſque contrahendas eos componunt. quarum rerũm ſtudiũ cùm ex aliis rebus, tum verò ab amore maximè ſolet exiſtere. Hoc autem tyranni noſtrates ipſo euentu didicerunt. nam Ariſtogitonis & Harmodii amor, firma neceſſitudine amicitiæ ſtabilitus, ipſorum imperium euertit. Ita nõ obſcurum eſt, iis in locis in quibus lege cautum eſt amatoribus morem nullo modo eſſe gerendũ, ac proinde amoris indulgentia penitus ſublata eſt, id factum eſſe eorum qui leges condiderunt vitio & improbitate: dum nimirũ principes maiorem potentiam vſurpant, ſubditi verò libertatem ſuam produnt, ignauia & paruitate animi: vbi verò penitus eſt permiſſa illa in pueros indulgentia, nullo legum adhibito vinculo, propter eorum qui leges poſuerunt ſocordiam & ſegnitiem id ſanè euenit. Noſtræ autem leges illis vitiis prudenter prouiderunt, rectius videlicet quàm ſuperiores illæ aliis in locis perlatæ. ſed, vt dixi, nõ facilè animaduerti poteſt, ſiquis nimirum id quod vulgò dicitur (Præclarius eſſe palàm amare quàm clanculum, & maximè eos qui generoſiſſimi ſunt & optimi, etiamſi minus ſint formoſi) non adhibitis rationibus prudenter perpenderit. Fauet nimirum amanti communis omnium cohortatio, quaſi nihil turpe ille aggrediatur: ac proinde ſi amator amaſium ceperit, præclarum eſſe videtur: ſi non ceperit, turpe & pudendum. Lex verò ad amaſium expugnandum amatori miras artes machinaſque permiſit: in quibus etiam efficiendis laudem ineſſe voluit, quas res ſiquis, aliud quiduis perſequens & ad exitum perducere inſtituens, tentare auderet,

A καθ' ὅσον δυνάμεθα μὴ ἐρᾶν. οὗτοι γὰρ εἰσὶν
ⓐ καὶ ὁ ὀνειδος πεποιηκότες, ὥστε τινὰ τολ-
μᾶν λέγειν ὡς αἰσχρὸν χαρίζεσθαι ἐρασταῖς.
λέγουσι δὲ εἰς τούτους ἀποβλέποντες, ὁρῶν-
τες αὐτῶν τὴν ἀκαιρίαν καὶ ἀδικίαν. ἐπεὶ οὐ
δή που κοσμίως τε καὶ νομίμως ὁποιῳοῦν σῶ-
μα σκληρύνουσιν, φόβον αἰ δικαίως φέροι.
καὶ δὴ καὶ ὁ περὶ ⓚ ἔρωτα νόμος ἐν μὲν ταῖς
ἄλλαις πόλεσι νοῆσαι ῥᾴδιος· (ἁπλῶς γὰρ
ᾠήσεται) ὁ δ' ἐνθάδε καὶ ὁ ἐν Λακεδαίμονι,
B ποικίλος. ἐν Ἠλίδι μὲν γὰρ ⓒ ἐν Βοιωτοῖς, ἐν
οἷς μὴ σοφοὶ λέγειν, ἁπλῶς νενομοθέτηται
καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς· καὶ οὐκ αἰ
τις εἴποι οὔτε νέος οὔτε παλαιὸς ὡς αἰσχρόν·
(ἵνα, οἶμαι, μὴ σοφίσματ' ἔχωσι, λόγῳ πει- Hoc ordine collocata fuiſſe ueriſimile ſuſpicor, τῆς δὲ Ἰωνίας πολλαχοῦ καὶ ἀλλοθι αἰσχρὸν, &c. (aliquis, ni fallor, ſcribendum fuerit, ὅπου τῆς Ἰωνίας) Ante ὅσοι autem ſubaudi εἰσὶν ἐκεῖνοις, ut παρ' ἐκείνων ſiue ἐπ' ἐκείνων. τὸν δὲ τοῖς ἀρχομένοις.
ρώμενοι πείθειν τοὺς νέους, ἅτε ἀδυνατοι λέ-
γειν)· τῆς δὲ Ἰωνίας καὶ ἀλλοθι πολλαχοῦ αἰ-
σχρὸν νενόμισται ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦ-
σι. τοῖς γὰρ βαρβάροις διὰ τὰς τυραννίδας
C αἰσχρὸν τοῦτό γε, καὶ ἡ γε φιλοσοφία καὶ ἡ φι-
λογυμναστία. οὐ γὰρ, οἶμαι, συμφέρει τοῖς ἀρ-
χοῦσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι τοῖς
ἀρχομένοις, οὐδὲ φιλίας ἰσχυρὰς καὶ κοινω-
νίας· ὃ δὴ μάλιστα φιλεῖ πάντα τε ἄλλα πράγ-
ματα καὶ ὁ ἔρως ἐμποιεῖν. ἔρχει δὲ τοῦτο ἔμαθον ⓒ
ⓐ ἐνθάδε τύραννοι. ὁ γὰρ Ἀριστογείτονος ἔ-
ρως καὶ Ἁρμοδίου φιλία βέβαιος γενομένη
κατέλυσεν αὐτῶν τὴν ἀρχήν. οὕτως, οὖν μὲν
αἰσχρὸν ἐτέθη χαρίζεσθαι ἐρασταῖς, καὶ κεῖ-
ται τοῖς γεγενημένοις κεῖται (τὸ μὲν ἄρχοντων πλεο-
D νεξίᾳ, τοῖς δὲ ἀρχομένων ἀνανδρίᾳ) δῆ ὃ καὶ
καλὸν ἁπλῶς ἐνομίσθη, διὰ τὴν τῶν γεγενημένων
τῆς ψυχῆς ἀρχήν. ἐνθάδε δὲ πολὺ τούτων
κάλλιον νενομοθέτηται· ⓒ (ὅπερ εἶπον) οὐ ῥᾴ-
διον καταγνῶσαι. ἐνθυμηθέντι γὰρ ὅτι λέγε-
ται καλλιον ὃ φανερῶς ἐρᾶν τοῦ λάθρα, καὶ
μάλιστα τῶν γενναιοτάτων καὶ ἀρίστων, καὶ
ἂν αἰσχίους ὦσιν ⓒ ὅτι αὖ ἡ προθυμία τῷ ἐρῶντι ὡδὶ πρώτων θαυμαστή, οὐχ
ὥς τι αἰσχρὸν ποιοῦντι· καὶ ἐλόντι τε, καλὸν δο-
E κεῖ εἶναι), καὶ μὴ ἑλόντι, αἰσχρόν· καὶ περὶ ὃ
ὅπως χειρεῖν ἐλεῖν, δόξουσαν ὁ νόμος δέδωκε ⓒ
ἐρασταῖς, θαυμαστὰ ἔργα ἐργαζομένῳ ἐπαι-
νεῖσθαι. ἃ εἴπις τολμῴη ποιεῖν, ἀλλ' ὁποιῳοῦν
διώκων καὶ βουλόμενος διαπράξασθαι

πλὴν τοῦτο, φιλοσοφίας τὰ μέγιστα καρ-
πῶν τὴν ὀνείδη. εἰ γὰρ ἤ χρήματα βουλόμε-
νος παρά του λαβεῖν, ἢ ἀρχὴν ἄρξαι, ἢ τὴν
ἄλλην δύναμιν ἐθέλει ποιεῖν, οἷα περ οἱ ἐρα-
σταὶ πρὸς τὰ παιδικά, ἱκετείας τε καὶ
ἀντιβολήσεις ἐν ταῖς δεήσεσι ποιούμενοι, καὶ
ὅρκους ὀμνύοντες, καὶ θυμήσεις ἐπὶ θύραις, καὶ
ἐθελοντὰς δουλείας δουλεύειν οἵας οὐδ' ἂν
δοῦλος οὐδεὶς, ἐμποδίζοιτο ἂν μὴ πράττειν
οὕτω τὴν πρᾶξιν καὶ ὑπὸ φίλων καὶ ὑπὸ
ἐχθρῶν, τῶν μὲν, ὀνειδιζόντων κολακείας καὶ
ἀνελευθερίας, τῶν δὲ, νουθετούντων, καὶ αἰ-
σχυνομένων ὑπὲρ αὐτῶν· τῷ δ' ἐρῶντι ζῶν
τὰ πρῶτα ποιοῦντι χάρις ἕπεσι, καὶ δέδοται
ὑπὸ τοῦ νόμου, αἰσχύνας πράττειν, ὡς
παγκαλόν τι πρᾶγμα διαπραττομένῳ.
ὃ δὲ δεινότατον, ὡς γε λέγουσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι
καὶ ὀμνύντι μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν ἐπι-
ορκήσαντι τῶν ὅρκων. ἄφεσις γὰρ ὅρκου οὐ φα-
σιν εἶναι). οὕτω καὶ οἱ θεοὶ καὶ αἱ ἀνθρωποι πᾶ-
σαν ἐξουσίαν πεποιήκασι τῷ ἐρῶντι, ὡς ὁ νό-
μος φησὶν ὁ ἐνθάδε. ταύτῃ μὲν οὖν οἰηθείη
ἄν τις παγκαλὸν νομίζεσθαι ἐν τῇδε τῇ πό-
λει καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ τὸ φίλους γίγνεσθαι τοῖς
ἐρασταῖς. ἐπειδὰν δὲ παιδαγωγοὺς ὅπισθε-
σθε πατέρες τοῖς ἐρωμένοις, μὴ ἐῶσι
ξυλλέγεσθαι τοῖς ἐρασταῖς, καὶ τοῦ παιδα-
γωγοῦ τοῦτα προστεταγμένα ᾖ, ἡλικιῶται
δὲ καὶ ἕτεροι ὀνειδίζωσιν, ἐάν τι ὁρῶσι τοιοῦτο
γιγνόμενον, καὶ τοὺς ὀνειδίζοντας αὖ πρε-
σβύτεροι μὴ ξυγκωλύωσι, μηδὲ λοιδο-
ρῶσιν ὡς οὐκ ὀρθῶς λέγοντας· εἰς δὴ τοῦτό
τις αὖ βλέψας, ἡγήσαιτ' ἂν πάλιν αἴσχιστον
ὂν τοιοῦτον ἐνθάδε νομίζεσθαι. ὃ δὲ, οἶμαι,
ὦ δῆ' ἔχει· οὐχ ἁπλοῦν ὄν ὥσπερ ὀρθῶς
ἐλέχθη οὔτε καλὸν ἐστὶν αὐτὸ καθ' αὑτὸ, οὔτε
αἰσχρόν· ἀλλὰ καλῶς μὲν πραττόμενον, κα-
λόν· αἰσχρῶς δὲ, αἰσχρόν. αἰσχρὸν μὲν οὖν ἐστι
πονηρῶς τε καὶ πονηρῶς χρηίζεσθαι· καλὸν δ',
χρηστῶς τε καὶ καλῶς. πονηρὸς δ' ἐστὶν ἐκεῖ-
νος ὁ ἐραστὴς ὁ πάνδημος, ὁ τοῦ σώματος μᾶλ-
λον ἐρῶν ἢ τῆς ψυχῆς. καὶ γὰρ οὐδὲ μόνιμός
ἐστιν, ἅτε οὐδὲ μονίμου ἐρῶν πράγματος.
ἅμα γὰρ τοῦ τοῦ σώματος ἀνθεῖ λήγοντι, οὗ-
περ ἤρα, οἴχεται ἀποπτάμενος, πολλοὺς λό-
γους καὶ ὑποσχέσεις καταισχύνας. ὁ δὲ τοῦ
ἤθους χρηστοῦ ὄντος ἐραστὴς διὰ βίου μένει, ἅ-
τε μονίμῳ συντακείς. τούτοις δὴ βούλεται ὁ

A maximam haud dubiè & reprehenſionem & ignominiam è philoſophia reportaret. Siquis enim vel pecuniæ accipiendæ vel imperii conſequendi conſilio, aut aliam quamuis facultatem adipiſcendi inſtituto, ea facere aggrederetur quæ amatores erga amaſios ſuos faciunt, videlicet vt ſupplices obteſtentur, paſſim deprecabundi occurrant, prehenſent, ambiant, iuſiurandum di ctis ſuis interponāt, ad fores noctu iaceāt, voluntariam denique ſeruiant ſeruitutem, & quidem huiuſmodi vt ne vile quidē mācipium ei vellet ſe ſubmittere: certè à tam
B turpi actione reuocaretur & ab amicis & ab inimicis, dum horum quidem adulationem & illiberalitatē nimiam exprobrantium voces reformidaret, illorum autem monitionibus pareret, vt ſui pudeat, officiíque reuerentia tangatur: ſi, inquam, alius quiſpiam hæc ageret, meritò reprehēderetur. Amator contrà, dum hæc agit omnia, gratiam ſibi conciliat: imò & à lege ei tribuitur vt ſine vllo infamiæ periculo hæc agat, quaſi in præclaro aliquo opere verſaretur. Quod autē omnium & maxi-
C mum & grauiſſimum cenſeri debet, peruulgatum etiam eſt, amatoriis periuriis ſolis deos veniam tribuere. Venereum quippe iuſiurandum nihil valere aiunt. itaque tam dii quàm homines omnem amanti licentiā præſtiterūt, vt lex noſtra teſtatur. Si hæ omnes rationes prudēter expendātur, hactenus videlicet præclariſſimū quiddam in hac ciuitate Amor exiſtimabitur, id eſt, & amare, & amaſiū amatori ſuo in amando mutua beneuolētia reſpondere. [ſi rurſus ea quæ dicturus ſum, animaduertantur, turpiſſimum contrà videbitur.] Siquidem parentes filios ſuos pædagogis com-
D mendant, qui amaſios cū amatoribus colloqui prohibeant: æquales autem & cæteri ſocii, dum tale quidpiā vident, exprobrāt: illos tamen hoc exprobrantes nec impediunt ſenes nec increpant, quòd non rectè loquantur. Itaque ita hoc ſe habere arbitror, vt (ſicuti initio dixi) Amor per ſe neque honeſtum ſit neque turpe: ſed ſi rectè & honeſtè fiat, rectum & honeſtum: ſi turpiter & indecorè, turpe & indecorum. Tur pe quidem eſt improbo improbè obſequi: honeſtū, probo & honeſto. Improbus autē eſt amator ille vulgaris, qui corpus magis quàm animum amat. neque enim ſtabilis eſt, quum neque rem quidem ſtabilē amet. nam vbi primùm corporis flos quē amabat, emarcuit, improbus ille amator abit, euolat, nihil ſermones, nihil promiſſa reueritus. Ille verò qui bonorum commodorúmque morum amator eſt, per omnē vitam in amicitia perſeuerat, vtpote qui rei ſtabili & firmæ adhæreſceret. Hos nimi-

Poſſ ὅρκων videri poteſt aliquid deeſſe. Quidā ἐμπίμπλαν deſiderari exiſtimarūt. (Eic. Venereū iuſiurandum nihil valere) Nihil autem addendo, intelligēdum eſſet, ὅρκοι οὐκ εἰσὶ τοῖς ἀφροδισίοις, uel τοῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια.

rum lex noſtra vult diligenter explorari, & alios ab aliis ſecerni, & his morem geri, horum contrà conſuetudinem euitari diligenter: quaſi ſummo quodam arbitrio diiudicans atque explorans quiſnam ſit ille qui amat & ille qui amatur, & qua in re maximè amor ille vtrinque verſetur. Hac de cauſa igitur turpe cenſetur, ſtatim amore occupari: quandoquidem tempus debet intercedere, quod multarum rerum vt experiétiam, ita opportunum rectúmque iudicium afferre ſolet. deinde & pecuniæ & imperiorum ciuiliſque potentiæ cupiditate capi, turpe eſt atque importunum: ſiue quis conſternatione quadam animi ſubmittat ſe, & potentioris amori det locum, ſiue contrà beneficiis expugnatus ingentiſve pecuniæ largitionibus, publicorúmve munerum tributa autoritate, non contemnat indignum amorem. nihil enim ex iis firmum ſolidúmque eſſe videtur, præter id quod conſtanter in ipſis verum eſt, Fieri non poſſe vt inde generoſa firmáque vnquam amicitia oriatur. Vna igitur legi noſtræ via reſtat, qua amaſius amatori ſuo gratificari poſſit. Sicuti enim lex illa de amatorib⁹ perlata eſt, Vti ne vllũ ſeruitutis obſequiſque genus, quod ab amatore exhibeatur amaſio, adulatorium & infame habeatur: ſic & alia quædam ſecundum legem volũtaria ſeruitus reſtat, quæ nullam ſubit infamiam. hæc autem eſt ea quæ circa virtutem verſatur. Noſtris enim legibus conſtitutum eſt, ſiquis velit aliquem colere, exiſtimans ſe illius beneficio, vel rei alicuius ſolida quadã cognitione inſtructiorem, vel cuiuſdam alterius virtutis præſidio, meliorem & præſtantiorem euadere: hanc quoque voluntariam ſeruitutem, neque turpem eſſe neque adulatoriam. Oportet autẽ cũ hac lege in idem conferre & quaſi conſtringere eam quæ eſt de puerorũ amoribus, & eam quæ de philoſophia reliquáque virtute perſcripta eſt: ſi honeſta & commoda ratio definiẽda eſt, qua amaſius amatori ſuo obtemperet. Quũ enim in idẽ conuenerint & amator & amaſius, eiuſdẽ legis communitate & præſidio inſtructi, hic quidem mutua beneuolentia amaſio obſequens, & ad omnia legitima obſequia paratus, ille rurſus ei qui ſe & ſapientia & bonis moribus inſtructurus eſt, legitimis obſequiis planè morẽ geret: & hic quidem ad ſapientiam aliáſque virtutes plurimum habet momenti, ille verò, dum eruditione & ſapientia indiget: tunc ſanè his legibus eôdẽ cõcurrentibus, hîc duntaxat cõtingit honeſtũ eſſe atque conſentaneum, amaſiũ amatori ſuo obtemperare, aliâs autem nullo modo. hac in re falli, turpe nõ eſt: in aliis omnibus huiuſmodi obſequium turpe cẽſetur, ſiue obſequẽtẽ fallat opinio, ſiue nõ fallat. Si

A ἡμέτερος νόμος δὴ καὶ καλῶς βασανίζειν· καὶ τοῖς μὲν χαρίσασθαι, τοῖς δὲ ἀφοσιοῦσθαι· τοὺς δὲ ἀφοσιοῦν. ἀφ' οὗπερ οὖν τοῖς μὲν διώκειν παρακελεύεται, τοῖς δὲ φεύγειν· ἀγωνοθετῶν καὶ βασανίζων πότερον ποτέ ἐστιν ὁ ἐρῶν, καὶ πότερον ὁ ἐρώμενος. οὕτω δὴ πρὸς ταύτης τῆς αἰτίας, σωφρόνως μὲν τὸ ἁλίσκεσθαι ταχύ, αἰσχρὸν νενόμισται· (ἵνα χρόνος ἐγγένηται, ὃς δὴ δοκεῖ τὰ πολλὰ καλῶς βασανίζειν) ἔπειτα δὲ πρὸς χρημάτων καὶ πρὸς πολιτικῆς
B δυνάμεως ἁλῶναι, αἰσχρόν, ἐάν τε κακῶς πάσχων πλήξῃ, καὶ μὴ καρτερήσῃ, αὖ τ' ὑπερπετούμενος εἰς χρήματα ἢ εἰς διαφθορὰς πολιτικὰς, μὴ καταφρονήσῃ. σχεδὸν γὰρ δοκεῖ τούτων οὔτε βέβαιον οὔτε μόνιμον εἶναι, χωρὶς τοῦ μηδὲ πεφυκέναι ἀπ' αὐτῶν γίγνεσθαι φιλίαν. μία δὴ λείπεται τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ ὁδὸς, εἰ μέλλει καλῶς χαριεῖσθαι ἑραστῇ παιδικά. ἔστι γὰρ ἡμῖν νόμος, ὡσπερ ὅπου τοῖς ἐρασταῖς ἐῶ, δουλεύειν ἐθέλουσι τὴν τοιαύτην δουλείαν παιδικοῖς, μὴ κολακείαν ἐῶ),
C μηδὲ ἐπονείδιστον. οὕτω δὴ καὶ ἄλλη μία μόνη δουλεία ἑκούσιος λείπεται οὐκ ἐπονείδιστος. αὕτη δέ ἐστιν ἡ πρὸς τὴν ἀρετήν. νενόμισται γὰρ δή που ἡμῖν, ἐάν τις ἐθέλῃ τινὰ θεραπεύειν, ἡγούμενος δι' ἐκεῖνον ἀμείνων ἔσεσθαι ἢ κατὰ σοφίαν τινὰ ἢ κατ' ἄλλο ὁτιοῦν μέρος ἀρετῆς, αὕτη αὖ ἡ ἐθελοδουλεία οὐκ αἰσχρὰ ἐῶ), οὐδὲ κολακεία. δεῖ δὴ τὸν νόμον τοῦτον συμβα-
D λεῖν εἰς ταὐτὸν τόν τε πρὸς τὴν παιδεραστίαν, καὶ τὸν πρὸς τὴν φιλοσοφίαν τε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν· εἰ μέλλει ξυμβῶσαι καλὸν τοῦτο γενέσθαι τῷ ἐραστῇ παιδικὰ χαρίσασθαι. ὅταν μὲν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστής τε καὶ παιδικὰ, νόμον ἔχων ἑκάτερος, ὁ μὲν χαρίσασθαι μισοῦσι παιδικοῖς ὑπηρετῶν ὁτιοῦν, δικαίως ἂν ὑπηρετεῖν, ὁ δὲ, τῷ ποιοῦντι αὐτὸν σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν, δικαίως ἂν ὁτιοῦν ἀντουργεῖν· καὶ ὁ μὲν, δυναμένῳ εἰς φέρησιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ξυμβάλλεσθαι, ὁ δὲ, δεόμε-
E νος εἰς παίδευσιν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν κτᾶσθαι· ὅτε δὴ τούτων ξυιόντων εἰς ταὐτὸν τὸν νόμον, μοναχοῦ ἐνταῦθα ξυμπίπτει τὸ καλὸν εἶναι) παιδικὰ ἐραστῇ χαρίσασθαι, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ. ὅτι τούτου καὶ ἐξαπατηθῆναι σχεδὸν αἰσχρόν· ὅτι δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ ἐξαπατωμένῳ αἰσχύνην φέρει καὶ μή. εἰ

Malè in præced.ª edit.ª pro his accuſ. dualibus ſunt ſingulares, τὸν τοῦτο.

γάρ τις

γάρ τις ἐρᾷῃ, ὡς πλουσίῳ, πλούτου ἕνεκα ξρεισάμενος ὀξαπατηθείη, καὶ μὴ λάβοι χρήματα, ἀναφανέντος τοῦ ἐρασθοῦ πένητος, ὃν οὐδὲν ἧττον αἰσχρόν. δοκεῖ γάρ ὁ τοιοῦτος πᾶν γε αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι ὅτι ἕνεκα χρημάτων ὁποιῳοῦν ἂν ὁτῳοῦν ὑπηρετοῖ· τοῦτο δὲ οὐ καλόν. καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ λόγον καὶ εἴ τις ὡς ἀγαθῷ ξρεισάμενος, καὶ αὐτὸς ὡς ἀμείνων ἐσόμενος διὰ τὴν φιλίαν ἐρασθοῦ, ὀξαπατηθείη, ἀναφανέντος οὐκ εἰσὶν καλοῦ, καὶ οὐ κεκτημένου ἀρετὴν, ὅμως καλὴ ἡ ἀπάτη. δοκεῖ γὰρ αὖ καὶ τοῦτ' ὃ καθ' αὑτὸν δεδηλωκέναι ὅτι ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τοῦ βελτίων γίγεσθαι πᾶν ἂν παντὶ τρόπῳ θεμιτὸν εἶναι· τοῦτο δὲ αὖ πάντων κάλλιστον. ὥστε πάντως γε καλὸν ἀρετῆς γ' ἕνεκα χαρίζεσθαι. οὗτος ἐστὶν ὁ τῆς Οὐρανίας θεοῦ ἔρως, καὶ οὐράνιος, καὶ πολλοῦ ἄξιος καὶ πόλει καὶ ἰδιώταις· πολλὴν ἐπιμέλειαν ἀναγκάζων ποιεῖσθαι περὶ ἀρετὴν τοὺς ἐρῶντα αὐτὸν αὑτοῦ, καὶ τὸν ἐρώμενον. ἡ δ' ἑτέρα πάντες, τῆς ἑτέρας, τῆς πανδήμου. Ταῦτά σοι (ἔφη) ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ὦ Φαῖδρε, περὶ Ἔρωτος συμβάλλομαι. Παυσανίου δὲ παυσαμένου (διδάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν οὑτωσὶ αἱ σοφοὶ) ἔφη ὁ Ἀριστόδημος δεῖν μὲν Ἀριστοφάνην λέγειν, τυχεῖν δὲ αὐτῷ τινὰ ἢ ἐκ τοῦ πλησμονῆς ἢ ἐκ τοῦ ὑπνος ἄλλου λύγα ἐπιπεπωκέναι· καὶ οὐκ οἷόν τε εἶναι λέγειν, ἀλλ' εἰπεῖν αὐτὸν, (ἐγγυτάτω γὰρ αὐτοῦ κατακεῖσθαι) Ὦ Ἐρυξίμαχε, δίκαιος εἶ ἢ παῦσαί με τῆς λυγὸς, ἢ λέγειν ἕως ἐμοῦ, ἕως ἂν ἐγὼ παύσωμαι. Καὶ τὸν Ἐρυξίμαχον εἰπεῖν, Ἀλλὰ ποιήσω ἀμφότερα ταῦτα. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐρῶ ἐν τοῖς σοῖς μέρει· σὺ δ' ἐπειδὰν παύσῃ, ἐν τοῖς ἐμοῖς. ἐν ᾧ δ' ἂν ἐγὼ λέγω, ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνοὴ ἔχειν πολὺν χρόνον παύεσθαι ἢ λύγξ· εἰ δὲ μή, ὕδατι ἀνακογχύλιασον. εἰ δέ τι ἄρα πάνυ ἰσχυρὰ ἐστὶν, ἀναλαβών τι τοιοῦτο οἷον κινήσας ἂν τὴν ῥῖνα, πάρε· καὶ ἐὰν τοῦτο ποιήσῃς ἅπαξ ἢ δίς, καὶ εἰ πάνυ ἰσχυρὰ ἐστὶ, παύσεται. Οὐκ ἂν φθάνοις λέγων, εἰπεῖν τὸν Ἀριστοφάνην· ἐγὼ δὲ ταῦτα ποιήσω. Εἰπεῖν δὴ τὸν Ἐρυξίμαχον,

Δοκεῖ ποιεῖν μοι ἀναγκαῖον εἶναι, ἐπειδὴ Παυσανίας ὥρμησας ἐπὶ τὸν λόγον

A quis enim amatori, vt diuiti & diuitiarum cauſa, paruerit, & in eo cluſus fuerit, id eſt, non adeptus ſit pecuniam, quum amator ille pauper apparuerit: profectò hoc illi ignominiæ ducitur. videtur enim ille ea in re quo animo eſſet oſtendiſſe: nimirum ſe cuilibet inſeruire paratũ eſſe pecuniæ ſpe. hoc verò inhoneſtum eſt. Contrà, ſiquis eo nomine & in eum finem alicui obtemperauerit, quòd ex illius conſuetudine perſuaſum haberet ſe meliorem euaſurum, in eo tamen deluſus fuerit, quum ille amator improbus & virtutis expers apparuerit: omnino error ille honeſtus atque laudabilis eſt hactenus. animum enim ſuum videtur patefeciſſe, ſe virtutis conſequendæ cauſa, & vt melior euaderet, nihil à ſe alienum putare, nullúmque laborem detrectare. quod profectò omnium pulcherrimum præſtantiſſimúmque eſt: ac proinde hactenus omnino eſt honeſtum virtutis gratia morem gerere. Hic eſt cœleſtis illius deæ amor, cœleſtis & ipſe, maximi & emolumenti & pretii tum reipublicæ tum priuatis hominibus: qui & amantem & amaſium ad maximam curam adigit de virtute cõparanda. cæteri verò omnes amatores ad vulgarem illam Veneré pertinent, neque quicquam habent cum hoc priori commune. Hæc, mi Phædre, habebã quæ de Amore nunc in medium conferrem. Pauſania autem παυσαμένῳ [i. quum Pauſanias, vt ita loquar, pauſam finémque dicendi feciſſet] ſic enim alludere vocabulo ſapientes me docent, aiebat Ariſtodemus, oportere ex ſedentium ordine Ariſtophanem loqui: ita tamen euenisſe vt ſingultu, ſeu propter nimiam ſatietatem ſeu aliam D quandam cauſam, impediretur. Itaque ad Eryximachum medicum, qui illi propius aſſidebat, loquendi vices ex ordine obtigiſſe: quem idcirco Ariſtophanes ita ſit alloquutus, Debes, mi Eryximache, aut ſingultum hunc meum compeſcere, aut pro me loqui, donec eo fuerim liberatus. Tunc dixiſſe Eryximachum, Vtrunque verò efficiam. Equidem in tuas dicendi partes tibi ſuccedam: tu verò meas, vbi primùm ſingultu liberatus fueris, explebis. Interea dũ verò ipſe loquor, ſi vis ſpiritum aliquãdiu cohibere, ceſſabit ſingultus: ſin minus id placet, aqua fauces collue gargarizata: &, ſi vehementiſſimus eſt, nares opportunè ſtimula, vt ſternutatio irritetur. quòd ſi id ſemel vel bis feceris, etiamſi ſingultus frequentiſſimus ſit, deſinet. Antequam dicendi finem feceris, inquit Ariſtophanes, faciam quod iubes. Eryximachum igitur ita loquutum,

[a]Necessarium igitur mihi videtur, quandoquidem Pauſanias ſermonem re-

Melius fortaſſe legeretur χαεσόμενος.

a Ariſtophanem ad turpis illius & ὑπνηλίου amoris commẽdationem Plato adhibiturus, obiter perſtringit, gulóſitatis ſuſpitione iniecta: vt dignũ ſit patella operculum, & ſimiles habeant labra lactucas. Ille ex ordine dicturus erat, ſed quòd ſingultu impediretur, dicẽdi partes ad Eryximachum tranſferuntur.

b Tertia Amoris commẽdatio, ex Eryximachi medici verbis: qui ſuperio

rem illam gemini Amoris distinctionem non recte explicatam emendat. Agit igitur de viribus & effectis Amoris in omnibus rebus, in quibus naturali quidē vi inest aliquod dissidium, quod amoris vi & efficacia ita cōponitur, vt inde & concentus & consensus. τ. ἁρμονία & ὁμολογία, existat. quæ quidem vera est omnium rerum salus. Illius Amoris exempla in omnibus rebus docet.

ctè exorsus, non satis idoneum finem imposuit orationi suæ, ego modò coner id explere quod ad cumulatum huius orationis finem desideratur. Opportuna mihi quidem videtur illa gemini siue duplicis Amoris distinctio. Illam autē Amoris vim atque efficaciam non modò in hominum animis erga pulchros, sed & res complures alias, & in aliis omnium animantium animis, & iis etiam quæ terra nascūtur: denique, vt summatim complectar, in omnibus rebus quæ Naturæ ambitu continentur, inesse, ex medicinæ nostræ institutis mihi videor comperisse, Magnum videlicet hunc Deum & admirabilem, in res omnes & humanas & diuinas sese porrigere atq; diffundere. A medicina primordium ducam, vt singulari ratione meam artem honorem. Natura enim corporum geminum hunc amorem habet. [a] quod enim in corpore nostro sanum est & morbosum, haud dubiè aliud & dissimile est: quod verò dissimile est, dissimilia cupit & amat. Alius est igitur amor, qui in sano est corpore, alius, qui in morboso. &, vt paulo antè Pausanias affirmabat, honestum esse bonis & moderatis hominibus morem gerere, improbis autem & intēperantibus, turpe: ita & de nostris corporibus statuēdum sanè est. bonis enim & sanis cōsentaneum est obsequi, & ita etiā oportet (& hac quidem in re vniuersa medicinæ ratio versatur:) at profligatis & morbosis corporibus turpe est gratificari, & oportet etiam illis displicere: si modò quis futurus est bonus & commodus medicus. Est autem medicina (vt rem summatim comprehendam) nihil aliud quàm earum rerum scientia quæ ad amatorios corporis affectus pertinent, ad repletionem & euacuationem: vt quidē is qui in his rebus pulchrum & deformem amorem dignoscit, id est, nouit quid amet, quid respuat natura, quid illi aptum sit, quid contrà, is inquam, medicus sit peritissimus: tum is qui ita permutare hæc potest vt pro altero amore nascatur alter, & corpori ingeneretur: & quibus abest Amor, inesse autem oportet, nouit illū ingenerare atque indere, & inditum expellere: ille videlicet eruditus est artifex. Illum etiam ea facultate præditum esse oportet, vt quæ in corpore sunt maximè inimica, possit cōciliare, mutuúmque inter hæc amorē inserere. Inimica autem sunt ea quæ maximè sunt cōtraria, frigidū calido, amarum dulci, siccum humido, & cætera huiusmodi. Quū nostri generis autor AEsculapius nosset hunc amorē cōsensúmq; corporibus inserere (vt aiunt isti poetæ, & ego fidem habeo) ita artē nostrā constituit. Hac igitur ratione & via omnis (quemadmodū aio) medicina ab hoc Deo gubernatur, [b] Ita quoq; & de gymnastica & agricultura statuendū est.

a In natura, cuius ministra est Medicina: quam Medicinā inde definit Eryximachus medicus.

b Eandem Amoris vim in Gymnastica, Agricultura, obiter, in Musica accuratè & copiosè docet.

A καλῶς, ὑχ ἱκανῶς ἀπετέλεσε, δεῖν ἐμὲ πειρᾶσθαι τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ. ὃ μὲν γὰρ διπλοῦν ἐστὶ τὸ Ἔρωτα, δοκεῖ μοι καλῶς διελέσθαι· ὅτι γ' οὐ μόνον ἐστὶν ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς καλοὺς, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλα πολλά, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς τε σώμασι τῶν πρώτων ζώων, καὶ τοῖς ἐν τῇ γῇ φυομένοις, καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι, καθορῶντι μοι δοκῶ ἐκ τῆς ἰατρικῆς, τῆς ἡμετέρας τέχνης· καὶ ὡς μέγας καὶ θαυμαστὸς, καὶ ἐπὶ πᾶν ὁ θεὸς τείνει, καὶ κατ' ἀνθρώπινα καὶ κατὰ θεῖα πράγματα. ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς λέγων, ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν τέχνην. ἡ γὰρ φύσις τῶν σωμάτων τὸν διπλοῦν Ἔρωτα τοῦτον ἔχει. τὸ γὰρ ὑγιὲς τοῦ σώματος καὶ τὸ νοσοῦν ὁμολογούμενόν ἐστον καὶ ἀνόμοιόν ἐστι· τὸ δὲ ἀνόμοιον ἀνομοίων ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ. ἄλλος μὲν οὖν ὁ ἐπὶ τῷ ὑγιεινῷ ἔρως, ἄλλος δὲ ὁ ἐπὶ τῷ νοσώδει. ἔστι δή (ὥσπερ ἄρτι Παυσανίας ἔλεγε) τοῖς μὲν ἀγαθοῖς καλὸν χαρίζεσθαι τὰ ἀνθρώπων, τοῖς δὲ ἀκολάστοις αἰσχρόν. ὥσπερ δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς σώμασι, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἑκάστου τὰ σώματος καὶ ὑγιεινοῖς καλὸν χαρίζεσθαι, καὶ δεῖ, καὶ τοῦτό ἐστιν ᾧ ὄνομα ἡ ἰατρική· τοῖς δὲ κακοῖς καὶ νοσώδεσιν αἰσχρόν τε, καὶ δεῖ ἀχαριστεῖν, εἰ μέλλει τις τεχνικὸς ἔσεσθαι). ἔστι γὰρ ἰατρικὴ (ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν) ἐπιστήμη τῶν τοῦ σώματος ἐρωτικῶν πρὸς πλησμονὴν καὶ κένωσιν. καὶ ὁ διαγιγνώσκων ἐν τούτοις καλόν τε καὶ αἰσχρὸν ἔρωτα, οὗτός ἐστιν ὁ ἰατρικώτατος· καὶ ὁ μεταβάλλειν ποιῶν, ὥστε αὐτὶ τοῦ ἑτέρου ἔρωτος ἕτερον κτήσασθαι. καὶ οἷς μὴ ἔνεστιν ἔρως, δεῖ δ' ἐγγενέσθαι, ἐπιστάμενος ἐμποιῆσαι, καὶ ἐνόντα ἐξελεῖν, ἀγαθὸς αὖ εἴη δημιουργός. δεῖ γὰρ δὴ τὰ ἐχθίστα ὄντα ἐν τῷ σώματι, φίλα οἵόντ' εἶναι ποιεῖν, καὶ ἐρᾶν ἀλλήλων. ἔστι δὲ ἐχθίστα, τὰ ἐναντιώτατα· ψυχρὸν θερμῷ, πικρὸν γλυκεῖ, ξηρὸν ὑγρῷ. πάντα τὰ τοιαῦτα τούτοις ἐπιστηθεὶς ἔρωτα ἐμποιῆσαι καὶ ὁμόνοιαν ὁ ἡμέτερος πρόγονος Ἀσκληπιὸς (ὡς φασιν οἵδε οἱ ποιηταί, καὶ ἐγὼ πείθομαι) συνέστησε τὴν ἡμετέραν τέχνην. ἡ τε οὖν ἰατρικὴ (ὡς πρὸς λέγω) πᾶσα ἀρχὴν ἔχει τοῦ θεοῦ τούτου κυβερνᾶται, ὡσαύτως δὲ καὶ γυμναστικὴ, καὶ γεωργία·

A ἦν ὥστε μοι δόξαι μὴ βιωτὸν εἶ) ἔχοντι ὡς ἔχω. καὶ ταῦτα ὦ Σώκρατες οὐκ ἐρεῖς ὡς οὐκ ἀληθῆ. καὶ ἔτι γε νεῦ ξυνοίδα ἐμαυτῷ ὅτι εἰ ἐθέλοιμι παρέχειν τὰ ὦτα, οὐκ ἂν καρτερήσαιμι, ἀλλὰ ταυτὰ ἂν πάσχοιμι. ἀναγκάζει γάρ με ὁμολογεῖν, ὅτι πολλοῦ ἐνδεὴς ὢν αὐτὸς ἔτι, ἐμαυτοῦ μὲν ἀμελῶ, τὰ δ' Ἀθηναίων παρέχω. βία οὖν ὥσπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων ὀπιθόμενος τὰ ὦτα οἴχομαι φεύγων· ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τούτῳ καταγηράσω. πέπονθα γὰρ πρὸς τοῦτον μόνον αὖ
B θρώπων ὃ οὐκ ἄν τις οἴοιτο ἐν ἐμοὶ ἐνεῖναι, τὸ αἰσχύνεσθαι ὁντινοῦν. ἐγὼ γὰρ τοῦτον μόνον αἰσχύνομαι. ξυνοίδα γὰρ ἐμαυτῷ ἀντιλέγειν μὲν οὐ δυναμένῳ ὡς οὐ δεῖ ποιεῖν ἃ οὗτος κελεύει· ἐπειδὰν δ' ἀπέλθω, ἡττημένῳ τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν. δραπετεύω οὖν αὐτόν, καὶ φεύγω· καὶ ὅταν ἴδω, αἰσχύνομαι τὰ ὡμολογημένα. καὶ πολλάκις μὲν ἡδέως
C ἂν ἴδοιμι αὐτὸν μὴ ὄντα ἐν ἀνθρώποις· εἰ δὲ αὖ τοῦτο γένοιτο, οὐ οἶδα ὅτι πολὺ μεῖζον αὖ ἀχθοίμην. ὥστε οὐκ ἔχω ὅτι χρήσομαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ ὑπὸ μὲν δὴ τῶν αὐλημάτων καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τοιαῦτα πεπόνθασιν ὑπὸ τοῦδε τοῦ σατύρου. ἀλλὰ δὴ ἐμοῦ ἀκούσατε ὡς ὁμοίως τέ ἐστιν " οἷος Vel οἷον ferendum, vel οἷς. ſic enim quidā uet.
ἐγὼ εἰκάσαι αὐτόν, καὶ τὴν δύναμιν ὡς θαυμασίαν ἔχει. οὐ γὰρ ἴστε ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν τοῦτον
D γινώσκει· ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω, ἐπεὶ γὰρ ἠρξάμην. ὁρᾶτε γὰρ ὅτι Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν, καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἐστὶ καὶ ἐκπέπληκται. καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάντα, καὶ " οὐδὲν οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο οὐ σφηνῶδες σφόδρα γε. τοῦτο γὰρ οὕτως ἔξωθεν πε- Malim οὐδὲ οἶδεν, ne hoc quidem nouit. Malè autem ὃ pro οὗ in prac. edit. ante σφηνῶδες.
ειβέβληται, ὥσπερ ὁ γεγλυμμένος Σφηνός. ἔνδοθεν δ' αὖ οἷοι εἰσθεῖς, πόσης οἴεσθε γέμειν, ὦ ἄνδρες συμπόται, σωφροσύνης; ἴστε ὅτι οὔτ' εἴτις καλὸς ἐστὶ μέλει αὐτῷ οὐδέν, ἀλλὰ κα- E ταφρονεῖ τοσοῦτον ὅσον οὐδεὶς ἄν εἴς οἰηθείη· οὔτ' εἴτις πλούσιος, οὔτ' εἰ ἄλλην τινὰ τιμὴν ἔχων τῶν ὑπὸ πλήθους μακαριζομένων. ἡγεῖται δὲ πάντα ταῦτα τὰ κτήματα οὐδενὸς ἄξια, καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶ) · εἰρωνευόμενος δὲ καὶ παίζων πάντα τὸν βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διατελεῖ. ἀσυδάσθη δ' αὖ καὶ ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα εἴτις ἐώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα. ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον· καί μοι ἔδοξεν οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ εἶ) τὰ παγκαλα

καὶ θαυμασά, ὥστε ποιητέον εἶ) ὃ τι βούλεται ὅ, τι κελεύῃ Σωκράτης. ἠρυθρίων ὃ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ὅπῃ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ, ἔρμαιον ἡγησάμενος εἶ) καὶ δυτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν· ὡς ὑπάρχον μοὶ, χαριεσαμένῳ Σωκράτει, πάντ' ἀκοῦσαι ὅσα ἦρ οὗτος ἤδη. ἐφρόνουν γὰρ ἤδη ὅπῃ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. Ταῦτα οὖν διανοηθεὶς πρῶτον, οὐκ εἰωθὼς αὖθις ἀκολουθοῦντι μόνος μετ' αὐτοῦ γίνεσθαι, τότε ἀποπέμπων Ⓜ ἀκόλουθον, μόνος σύνειμι. δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πάντα παλαιὰ εἰπεῖν. ἀλλὰ πρόσεχετε Ⓜ νοῦν· καὶ, εἰ ψεύσομαι, Σώκρατες, ἔξελεγχε. σύνειμι γάρ, ὦ ἄνδρες, μόνος μόνῳ, ὡς ἐμοὶ ἔφη αὐτίκα διαλέξεσθαι αὐτόν μοι ἅτε ἂν ἐρασὴς παιδικοῖς ἐν ἐρημίᾳ διαλεξθείη, καὶ ἥσθην. τούτων δ' οὐ μάλα ἐγίγνετο οὐδέν· ἀλλ' ὥσπερ εἰώθει, διαλεχθεὶς αὖ μοι καὶ συνημερεύσας ᾤχετο ἀπιών. μετὰ ταῦτα συγγυμνάζεσθαι προυκαλούμην αὐτόν, καὶ συνεγυμνάζετο· ὡς τι ἐν ταύτῃ περαιῶν. συνεγυμνάζετο δή μοι καὶ προσεπάλαιε πολλάκις· οὐδενὸς πρόσω. καὶ τί δεῖ λέγειν; οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν. ἐπειδὴ δ' οὐδαμῇ ταύτῃ ἰοῦσιν, ἐδόξέ μοι ὅπῃ δεκτέον εἶ) τῷ ἀνδρὶ κατὰ καρτερόν, καὶ οὐκ ἀνετέον, ἐπειδὴ γε ἐλκεχρήκειν, ἀλλὰ ἰσχέον ἤδη τί ὄστι τὸ πρᾶγμα. προσκαλοῦμαι δὴ αὐτὸν πρὸς τὸ συνδειπνεῖν, ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐραστὴς παιδικοῖς ὅπως οὐ λοῦσιν. καί μοι οὐδὲ τοῦτο ταχὺ ὑπήκουσεν, ὅμως δ' οὖν χρόνῳ ἐπείθη. ἐπειδὴ δ' ἀφίκετο, τοσοῦτον σύνδειπνήσας ἀπιέναι ἐβούλετο. καὶ τότε μὲν αἰσχυνόμενος ἀφῆκα αὐτόν· αὖθις δ' ὅπως οὐ λοῦσιν, ἐπειδὴ ἐδεδειπνήκει, διελεγόμην πορρωτάτω νυκτός· καὶ ἐπειδὴ ἐβούλετο ἀπιέναι, σκηψάμενος ὅτι οὐκ εἴη, προσαναπαύσας αὐτὸν ἔμεινα. ἀνεπαύετο οὖν ἐν τῇ ἐχομένῃ ἐμοῦ κλίνῃ, ἐν ἧπερ ἐδείπνει· καὶ οὐδεὶς ἐν τῷ οἰκήματι ἄλλος καθηῦδεν ἢ ἡμεῖς. μέχρι μὲν οὖν δὴ δεῦρο τὸ λόγου, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὁντινοῦν λέγειν· τὰ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἂν μου ἠκούσατε λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μὲν, τὸ λεγόμενον, οἶνος ἄλλο τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής· ἔπειτα ἀφαιρήσομαι Σωκράτους ἔργον ὑπερφανὲς, εἰς ἔπαινον ἐλθόντα, ἀδικεῖν μοι φαίνεται. ἔτι δὲ τὸ τῶν δηχθέντος ὑπὸ τῶν ἔχεως πάθος κἀμὲ ἔχει. Φασὶ γάρ που ἕνα τοῦτο παθόντα, οὐκ ἐθέλειν λέγειν οἷον ἦν πλὴν τοῖς δεδηγμένοις, ὡς μόνοις

A & mirabiles ſunt viſæ, vt apud me conſtituerim ea propediem exequi quæ iubet Socrates. Quum verò aliquando arbitrarer eum de mea forma valde eſſe ſolicitum, opportunam felicémque hanc occaſionē diuino quodam numine mihi obtigiſſe exiſtimabam: quòd dum Socrati gratificarer, ea omnia audire poſſem quæ ille nouerat. formæ enim meæ opinio mihi magnos ſanè animos faciebat. Quum hæc cogitaſſem, nec ſolerē antea cum illo ſine comite & arbitro colloqui, factum tamen
B eſt vt dimiſſo comite ſolus cum ſolo verſarer. Vera autem omnia ſunt vobis dicenda, quæ velim à vobis attentè audiri. ſi mentior, Socrates, tu liberè redarguito. Equidem cum ſolo ſolus ſum verſatus: & exiſtimabam illum eos ſermones mihi cōtinuò ingeſturum, quos amaſiis amatores in ſolitudine ſolent, & hac ſpe lætabar. horum tamen nihil actum eſt, ſed, vt de more habebat, quum ad veſperam vſq; diſſeruiſſet, abibat. Poſt ad certamina gymnaſtica illum prouocaui, & cum illo nudus
C memet exercui, quaſi hoc pacto aliquid eſſem perfecturus. mecum igitur nudus ſe exercuit, & luctatus eſt ſæpenumero, nemine præſente. Sed quid dicendum eſt? nihil promoui. Quum hæ artes minimè mihi ſuccederent, firmioribus machinis virum aggrediendum eſſe exiſtimaui, neq; vllo modo ſinendum. quid verò molitus fuerim, quas rationes verſauerim, iuuat vobis exponere. Illum ad cœnam inuitaui, eo reuera conſilio vt, tanquam amator amaſiis, ſi ſtruerem inſidias. Is verò nec facilè paruit: tandem verò obſequutus eſt.
D venit igitur. ſed vbi primùm cœnam ſumpſit, confeſtim ſurrexit abeundi conſilio. ego pudore ſuffuſus, permiſi eum diſcedere. Sed alias ſtruxi quoque ei nouum inſidiarum genus. poſt cœnam ad multam noctem ſermonem protraxi, & quum vellet diſcedere, cauſans iam longius progreſſam eſſe noctem, manere eum coēgi mecum. quieuit igitur in proximo lecto ei in quo cœnauerat: nullus tamen præter nos in eo cubiculo dormiebat. Quæ hactenus dicta ſunt, ſine rubore proferri poſſunt: quæ verò ſequuntur, non priùs audietis
E quàm prouerbium illud, Vinum & cum pueris & ſine pueris eſt veridicum. Quinetiam iniuſtum videtur vt is qui Socratē laudat, ſuperbum peruicáxque illius facinus ſilētio prætereat. Deinde verò nec aliter affectus ſum, quàm is qui à vipera morſus eſt. aiunt enim illum qui hunc morſum ſit paſſus, nolle cuipiam alii quale ſit huiuſmodi vulnus indicare, quàm iis qui eo morbo laborant: quippe qui morbum &

nouerint, & veniam conceſſuri ſint ſiqui cruciatu cõpulſus & loqui & facere omnia dubitet. Ego igitur morſus à grauiore, & grauius vulnus ſentiẽs quàm quod quilibet ſignificare queat, & quidẽ corde vel animo vel alia quapiam parte quæ alio nomine ſit deſignanda, vulneratus & morſus à philoſophiæ ſermonibus (qui nimirum acrius in animo hærent quàm vipera, quum iuuenem nec minimè ignobilem animum occuparint, & ad quidvis & dicendum & faciendũ illũ impellunt) nihil quicquã reliqui facere decreueram, quò Socratem mecum arctiſſima neceſſitudine copularẽ. Quod equidem liberè dico, quum Phædros, Agathonas, Eryximachos, Pauſanias, Ariſtodemos & Ariſtophanes, ipſum denique Socratem, alióſque innumerabiles, quos nihil eſt opus nominatim recenſere, eodem philoſophiæ quaſi furore correptos, & propemodum bacchantes conſpiciam. Quapropter omnes & patientius audietis, veniámque faciliorem tribuetis iis quæ à me nũc & dicũtur & fiunt. Famuli autem & ſiquis alius adſit profanus & agreſtis, *magnas auribus imponat fores*. Poſtquã, ô viri, extincta eſſet lucerna, & famuli egreſſi eſſent, nihil cunctandũ, ſed ingenuè quid ſentirem aperiendum ratus, ad illum acceſſi. Ita eum pepuli, &, Socrates, inquam, dormis? Nequaquam, inquit. At ſciſne, inquam, quídnam mihi hactenus viſum fuerit? Quídnam verò? inquit. Tu mihi, inquam, ſolus amator me dignus extitiſſe, & tamẽ ſegnior in colenda mei memoria, ac proinde in amore mihi minimè reſpõdere videris. Equidem quum ita ſe res habeat, planè ſtultum & vecors eſſe ducerem, niſi hac quoque in re tibi gratificarer, & in cæteris rebus, ſiqua in re vel meis facultatibus indigeas, ſiue amicis meis. Mihi quidẽ nihil eſt antiquius quàm vt optimus vir euadam. ad hanc rem conſequendam nemo te præſtantior atque efficacior opem auxiliúmque ferre poteſt. ego autem, ſi tãto viro minimè obſequerer, ſapientes & cordatos viros multo magis vererer, quàm ſi illi obſequar, vulgarium & inſipientum inanes reprehenſiones. Quę quum ille audiiſſet, diſſimulanter admodum, pro more atque inſtituto ſuo, Videris reuera, mi Alcibiades, non ignauus & vilis eſſe, ſi vera illa ſũt quæ de me ais, & ineſt mihi vis quædã per quã ipſe melior effici poſſis, & mirã in me pulchritudinem cõſpicias tua forma longè præſtantiorem. Si igitur hæc videns, illa ipſa communicare mecum conaris, & pulchritudinem cum pulchritudine commutare, cogitas opimius quoddam lucrum ex me reportare. nam pro opinione rerum pulchrarum veritatem conaris

A γνωσομένοις τε καὶ συγγνωσομένοις εἴ πᾶν ἐτόλμα δρᾶν τε καὶ λέγειν ὑπὸ τῆς ὀδύνης. ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε ὑπὸ ἀλγεινοτέρου, καὶ τὸ ἀλγεινότατον ὧν ἄν τις δηχθείη. τίνι γὰρ, ἢ φυλῷ, ἢ ὅτῳ δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι, πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἳ ἔχονται ἐχίδνης ἀγριώτερον, νέου ψυχῆς καὶ μὴ ἀφυοῦς ὅτου μᾶλλωνται, καὶ ποιοῦσι δρᾶν τε καὶ λέγειν ὁποιῶν· καὶ ὁρῶν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας, B Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀριστοδήμους τε καὶ Ἀριστοφάνη. Σωκράτη δ' αὐτὸν τί δεῖ καὶ λέγειν, καὶ ὅσοι ἄλλοι; πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας. διὸ πάντες ἀκούσεσθε. συγγνώσεσθε γὰρ τοῖς τότε τοιαῦτα καὶ τοῖς νεωστὶ λεγομένοις. ⓐ ἴθι οἰκέτα, καὶ εἴ τις ἄλλος ὅστις βέβηλός τε καὶ ἀγροῖκος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ὑπόθεσθε. ἐπειδὴ γὰρ οὖν ὦ ἄνδρες ὅ, τε λύχνος ἀπεσβήκει, καὶ ⓐ παῖδες ἔξω ἦσαν, ἔδοξέ μοι χρῆναι μηδὲν ποικίλλειν πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἐλευθέρως εἰπεῖν ἃ μοι ἐδόκει. καὶ εἶπον, κινήσας αὐτὸν, Σώκρατες καθεύδεις; C Οὐ δῆτα, ἦ δ' ὅς. Οἶσθα οὖν ἃ μοι δέδοκται; Τί μάλιστα; ἔφη. Σὺ ἐμοὶ δοκεῖς (ἢν δ' ἐγὼ) ἐμοῦ ἐραστὴς ἄξιος γεγενέναι μόνος· καὶ μοι φαίνῃ ὀκνεῖν μεταθεῖσθαι πρός με. ἐγὼ γὰρ οὕτω σοὶ ἔχων, πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναί σοι μὴ οὐ καὶ τοῦτο χαρίζεσθαι, καὶ εἴτι ἄλλο ἢ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς δέοιο, ἢ τῶν φίλων τῶν D ἐμῶν. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν ὅτι πρεσβύτερον τοῦτ' ὡς ὅτι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι. τούτου γὰρ οἶμαί μοι συλλήψεσθαι οὐδένα κυριώτερον εἶναί σου. ἐγὼ δὴ τοιούτῳ ἀνδρὶ πολὺ μᾶλλον ἂν μὴ χαριζόμενος αἰσχυνοίμην τοὺς φρονίμους, ἢ, χαριζόμενος, τοῖς τε πολλοῖς καὶ ἀφρόνως. Καὶ οὗτος ἀκούσας, μάλα εἰρωνικῶς καὶ σφόδρα ἑαυτῷ εἰωθότως ἔλεξεν, Ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, κινδυνεύεις ὄντι οὐ φαύλῳ τῷ ὄντι (εἰ ἄρ' ἀληθῆ τυγχάνει ὄντα E ἃ λέγεις περὶ ἐμοῦ, καί τις ἔστ' ἐν ἐμοὶ δυνάμις, δι' ἧς ἂν σὺ γένοιο ἀμείνων, ἀμήχανόν τε κάλλος ὁρᾷς ἂν ἐν ἐμοὶ, καὶ τῆς σῆς σοὶ εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον. εἰ δὴ καθορῶν αὐτὸ κοινώσασθαί τέ μοι ἐπιχειρεῖς, καὶ ἀλλαξάσθαι κάλλος αὐτὶ κάλλους, οὐκ ὀλίγῳ μου πλεονεκτεῖν διανοῇ, ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἀληθείαν καλῶν κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς,

Scribendum puto ἀλγεινοτάτου. Manet autem ſuſpenſa hæc oratio, quæ videtur poſſe dici αὐτὰ τὰ δόξαντα. Non aliter certè intell. quã ſi orationis ἐπιστομίσεως ἐπόδοσις hæc eſſet, ἐγὼ δὲ δεδηγμένος, καὶ ὁρῶν αὖ ὑμᾶς, Φαίδρους, Ἀγαθ. &c. δεδηγμένους, ἐθέλω ὑμῖν λέγειν τὰ ὀντεῦθεν. συγγνώσεσθε γὰρ &c.

καὶ τῷ ὄντι χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς. ἀλλ' ὦ μακάριε ἀμείνων σκόπει, μή σε λανθάνω οὐδὲν ὤν. ἥκει τῆς διανοίας ὄψις ἀρχεται ὀξὺ βλέπειν ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγῃ δυνάμεως· σὺ δ' τούτων ἔτι πόρρω. Καὶ γὰ ἀκούσας, Τὰ μὲν πρ' ἐμοῦ, ἔφην, ταῦτ' ἔστιν· ὧν οὐδὲν ἄλλως εἴρηται ἢ ὡς διανοοῦμαι. σὺ δ' αὐτὸς οὕτω βουλεύου ὅ, τι σοί τε ἄριστον καὶ ἐμοὶ ἡγῇ. Ἀλλ', ἔφη, τοῦτό γε οὐ λέγεις. ἐν γὰρ τῷ ὀπίσω χρόνῳ βουλευόμενοι πράξομεν ὃ ἂν φαίνηται ἡμῖν περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἄριστον. Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσας τε καὶ εἰπών, καὶ ἀφείς, ὡς ἐβέλετο τετρῶσθαι αὐτὸν ὑμῖν. καὶ ἀναστάς γε, οὐδὲ ὀπτρέψας τούτῳ εἰπεῖν οὐδὲν ἔτι, ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ ἐμαυτοῦ τοῦτο, (καὶ γὰρ ἦν χειμών) ὑπὸ τὸν τρίβωνα κατακλινεὶς τουτουὶ, περιβαλὼν τῷ χειρὶ τούτῳ τῷ δαιμονίῳ ὡς ἀληθῶς καὶ θαυμαστῷ, κατεχείμην τὴν νύκτα ὅλην. καὶ οὐδὲ ταῦτα αὖ, ὦ Σώκρατες, ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι. ποιήσαντος δή μου ταῦτα ἐμοῦ, οὕτως ὑπερεφρόνησε τε καὶ κατεγέλασε τῆς ἐμῆς ὥρας καὶ ὕβρισε· καὶ ἐκεῖνό γε ὑμῖν ἦν ἂν) ὦ ἄνδρες δικασταί. δικασταὶ γὰρ ἐστὲ τῆς Σωκράτους ὑπερηφανίας. οὐ γὰρ ἴστε, μὰ θεούς, μὰ θεάς, οὐδὲν πεισθέντες καταδεδαρθηκὼς αὐτὸν μετὰ Σωκράτους, ἢ εἰ μετὰ πατρὸς καθηῦδον, ἢ ἀδελφῷ πρεσβυτέρῳ. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, ἵνα οἴεσθέ με διάνοιαν ἔχειν, ἡδυνάμην μὲν ἠμελάθαι, ἀγάμενον δὲ τὴν τούτου φύσιν τε, καὶ σωφροσύνην καὶ ἀνδρίαν; οὐ τετυχηκότα αὖ ἀνθρώπῳ τοιούτῳ οἷῳ ἐγὼ οὐκ ἂν ἄμεινον ποτὲ ἐντυχεῖν εἰς φρόνησιν καὶ εἰς καρτερίαν; ὥστε οὐθ' ὁπωσοῦν ὀργιζόμενον εἶχον, καὶ ἀποστερηθεὶς τῆς τούτου συνουσίας, οὔτε ὅπῃ πρασσαγορίμην αὐτὸν ὑπόρουν. οἶδ γὰρ ἤδη ὅτι χρήματα σὲ πολὺ μᾶλλον ἄτρωτος εἶ πάντα καὶ, ἢ σιδήρῳ ὁ Αἴας· ᾧ τε ἤμην αὐτὸν μόνῳ ἁλώσεσθαι, διεπεφεύγειμε. ἠπόρουν δὴ, καταδεδουλωμένος τε ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου, ὡς οὐδεὶς ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου, πρᾶγμα. ταῦτά τε γάρ μοι ἄπορα προσῆν· καὶ μετὰ ταῦτα στρατεία ἡμῖν εἰς Ποτίδαιαν ἐγένετο χρόνῃ, καὶ συνεσκηνοῦμεν ἐκεῖ. πρῶτον μὲν δὴ τοῖς πόνοις οὐ μόνον ἐμοῦ περιῆν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· ὁπότε μοι χωροῖ ἀπολειφθέντες που (οἷα δὴ

Vel ἤπι. est autē aeric. præpositi non postpositi. sed accipit accentum ob sequentem vocalē enclit. Paulo pōst, pro ἐπιχρῇ, quod est in uet. legitur in præc. edit. ἐπιρρῇ, quo nihil significatur.

Scribēdum potius ὅπως ἔν. Intell. enim, ὅτ' εἶχον ὅπως ἐσαγοίμην. nam uocat partis alacritatem, sicut & alibi.

A lucrari, & aurea pro æreis recipere. Sed mi Alcibiades vide diligenter ne in me decipiaris, qui nihil sum. Tunc nimirum cogitationis oculus incipit acutè cernere, quū primùm corporis oculus definit vim illā suam exerere: tu verò ab hac ætate procul abes. Quæ quum audiſſem, Meæ, inquā, res ita omnino vt dixi se habent, neque aliud in ore aliud in pectore circumfero. tu autem ita consilium cape, prout & tibi & mihi optimum fore arbitraris. Probè, inquit, loqueris. posthac enim, re deliberata agemus & in his & in cæteris rebus
B quæ vtrique nostrûm opportuniora videbuntur. Quum vltrò citróque habiti essent sermones isti, illum dimisi, ratus videlicet eum hisce meis verbis, quasi telo, vulneratum: & quum surrexissem, ne verbum quidem ab illo vlterius fieri permisi: & vestē hanc quam videtis circumdedi (erat enim hyems) substratóque eius tribone recubui: & mirabilem hunc reuera felicémque virum his manibus amplectens, ita totam
C noctem iacui. Nec hæc falsa esse dices, Socrates. Verùm quāuis hæc omnia fecissem, nihilominus tamen ille adeo obfirmato animo stetit vt & me & meam formam contemneret, & per contumeliam ludibriúmque nihili faceret. quanquam illam equidem aliquid esse arbitrabar, Iudices. iudices enim estis Socratis superbiæ. Deos ego deásque testor, me non aliter cum Socrate surrexisse, acsi cum patre aut cum fratre natu maiore dormiuissem. Ecquid verò animi mihi post hæc fuisse putatis,
D quum me contemptum quidem existimarem? eius contrà & ingeniū & temperantiam & fortitudinem mirum in modum admirarer, quam nimirum experientia cognouissem, virum talem nactus, qualem me & prudentia & tolerantia parem inueniri nusquá posse credam? Quapropter qua ratione illi succēsere, & illius consuetudinē repudiarē, neq; contrà quibus modis illum mihi conciliarem, haudquaquam suppetebant rationes. noueram videlicet hunc à pecuniarum telis difficilius vndiquaque
E vulnerari posse, quàm Aiacem ferro. & quum illud quo facilius eum expugnatum iri credebam, irritum cecidisset, hærebat mihi consilium: ciúsque hominis quasi vinculis in seruitutem redactus, & ei tam addictus quàm mortalium quisquam cuiquam, circumuagabar. Hæc omnia à me priùs sunt facta. post hæc euenit vt communem vnà militiam obiremus in Potidææ expeditione, & essemus quoque contubernales. Primùm quidem laborum patientia non me solùm sed omnes etiam alios superabat: & siquando, vt in bello solet, commeatus penuria laboraremus,

nulli huic pares comperiebantur, ad sitim famémque superandam. In liberioribus autem conuiuiis hic solus maximam voluptatem colligere videbatur: & quum bibere recusaret, tandem verò cogeretur, omnes bibendo longè superabat: &, quod maximè est mirabile, Socratem ebrium nemo vnquam mortalium vidit. qua de re præstò esse argumentum existimo. Iam in perferendis hyemis frigoribus (ibi enim sunt iniquissima) mirabilia planè faciebat, & alias quidem alia: tum verò maximè quum dirissimum gelu vigeret, & nemo è tentoriis egrederetur, &, siqui exirēt, nonnisi vestibus circummuniti, & pedes pellibus & constipatis pannis circumuoluti: at Socrates sub hoc ipsum tempus ita cū cæteris militibus egrediebatur, vt nihil ad eam vestem adiungeret quam priùs solebat ferre: nudis verò pedibus per glaciem facilius incedebat, quàm cum calceis alii. milites verò quum hæc videbant, se ab eo contemni arbitrabantur. Et de his quidem hactenus. Quid autem vir tolerantissimus fecerit in ea expeditione, operæpretium est audire. quum enim aliquando in cogitationem quandam incidisset, eodem in vestigio à matutino tempore stetit cogitabūdus: & quum cogitationem illam suam explicare non posset, non tamen remittebat animi conatum, neque mouebatur loco, sed inuestigabundus hærebat: & iam meridies erat, militésque id senserant, & mirabantur, alterque narrabat alteri, Socratem ab aurora stetisse cogitantem. Tandem verò Ionici quidam milites, quum nox iam immineret, cœnati (erat enim tunc æstas) circa eum strata posuerunt, & sub dio iacuerunt, & attente illum obseruabant an per noctem quoque perseueraret. ille verò stetit, donec illuxit aurora, & ortus est sol: quem vbi salutauisset, discessit. In prælis quomodo se gesserit, non est silentio prætermittendum. nam in ea pugna in qua strenuitatis corona militares duces me honestarunt, nemo alius me seruauit quàm Socrates. me enim grauiter vulneratum noluit deserere vnquam, sed me & arma fortiter conseruauit. Ita tunc equidem eram autor ducibus nostris vt tibi, Socrates, strenuitatis coronam attribuerēt (neq; tu ista falsa esse conquereris) At quum duces, meæ dignitatis habita ratione, censerent illam strenuitatis coronam mihi esse tribuendam, tu ipsis etiam ducibus in ea sententia vt mihi bonos ille tribueretur, comitem te alacriorem exhibuisti, quàm vt debitam illam gloriam tibi vendicares. Illud quoque dignum est admiratione quod fecit Socrates quum à

A ὅτι στρατείας) ἀσιτίαν, οὐδὲν ἧσσον ① ἄλλοι τοιοῦτος ἦν καρτερεῖν. ἔν τ' αὖ ταῖς βώμαις μόνος ἀπολαύειν οἷός τ' ἦν· τά τ' ἄλλα, καὶ πίνειν οὐκ ἐθέλων, ὁπότε ἀναγκασθείη, πάντας ἐκράτει· καὶ, ὃ πάντων θαυμαστότατον, Σωκράτη μεθύοντα οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν ἀνθρώπων. τούτου μὲν οἶμαι δοκεῖ καὶ αὐτίκα ὁ ἔλεγχος ἔσεσθαι. τοὺς δὲ τῆς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις (δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες) θαυμάσια ἐργάζετο τοιά τε ἄλλα, καὶ ποτε ὄντος τοῦ πάγου οἷόν δεινοτάτου, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων εἰ δύναιτο, ἢ, εἴπις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα, καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐφελιγμένους τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας· οὗτος δὴ ἐν τούτοις ἐξιὼν ἔχων ἱμάτιον μὲν τοιοῦτον οἷονπερ καὶ πρότερον εἰώθει φορεῖν· ἀνυπόδητος δὴ ἰὼν τοῦ κρυστάλλου ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ ② ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. ② δ' ἐστρατιῶται ὑπέβλεπον αὐτὸν ὡς καταφρονοῦντα σφῶν. καὶ B ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

Οἷον δ' αὖ πρόσθεν ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὲς αὖθι ἐκεῖ ποτε ὅτι στρατείας, ἄξιον ἀκοῦσαι. ξυνοήσας γάρ τι αὐτόθι ἑωθεν ἰὼν ἐζήτει σκοπῶν· καὶ ἐπειδὴ οὐ προυχώρει αὐτῷ, οὐκ ἀπῄει, ἀλλὰ ἐζήτει ζητῶν· καὶ ἤδη ἰὼν μεσημβρία, καὶ ἀνθρωποι ἐθεῶντο· καὶ θαυμάζοντες, ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν ὅτι Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ φροντίζων τι ἕστηκε. τελευτώντες δέ τινες τῶν Ἰώνων, ἐπειδὴ ἑσπέρα ἦν, δειπνήσαντες (καὶ γὰρ θέρος τότε ἦν) χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι, ἅμα μὲν ἐν τῷ ψύχει καθεύδον, ἅμα δ' ἐφύλαττον αὐτὸν εἰ καὶ τὴν νύκτα ἑστήξοι. ὁ δ' εἱστήκει μέχρις ἕως ἐγένετο, καὶ ἥλιος ἀνέσχεν· ἔπειτα εὐξάμενος τῷ ἡλίῳ εἰ δ' βούλεσθε ἐν ταῖς μάχαις. τοῦτο γὰρ δὴ δίκαιόν γε αὐτῷ ἀποδοῦναι. ὅτε γὰρ ἡ μάχη ἦν, ἐξ ἧς ἐμοὶ καὶ πρεσβεῖα ἔδοσαν ③ στρατηγοί, οὐδεὶς ἄλλος ἐμὲ ἔσωσεν ἀνθρώπων ἢ οὗτος, οὐκ ἐθέλων τε- E τρωμένον ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ σὺν δίεσάσε καὶ τὰ ὅπλα καὶ αὐτὸν ἐμέ. ἐγὼ μὲν, ὦ Σώκρατες, καὶ τότε ἐκέλευον σὲ διδόναι πρεσβεῖα τοὺς στρατηγούς (καὶ τοῦτό γέ μοι οὔτε μέμψῃ, οὔτε ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι) ἀλλὰ γὰρ τῶν στρατηγῶν πρὸς τὸ ἐμὸν ἀξίωμα ἀποβλεπόντων, καὶ βουλομένων ἐμοὶ διδόναι πρεσβεῖα, αὐτὸς προθυμότερος ἐγένου τῶν στρατηγῶν ἐμὲ λαβεῖν ἢ σαυτόν. ἐπὶ τίνι, ὦ ἄνδρες, ἄξιον ἰδεῖν ἦν σε, Σώκρατες, ὅτε ἀπὸ

In præced. edit. malè legitur, Οἱ ν δ' αὐτο δ' ἐξέξε. Homerus enim est auctor, quem ad sententiam suam accommodat: sed apud illum legitur εἰνὰ Ἀλλ' οἷον πρό τ' ἔξε, Odyss. δ.

Post βάλεσθε interpungendū censeo: quum sit aliquot uerborum ellipsis, perinde ac si dictum esset, εἰ δὲ βούλεσθε ἀνοῆσαι ἐν ταῖς μάχαις. Alioquin tota uideri possent subauditenda, ad explendam sententiam, εἰ δὲ βούλεσθε ἀνοῆσαι ἐν ταῖς μάχαις, καὶ οὕτω ἐρῶ.

Δηλίου

Δηλίου φυγῇ αἰσχρᾷ τὸ στρατόπεδον. ἔτυχον γὰρ παρὰ τοῦτο ὁπλίτης θεραπεύων. καὶ ἐγὼ μὲν ἱππικὸν ὁπλίτης ἔχων, οὔτος δ' ὅπλα. αἰσχρᾷ οὖν ἐσκεδασμένων ἤδη τῶν ἀνθρώπων οὗτός τε ἅμα καὶ Λάχης· καὶ ἐγὼ μὲν εὐτυγχάνω, καὶ ἰδὼν, οὗπερ παρεκελεύομήν τε αὐτῷ θαρρεῖν, καὶ ἔλεγον ὅτι οὐκ ἀπολείψω αὐτόν. ἐνταῦθα δὴ καλλίον ἐθεασάμην Σωκράτη ἢ ἐν Ποτειδαίᾳ· (αὐτὸς γὰρ ἧττον ἐν φόβῳ ἦν, ἅμα τὸ ἐφ' ἵππου εἶναι) πολὺ μὲν, ὅσον περὶ Λάχητος τῷ ἐμφρόνως εἶναι· ἔπειτα ἐμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστοφάνες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἐκεῖ ἅμα πορεύεσθαι, ὥσπερ καὶ ἐνθάδε, βρενθυόμενος, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων· ῥᾴδιον παρατυχόντα καὶ τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πολεμίοις δῆλος ὢν πάνυ πόρρωθεν ὅτι εἴπερ ἄρα τούτου γε ἀνδρός, μάλα ἐρρωμένως ἀμυνεῖται. διὸ καὶ ἀσφαλῶς ἀπῆλθε καὶ οὗτος καὶ ὁ ἕτερος. σχεδὸν γάρ τι τῶν οὕτω διακειμένων ἐν τῷ πολέμῳ οὐδὲ ἅπτονται, ἀλλὰ τοὺς πανταχόθεν φεύγοντας διώκουσι. πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις καὶ ἄλλα ἔχοι Σωκράτους ἐπαινέσαι καὶ θαυμάσια· ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπιτηδεύματων ἴσως ἄν τις καὶ περὶ ἄλλου τινὸς εἴποι· τὸ δὲ μηδενὶ ἀνθρώπων ὅμοιον εἶναι, μήτε τῶν παλαιῶν μήτε τῶν νῦν ὄντων, τοῦτο ἄξιον παντὸς θαύματος. οἷος γὰρ Ἀχιλλεὺς ἐγένετο, ἀπεικάσειεν ἄν τις καὶ Βρασίδαν καὶ ἄλλους· καὶ οἷος αὖ Περικλῆς, καὶ Νέστορα καὶ Ἀντήνορα· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι· καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ τοῦτ' ἄν τις ἀπεικάζοι· οἷος δὲ ὁτιοῦν γέγονε τοῦτο ἀτοπίαν ἀνθρωπος, ἐς αὐτὸς ἐς τοὺς λόγους αὐτοῦ, ὁδὸν ἐγγὺς ἂν εὕροι τις ζητῶν, οὔτε τῶν νῦν, οὔτε τῶν παλαιῶν· εἰ μὴ ἄρα οἷς ἐγὼ λέγω ἀπεικάζοι τις αὐτὸν ἀνθρώπων μὲν μηδενὶ, οἷς δὲ Σιληνοῖς καὶ σατύροις, αὐτόν τε ἐς τοὺς λόγους. ἐς γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς πρόσθεν παρέλιπον, ὅτι καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ ὁμοιοπαθοῦσι εἰσὶ τοῖς Σιληνοῖς τοῖς διοιγομένοις. εἰ γὰρ ἐθέλοι τις τῶν Σωκράτους ἀκοῦσαι λόγων, φανεῖεν ἂν πάνυ γελοῖοι τὸ πρῶτον· οὕτω ῥήματα καὶ ὀνόματα ἔξωθεν περιαμπέχονται σατύρου ἄν τινα ὑβριστοῦ δορᾶν. ὄνους γὰρ καὶ σκυτοτόμους λέγει, καὶ χαλκέας καὶ βυρσοδέψας, καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ φαίνεται λέγων· ὥστε ἄπειρος καὶ ἀνόητος ἀνθρωπος πᾶς ἂν τῶν λόγων καταγελάσειε.

A Delio fuga fusa se nostr exercitus recepit. nam interfui etiam huic prælio ex equo pugnans, quum Socrates ipse pedes esset. Profligatis igitur nostris, & fuga iã omniũ facta, Socrates & Laches pedẽ vnà referebant, in quos quum casu incidissem, iussi ipsos esse bono animo, néque eos nunquã deserturũ confirmaui. hîc igitur eo melius Socratẽ aspicere potui quàm ad Potidæã, quoniam ego confisus equo, minus formidabam. Primùm igitur intueri licebat quanta animi & præsentia & cautione Lachetem superaret: deinde & mihi visus est,

B Aristophanes, quod & ipse ais, ibi *non aliter quàm hîc incedere, & oculis omnia quietè circumlustrans, & circumspectè singula oculis notans atque designans*; & hostes & amicos: cáq; oris prasentia, vt eminus etiã intuenti non obscurum esse posset, siquis eum inuasisset, non id incruento Marte ei successurum. Itaq; & hic & alter tutò discedebant. eos enim qui ita sunt animati, in prælio vix quisquã audet adoriri, sed ii persequentium manibus & telis facilè inuoluuntur qui fusa fuga in pedes se dant præ-

C cipites. In multis quidem aliis mirũ in modũ laudari Socrates potest, sed huiusmodi fortasse sunt vt illorum commendatio cum aliis etiam possit esse communis: at illud in quo nemini mortalium vel qui supersunt vel qui olim extiterunt, similis esse possit, illud verò omni admiratione dignum est. nam qualis Achilles fuerit, talem coniiciat fortasse aliquis fuisse Brasidam, & alios quosdam: Periclem verò & Nestori & Antenori similem extitisse: & de multis quoque hominibus idem constitui

D potest: sed qualis sit Socrates, & illius ingenii morúmque ratio præter cæterorum hominũ vitã & mores & in viuẽdi & in loquẽdi modo, quàm varia & multiplex: neq; veterum neque superstitum hominũ quisquam, quantumuis accuratè quis rem inuestigauerit, comperiatur qui ad eum similitudine quadam accesserit. Itaq; nõ hominum cuipiam, sed Silenis his & satyris hũc Socratẽ assimilari posse arbitror. Nẽpe & illud hactenus prætermisi, ipsius sermones Silenorum imaginibus esse similes, quæ (vt diximus) aliud intrà habeãt, aliud

E extrà repræsentẽt. Siquis enim eius sermones audiat, prima quidẽ (vt aiũt) frõte absurdi & ridiculi videtur. verba enim & tota sentẽtiarũ ipsarũ conformatio veluti exterius amicitur contumelioſi cuiusdã procacísque satyri pelle. asinos enim clitellarios, & fabros ærarios nescio quos, & cerdones, coriarios semper habet in ore, & de his rebus sermonem instituere videtur, vt qui minus rerum sunt imperiti aut ingenio valent, hos sermones facilè contemnant.

At ſi illos ſermones intus aliquis conſpexerit, primùm quidé comperiet illos ſolos mentem habere: tum verò penitius inſpicienti & diuiniſſimi & plerasque virtutis effigies haud dubiè complectentes, & longiſſimè proſpicientes, imò omnia ea cõtinentes quæ faciunt ad vitam bene beatéque inſtituendam, videbuntur. Hæc ſunt, conuiuæ, in quibus Socratẽ laudo: & quæ in illo quoq; deſidero, ne etiã ea prætermitterẽ quæ ad meam priuatam iniuriã pertinerent. Neq; verò tantùm aduerſus me ita ſe geſſit, ſed etiam aduerſus Charmidem Glauconis filiũ, & Euthydemũ Dioclis, & alios complures, quos ſub amatoris ſpecie ita fefellit vt ipſe non amator ſed amaſius verè extiterit. Quocirca tibi quoq; ſum autor, Agatho, ne ab illo circumueniaris, ſed meo periculo ſis cautior: neq;, vt eſt in prouerbio, *accepto incommodo, ſtultorum in morem ſapias.* Quum hęc dixiſſet Alcibiades, illa loquendi libertate obortus eſt riſus inter omnes conuiuas, quaſi amore erga Socratem ſe adhuc affectum declararet. Tũc Socrates, Sobrius mihi eſſe videris, Alcibiades: alioqui ita exquiſitè longis verborũ ambagibus minimè id conatus eſſes ſilẽtio obtegere cuius cauſa omnia dixeras, & quod in orationis calce veluti obiter perſtrinxiſti, quaſi præter propoſitum id dicere videare: eo tamen conſilio vt me & Agathonem diſiungas. me enim te vnum amare debere arbitraris: Agathonem verò à nemine quàm à te amari. verùm haud quaquam nos latuit ecquid vellet illud ſatyricum & Silenicum commentum. At, mi Agatho, videndum eſt etiam atque etiã ne ei veteratoriæ artes ſuccedant, nec vllus diſſidii inter te & me tribuatur locus. Tũ Agathonem, Vera omnino, mi Socrates, dicere videris. inde autem etiam illius animum cõiicio, quòd inter me & te medius aſſederit, vt nos ſcilicet diſiungeret. at illi hoc minimè ſuccedet: ſed ego hinc ſurgam, vt prope te accumbam. Sic nimirum, ait Socrates, hîc infra me ſede. Proh Iuppiter, exclamat Alcibiades, qualia perpeti me hic vir cogit! in omnibus me vult ſuperare. at ſi nihil aliud, vir optime, ſaltem illud condona, vt medius inter nos ſedeat Agatho. Id fieri non poteſt, inquit Socrates. tu enim me laudaſti, oportet autem hunc ad dextram laudare. ſi igitur poſt te maneat Agatho, haud me rurſus laudabit priùs quàm à me laudetur. ſed ſine, mihi crede, neque huic inuideas

A διοιχομένους ὃ ἰδὼν αὖ τις, καὶ ἐντὸς αὐτῶν γιγνόμενος, πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μόνους εὑρήσει τοὺς λόγους, ἔπειτα θειοτάτους, καὶ πλεῖστα ἀγάλματα ἀρετῆς ἐν αὐτοῖς ἐχοντας, καὶ ὅτι πλεῖστον τείνοντας, μᾶλλον δὲ ὅτι πᾶν ὅσον προσήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῷ κἀγαθῷ ἔσεσθαι. ταῦτ' ἔστιν, ὦ ἄνδρες, ἃ ἐγὼ Σωκράτους ἐπαινῶ· καὶ οὓς ἀ μέμφομαι, συμμίξας ὑμῖν εἶπον ἃ μεμφοίμεθα. καὶ μάρτυσι οὐκ ἐμὲ μόνον ταῦτα πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ Χαρμίδην Γλαύκωνος, καὶ Εὐθύδημον Διοκλέους, καὶ ἄλλους πάνυ πολλούς· οὓς οὕτως ἐξαπατᾷ, ὡς ἐραστὴς, παιδικὰ μᾶλλον αὐτὸς ἀδίσεται αὐτὸ ἐρασθέν. ἃ δὴ καί σοι λέγω ὦ Ἀγάθων μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων γνόντα, βλαβῆναι, καὶ μή, κατὰ τὴν προοιμίαν, ὥσπερ νήπιον, παθόντα γνῶναι. Εἰπόντος δὴ ταῦτα τοῦ Ἀλκιβιάδου, γέλωτα γενέσθαι ὅτι τῇ παρρησίᾳ αὐτοῦ, ὅτι ἐδόκει ἔτι ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ Σωκράτους. ὦ οὗτος Σωκράτη, Νήφειν μοι δοκεῖς, φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη. οὐ γὰρ ἂν ποτε οὕτω κομψῶς κύκλῳ περιβαλλόμενος ἀφανίσαι ἐπεχείρεις οὗ ἕνεκα ταῦτα πάντα εἴρηκας, καὶ, ὡς ἐν παρέργῳ δὴ λέγων, ὅτι τελευτῆς αὐτὸ ἕνεκα· ὡς οὐ πάντα τούτου ἕνεκα εἰρηκώς, τοῦ ἐμὲ καὶ Ἀγάθωνα διαβαλλεῖν· οἰόμενος δεῖν ἐμὲ μὲν σοῦ ἐρᾶν καὶ μηδενὸς ἄλλου, Ἀγάθωνα δ' ὑπὸ σοῦ ἐρᾶσθαι, καὶ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἄλλου. ἀλλ' οὐκ ἐλήθης, ἀλλὰ τὸ σατυρικόν σου δρᾶμα τοῦτο καὶ Σιληνικὸν καταφανὲς ἐγένετο. ἀλλ' ὦ φίλε Ἀγάθων, μηδὲν πλέον αὐτοῦ γένηται· ἀλλὰ πρόσχωμεν ὅπως ἐμέ καὶ σε μηδεὶς διαβαλεῖ. Τὸν οὖν Ἀγάθωνα εἰπεῖν, Καὶ μάλ' ὦ Σώκρατες κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν· τεκμήρασθαι δ' ἔστιν ὡς κατεκλίνην ἐν μέσῳ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ ἵνα χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ. ἀδὲν οὖν πλέον αὐτοῦ ἔσται, ἀλλ' ἐγώ σοι πρὸς ἐλθὼν κατακλινήσομαι. Παῦ γε (φαίη ὦ Σωκράτη) δεῦρο κάτω ἐμοῦ κατακλίνου. Ω Ζεῦ (εἰπεῖν ὦ Ἀλκιβιάδην) οἷα αὖ πάσχω ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου. οἴεταί μου δεῖν πρωταχῆ θεὶς εἶναι· ἀλλ' εἰ μή τι ἄλλο, ὦ θαυμάσιε, ἐν μέσῳ ἡμῶν ἔα Ἀγάθωνα κατακεῖσθαι. Ἀλλ' ἀδύνατον, φάναι ὦ Σωκράτη. σὺ γὰρ μὲ ἐπῄνεσας, δεῖ δ' ἐμὲ αὐτὸν ὑπὸ δεξιὰ ἐπαινεῖν. ἐὰν οὖν ὑπὸ σοὶ κατακλινῇ Ἀγάθων, οὐδή που ἐμὲ πάλιν ἐπαινέσεται πρὶν ὑπ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐπαινεθῆναι. ἀλλ' ἔασον, ὦ δαιμόνιε, καὶ μὴ φθονήσῃς τῷ

Malim, ἃ μέμφομαι συμμίξας, ὑμῖν ἔφην.

μειρακίῳ ὄντι ἐμοὶ ἐπαινεθῆναι. καὶ γὰρ πάνυ ἐπιθυμῶ αὐτὸν ἐγκωμιάσαι. Τοιγοῦν (φάναι τὸν Ἀγάθωνα) Ἀλκιβιάδη, οὐκ ἔστ' ὅπως οὐ συδὲ μείνομι· ἀλλὰ πρώτους μᾶλλον μεταναστήσομαι, ἵνα καὶ σοῦ Σωκράτους ἐπαινέσω. Ταῦτα σκεῖνα (φάναι τὸν Ἀλκιβιάδην) τὰ εἰωθότα· Σωκράτους παρόντος τῶν καλῶν μεταλαβεῖν ἀδύνατον ἄλλῳ. καὶ νῦν ὡς εὔπορος καὶ πιθανὸν λόγον εὗρεν ὥστε πρὸ ἑαυτοῦ κατακεῖσθαι. Τὸν μὲν γὰρ Ἀγάθωνα, ὡς κατακεισόμενον πρὸς τοῦ Σωκράτει αἴσεσθαι· ἐξαίφνης δὲ κωμαστὰς ἥκειν παμπόλλους ὅτι τὰς θύρας, καὶ ὅτου τυχόντας ἀνεῳγμένας, ἐξιόντος τινὸς εἰς τὸν αὐτίκρυς, πορεύεσθαι ἐπὶ σφᾶς, καὶ κατακλίνεσθαι· καὶ θορύβου μεσὰ πάντα εἶ), καὶ οὐκέτι ἐν κόσμῳ οὐδενὶ αἰσθάνεσθαι πίνοντας πάμπολλον οἶνον. Τὸν μὲν οὖν Ἐρυξίμαχον καὶ τὸν Φαίδρον καὶ ἄλλους τινὰς ἔφη ὁ Ἀριστόδημος οἴχεσθαι ἀπιόντας οἴκαδε ὕπνου λαβεῖν· καὶ καταδαρθεῖν πάνυ πολύ, ἅτε μακρῶν τῶν νυκτῶν οὐσῶν· ἀνεγρέσθαι δ' ἤδη ἡμέρας, ἤδη ἀλεκτρυόνων ἀδόντων. ἐξεγρόμενος δ' ἰδεῖν τοὺς μὲν ἄλλους καθεύδοντας, καὶ οἰχομένους, Ἀγάθωνα δὲ καὶ Ἀριστοφάνη καὶ Σωκράτη ἔτι μόνους ἐγρηγορέναι, καὶ πίνειν ἐκ φιάλης μεγάλης ὑποδέξια. Καὶ δῆτα Σωκράτη αὐτοῖς διαλέγεσθαι. τὰ μὲν ἄλλα ὁ Ἀριστόδημος οὐκ ἔφη μεμνῆσθαι τῶν λόγων· (οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς παρεγενέσθαι, νυστάζειν τε) τὸ μέντοι κεφάλαιον ἔφη, ἀναγκάζειν Σωκράτη ὁμολογεῖν αὐτούς, τὸν αὐτὸν ἀνδρὸς εἶ) κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπίστασθαι ποιεῖν, καὶ τέχνη τραγῳδοποιὸν ὄντα, καὶ κωμῳδοποιὸν εἶ). Τούτων δὴ ἀναγκαζομένους αὐτοὺς, καὶ οὐ σφόδρα ἑπομένους, νυστάζειν. καὶ πρῶτον μὲν καταδαρθεῖν Ἀριστοφάνη· ἤδη δ' ἡμέρας γιγνομένης, Ἀγάθωνα. Καὶ δῆτα Σωκράτη κατακοιμίσαντ' ἐκείνους, ἀναστάντα ἀπιέναι, καὶ αὐτὸς, ὥσπερ εἰώθει, ἔπεσθαι· καὶ ἐλθόντα εἰς Λύκειον, ἐπονίσασθαι ὡσπερ ἄλλοτε, τὴν ὅλην ἡμέραν διατρίβειν· καὶ οὕτω διατρίψαντα, εἰς ἑσπέραν οἴκοι ἀναπαύεσθαι.

A vt à me laudetur. ego enim vehemẽter illũ cupio laudare. Hui hui, Alcibiades (tum ait Agathon) quid hîc morer? locum iamiam commuto, vt me Socrates laudet. Mos ille eſt Socratis, ait Alcibiades, vt eo præſente nemini liceat alteri formoſos ſibi conciliare. vide ſodes quàm facilè probabilem rationem inuenerit vt hic ſibi aſſideat. Surrexit igitur Agatho vt prope Socratem ſederet. tunc verò aiebat Ariſtodemus continuò multos debacchantes eò veniſſe, quòd nacti eſſent forte fortuna apertas cœnaculi fores (aliquis enim in proximum B locum egreſſus era) & eos circa illos confertim acceſſiſſe & conſediſſe: ac proinde omnia tumultu fuiſſe plena, vt nullus poſthac ordo in bibendo fuerit ſeruatus. idcirco Eryximachum & Phædrum, & alios quoſdam domum diſceſſiſſe, ſomni capiẽdi cauſa (erãt enim tunc longæ noctes) & ad gallicinium diluculo ſurrexiſſe. Somno autem ſe excitatum aiebat vidiſſe quidem alios dormiẽtes, alios verò domum diſceſſiſſe: Agathonem autem & Ariſtophanem & Socratem ſolos adhuc vigilare & bibere in ampla quadam phiala, circuitu facto ſibi C inuicem ſuccedentes. Socratẽ autem aſſiduò diſſerere. Neque verò ſe aliorũ ſermonũ recordari aiebat Ariſtodemus, tũ quòd ab initio non interfuiſſet, tum quòd etiam ſomno grauatus dormitaret: ſummam verò diſputationis illius extitiſſe, Socratem illos eò adigere vt faterentur, ad eundem hominẽ pertinere ſcientiã comœdiæ & tragœdiæ cõponendæ, & vtriuſq; officiũ iiſdẽ terminis circumſcribi, idémq; planè vtrique eſſe ſubiectum. Quum hæc illi potius D coacti quàm perſuaſi conceſſiſſent, tum illos dormitare: & Ariſtophanem primum ſumno ſe dediſſe, Agathonem deinde, exorta iam luce: Socratem verò dormientibus illis ſurrexiſſe, & in Lyceum, ipſo vt conſueuerat comitante, fuiſſe profectum, & lotum ſolito ſe more exercuiſſe, ac demum ad veſperam domi quieuiſſe.

In Ald. ἐξέρχεσθαι, pro quo in Germ. ἐξεγείρεσθαι: ſed mox ἐξεγείρεσθαι, à quo eſt partic. ſequens ἐξεγρόμενος.

Scribitur rectè αὐτοὺς, quamuis ὃ præcedat ὦ ſequatur accuſ. quoniam de ſe hæc dicere narrantur Ariſtod.

In præced. edit. ὅλιν: ſed ὃ Fic. agnoſcit ὅλην.

PHAEDRVS, ΦΑΙΔΡΟΣ,

Siue, Ἢ,

DE PVLCHRO. ΠΕΡΙ ΚΑΛΟΥ.

ARGVMENTVM.

EST QVOQVE hæc disputatio, quemadmodum & ea quæ in Symposio continetur, tota μοσαϊκὴ, & argumentum illi affine complectitur. vtraque enim de Amore. sed in variũ tamẽ finẽ. illa enim Amoris naturã explicat: hæc, illius παθη, inter quæ præstantissimum & efficacissimũ est, pulchritudinis appetitio. Sed quoniam in ea pulchri cupiditate variè ab hominibus peccatur, rerũ vmbras nõ veritatẽ persequẽtibus, ac proinde pro vero pulchro fœdissima quædã εἴδωλα colẽtibus: idcirco accuratè edisserendum fuit quænam esset vera pulchritudo: quæ est hominis dos augustissima, eiúsq; quasi ὀντολέχεια, qua nimirũ à brutis animantibus discriminatur. Illa autem vera pulchritudo, est Ratio, qua cum Deo, qui est αὐτόκαλον, homo coniungitur, ad illius similitudinẽ certa efficacíq; rerũ diuinarũ cognitione conformatus, quæ in omnes vitæ partes latè manat. Rationis autẽ & σύμβολον & interpres est oratio, singulare donũ & ἄξίωμα homini peculiariter tributũ. illius enim ministerio & opera Rationis pulchritudo eluceſcit, in pulchra orationis conformatione luculenter illustris: & diuinæ illius similitudinis ἀκμαχία in lucem cognitionémq; hominũ vẽniunt. Ita & in ratione & in oratione vera illa pulchritudo hominis versatur: quę quũ multipliciter ab eo perfœdetur, impotẽti cupiditatũ ἀλόγων intẽperie, fit vt variæ sint multiplicésq; turpitudinis species, & in ipso animo & in sermone: quæ tamẽ pulchritudinis sensum quẽdã retineant, eiúsq; nomẽ mentiantur. Hac de causa Plato, vt veræ illius pulchritudinis naturam φιλοσοφικώτερον explicaret, re paulo altius repetita, vulgaris corruptíq; amoris, qui pulchritudinẽ quãdã sibi proponit, impetum describit, & cæteras quoque pulchri illius appetitiones cõmemorat, ex quadã Lysiæ oratione occasionẽ disputationis sumens: in qua simul doceret quomodo in vtroq; peccetur, .i. in rationis & orationis deprauatione. in illa quidẽ, docens Lysiã errare in ipsa re, inane quoddã amoris simulacrũ, non verũ amorẽ, apprehendendo: & in oratione, eã rẽ ἀμαθύδας & præter ipsius naturã docẽdo: atq; adeo euincens, vtut speciosa quædã apparerent verborũ ornamẽta, nihil aliud tamẽ esse quàm inanem & phaleratã λεκτώσειαν. Ita Lysianæ orationis reprehensionẽ instituit, & inde ad copiosiorẽ accuratiorémq; explicationẽ de Pulchro delabitur, Rationis & Orationis naturã, ordinẽ, διαξίαν, vim & facultatem eruditè edisserens. Est igitur huius dialogi σκόπος, DE VERA HOMINIS PVLCHRITVDINE, quæ IN RATIONE & ORATIONE elucet. & hoc verum esse disputationis subiectũ non dubito mecum assensuros eruditos, re tota diligenter perpensa. Hîc quidẽ apparet illud τὸ σκιωθῶδες, de quo dictũ est in Symposio. res enim tanta & verè metaphysica humilibus verborũ & sententiarũ inuolucris tractatur: vt in speciẽ tãtùm verba notanti ridicula & indecora oratio videatur: est tamẽ ἡ εἰκὼν (vt eo in loco disertè monuit Plato, suæ sentẽtiæ optimus interpres). τῶν ἀληθῶς ἕνεκα, οὐ τῶ γελοίου. sunt enim isti loci allegoricè intelligendi, sicuti iam diximus. quam quidẽ docendi rationem licet minimè existimem accommodatam ad res serias tractandas, quæ melius & certius dogmaticè explicantur: quum tamen & sit hæc vetustissima philosophandi ratio, & certo quodam fine minimè infructuosa: sit denique Plato ex sua mente intelligendus: iniquissimæ esse videtur impurissimæque calumniæ, philosopho post homines natos eruditissimo ἀπαιδευσίαν obiicere, quasi perturbatè & inscienter loquatur: & ethnicorum hominum castissimum virtutisque (quantum quidem ex ipsius scriptis colligere licet) studiosissimum, Græcanici sceleris infamia traducere, quod suo tempore apud suos homines peruulgatissimum vt euelleret, hîc grauissimè reprehendit. sunt enim ipsa illius verba, ὕβρει προσπαλῶν οὐ δεδοικεν οὐδὲ αἰδεῖται τὴν θεοῦ φύσιν ἡδονῶ διώκων. quæ certè sunt illis consentanea quæ dixerat in Legibus, portentosæ libidinis dedecus è sua republica exterminans, illámque, pestem ciuitatum esse affirmans, suósque homines eo nomine grauissimè damnans. Ἐννοητέον, inquit, ὅτι τῇ θηλείᾳ καὶ τῇ τοῦ ἄρρενων φύσει εἰς κοινωνίαν ἰούσῃ τῆς γιγνήσεως, ἡ σοφὴ ἔφυτα ἡδονὴ κατὰ φύσιν ἀποδέδοσθαι δοκεῖ. ἀρρένων δὲ πρὸς ἄρρενας, ἢ θηλειῶν πρὸς θηλείας, παρὰ φύσιν, καὶ τοῦτο πρώτων τὸ τολμημα εἶναι. Quæ verba volui exscribere, vt ostendam candidè & verè ethnicos etiam esse reprehendendos: alioqui quàm seuerè aduersus Platonem agam, non obscurum esse potest. Iam verò & de allegorica docendi ratione illud quoque annotandum est, ex philosophi nostri mente & doctrina, Imagines quidem & fabularum inuolucra instituí ad veritatem docendam: vt eo pacto hominum animi vehementius percellantur, obscura illa nouitate perciti: ac proinde in istis allegoricis ἐλύσεις explicandis tenendam esse illam regulam, Vt non verba sed rem perspiciamus, finémque fabulosi commenti veritatem esse constituamus. sic enim docemur in Symposio intelligendum Socratem .i. Platonem, Οἱ λόγοι ὑπὲρ ὁμοιότατοι εἰσὶ τοῖς Σειληνοῖς τοῖς διοιγομένοις. εἰ γὰρ ἐθέλει τις τοὺς Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φανεῖεν ἂν πάνυ γελοῖοι τὸ πρῶτον· διοιγομένους γὰρ ἰδὼν ἄν τις, καὶ ἐντὸς αὐτοῦ γιγνόμενος, πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μόνους εὑρήσει τοὺς λόγους· ἔπειτα θειοτάτους, καὶ πλεῖστα ἀγάλματα ἀρετῆς ἐν αὑτοῖς ἔχοντας, καὶ ὅτι πλεῖστον πέφυκεν, μᾶλλον δὲ ὅλου τοῦ ὅσον προσήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῷ καγαθῷ ἔσεσθαι. qui locus illustrissimus est ad hanc docendi rationem intelligendam. Illum autem esse sibi propositum finem in hac disputatione præfatur Plato, vt videlicet vnusquisque seipsum, id est, animum suum, norit. Præterea monet non esse in illis fabulis immorandum, nec illis indulgendum: ne infinita quædam Chimærarum similiúmque portentorum congeries inuehatur:

quibus qui fidem adhibuerit, importunè feriatum esse ait. Quæ verba ab iis expendi cupio, qui vel Platonem veluti ineptiarum illarum architectum, ineptissimi ipsi & insulsissimi, irridēt vel ipsum præter suā mentē in allegoriarum, id est (vt ipse loquitur) περαπλόχρων φύσεων πλῆθος καὶ ἀπιστίαν transformant: quemadmodum facit vulgus interpretum: in quorum capita allegoriarum inuidia deriuanda est, non in præceptorem, cuius sententiam nouis commentis subinde peruertunt. Quod autem medium hîc tenendum sit, ex superioribus perspicuum esse potest. Hæc autem mihi necessariò fuerunt indicanda, vt σκοπὸς pulcherrimæ istius disputationis intelligeretur. Non rectè igitur Laërtius hunc dialogum ait habere μειρακιώδες πὸ πρόβλημα, quum hîc grauissimum & maximè serium argumentum tractetur: nec iure Dicæarchus (sicuti ille refert) vniuersam hanc scribendi rationem præcisè damnabat. & perperam idem Laërtius inter ἠθικοὺς recenset, quum sit μεταφυσικός. Atque hæc quidem de huius disputationis subiecto.

Οἰκονομία AVTEM ESTHVIVS MODI.

Substernit præfationem primariæ rei accommodatam, & necessarias circunstantias notat, ad rē diuinam augustámq; tractandam idoneas. Lysiæ orationē refert, in qua πὸ μὴ καλὸν & in re & in ratione inest: deinde illā refutat, vt ex eius vitiis doceat quid sit πὸ καλόν. quod copiosè facit, Animi naturā, & in eo rationis vim efficaciámq; luculenter explicans, adhibitis imaginibus quæ illius & pulchram temperiem & turpem intemperiē præclarè repræsentarent. Deniq;, agit de pulchritudine orationis. id est, de modo illius bene & congruenter componendæ. Quæ omnia breuiter commonstrata, ex suis locis copiosè petat lector.

IMAGO VERAE ET FALSAE PVLCHRITVDINIS, id est, duplex animi humani conditio bene vel malè affecti.

1 *Attribuuntur animo alæ, siue currus alatus, equi, auriga.*

2 *Alæ uel adsunt uel absunt: Equi, uel boni sunt uel mali: Auriga currum regit prout affecti fuerint equi: si boni, bene: si mali, malè ita uel felix est uel infelix illa animi ἡνιόχια.*

3 *Quum per se est animus, necdum in corpus uenit, alas habet, & liberè procurrit:*

4 *Quum in corpus uenit, illas amittit: quas tamen uel recuperat, uel illis planè destituitur.*

5 *Quum uerò mortæ accedente, ex hoc corpore remigrat, prout alis ornatus erat uel orbatus, pronolat quoquè in antiquam patriam, uel degranatus hæret.*

IMAGINIS ILLIVS EXPLICATIO.

6 Alæ *siue* alatus currus, *& equi, sunt internа principia quibus animus seipsum mouet, & ex quibus agit: & quòd uario modo id fiat, uariæ quoque tributæ sunt appellationes.*

7 Alarum *nomine significatur diuina illa uis animi uerè cœlestis, id est* Ratio, *uera animi ἐντελέχεια.* Equorū *autem omnis cupiditas siue appetitio, quæ si rationi obtēperet, bona: sin minus, mala est & insana.*

8 Auriga *est externum principium quo animus impellitur.* Duplex *autem statuit, primarium unum & ἀπόρρητον, sumū uidelicet* Deū: *& alia, ξωτερικὰ illius primarij,* Causas *uidelicet naturales. quas δαιμόνων siue θεῶν γηγενῶν nominibus designat ex* Timæi *doctrina.*

9 Creat Deus *animos antequam in corporis speciem ueniant. tum uerò illi habent alas, id est, ueritatis cōpotes ipsam pulchritudinē liberrimè contēplātur.*

10 Sed *quum in corpus delapsi sunt, uim efficaciámque illam amittunt, ut eam cogantur recuperare, uel illa carere.*

11 Ita *uaria & multiplex est animorum in hac uita conditio, prout πλήρωμα in illis adest uel abest. alij enim ueritatem uolunt, & uirtutem colunt: alij uerò, contrá.*

12 *Illud πλήρωμα recuperant ij qui minimum habent cum corpore communionis, & ueritatis cōtemplatione uirtutisque cultu delectantur: ea autem priuantur ij qui corporis contagioni adhæresunt.*

13 Remanet *tamen illius πληρώματος sensus quidam in omnium hominum animis: ac proinde illius pulchri simulacrum quoddam in animis insculptum habent, quod dum falsis & ineptis opinionibus replent, pulchri εἴδωλον pro uero pulchro colunt.*

14 Ex *secundo illo animi statu tertius quoq; componitur. prout enim animus se in rerum contemplatione & uirtutis cultu gesserit in hac uita, talem quoq; hinc in alterā uitam remigrans cōsequitur conditionē.* At huc inepta multa congerit Plato ex sordibus μεταμψυχώσεως, quæ consultò prætermittimus.

SIMPLEX ET NVDA πωσαγωγὴ ISTIVS DOCTRINAE, hac imagine comprehensæ, explicatio.

15 *Animus est immortalis. id est, illius οὐσία creata est à* Deo ὄντως οὖσα: *quum nimirum animus sit diuinæ naturæ ξυγγενὴς, ac proinde θεῖον δόγμα.*

16 *Animus ex seipso seipsum mouet, internóq; agitatur principio & suo. id est, animi essentia non pendet à causis naturalibus, quum ἀμέσως creatus sit à* Deo. *ita habet in se πηγὴν καὶ ἀρχὴν κινήσεως (quāuis in* Phædone *dicatur* Deus, *ut reuera est πηγὴ καὶ ἀρχὴ τῆς ψυχῆς) quòd diuina sit natura, & principio constet ab omni generatione immuni, ut ipse sit planè incorruptus & immortalis.*

17 *Internum igitur habet principium animus, & quidem uerè ἐντελεχές: ita tamen ut aliunde etiam & ad contemplandum & ad agendum impellatur.*

18 Deus, *qui sua prouidentia uniuersum mundū gubernat, peculiarem curam gerit de animo hominis, eumque efficaciter impellit.*

19 *Causæ naturales animum uariè afficiunt, propter arctissimam cum corpore coniunctionem. unde cum illo συμπαθεῖ.*

20 *Cœlestis animi uis, propter illas corporeæ cōiunctionis sordes, in homine hebescit: ut quidem, quum nascitur homo, rationis usum non habeat: quanuis in ipso inclusa sint rationis semina.*

21 *Illa semina, tempore & ratiocinatione institutisq; disciplinæ excolūtur, & in lucē usúmq; emergūt.*

22 PVLCHRITVDINIS *illius qua animus uerè & integrè perfruebatur dum in patria esset, hæc*

est de scriptio : Τοῦ ὄντος *immortalis & incorrupta scientia, non quatenus alia in alio est, quales sunt earum rerum scientiæ, quæ* Entia *appellantur : sed uera illa & germana scientia quæ de illo est qui uerè est, id est* Dei cognitio. *Pulchritudinis igitur illius caput est,* Vera ueri Dei cognitio.

23 *Hanc proximè consequitur præclarus uirtutũ chorus,* Iustitia, temperantia, fortitudo, *sapientia: quæ omnes uerum illum* θεωρὸν *dicuntur aspicere. In hac* θεωρία *& σαφηνείᾳ emicat rationis uis mirabilis, & in hac sita est* ἀκήρατον καὶ ἀδιάφθορον *illud* τὸ καλόν.

24 *Quandiu animus immortalis cum corpore mortali in hac uita coniungitur, duplex est in illo* ἰδέα, *id est forma :* δόξα δοξάστου, τὸ ἀρίστου ἐφιέμενον, *id est, rationem amplectens : & cupiditas* ἄλογος.

25 *Impetus tamen* ὁρμῆς ξεως, *est principium actionum : quæ si pareat rationi, præclaræ, si minus, inhonestæ turpésque actiones consequuntur.*

26 *Qui ducem igitur* Rationem *sequuntur, oculosque mentis & cogitationis ad ueri contemplationem intendunt, ueram pulchritudinem soli consequuntur.*

27 *Sapientia ergo & uirtus, est uera illa pulchritudo quæ animi tantùm oculis notari potest. quòd si ut est cerneretur, mirabiles amores excitaret sui.*

28 *Illius etiam simulacrum, quicquid amabile est, reddit amabile, & magnos aculeos indit ad res gerendas & colendas.*

29 *Homines autem rationis imperium detrectantes, ueram illam pulchritudinem ignorant, cuius loco fœdas & inhonestas imagines comminiscuntur : cuiusmodi sunt omnes ἄλογοι cupiditates : inter quas fœdissima est, portentosum illud scelus & præter naturam, insania masculæ ueneris, qua mares persequuntur mares.* Hinc igitur pulchritudinis & turpitudinis discrimen capiendum est.

30 Vt *ratio pulchra est, ita &* ORATIO, *quæ est rationis comes & ministra.*

31 *Pulchræ orationis hæc est* χαρακτήρωσις, Ea *nimirum est pulchra quæ rerum ipsarum ueritatem repræsentat: & quæ commodam etiam methodum adhibet ad res ipsas ex sui natura tractandas .i.* εὐμέθοδος καὶ εὐάρμοστος.

Inde etiam tradit præcepta ad Rhetoricam artem rectè conformandam & tractandam.

Rhetorica.

32 Bene *dicendi caput est* Vt *ueritas rerum intelligatur, & tanquam orationis fundamentum substernatur.*

33 *Consentanea adhibeatur omnium partium in oratione* ὁμολογία.

34 *Quod ut fiat, dialectica est opus : ut definitione, rei natura, diuisione, uires, facultates, officia intelligantur.*

35 *Pernoscenda est ratio mouendorum animorum : qua in re uersatur uerè persuasionis cardo. itaque doctrina* περὶ παθῶν *planè est necessaria rhetoricæ.*

36 Ad *bene dicendi facultatem consequendam duo sunt cumprimis necessaria,* Natura ad *dicendum apta, & diligens dialecticæ & μεπωρολογίας exercitatio : quarũ exempla multũ prosunt ad bene dicendũ.*

37 *Nisi illarum rerum cognitio adsit, non est rhetorica, sed* τερὶ *& inserta* ἐμπειρία. *Per uulgata rhetorum præcepta non sunt quidem aspernanda, sed ut præcipuum artis munus minimè sunt censenda : quum sint τὰ* περὶ τέχνης, *non* περὶς τέχνην ὠφελία.

38 Rhetorica *non in foro & iudicijs tantùm uersatur, sed in omni re data, quæ in disquisitionem quandam cadit.*

39 Is *qui dicit, debet esse uir bonus, & omnem operam dare ut id quod dicit,* Deo *sit gratum atque acceptum.*

Dialectica.

40 Dialecticæ *præstantissima sunt instrumenta,* Definitio *&* Diuisio.

41 Commodæ methodi hæc est conformatio, Id *principio est indicandum de quo sermo est institutus :* Definitione *docenda est illius natura : tum illius* πάθη *explicanda, quod fiet diuisionis opera & beneficio. Omnes orationis partes, ut animalis, debent aptè & ἀναλόγως componi, ut omnia sibi scienter & opportunè respondeant. Nisi hoc scienter ita disponatur, omnino est* τυφλοῦ πορεία.

42 In *scribendo eiusdem quoque ordinis accuratio & lima adhibenda est, si uicturum sit scriptum.*

43 Literarum *inuentio maximum & præsentissimum est remedium aduersus rerum oblitionem, & adiumentum sapientiæ longè utilissimum.*

Cætera petantur ex ipsa disputatione.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΦΑΙΔΡΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΚΑΙ ΦΑΙΔΡΟΣ.

DIALOGI PHAEDRI personæ, SOCRATES & PHAEDRVS.

ΦΑΙ. Λέγε δή. ΣΩ. Οἶσθ' οὖν ὡς ποιήσω; ΦΑΙ. Τοῦ πέρι; ΣΩ. Ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ, ἵνα ὅτι τάχιστα διαδράμω τὸν λόγον, καὶ μὴ, βλέπων σε πρὸς σέ, ὑπ' αἰδοῦς διαπορῶμαι. ΦΑΙ. Λέγε μόνον· τὰ δ' ἄλλα ὅπως βούλει ποίει. ΣΩ. Ἄγετε δή μοι ὦ Μοῦσαι, εἴτε δι' ᾠδῆς εἶδος λίγεσθαι, εἴτε δι' ἁρμονίας μουσικόν· ἀπὸ Λιγύων, ταύτην ἔχει ἐπωνυμίαν, ξύμμοι λάβεσθε τοῦ μύθου, ὃν με ἀναγκάζει ὁ βέλτιστος οὗτοι λέγειν· ἵνα ὁ ἑταῖρος αὐτῷ καὶ τοιοῦτος φαίνηται ἔμπροσθεν οἷος νῦν ἔστω, νῦν ἔπι μᾶλλον δέξῃ. Ἦν οὕτω δὴ παῖς, μᾶλλον δὲ μειρακίσκος ἁπαλός, μάλα καλός· τούτῳ δὲ ἦσαν ἐρασταὶ πάνυ πολλοί· εἷς δέ τις αὐτῶν ἀμύλος ὢν ὡς ἀδεὴς ἦν ἐρῶν, ἐπεπείκει παῖδα ὡς οὐκ ἐρῴη καὶ ποτε αὐτὸν αὐτῶν, ἔπειθε τοῦτ' αὐτό, ὡς μὴ ἐρῶντι μᾶλλον τοῦ ἐρῶντος δέοι χαρίζεσθαι. ἔλεγέ τε ὧδε· Περὶ παντὸς, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ἡ βουλή, ἢ ἅπαντος ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου. ὡς δὴ εἰδότες, ἐν ὁμologοῦνται ἐν ἀρχῇ τῆς σκέψεως, προελθόντες ἧ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν· ὅτε γὰρ ἑαυτοῖς οὔτε ἄλλοις ὁμολογοῦσιν. ἐγὼ οὖν καὶ σὺ μὴ πάθωμεν ὃ ἄλλοις φαμὲν μοχθηρὸν εἶναι· ἐπειδὴ σοι καὶ ἐμοὶ ὁ λόγος προκειται, πότερα ἐρῶντι, ἢ μὴ, μᾶλλον εἰς φιλίαν ἰτέον προκειμένου ἔρωτος, οἵου τέ ἐστι, καὶ ἐφ' ᾧ ἔχει δύναμιν, ὁμολογίᾳ θέμενοι ὅρον, εἰς τοῦτο ἀποβλέποντες καὶ ἀναφέροντες, τὴν σκέψιν ποιώμεθα, εἴτε ὠφελίαν εἴτε βλάβην παρέξει. ὅτι μὲν δὴ ἐπιθυμίᾳ τις ὁ ἔρως, ἅπαντι δῆλον· ὅτι δὲ καὶ μὴ ἐρῶντες ἐπιθυμοῦσι τῶν καλῶν, ἴσμεν. τῷ δὴ τὸν ἐρῶντά τε καὶ μὴ, χρινοῦμεν, δεῖ αὖ νοῆσαι. ὅτι ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δύω τινὲ ἐστὸν ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν ἑπόμεθα ἢ αὖ ἄγοντον· ἡ μὲν, ἔμφυτος δόξα ἐπιθυμία ἡδονῶν· ἄλλη δὲ, ἐπίκτητος δόξα, ἐφιεμένη τοῦ ἀρίστου. τούτω δὲ ἐν ἡμῖν ποτὲ μὲν ὁμονοεῖτον, ἔστι δὲ ὅτε στασιάζετον· καὶ ποτὲ μὲν ἡ ἑτέρα, ἄλλοτε ἢ ἡ ἑτέρα κρατεῖ. δόξης μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ἄριστον λόγῳ ἀγούσης, καὶ κρατούσης ὦ κρατεῖ, σωφροσύνη ὄνομα.

Afferuntur alia lectio, λιγυροι pro Λιγύων. at Fic. λιγυρῶν videtur legisse.

Videtur scribendum ὁμολογίᾳ in dãdi casu. Sed σ τοῦτο fortasse rectius scriberetur, referendo ad ὅρον.

For. χρινοῦμεν; δεῖ αὖ νοῆσαι ὅτι ὅτε.

A PHAE. Dic ergo. SOCR. Nostine quid acturus sim? PHAE. Qua de re loqueris? SO. Obuolutus dicam, vt celerius peragam orationis meæ cursum, neque tui conspectu pudore suffundar, neque dicendo perturber. PHAE. Dic modò, & de cæteris item pro tuo arbitratu statuito. SOCR. [a]Iam agite ô dulces Musæ, siue peculiari quadam cãtionis specie, siue ipso in vniuersum mufices genere hanc appellationem estis sortitæ, sermoni meo opem auxiliúmque ferte, quem me optimus hic vir cogit dicere: vt eius sodalis, qui ei antea sapiens videbatur, nunc magis hac comparatione eruditus videatur. [b]Erat quidam puer, imò verò tener adolescentulus, bona cumprimis forma: huic verò erant amatores complures: quorum vnus, versutus quidem ille, quum nihilo quàm cæteri minus eum amaret, puero tamen persuasit se minimè amare. quúmque ipsum aliquando flagitaret, eo nomine etiam ei persuasit quòd nõ amanti potius quàm amãti gratificandum esset. vsurpabat autem hanc orationem ad fidem faciendam: [c]In omnibus, mi puer, vnum illud principiũ est iis qui bene volũt consulere, vt illud ipsum de quo consilium initur, bene intelligant, vel omnino necesse est deliberantem prorsus aberrare. plerique verò inde in errorem inducũtur, quòd singularum rerum substantiam minimè norint. illius igitur ignoratione, non certo assensu ponunt id de quo sermo institutus est: quod initio disputationis planè est necesse. vbi verò in ipsa disputatione vlterius sunt progressi, id quod omnino par erat consequuntur, vt neque sibiipsis neq; aliis constent. Ego igitur & tu ne in eundẽ errorem incidamus quem in aliis reprehendimus, postquam nobis illud propositum quod oratione disquiramus; Vtrum cum amante potius quàm cum non amãte sit contrahẽda amicitia: de amore, quídnam videlicet ipse sit, & quã habeat vim, definitione ex mutuo cõsensu posita, disquiramus, & hac de re accuratè consideremus, ad eámque referamus disquisitionis nostræ solertiam, ipséne detrimentum an emolumentum afferat hominibus. Atqui nemini dubium esse potest quin amor sit [d]cupiditas: nec ignotum etiam est, eos qui non amant, pulchra siue honesta cupere. Vt igitur amantem à nõ amante certo iudicio discernamus, tenendũ est, Duas in vnoquoq; nostrũm esse formas, siue species, quæ summã habeãt imperãdi autoritatem atque potestatem, ac proinde quæ nos ducant, & quas nos item quocunque duxerint, sequamur. Vna quidẽ est in nobis insita voluptatum cupiditas: altera verò, acquisita opinio, quæ bonum expetit. Hæ autẽ in nobis quandoq; consentiunt, aliquando dissentiunt atque tumultuãtur: & modò hæc, modò altera peruincit. Quãdo igitur opinio rationis aũspiciis ad id quod optimũ est ducit, & imperiũ obtinet, hæc ipsa viuendi ratio, Temperantia vocatur.

a Socratis ORATIO. Inuocat Musas de re maxima & quasi diuina dicturus. ideo de industria adhibet poetica vocabula; eorumq; poeticam structurã, quasi prorsus ἐνθουσιῶν.

b Orationis statum notat primo loco: quod Lysias omiserat. Est igitur primarium illius caput, *Nẽ amanti potius gratificandum quàm amãti.*

c De quæstione illa acturus, cuius Amor est firmamentũ, quid sit Amor primùm explicat. & cur ita agat, reddit rationem: Omnem videlicet quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutionem, debere à definitione proficisci: vt intelligatur quid sit id de quo disputetur. Qua in re peccauerat Lysias, non definito Amore, de quo erat verba facturus. Quid verò posita definitione sit confecturus, monet, vt methodi ratio intelligatur. quæ ordinis indicatio, est μέθοδος.

d Amoris definitionem inuestigans, ne quid ὁμώνυμον & incertum ponatur, quæ certum sit *Cupiditatẽ* esse illius genus, quibus differentiis circumscribendum distinguendúmque sit docet. In generis amplitudine latet formarum siue specierũ examẽ: quæ vtut eiusdem generis communicate contineantur, certis tamẽ terminis inter se sunt distinctæ, neque vnum habent οὐσίας λόγον.

Duas igitur in nobis ineſſe ſpecies docet, Rationem, & Rationis expertē cupiditatem: quæ prout in nobis varie domi entur, varias quoque ἕξεις conſtituant, cupiditate videlicet eò vel illò impulſa: ſicuti diligēter notat. Eſt igitur genus, Cupiditas. ſubiectæ ſpecies, ἔμφυτος ἡδονὴ. i. ἄλογος, quemadmodum mox docet: &, Δόξα ὀρθότητος ἐφιεμένη ἄριστου, quod λόγον differtè vocat: id eſt, Ratio, & Rationis expers in cæca & improuida voluptate.

Quando verò cupiditas abſque ratione ad voluptates trahit & in nobis imperat, imperium hoc libido ſiue procacitas vocatur. quæ quum multas & partes & ſpecies habeat, multas quoque appellationes ſortitur: carū nempe formarū ſiqua in aliquo potentius clariúſque extiterit, illius nomine eum inſigniēs qui illam penes ſe habuerit, nec honeſto quidem illo neque eo nominationis monumento ſanè digno. nam quæ excuſſo rationis optimíq; illius quod in nobis eſt imperio, cupiditas præter cæteras etiam cupiditates potentior, cibos appetit, Ingluuies appellatur: eúmque qui hāc cupiditatem complectitur, illo quoque nomine notat. Rurſus ea cupiditas quæ in ebrietate tyrannidem exercet, & eò perducit quem poſſidet, perſpicuum eſt écquo nomine ſit deſignanda. eodē nque modo alia his germana & germanarū affiniúmque cupiditatum nomina, quatenus ex ea cupiditate quæ dominatur, imponantur, nemini dubium eſſe poteſt. [a]Cuius autem gratia hæc omnia iam dixerimus, ferè iam liquet: ſiue tamen dictum ſit, ſiue non, ex ipſo ſermone totum erit dilucidius. Nam ea cupiditas quæ abſque ratione opinionē ſuperat ad recta tendētem, & ad formæ voluptatem rapit, & à ſibi cognatis cupiditatibus ad corporum formam firmiter corroborata, ductus illius ſui vi atque impetu, victoriam reportat, ab ipſo illo robore appellationem nacta eſt, [id eſt à ῥώμη, Ἔρως nuncupata eſt] At mi Phædre, tibine æquè ac mihi videor diuino quodam numine percelli? PHAE. [b]Omnino, Socrates, præter morem profluens quædam dicendi facilitas & copia te cepit. SOCR. Attentè igitur me audi. hic enim locus reuera diuinus eſſe videtur. itaque ſi in ipſo ſermonis progreſſu lymphatus tibi eſſe videar, ne mirêre. ea enim quæ modò pronuntiabam, à dithyrambis non longè abſunt. PHAE. Veriſſimè ais. SOCR. Horum tu quidem cauſa es: ſed audi cætera: alioqui fortaſſe aduētitius hic calor excederet. At iſta Deo fuerint curæ. nos orationem repetamus, & ad noſtrum illum puerum redeamus. [c]Illud igitur, mi Phædre, de quo inſtituta eſt hæc noſtra oratio, hoc modo definiatur. quo ſubſtrato, deinde pergamus ad cæteram orationis partem, id imprimis reſpicientes, vt norimus quænam vtilitas ex amante & ex eo qui non amat ad eum redeat qui ei obſequatur, idq; ſubductis rationibus meritò ſtatuere poſſimus. Omnino neceſſe eſt illum qui imperio cupiditatis ſe ſubiiciat & voluptati ſeruiat, in eo maximè elaborare vt amaſium ſuum ſibi iucundiſſimum reddat. AEgroto verò quicquid non repugnat, iucundū eſt: quod verò melius aut æquale, inimicum. Quocirca minimè paſſurus

a Inde colligit definitione Amoris, eſſe cupiditatem abſque ratione, illius rectæ opinionis victricem, qua compreſſa, ipſe ad corporū pulchritudinem præceps cæcóque impetu feratur, & ſe in ea cupiditate obfirmet: ac inde nomen habeat, quòd nimirum ſit ἄλογος & victrix cupiditas, ad illam imaginariæ cupiditatis inſaniam ἐρρωμένως ῥωθεῖσα, & ita Ἔρως à ῥώμη. i. robore dicatur.

b Commoda ὑπομνῆσαι, & ad dialogi decorem & ad rem ipſam primariam faciens. ait enim ſe quaſi lymphatum eſſe, vt argumentum ὑπερφυσικὸν quodammodo ſignificetur.

c Poſita Amoris definitione, quem cæcā amentémque cupiditatem eſſe ſtatuit, tū illius πάθη enumerat, & docet quanta mala furioſum illum amorem conſequantur: vt euincat non amanti potius quàm amanti obtemperandum eſſe. quod erat illi probandum. Ita in eadem re probanda meliorem ordinē adhibuit quàm Lyſias: ſicuti ex re ipſa perſpicuum eſt.

A ὑπὸ ἐπιθυμίας δὲ ἀλόγως ἐλκούσης ἐπὶ ἡδονάς, καὶ ἐρξάσης ἐν ἡμῖν, τῇ ἐρρώμῃ ὕβρεις ἐπωνομάσθη. ὕβρεις δὴ πολυώνυμον· πολυμερὲς γὰρ καὶ πολυειδές. καὶ τούτων τῶν ἰδεῶν ὁπόσαπερ ἂν τύχῃ ἐγνωσμένη, τὸν αὐτῆς ἐπωνυμίαν ὀνομαζόμενον ἔσχηκε παρέσχηται, οὔτε τινὰ καλὸν, οὔτε ἐπαξίαν κεκλῆσθαι. ἐμὲ μὲν γὰρ ἐδωδὸν κρατοῦσα τοῦ λόγου τε καὶ τοῦ ἀρίστου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν, ἐπιθυμία, γαστριμαργία τε, καὶ ἔχοντα, τούτου τοῦτο κεκλημένον πρέξεται. τὸν δὲ B αὖ μέθας τυραννοῦσα, κεκτημένον ἑαυτὴν ἄγουσα, δῆλον οὗ τεύξεται τοσούτου. καὶ τἆλλα δὴ τὰ τούτων ἀδελφὰ καὶ ἀδελφῶν ἐπιθυμιῶν ὀνόματα, τὸ ἀεὶ δυναστευούσης, ᾗ τοσούτου καλεῖσθαι τοσόνδε. δῆλον. ἧς δ' ἕνεκα πολλὰ τὰ τοσόνδε εἴρηται, ἐδὸν μὲν ἤδη φανερόν· λεκτέον δὲ ἡ μὴ λεκτέον πάν πως σαφέστερον. ἡ γὰρ αὖ λόγου, δόξης ὀρθὸν ὁρμήσης κρατήσασα ἐπιθυμία, τοῦ ἡδονῇ ἀληθεῖ καλλους, καὶ C ἰσχὺν αὖ ἔτι ἑαυτῆς συγγενῶν ἐπιθυμιῶν ἐπὶ σωμάτων κάλλος, ἐρρωμένως ῥωθεῖσα, νικήσασα ἀγωγῇ, ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥώμης ἐπωνυμίαν λαβοῦσα, ἔρως ἐκλήθη. ἀτάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, δοκῶ τι σοὶ, ὥσπερ ἐμοιγε, πάθος πεπονθέναι; ΦΑΙ. Παῦ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, σφόδρα δὲ εἰκότως θεσπιά τις σε εἴληφε. ΣΩΚΡ. Σιγῇ νῦν μοι ἄκουε. τῷ ὄντι γὰρ θεῖος ἔοικεν ὁ τόπος εἶναι. ὥστε ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος D προϊόντος τοῦ λόγου φαίνωμαι, μὴ θαυμάσῃς. τὰ νῦν γὰρ οὐκέτι πόρρω διθυράμβων φθεγξόμεθα. ΦΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις. ΣΩΚΡ. Τούτων μέντοι σὺ αἴτιος. ἀλλὰ τὰ λοιπὰ ἄκουε. ἴσως γὰρ ἂν ἀποπεράσαιτο τὸ ὑπὸν. ταῦτα μὲν οὖν θεῷ μελήσει· ἡμῖν δὲ πρὸς τὸν παῖδα πάλιν ὧν λέγω ἰτέον. εἶεν ὦ φέριστε. ὃ μὲν δὴ πυγχάνει ὂν πρὸ οὗ βουλευτέον, εἰρηταί τε καὶ ὥρισται. βλέποντες δὲ δὴ πρὸς αὐτὸ, τἆλοιπὰ E λέγωμεν, τίς ὠφέλεια ἢ βλάβη ἐκ τε ἐρῶντος καὶ μή, τῷ χρηιζομένῳ, ἕξει εἰκότως συμβήσεται. τῷ μὲν δὴ ἐκ τοῦ ὑπὸ ἐπιθυμίας ἄρχομένῳ, ἢ δουλεύοντί τε ἡδονῇ, ἀνάγκη που ἐρῶντα ὡς ἥδιστον ἑαυτῷ παρασκευάζειν. νοσοῦντι δὲ παν ἡδὺ τὸ μὴ αὐτιτεῖνον, χρήσιμον· ἰσόν τε καὶ ἐχθρόν. ὅτε δὴ χρείττω

For taſſe deeſt ad iect. χαρίμαργον ante vel poſt partic. κεκλημένον, ne τοῦτον ἔχῃ ſignif. Eodem modo.

Legitur etiam θεῖον πάθος: atque huic lectioni aſſentiuntur & Ficinus.

Pro τε vel γε nel τῇ ſcribendū videtur.

Iunct. ἰσούμενα, quæ conueniunt cũ χρεών, si hoc pronomen; Interpretamur: Sed fortius accenſam. singul. masculi esse: sicut sequitur τότε ὃ καὶ ἐστον: aliquã ὁ pro παιδικά dicit ἅμιλλα, ἅπα, δος, ἄθλου.

οὔτε ἴσου μᾶλλον ἐκὼν ἐρασὴς παιδικὰ αὐτὲ- A est amator, sponte id quidem, vt amasius
ζεται, ἥττω ὃ δ' οὐδαμόθεν ἀεὶ ἀφροντί- sit vel melior vel æqualis, sed cò semper cõ-
στεται. ἥττων δ' ἀμαθὴς, σοφοῦ· ὀκνὸς, αὖ- tendet vt & deteriorem & inferiorem red-
δρείου· ἀδυνατος εἰπεῖν, ῥητορικοῦ· βρα- dat. Deterior autem est, imperitus sapien-
δὺς, ἀγχίνου. τοσούτων καὶ ἄλλων κακῶν κὴ ἔτι πλεό- te: ignauus, forti: is qui dicendi facultate
νων κτῆ τῷ διανοίαν τοῦ ἐρασθῆ, τῷ ἐρω- caret; eo qui ad dicendum aptus est: he-
μένῳ αἰ ἀνάγκη γιγνομένων τε καὶ φυσᾷ ἐνόν- bes, acuto. Quum hæc & plura adhuc
των, τῷ μὴ ἥδεσθαι, τὰ δ' οὐδαμοῦ ἀ- mala in amãtis cogitatione insint natura,
ζῆν· ἢ τέρεσθαι τοῦ παντὸς ἥδεος. φρο- necesse est vt & illis delectetur, & in illis
νεῖν δὴ ἀνάγκη εἰ, καὶ πολλῶν μὴ ἄλλων etiam comparandis curam operámq; ad-
σπουδαίων ἀπείργοντα καὶ ὠφελίμων, ὅθεν B hibeat, vel certè continuò voluptate pri-
αὖ μάλιστα αὐτὸν γίγνοιτο, μεγάλης αἴτιον uetur. Inuideat ergo necesse est amator
κακίας, μεγίστης δ', τῆς ὅθεν αὖ φρονιμώ- amasio, atque ab omni eum consuetudi-
τατος εἴη. τοῦτο δ' ἡ θεία φιλοσοφία τυγχά- ne & studio repellat vnde ad eum redire
νῃ ὄν· ἧς ἐρασὴν παιδικὰ ἀνάγκη πόρρωθεν possit vtilitas: id est, vnde vir queat euade-
εἴργειν, φοβούμενον ὄντα τὸ καταφρονηθῆναι· re. id enim magno cederet detrimento.
τά τε ἄλλα μηχανᾶσθαι ὅπως αὐτῇ πάντα maximum autem in eo detrimentum fue-
ἀγνοῶν, καὶ πάντα ἀποβλέπων εἰς ⓜ ἐρασ- rit, ex quo sapiẽtissimus amasius exisseret.
τὴν, οἷος ὢν, τῷ μὴ ἥδεσθαι, ἑαυτῷ δ' βλα- Hoc verò efficit diuina philosophia, à qua
βερώτατος εἴη. τὰ μὲν δὴ θεῖα καὶ δικαίου, πρὸς idcirco amator necessariò amasium suum
ὅτου τε καὶ κοινωνὸς οὐδαμῇ λυσιτελὴς C abducit, pertimescens videlicet ne si sapiẽ-
αὐτὴρ ἔχων ἔρωτα. τῷ δ' τοῦ σώματος ἕξιν tior fieret, ab eo contemneretur. denique,
τε καὶ θεραπείαν οἵαν τε καὶ ὡς θεραπευτέ omni ratione amator elaborat vt amasius
οὗ αὖ γένηται κύριος, ὃς ἥδιστ' ἂν ἀγαθοῦ rerum planè imperitus à se omnino pen-
ἐπάναγκες διώκειν, δεῖ μ' ταῦτα ἰδεῖν. deat. qualis quum fuerit, amatori quidem
ὀφθήσεται δὲ πνα μαλθακὸν καὶ οὐ τρεῦν iucundissimus fuerit, sibi verò perniciosis-
διώκων, οὐδ' ἐν ἡλίῳ καθαρῷ τεθραμμένον, simus. Atque ita in his quæ ad intelligen-
ἀλλὰ σκοτῷ συμμιγῆ σκιᾷ· πόνων μὲν tiam pertinent, noxia est cum amatore
ἀνδρείων καὶ ἱδρώτων ξηρῶν ἄπειρον, ἔμπει- consuetudo. Post hæc videndum écqua
ρον δ' ἁπαλῆς καὶ ἀνάνδρου διαίτης, ἀλλο- ratione is qui voluptatem bono honestóq;
τρίοις τε χρώμασι καὶ κόσμοις, χρῆται οἰκείοις, D anteponit amoris impetu coactus corpus
κεκοσμημένον· ὅσα τε ἄλλα τούτοις ἕπεται, illius quem amat, quod fuerit in sua pote-
πάντα δῆλα διεξιόντα. ἃ δῆλα· καὶ οὐκ ἄξιον state, sit curaturus. Videbitur autem hu-
ἀφαιρεῖσθαι λόγῳ, ἀλλ' ἐν κεφαλαίῳ iusmodi corpus persequi quod non sit soli-
διελομένους, ἐπ' ἄλλο ἰέναι. τὸ μὲν τοιοῦτον dum, sed molle & delicatũ, non sub puro
σῶμα ἐν πολέμῳ τε καὶ ἄλλαις χρείαις ὅσαι sole nutritum, sed sub promiscua vmbra:
μεγάλαι, καὶ μὴν ἐχθροὶ θαρροῦσιν, καὶ δ' quod procul absit à virilib⁹ illis laboribus,
φίλοι καὶ αὐτοὶ καὶ ἐρασταὶ φοβοῦνται. τοῦτο nec assueuerit siccos sudores pati, sed mu-
μὲν δῶμεν, ὡς δῆλον, ἑαυτέον τὸ δ' ἐφεξῆς ῥη- D liebri mollique victu innutritum, alienis
τέον, ἵνα ἡμῖν ὠφέλιμον ἢ ἵνα βλάβῃ πρὸς coloribus & ornamentis, propriorum pe-
τὴν κτῆσιν ἢ τοῦ ἐρῶντος ὁμιλία τε καὶ θερ- nuria, ornatum, res huiusmodi studiosè af-
απεία παρέξεται. σαφὲς δὴ τοῦτό γε παντὶ fectet. quæ quum manifestæ sint, atque
μὲν, μάλιστα δ' τῷ ἐραστῇ, ὅτι τῶν φιλτά- etiam indignæ in quibus indagandis ope-
των τε καὶ οὐσιωτάτων καὶ θειοτάτων κτημά- ram adhibeamus, sermonem de his non
των ὀρφανὸν τοῦ παντὸς βούλοιτ' ἂν εἶ ⓜ vlterius persequemur: vt, eo summatim cõ-
ἐρώμενον. πατρὸς γὰρ καὶ μητρὸς καὶ ξυγγενῶν καὶ clusо, ad alium nosmet conuertamus.
φίλων στερεσθαι αὐτὸν δέξαιτο, ἡγησάμε- Tali nempe corporis habitu in præliis &
νους καὶ ἐπιτιμητὰς ἡγούμενος τῆς ἡδίστης quauis alia ingenti necessitate, hostes qui-
dem confidunt, amici autem ipsique ama-
tores huic maximè metuunt. Sed hoc iam,
vt satis perspicuum, prætermittendum est:
deinceps verò explicandum quid nobis
emolumenti vel damni in rebus compa-
randis, amantis familiaritas & prouidentia
præbeat. Atque hoc quidem cuilibet, ama-
tori verò maximè, liquet, quòd charissima
amicissimáq; & diuinissima etiam posses-
sione orbari amasium desiderat. nam pa-
rentibus, necessariis, amicis eum cuperet
priuari, existimans illos fore impedi-
mento quominus dulcissima ipsius consuetudine perfruatur, illósque futuros commercii

& familiaritatis censores. Præterea puerũ vel auri vel cuiuslibet alterius possessionis facultate instructum, neque facilè capi posse putat, neque, si captus fuerit, detineri. quocirca necesse est amatorem diuiti amasio inuidere, illius autem iactura lętari. Quinetiam sine vxore, sine liberis, sine domo diu exoptat viuere adolescentem, dum cupit sua voluptate ad plurimũ tempus perfrui. Sunt & alia mala: sed horũ plurimis in ipso statim principio dæmon aliquis voluptatem immiscuit. exempli causa, Adulatori, grauissimæ bestiæ, & qui magna est calamitas, immiscuit natura non inconcinnam voluptatem. vituperabit quoque aliquis scortum, vtpote damnosum, & alia huiusmodi & animalia & studia, quæ tamen quotidie solent esse iucundissima. Amator verò, præterquam quòd noxius est amasio, est etiam sua consuetudine omnium molestissimus. pares enim cũ paribus (de veteri prouerbio) facillimè cógregantur. nam æqualitas temporis, quum ad æquales voluptates propter similitudinem trahat, amicitiam parit. nihilominus tamen his nimiam satietatem affert familiaris consuetudo. Et certè necessitas omnibus in rebus cuique grauis est: quæ quidẽ vnà cũ dissimilitudine in amante est erga amasiũ. cum iuniore enim senior consuescens, neque dies neque noctes ab eo recedit, sed necessitate & furore rapitur, qui illum voluptatum illecebris trahit, videntem, audientem, tangentem, omníque sensus genere amasium complectentem, ita vt ingenti cum voluptate cõgruenter ei obsequatur. Amasium verò qua voluptate quóve solatio æquale tẽpus adeo detinebit, vt extrema molestia minimè torqueatur? quum faciem senilem deformémque aspiciat, & his affinia, quæ nõ reipsa solùm sed ipso etiã auditu sunt molesta, necessitate ipsa ad ipsum tractandũ proposita, dum à suspicacibus assiduò custodibus obseruatur, audítque importunas immoderatásque tum laudes tum vituperationes, quibus amans ipsum vsqueadeo prosequitur: quæ ex sobrii quidem hominis ore vix sunt tolerabiles, at in homine ebrietatis insania iam penè perculso, præterquam quòd nullo modo sunt tolerandæ, illud etiam coniunctum habent incõmodum, vt ob nimiam apertè loquendi licentiam sint fœdissimæ. Præterea quandiu amat, pernicioſus & importunus est: quum verò amare desierit, etiam aduersus illum perfidus, quem multis iuramentis, obtestationibus, pollicitationibus vix tandem induxerat vt præmiorum spe

A πρὸς αὐτὸν ὁμιλίας. ἀλλὰ μὴν ὑσίαν γε ἔχοντα χρυσοῦ, ἢ ἵππος ἄλλης κτήσεως, οὔτε ῥᾴλλοττον ὁμοίως, οὔτε ἀλόντα βύμεταχείρισον ἡγήσεται. ἐξ ὧν πᾶσα ἀνάγκη ἐρᾶσθαι παιδικοῖς φθονεῖν μὴ οὐσίαν κεκτημένοις, ἀπολυμένοις δ' χαίρειν. ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅτι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἐρᾶσθαι βούλεται ἀεὶ γενέσθαι, τὸ αὐτῷ γλυκὺ ὡς πλεῖστον χρόνον καρπούσθαι ὁπτώμενον. ἔστι μὴ δὴ καὶ ἄλλα κακά· ἀλλά τις ἔμιξε δαίμων τοῖς πλείστοις ἐν τῇ πρώτῃ ἡδονῇ· B οἷς κόλακι, δηνῷ θηρίῳ καὶ βλαβερᾷ μεγάλῃ, ὅμως ἐπέμιξεν ἡ φύσις ἡδονήν τινα οὐκ ἀμουσον. καὶ τις ἑταίραν ὡς βλαβερὸν ψέξειεν ἄν, ἢ ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων θρεμμάτων τε καὶ ὁπτημάτων, οἷς πολλὰ καθ' ἡμέραν ἡδέσθαι ἔστ' ὑπάρχει· παιδικοῖς δ' ἐρᾶσθαι πρὸς τῷ βλαβερῷ καὶ εἰς τὸ συνημερεύειν πρώτων ἀνθέξασθαι. ἤλιξι γὰρ καὶ C ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν φησὶν ἤλικα. ἡ γὰρ (οἶμαι) χρόνου ἰσότης ὅτι ἴσας ἡδονὰς ἀγούσα, δι' ὁμοιότητα φιλίαν παρέχεται· ἀλλ' ὅμως κρεῖττον γε καὶ ἡ τούτων σύνουσία ἔφη. καὶ μὴν πολύ γε ἀναλγητότερον αὖ βαρὺ πρεσβύτῃ πρὸς πᾶν λέγεται· ὁ δὴ πρὸς τὴν ἀνομοιότητα μάλιστα ἐρᾶσθαι πρὸς παιδικὰ ἔφη. νεωτέρῳ γὰρ πρεσβύτερος συνὼν, οὔθ' ἡμέρας οὔτε νυκτὸς ἀπολείπεται ἑκών, ἀλλ' ἔστ' ἂν ἀνάγκης τε καὶ οἴστρου ἐλαύνεται, ὃς ἐκείνῳ μὲν P ἡδονὰς ἀεὶ διδοὺς ἀγάλ, ὁρῶντι, ἀκούοντι, ἀπτομένῳ, καὶ πᾶσιν αἰσθήσει αἰσθανομένῳ τῶν ἐρωμένου, ὥστε μεθ' ἡδονῆς ἀραρότως αὐτῷ ὑπηρετεῖν· τῷ δ' αὖ ἐρωμένῳ ποῖον προσαμύνιον ἢ λύπας ἡδονὰς διδούς, ποίᾳ τε ἴσον χρόνον σύνοντι μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔλαττον ἐλθεῖν ἀνάγκας; ὁρῶντι μὲν ὄψιν πρεσβυτέραν D οὐκ ἐν ὥρᾳ, ἐπομένων δὲ τῶν ἄλλων ταύτῃ, ἃ καὶ λόγῳ ἔστιν ἀκούειν οὐκ ὀπτέ τε πρεπῆ, μὴ ὅτι δὲ ἔργῳ, ἀναίσχυντα ἀεὶ προσκείμενα μεταχειρίζεσθαι· φύλακάς τε δὴ "καὶ χυπόπολους φύλακα πομπεύειν ἀεὶ πανταχοῦ, ἀκαίρους τε ἐπαίνους καὶ ὑποβαλλομένας ἀκούοντι· ὡς δὲ αὖτως ψόγους, E νήφοντος μὲν οὐκ αἰσχυτούς· εἰς ὃ μέθην ἰόντος, πρὸς τῇ μὴ αἰσχύνῃ, ἐπ' αἶσχος, παρρησίᾳ κατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ χρωμένῳ. ἐρῶν μὲν, βλαβερός τε καὶ ἀνδρὶ λῆξας ὁ τοῦ ἔρωτος, εἰς δὲ ἔπειτα χρόνον ἄπιστος· εἰς ὃν πολλὰ καὶ μετὰ πολλῶν ὅρκων τε καὶ δεήσεων ὑπισχνούμενος, μόγις κατεῖχε τιθὼν γὰρ τῷ τότε

Legitur etiã καχυποπτας: idque nomine est etiam uerbum καχυποπτεῖσθαι. alioqui & alibi usus nomine καχύποπου comperitur Plato. Paulo post autem post ἀκαίρους legitur etiã καὶ ἀκαίρους.

ξυνουσίαν ὑπόπτον οὖσαν φέρειν δι' ἐλπίδα
ἀγαθῶν. ἡνίκα δὴ δέον ἐκλιπεῖν, μεταβαλὼν
ἄλλον ἄρχοντα καὶ παιδαγωγὸν ἐν ἑαυτῷ,
νοῦν καὶ σωφροσύνην αὐτ' ἔρωτος καὶ μανίας,
ἄλλος γεγονὼς λέληθε καὶ παιδικά. Καὶ ὁ μὲν
αὐτὸν χάριν ἀπαιτεῖ τότε, ὑπομιμνήσκων
καὶ προειπόντα καὶ λέξαντα, ὡς ᾧ αὐτῷ δέον
λεγόμενος· ὁ δὲ ὑπὸ αἰσχύνης οὔτε εἰπεῖν
τολμᾷ ὅτι ἄλλος γέγονεν, οὔθ' ὅπως καὶ τῆς
προτέρας διανοίας ἄρχῃς ὅρκοις τε καὶ
ὑποσχέσεις ἐμπεδώσῃ ἔχει, νοῦν ἤδη ἐσχηκὼς
καὶ σεσωφρονηκώς· ἵνα μὴ προϊόντων ταὐτὰ
ταῦθ' ἕν, ὅμοιός τε ἐκείνῳ καὶ ὁ αὐτὸς
πάλιν γένηται. Φυγὰς δὴ γίγνεται ἐκ τούτων,
καὶ ἀπεστερημένος ὑπ' ἀνάγκης ὁ πρὶν ἐρα-
στής, ὀπίσω μεταπεσόντος, ἴεται φυγῇ με-
ταβαλών· ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν, ἀγα-
νακτῶν καὶ βασκαίνων, ἠγνοηκὼς τὸ ἀπ' ἀρχῆς
ἐξ ἀρχῆς, ὅτι οὐκ ἄρα ἐδεῖ ποτὲ ἐρῶντι καὶ
ὑπ' ἀνάγκης αἰσθητῷ χαρίζεσθαι, ἀλλὰ
πολὺ μᾶλλον μὴ ἐρῶντι καὶ νοῦν ἔχοντι. εἰ
δὲ μή, ἀναγκαῖον εἶναι συδοῦναι ἑαυτὸν ἀπίστῳ,
δυσκόλῳ, φθονερῷ, ἀνδεῖ· βλαβερῷ μὲν
τοῖς οὐσίαν, βλαβερῷ δὲ τοῖς τοῦ σώματος
ἕξιν πολὺ δὲ βλαβερώτατῳ τοῖς τὴν τῆς ψυ-
χῆς παίδευσιν, ἧς οὔτε ἀνθρώποις οὔτε θεοῖς
τῇ ἀληθείᾳ τιμιώτερον οὔτε ἔστιν, οὔτε ποτὲ
ἔσται. Ταῦτά τε δὴ χρὴ, ὦ παῖ, ξυννοεῖν, καὶ εἰδέ
ναι τὴν ἐρασθεὶς φιλίαν, ὅτι οὐ μετὰ θυμοῦ γί-
γνεται, ἀλλὰ, σιτίου δίκην, χάριν πλησμονῆς,

Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', ὡς παῖδα φι-
λοῦσιν ἐρασταί.

Τοῦτ' ἐκεῖνο, ὦ Φαῖδρε, οὐκέτ' ἂν πέρα
ἀκούσαις ἐμοῦ λέγοντος· ἀλλὰ δή σοι πέρας
ἐχέτω ὁ λόγος.

ΦΑΙ. Καίτοιγε ἔμοιγε μεσοῦν αὐτὸν
καὶ ἐρεῖν καὶ ἴσα περὶ τοῦ μὴ ἐρῶντος, ὡς δεῖ ἐ-
κείνῳ χαρίζεσθαι μᾶλλον, λέγων αὖ ὅσα ἔχει
ἀγαθά. νυνὶ δὴ ὦ Σώκρατες τί ἀποπαύῃ;
ΣΩ. Οὐκ ἤκουσας ὦ μακάριε ὅτι ἤδη ἔπη
φθέγξομαι, ἀλλ' οὐκέτι διθυράμβους, καὶ ταῦ-
τα, ψέγων; ἐὰν δὴ ἐπαινεῖν σὲ ἕτερον ἄρξω-
μαι, τί με οἴει ποιήσειν; ἆρ' οἶσθ' ὅτι ὑπὸ τῶν
Νυμφῶν, αἷς με σὺ προυβάλες, ἐκ προνοίας
σαφῶς ἐνθουσιάσω; λέγω οὖν ἐνὶ λόγῳ,
ὅτι ὅσα τὸν ἕτερον λελοιδόρηκα μοι, ταῦ ἑ-
τέρῳ ταναντία τούτων ἀγαθὰ προσεστι. Καὶ τί
δεῖ μακρῷ λόγῳ; περὶ γὰρ ἀμφοῖν ἱκανῶς
εἴρηται. καὶ οὕτω δὴ ὁ μῦθος ὅτι πάλαι προσήκει αὐτῷ, τοῦτο πείσεται· καὶ ἐγὼ τὸν μὲν

A infestam eius consuetudinem sustineret. Tunc verò quum rependendum erat, præsidem alium principémque in se recipit, mentem & temperãtiam pro amore & insania, & alius homo factus amatum fallit. tunc nimirum amasius eorum quæ & dicta quondam & facta fuerant, memor, beneficiorum gratiam exigit, existimans cum eodem verba se facere: sed alter ob pudorem neque audet mutatum esse se cõfiteri, neque comperit qua ratione prioris illius vesani imperii iusiurandum & promissa firmiter præstet, quum illa mutatione factus sit mentis & temperantiæ compos, ne, si eadem quæ antea fecerit, similis
B illi & idem prorsus euadat. Hinc fit vt qui antè amauerat, iam aufugiat, & necessitate in angustias quasdam cõpulsus, quasi testa cadente, in fugam se det præcipitem: alter verò persequi cogatur, indignabundus & deûm hominúmq; fidem obtestans, ignoratione nimirum initio deceptus, quòd minimè consentaneum esset amatori morem gerere, sed potius ei qui minimè amaret & saperet: sinminus, condonan-
C dum se esse homini infido, morosо, inuido, molesto, & ad rerum possessionem & ad corporis quoque habitum pernicioso, longè verò ad animi disciplinam capessendam pernicio sissimo: qua tamẽ apud deos & homines nihil est vel erit vnquam augustius vel pretiosius. Hæc sunt, mi puer, consideranda, atque illud semper animaduertendum, Amatoris amicitiam non beneuolentia vlla, sed, cibi instar, ad explendam satietatem existere. nam

Vt lupus ipse agnum, puerum sic ardet amator.

D Hoc nimirum illud ipsum est, mi Phædre: neque amplius me dicentem audies: sed iã finem habeat oratio.

PHAE. [a] Atqui arbitrabar ad dimidiũ orationis nos tantùm accessisse, tantundẽ verò restare quod de non amante diceremus: Illi videlicet potius indulgendum, commemoratis iis bonis quæ ea in re insint. nunc verò, mi Socrates, cur ab eo sermone desistis? SOC. Non sentis, mi Phædre, me iam carmina fundere, non dithyrambos, & quidem hactenus vt in vituperatione mea versetur oratio? quòd si laudare alterum instituam, écquid me factu-
E rum arbitraris? Nónne animaduertis me à Nymphis, siue tuo impulsu siue diuina quadam prouidentia afflari? Itaque in summa dico, tot bona inesse alteri, quot mala in altero numerauimus. Sed quid multis verbis opus est? de vtrisque enim satis supérq; atque ita huic sermoni id eueniet quod ei consentaneum est. Ego verò transmisso

a Absoluto Lysiæ orationis ἐπίλογῳ, vbi docuit eum & in re & tractandi modo peccasse, trãsit ad alteram partem, nimirum vt doceat quæ sit vera pulchritudo, quam sibi amor, vt finem, proponat: & quæ pulchra sit & bene cõsentiens oratio. quæ duo vitia in Lysiæ sermone modò reprehenderat. Suo autem more adhibet præfationem, ad dialogi decorem & venustatem: testãs quoque se non Amorem illum deum reprehẽdisse, sed fœdam & inhonestam cupiditatem, quam homines perperã nomine illo insignirant. sed suo more iocabundus air se παλινῳδεῖν, & ad sequentem orationem sibi sternere viam, quòd non satis distincte illa Amoris vituperatio fuerit instituta.

hoc flumine diſcedo, priuſquam ad longiorem ſermonem abs te cõpellar. PHAE. Ne ſanè, Socrates, antequã æſtus abceſſerit. nõnne vides iam meridiem ſtare? qua hora certè viget calor, & in hoc quidẽ æſtiuo tẽpore. opportunius eſt igitur hîc diutius commorari, & in his quæ iam diximus ediſſerendis tempus impendere: vbi primùm verò æſtus deferbuerit, tunc diſcedemus. SOCR. In conquirendis ſermonibus diuinus es, mi Phædre, & reuera mirabilis. arbitror equidẽ, orationũ quæ tuo tẽpore habitæ ſunt, plures te neminẽ cõpoſuiſſe, ſiue vltrò dicendo, ſiue ad eam operã alios cõpellendo. Simmiam Thebanũ excipio: at alios tu longè antecellis. & nunc etiam mihi in cauſa extitiſſe videris, vt qualemcunque orationẽ hanc habuerim: nec verò etiã bellum modò mihi denũtias. PHAE. Sed quónam modo & vnde hæc tibi noua cupiditas? SOCR. Quum flumen tranſiturus eſſem, mi Phædre, diuinum illud quod mihi ſolet euenire ſignũ, mihi euenit, quod ſanè quoties accidit, quod facturus eram agere prohibet. hinc vocem audire viſus ſum, quæ abire hinc me vetat, antequã me expiauero quaſi aduerſus deũ aliquid peccauerim. Sum verò equidem vates, ſed nõ valde peritus: ſed quemadmodum ii qui malè ſciunt literas, ita in hac vaticinandi arte hactenus ſum verſatus quantum mihi ſatis eſt. qua in re igitur peccauerim, ſatis perſpicuè intelligo. ſi quidem, mihi crede, animus vim aliquam habet diuinatricem. me enim cõmouit etiã antea, dum loquebar: vt quidem vererer quodãmodo (ſicuti ait Ibycus) *ne vbi aduerſus deos peccauerim, apud homines gloriam præmiúmque conſequar.* Qua in re igitur peccauerim, nũc demum ſenſi. PHAE. Ecquid illud eſt? SOC. Grauem, ô Phædre, grauem, inquam, ſermonem & tu attuliſti, eúmque me etiam vſurpare coegiſti. PHAE. Quomodo verò? SOCR. Veſanum, & penè impium: quo quis grauior eſſe poſſit? PHAE. Nullus ſanè, ſi ita eſt vt ais. SOCR. Quid enim? nónne arbitraris Amorem eſſe filium Veneris, & ipſum quidem, deum aliquem? PHAE. Ita nimirum dicitur. SOCR. Neque certè à Lyſia, neque ſermone tuo, quemadmodũ prolatus eſt ex ore meo à te veluti faſcinato atque incãtato. Quòd ſi eſt (vt eſt certè) deus, aut diuinum quidpiam, Amor, malum profectò non eſt. ſermones igitur hi à nobis duobus modò habiti quaſi Amor malum eſſet, hactenus aduerſus Amorem peccarunt: & valde quidem inſulſæ videntur hæ noſtræ diſputationes (quamuis vrbanitate quadam ſint aſperſæ) quòd nihil ſyncerum verúmque cõplectãtur, & tamẽ præ ſe granditatẽ quãdã ferant, quaſi

A τοῦτον διαβὰς ἀπέρχωμαι, πρὶν ἂν σοῦ τί μεῖζον ἀναγκασθῶ. ΦΑΙ. Μήπω γε, ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὡς μεσημβρία ἤδη ἐστὶ καὶ ἵσταται; ἀλλὰ περιμείναντες, καὶ ἅμα περὶ τῶν εἰρημένων διαλεχθέντες, ταχὰ ἐπειδὰν ἀποψύξῃ ἰῶμεν. ΣΩ. Θεῖός γ' εἶ περὶ τοὺς λόγους ὦ Φαῖδρε, καὶ ἀτεχνῶς θαυμάσιος. οἶμαι γὰρ ἐγὼ τῶν ὑπὸ τοῦ σοῦ βίου γεγονότων λόγων μηδένα πλείους ἢ σὲ πεποιηκέναι γεγενῆσθαι, ἤτοι αὐτὸν λέγοντα, ἢ ἄλλους ἑνί γε ὅπῃ τύχοι ἀναγκάζοντα. Σιμμίαν Θηβαῖον ἐξαίρω λόγου· τῶν δ' ἄλλων πάμπολυ κρατεῖς· καὶ νεῶ αὖ δοκεῖς αἴτιός μοι γεγονέναι λόγων ῥηθῆναι, οὐ πολεμίων γε ἀγγέλλοις. ΦΑΙ. Ἀλλὰ πῶς δὴ καὶ τίνι τούτῳ; ΣΩ. Ἡνίκ' ἔμελλον, ὦ ἑταῖρε, τὸν ποταμὸν διαβαίνειν, τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖον μοι γίγνεσθαι, ἐγένετο (ἀεί με ἵσχει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν) καί τινα φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκηκοέναι· ἥ με οὐκ ἐᾷ ἀπιέναι πρὶν ἂν ἀφοσιώσωμαι, ὡς τι ἡμαρτηκότα εἰς τὸ θεῖον. εἰμὶ δὴ οὖν μάντις μέν, οὐ πάνυ γε κομψὸς· ἀλλ' ὥσπερ ὁ τὰ γράμματα φαύλως, ὅσον ἐμοὶ αὐτῷ μόνον ἱκανός. σαφῶς οὖν ἤδη μανθάνω τὸ ἁμάρτημα. ὡς δὲ τοῦτο, ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχή. ἐμὲ γὰρ ἔθραξε μόλις τι καὶ πάλαι λέγοντα λόγον· καὶ πῃ ἐδυσωπούμην, κατ' Ἴβυκον, μή τι θεοῖς ἀμπλακὼν, τιμὰν παρὰ ἀνθρώποις ἀμείψωμαι. νῦν δὲ ἔγνωσμαι τὸ ἁμάρτημα. ΦΑΙ. Λέγεις γὰρ δή τι; ΣΩ. Δεινόν, ὦ Φαῖδρε, δεινὸν λόγον αὐτός τε ἐκόμισας, ἐμέ τε ἠνάγκασας εἰπεῖν. ΦΑΙ. Πῶς δή; ΣΩ. Εὐήθη, καὶ ὡσαύτως τι ἀσεβῆ· οὗ δὲ αἴσχιον εἴη ἄν, δεινότερος; ΦΑΙ. Οὐδείς, εἴ γε σὺ ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Τί οὖν; Ἔρωτα οὐκ Ἀφροδίτης, καὶ θεόν τινα ἡγῇ; ΦΑΙ. Λέγεται γε δή. ΣΩ. Οὔτε σοῦ γε Λυσίου, οὔτε τοῦ σοῦ λόγου, ὡς διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος καταφαρμακωθέντος ὑπὸ σοῦ ἐλέχθη. εἰ δ' ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι, θεὸς ἤ τι θεῖον ὁ Ἔρως, οὐδὲν ἂν κακὸν εἴη· τὼ δὴ λόγω τὼ νεὼ δὴ περὶ αὐτοῦ εἰπέτην ὡς τοιούτου ὄντος. ταύτῃ τε οὖν ἡμαρτανέτην περὶ Ἔρωτα· ἔτι τε ἡ βύβλος αὐτοῖν πάνυ ἀστεία, τὸ μηδὲν ὑγιὲς λέγοντε, μηδὲ ἀληθὲς, σεμνυνέσθαι ὡς τι ὄντε· εἰ ἄρα

vel εἰς ante ἥ, vel εἰ πῦρ (aut tale aliquod aliquid) ante ſine ſuum) ante ſine poſt ἀναγκασθῆναι uidetur deeſſe.

ἀνθρωπίσκους τινὰς ἐξαπατήσαντε δυσκολ-
μήσετον ἐν αὐτοῖς. ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ φίλε, καθήρασθαι ἀνάγκη. ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος· ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤδετο, Στησίχορος δέ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος· ἀλλ', ἅτε μουσικὸς ὤν, ἔγνω τὴν αἰτίαν· καὶ ποιεῖ δὴ τοῦτο, Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος· οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας. Ποιήσας δὲ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν, τὸ βλάβος ἀνέβλεψεν. ἐγὼ οὖν σοφώτερος ἐκείνων γιγνόμεθα κατ' αὐτό γε τοῦτο. πρίν γέ τι παθεῖν διὰ τὸν Ἔρωτος κακηγορίαν, πειράσομαι αὐτῷ ἀποδοῦναι τὴν παλινῳδίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, καὶ οὐχ ὥσπερ τότε, ἵνα αἰσχύνης ἕνεκα καλυμμένος. ΦΑΙ. Τοῦτο νὴ, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔστιν ἅτι οὐκ ἐμοὶ εἴρηται ἡδέως. ΣΩ. Καὶ γάρ, ὦ γαθὲ Φαῖδρε, ἐννοεῖς ὡς αἰσχρῶς εἴρηται τὼ λόγω, οὗτός τε ὁ ἐκ τοῦ βιβλίου ῥηθείς. εἴ τις ἀκούων τύχοι ἡμῶν ἠνάγκας καὶ πρὸς ὁτιοῦν ἐρῶντος καὶ πρὸς ἐραστὴν ἐρῶν, ἢ καὶ πρότερόν ποτε ἐραθείς, λεγόντων ὡς διὰ σμικρὰ μεγάλας ἔχθρας ἐχθραὶ αἰσχρῶς τε καὶ βλαβερῶς, πῶς οὐκ οἴει αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκούειν ναύτας που τεθραμμένων, καὶ οὐδένα ἐλεύθερον ἔρωτα ἑωρακότων; πολλοῦ δεῖ αὖ δεῖν ἡμῖν ὁμολογεῖν ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν Ἔρωτα; ΦΑΙ. Ἴσως νὴ Δί', ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Τοῦτόν γε οἶνον ἐγὼ αἰσχυνόμενος, καὶ αὐτὸν Ἔρωτα δεδιὼς, ὀπτυμῷ ποτίμῳ λόγῳ οἷς ἁλμυραὶ ἀχλὺν ἀποκλύσασθαι συμβαλοῦ· ἣν καὶ Λυσίᾳ ὅτι τάχιστα γράψαι ὡς τάχιστα ἐραστῇ μᾶλλον ἢ μὴ ἐρῶντι ἐκ τῶν ὁμοίων χαρίζεσθαι. ΦΑΙ. Ἀλλ' ὦ ἴσθι ὅτι ἔξεστι τοῦθ' οὕτως· σοῦ γὰρ εἰπόντος τὸν ἐραστὸν ἔπαινον, πᾶσα ἀνάγκη Λυσίαν ἐμοῦ δυσκαθῆναι γράψαι αὖ περὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ΣΩ. Τοῦτο μὲν πιστεύω, ἕως ἂν ἦς ὃς εἶ. ΦΑΙ. Λέγε τοίνυν θαρρῶν. ΣΩ. Τοῦ δή μοι ὁ παῖς ἐστὶν ὃν ἔλεγον; ἵνα καὶ τοῦτο ἀκούσῃ· καὶ μή, ἀνήκοος ὤν, φθάσῃ χαριεσάμενος τῷ μὴ ἐρῶντι. ΦΑΙ. Οὗτος ἐγγύς σοι μάλα πλησίον ἀεὶ πάρεστιν, ὁτάν σὺ βούλῃ. ΣΩ. Οὕτω τοίνυν ὦ παῖ καλὲ ἐννόησον, ὡς ὁ μὲν πρότερος ἦν

A homũculis nõnullis in errorẽ inductis, inde maximã gloriã laudémque conſequantur. mihi igitur, Phædre, expiari neceſſe eſt. Eſt autem antiqua quædam expiatio aduerſus eos qui in fabularum commemoratione peccant. quam expiandi rationem ignorauit Homerus, ſed eam tamẽ nouit Steſichorus. quum enim oculis orbatus eſſet propterea quòd de Helena cõtumelioſè fuerat loquutus, non ignorauit cæcitatis cauſam, vt Homerus, ſed vtpote muſicus, eam agnouit. idcirco hæc carmina continuò compoſuit,

B *Non verus fuit ille ſermo: neque cauis*
Nauibus exceſſiſti, neque adiſti
Pergama Troiæ.

eóque edito poëmate quod παλινῳδίαν [i. recantationem] vocant, confeſtim viſum recuperauit. Ego autem hac quidem in re vtriſq; ero ſapiẽtior. antequam enim mihi quicquam accidat incommodi propter Amoris vituperationem, conabor illi palinodiã repẽdere, & quidem nudo capite, nõ, vt ſuprà, ob verecũdiam obuelato. PHAE. His nimirum, Socrates, nihil mihi gratius

C efficere poſſes. SOCR. Etenim animaduertis, bone Phædre, quàm impudẽter hi ſermones explicati ſint, & hic tuus ex libro petitus, & is quem ipſe ediſſerui. Quòd ſi generoſus aliquis vir & modeſtus, qui ſimilem ſibi amet amauerítve, nos audiat quum dicimus, amantes ob minimas ſæpe cauſas ſuſcipere magnas inimicitias, & amaſios ſuos inuidia & odio proſequi, ita vt dãnũ illis creare conẽtur: quomodo non exiſtimet audire ſe homines inter nautas educatos, qui liberalem aliquem amorem nũquam inſpexerint? ac proinde illum mi-

D nimè nobis conceſſurum quæ vitio vertimus Amori? PHAE. Fortaſſe per Iouem, Socrates. SOCR. Huius ergo hominis reuerentia motus, & ipſum etiam Amorem pertimeſcens, cupio veluti poculenta oratione ſalſum illum auribúſque noſtris noxium ſermonem diluere. Quinetiam autor ſum Lyſiæ vt quamprimùm ſcribat, iiſdem allatis rationibus & exquiſitè accõmodatis, morem eſſe gerendum potius ei qui amat quàm ei qui non amat. PHAE. Ita futurum certò habeto. nam poſtquam

E tu amatorem laudaueris, neceſſe quoque fuerit me eò cogere Lyſiam, vt de eodem argumento ſcribat. SOCR. Iſtuc quidem credo futurũ, quãdiu is eris qui es. PHAE. Dic modò præſenti animo. SOCR. Eia: vbi mihi puer ille adeſt ad quem habui ſuperiorem ſermonem? vt hunc etiam audiat: ne, ſi minus commodè audierit, non amãti temerè obtemperet. PHAE. Is tibi proximus ſemper adhęret, quando etiam tu volueris. SOCR. Sic igitur, formoſe puer, cum animo tuo reputa, priorem ſermonem

fuisse Phædri Pychoclis filii, Myrrhinusii: sequentem verò, Stesichori, Euphemi filii, Himeræi, huius hoc erit exordium:

a SECVNDA Socratis oratio, quam παλινῳδίαν vocat, quòd cõtrarium planè quàm superior illa euincat; nimirum nõ esse simpliciter & præcisè damnandum Amorem, quum varius sit & multiplex: ac proinde distinguẽdum esse, vt pro merito vel laudetur vel vituperetur. Ait igitur non idcirco amantis consuetudinẽ aspernandam esse, quòd is qui amat, insaniat, qui non amat, sapiat: quã laudabilis sit quædã insania, cuius quatuor enumerat species, Vaticinium, Religionem, Poesim, Amorem: quem in malis minimè ducendum ideo colligit: neque verũ esse adeo, Non amãti potius esse obtemperãdũ quàm amãti. Quod leuius primò probatum, tum accuratius & copiosius demõstrat. De μανίας autem & οἰωνιστικῆς etymologia obiter agit.

NON VERVS est ille sermo qui præsente amatore non amãti ait esse morẽ gerẽdũ: quandoquidẽ amãs insanit, non amãs sapit. si enim simpliciter verum esset, furorem esse malum, rectè quidem illud à nobis diceretur: nunc verò maxima bona nobis contingunt per furorem diuino quodam munere concessum. nam ea quæ Delphis est vates, eæq; sacerdotes quæ sunt in Dodona, furore correptæ, multis beneficiis & publicè & priuatim Græciam affecerunt: mentis verò compotes, exigua aut nulla beneficia eidem tribuerunt. Quòd si Sibyllam, aliósque omnes qui vaticinio sunt vsi, singulatim vellemus recensere, quantas vtilitates sagaci illa rerum futurarum scientia plurimis attulerint, in re omnibus perspicua operam tempúsque insumeremus. Illud verò luculenta quadam memoria dignum est, Ex veteribus eos qui rebus nomina imposuerunt, non turpe quiddam neque ignominiosum, furorem existimasse. non enim præclarissimæ arti, qua de rebus futuris statuitur iudicium, ipsum hoc nomen implicantes, Μανικὴν [i. furiosam] vocarunt: sed tanquã bonũ quiddam sit furor, quãdo diuina sorte existit, ita existimarunt se præclarum nomen imponere præclarissimę rei. at nostri temporis homines, interiecta τ litera, imperitè nimirum atque insciter, μαντικὴν dixerunt. Quãquam & prudẽtum hominum de rebus futuris per aues & alia ostenta inuestigationem, quæ nimirum certo ratiocinationis auspicio intelligentiæ humanæ præberetur, Mentem historiámque auguralẽ nominarunt, id est, antiqua voce οἰονοϊστικὴν, [quasi dicerent τὴν ἐκ διανοίας νοητικὴν] quam videlicet recentiores, parua vocabuli declinatione facta, rotundiore vocabulo, οἰωνιστικὴν nuncuparunt. Quanto igitur & perfectius & augustius quiddam Vaticinium augurali coniectura, & nomẽ nomine, & opus opere: tanto testificantur antiqui furorem temperantia præclarius quiddam esse, vt id nimirum quod à deo proficiscitur augustius est eo quod ab hominibus originem habet. Iam verò aduersus morbos & labores maximos, qui ob veteres noxas hominibus impẽdebant, ex diuina vindicta, nescio quis furor gentibus quibusdã alicũde ingruẽs, & quibus opus erat res futuras prædicens, sedandi incommodi remedia inuenit, confugiens ad vota cultúsq; deorum: vnde expiationes propitiationẽque adeptus, incolumem indemnémq; eum qui sui compos esset, & in præsens & in futurũ tẽpus præstitit, præsentiúmque malorũ liberationẽ ei qui rectè fureret & mente correptus esset, haud dubiè procurauit.

λόγος Φαίδρου τοῦ Πυθοκλέους, Μυῤῥινουσίου αὐδρός· ὃν ἃ μέλλω λέγειν, Στησιχόρου, τοῦ Εὐφήμου, Ἱμεραίου. λεκτέος ἂν ὧδε, ὅτι

A

Οὐκ ἐς ἔτυμος ὁ λόγος ὃς αἰὶ παρόντος ἐραστοῦ τῷ μὴ ἐρῶντι μᾶλλον φῂ δεῖν χαρίζεσθαι, διότι ὁ μὲν μαίνεται, ὁ δὲ σωφρονεῖ. εἰ μὲν γὰρ ἁπλοῦν τὸ μανίαν κακὸν εἶναι, καλῶς ἂν ἐλέγετο· νῦν δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίγνεται διὰ μανίας, θείᾳ μέντοι δόσει διδομένης. ἥ τε γὰρ ἐν Δελφοῖς προφῆτις,

B

αἵ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι, μανεῖσαι μὲν πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τῇ Ἑλλάδι εἰργάσαντο· σωφρονοῦσαι δέ, βραχέα, ἢ οὐδέν. καὶ ἐὰν δὴ λέγωμεν Σιβύλλαν τε, καὶ ἄλλους ὅσοι μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ, πολλὰ δὴ πολλοῖς προεῖδον εἰς τὸ μέλλον ὀρθῶς, μηκυνοίμεν ἂν, δῆλα πᾶσι λέγοντες. τόδε μέντοι ἄξιον ἐπιμαρτύρασθαι, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν οἱ τὰ ὀνόματα ἔθεσαν, οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦντο οὐδὲ ὄνειδος μανία. οὐ γὰρ ἂν

C

τῇ καλλίστῃ τέχνῃ, ᾗ τὸ μέλλον κρίνεται, αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ἐμπλέκοντες, μανικὴν ἐκάλεσαν· ἀλλ' ὡς καλόν ὄντος, ὅταν θεία μοίρᾳ γίγνῃ, οὕτω νομίσαντες ἔθεντο. οἱ δὲ νῦν ἀπειροκάλως τὸ τῶν ἐπιβαλόντες, μαντικὴν ἐκάλεσαν. ἐπεὶ καὶ τῶν γε τῶν ἐμφερῶν ζήτησιν τοῦ μέλλοντος ἥ τε ὀρνίθων ποιουμένων καὶ τῶν ἄλλων σημείων, ἅτ' ἐκ διανοίας ποιζομένων ἀνθρωπίνῃ νοήσει νοῦν τε καὶ ἱστορίαν οἰονοϊστικὴν ἐπωνόμασαν· διὰ

D

νεῦν οἰωνιστικὴν τὸ ὦ σε μικρύνοντες οἱ νέοι καλοῦσιν. ὅσῳ δὴ οὖν τελεώτερον καὶ σεμνότερον μαντικὴ οἰωνιστικῆς, τό τε ὄνομα τοῦ ὀνόματος, ἔργόν τε ἔργου· τόσῳ καλλίων μαρτυροῦσιν οἱ παλαιοὶ μανίαν σωφροσύνης τῆς ἐκ θεοῦ τῆς πρὸ ἀνθρώπων γιγνομένης. ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων δι' ἁμαρτήματα ἐκ μνημάτων του θεῶν ἔνιοι λυομένων, ἡ μανία ἐγγενομένη, καὶ προφητεύσασα οἷς ἔδει, ἀπαλλαγὴν εὗρετο, καταφυγοῦσα πρὸς θεῶν εὐχάς τε καὶ λατρείας· ὅθεν δὴ καθαρμῶν τε καὶ τελετῶν τυχοῦσα ἐξαυτῆ ἐποίησε τὸν αὐτὸν ἔχοντα πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον, λύσιν τῶν ὀρθῶς μανέντι τε καὶ κατασχομένῳ τῶν παρόντων κακῶν εὑρομένη.

E

τεῖτη

πείτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατοχή τε καὶ μανία, λαβοῦσα ἁπαλὴν καὶ ἁβατον ψυχὴν, ἐγείρουσα τε ὀρβαχεύσασα κατά τε ᾠδὰς καὶ ἄλλην ποίησιν, μυρία τὰ παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει. ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανῶς ποιητὴς ἔσεσθαι, ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ἐκεῖνου τῆς μαινομένων ἠφανίσθη. τοσαῦτα μὲν σοι καὶ ἔτι πλείω ἔχω μανίας γιγνομένης ἀπὸ θεῶν λέγειν καὶ οἷα ἔργα. ὥστε τοῦτό γε αὐτὸ μὴ φοβώμεθα· μηδέ τις ἡμᾶς λόγος δυσχεραίνειν πείθοι, δεδιότας ὡς χρὴ τοῦ κρείττονος τὸν σώφρονα μᾶλλον ἑλέσθαι φίλον· ἀλλὰ τόδε πρὸς ἐκείνῳ δείξας φερέσθω τὰ νικητήρια, ὡς οὐκ ἐπ' ὠφελείᾳ ὁ ἔρως τοῖς ἐρῶσι καὶ τῷ ἐρωμένῳ ἐκ θεῶν ἐπιπέμπεται. ἡμῖν δὲ ἀποδεικτέον αὖ τοὐναντίον, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ πρός τε θείου καὶ ἀνθρωπίνης μανίᾳ δίδοται. ἡ δὲ δὴ ἀπόδειξις ἔσται δυσὶν μὲν ἄπιστος, σοφοῖς δὲ πιστή. δεῖ δὴ πρῶτον ψυχῆς φύσεως πέρι θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης, ἰόντα πάθη τε καὶ ἔργα, παλήθη νοῆσαι. ἀρχὴ δὲ ἀποδείξεως ἥδε· Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεικίνητον, ἀθάνατον· τὸ δὲ ἄλλο κινοῦν, καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παύλαν ἔχον κινήσεως, παύλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολειπον ἑαυτό, ποτὲ λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. ἀρχὴ δὲ ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὸ δὲ μηδ' ἐξ ἑνός. εἰ γὰρ ἐκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀγένητον ὄντ, καὶ ἀναγκαῖον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης, οὔτε αὐτή ποτε ἐκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γένοιτ' ἂν· εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίγνεσθαι. οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχή, τὸ αὐτὸ κινοῦν. τοῦτο δὲ οὔτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίγνεσθαι δυνατόν· ἢ πάντα τε οὐρανόν, πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν ὅθεν κινηθέντα γένηται. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτο αὐτό τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. πᾶν γὰρ σῶμα ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον· ᾧ δ' ἔνδοθεν αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ, ἔμψυχον· ὡς ταύτης οὔσης φύσεως ψυχῆς. εἰ δ' ἔστι τοῦτο ὅπως ἔχον, μὴ ἄλλό τι εἶναι τὸ αὐτὸ αὑτὸ κινοῦν,

A Tertia verò insania & mētis excessio, quæ tenerā inaccessámq; animā susceperit, est à Musis, illámq; & excitat & afflat ad cătulenarū cæteræq; poëseos impetū, & innumerabilia antiquorū facta illustrans, posteros instituit. qui autem absq; poëtarū furore ad poëticas fores accedit, confidens artis cuiusdā ductu atque auspiciis bonū poëtā se euasurū, imperfectus & ipse est, & ipsius poësis manca & imperfecta, præ illa quæ ex furore proficiscitur: ac proinde omnis illa quæ ex tēperantis sobriiq; hominis animo manat poësis, euanescit. Tot equidem

B & plura furoris diuino numine conciti effecta, præclara quidē illa atq; illustria, possē tibi cōmemorare. Quapropter hoc ipsum ne reformidemūs, nēve vlla oratio nos cōturbet, ostendens, prudentē & sanū potius quàm furore cōmotū, in amicorū numerū esse referendū. at ille insuper ostēdat, si potest, ac victoriā reportet, non pro vtilitate amantis & amasii Amorē à diis esse concessum. Nobis verò nunc cōtrà ostendendū est pro felicitate maxima huiusmodi furorē à diis esse datū. [a] demonstratio autē erit

C contentiosis quidē incredibilis, sapiētibus verò probabitur. Nos autem oportet primùm de animæ natura & diuina & humana, illius & viribus & effectis exploratis, veritatē intelligere. Demonstrationis autē illius hoc esto primordiū: OMNIS ANIMVS EST IMMORTALIS. quod enī semper mouetur, immortale est. quod autem motū affert alicui, quódq; ipsum agitatur alicunde, quādoquidē finē habet motus, viuendi quoq; finē habeat necesse est.

D Solum igitur illud quod seipsum mouet, quia nunquā deseritur à se, ne moueri quidē vnquā desinit: quinetiā cæteris quæ mouentur, hic fons, hoc principiū est mouēdi. Principii autē nulla est origo. nam ex principio oriūtur omnia, ipsum autē nulla alia ex re nasci potest. nec enim esset id principiū, quod gigneretur aliūde. Quòd si nunquā oritur, nec occidere quidē vnquā ipsū necesse est. nā principiū extinctū, neq; ipsū ab alio renasceretur, nec à se aliud creabit: si quidē necesse est à principio oriri omnia. Ita fit vt motus principium ex eo sit quod ipsum à se mouetur. id autem nec nasci

E potest, nec mori: vel concidat omne cœlum, omnisque natura eodem casu collapsa consistat necesse est, nec vim vllam nanciscatur qua primo impulsu moueatur. Quum pateat igitur, æternum id esse quod seipsum mouet, ęquis est qui propriam hanc naturam animis esse attributam neget? inanimum est enim omne corpus quod pulsu agitatur externo: quod autem est animatū, id motu cietur & interiore & suo. Hæc nimirum est natura animi atque vis: quæ si est vna ex omnibus,

[a] Luculenta superioris doctrinæ ἐπεξεργασία, qua res ab hypothesi ad thesin deducitur. id est, generatim ostenditur quid sit Amor, illiúsque species enumerātur: vt vnum laudabilem amorem esse intelligamus, alterum, vituperabilem. Re autē paulo altius repetita, præclaram instituit demonstrationē: & in pulchritudine demōstranda pulchras adhibet imagines & pulchrum floridúmque omnino dicendi genus. Demōstrationis autem suæ hoc ponit principium, & quidem, si primæua lux nobis cōstat, verè αὐτοπάθητον & αὐτόφυτον, *Animum esse immortalem*: illud tamē probat, nequid in demonstratione dubiū incertúmque relinqueretur.

Ex praced. male videtur repetitū ἦναι, nullúmque hic locum habere. Cicero certē non agnoscit, ita vertens, Nec vim vllam nanciscantur, qua primò impulsa moueantur. [uel, primo impulsa]

quæ ſeipſam ſemper moueat, neque nata certè eſt & æterna eſt. De animi igitur immortalitate ſatis dictũ eſto. [a] De ipſius autẽ forma hunc in modum eſt dicendum. Omnino ad diuinum quoddam ingeniũ pertineret, qualis ipſa reuera eſt explicare, & hac in re lõga planè oratione opus eſſet: ſimilitudinem autem quandam ipſius deſcribere atque repræſentare, non excedit humanarum virium facultatem: & breuiori etiam ſermone explicari poteſt. Sic igitur dicamus. [b] Similis eſt cognatæ potẽtiæ alati currus & aurigæ. Deorũ igitur equi & aurigæ omnes, boni ſunt, atq; ex bonis: aliorũ verò, promiſcui. Principio quidem is qui nobis imperat, bigas, velut auriga, moderatur: deinde equorum alter bonus & pulcher, & ex talibus conſtans: alter, contrarius & ex contrariis: quo fit vt & grauis & difficilis neceſſariò ſit vectura noſtra. Qua verò ratione mortale & immortale animal appellatum ſit, conandũ eſt dicere. Omnis animus totius animati curam habet, totúmque percurrit cœlum, aliâs videlicet alias ſortitus ſpecies. Dum igitur perfectus eſt & alatus, ſublimis incedit & per totum mundum peruadit: quum verò alæ ei defluxerint, fertur, donec ſolidum quidpiam comprehenderit: vbi habitaculum nactus, corpus terrenum ſuſcipit, & ipſum illud mouere videtur, propter illius potentiam: ac proinde totum illud, animus nimirum & corpus, Animal vocatur, & mortalis etiam appellationem habet. Immortale autem vocatur, non ex certa quadam ratione quæ ex ſeipſa ſit perſpicua: ſed ita à nobis fingitur, quandoquidem animum nunquam vidimus: quemadmodum neque Deum cumulatè intelleximus. Illud autem minimè obſcurum eſſe poteſt, immortale quoddam eſſe animal animo & corpore conſtans, & perpetuam quandam eſſe duarum illarum rerum coniunctionem, ipſius naturæ vi & efficacia. Atque hæc quidem, vti deo gratum erit & acceptum, ita & habẽto, & dicantor. Ecqua verò cauſa alæ ex animo abiiciantur atque defluant, porro explicandum eſt. eſt autem huiuſmodi. Naturalis alarum vis eſt, vt id quod graue eſt in ſublime attollat, vbi deorum inhabitat genus. Omnium verò quæ ſunt circa corpus, animus nimirum maximè, particeps eſt diuinæ naturæ. Diuina autem natura, pulchra eſt, ſapiens, bona, & quicquid tale dici poteſt. His videlicet & alitur & augetur animi alatio maximè: turpitudine verò & prauitate, cæteríſque huiuſmodi, deficit & perit. [c] Magnus igitur in cœlo Iuppiter, primus incedit alatum currum impellens, omnia & exornans & prouidentia ſua gubernans. Hunc ſequitur deorum dæmonúmq; exercitus per vndecim partes

[a] Poſita & probata animi immortalitate, ad illius formam (.i. conditionem) explicandam accedit. ἰδέᾳ enim vocabulo illa animi πρᾶξις haud dubie ſignificat: ſicuti ex proximis perſpicuum eſſe poteſt. Præfatur, fieri nõ poſſe vt animi naturam, qualis reuera eſt, cognoſcamus: ſed quatenus illa cognitio in hominem cadere poteſt. tam auguſta eſt animi natura, vt qui rerum vniuerſitatem comprehendat, ſeipſum non poſſit comprehendere.

[b] Præclara animi IMAGO. Illius cõditionem, .i. modum quo regitur, aurigationi ſiue vecturæ cõparat. Ita ex vna parte currum, & eum quidem alatum: ex alia, equos apparat: denique, inigam dominantem. Præterea, equorum alios attribuit bonos: alios, malos. Vecturam igitur ſiue gubernationem animi noſtri ait eſſe difficilem. De animi autem cum corpore coniunctione mox dicet: priùs tamẽ ſtatum illius deſcribit, quum in patria eſſet, necdum in corpus veniſſet. Triplicẽ ergo animi ſtatum notat, Quum in cœlo eſt, nõdum cum corpore coniunctus: Quum in corpore eſt: deniq; Quũ è corpore abſceſſit. Primam illius eſſe conditionem, Vt quamliberrimus ſit, à corporis cõtagione ſeiunctus: Secundam, Vt cum corpore coniungatur, mirabili quadam ratione, vt mortale nimirum cũ immortali coaleſcat atque componatur: nulla tamen facta naturarum commutatione ſiue alteratione. Cœleſtem illam agendi libertatẽ efficaciámq; *alarum* vocabulo deſignat: quibus cum primis ornatum eſſe animum ait, antequam in hoc corpus veniat hoſpes. Illam ergo vim qua in cœlũ animus aſpirat, alas appellat: eámque vim diuinã eſſe ait, ac proinde rebus diuinis conſeruari atque augeri: cõtrà, rebus malis deficere & perire.

C κράτες, τὰ μὲν, σπουδῇ, τὰ δ', ὡς ἑτέρως ἄν, ἢ λέγεις, ποιοῖ. Σ. Τὸν δὲ δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐπιστήμας ἔχοντα, τὸν γεωργὸν φῶμεν ἧττον νοῦν ἔχειν εἰς τὰ ἑαυτοῦ σπέρματα; ΦΑΙ. Ἥκιστά γε. ΣΩΚ. Οὐκ ἄρα σπουδῇ αὐτὰ ἐν ὕδατι γράψει, μέλανι σπείρων διὰ καλάμου μετ' λόγων· ἀδυνατῶν μὲν αὐτοῖς λόγῳ βοηθεῖν, ἀδυνατῶν δὲ ἱκανῶς διδάξαι. ΦΑΙ. Οὔκουν δή τό γ' εἰκός. ΣΩΚ. Οὐ γάρ· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν
D γράμμασι κήπους, ὡς ἔοικε, παιδιᾶς χάριν σπερεῖ τε καὶ γράψει· ὅταν δὲ γράφῃ, ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα θησαυριζόμενος, εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐάν τινα ἵκηται, καὶ παντὶ τῷ ταὐτὸν ἴχνος μετιόντι, ἡδήσεται τε αὐτοῖς θεωρῶν φυομένους ἁπαλούς· ὅταν δ' ἄλλοι παιδιᾶς ἄλλας χρῶνται, συμποσίοις τε ἄρδοντες αὐτούς, ἑτέρωις τε ὅσα τούτων ἀδελφά, τότ' ἐκεῖνος, ὡς ἔοικεν, αὐτὶ τούτων οἷς λέγων παίζων διάξει. ΦΑΙ. Παγκάλλιν λέ-
E γεις τὴν τοῦ φαύλου παιδιάν, ὦ Σώκρατες, τοῦ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν, δικαιοσύνης τε καὶ ἄλλων ὧν λέγεις πέρι μυθολογοῦντα. ΣΩ. Ἔστι γάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, οὕτω. πολὺ δ', οἶμαι, κάλλιον σπουδῇ περὶ αὐτὰ γίγνεται, ὅταν τις τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ χρώμενος, λαβὼν ψυχὴν προσήκουσαν, φυτεύῃ τε καὶ σπείρῃ μετ' ἐπιστήμης λόγους· οἳ ἑαυτοῖς τῷ τε φυτεύσαντι βοηθεῖν ἱκανοί

Scribendum puto, ἔν τι τούτων οἷα λέγω.

τε καὶ οὐκ ἄκαρπα, ἀλλὰ ἔχοντες σπέρματα. ὅθεν ἄλλοι ἐν ἄλλοις ἤθεσι φυόμενοι τοῦτ' ἀεὶ ἀθάνατον παρέχειν ἱκανοί, καὶ ἔχοντα εὐδαιμονεῖν ποιοῦντες εἰς ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν μάλιστα. ΦΑΙ. Πολὺ γὰρ τοῦτ' ἔτι κάλλιον λέγεις. ΣΩ. Νῦν δὴ ἐκεῖνα ἤδη, ὦ Φαῖδρε, δικαίως ἂν ἀναγκάζοιμεν κρίνειν, πότων ὁμολογημένων. ΦΑΙ. Τὰ ποῖα; ΣΩ. Ὧν δὴ πέρι βουληθέντες ἰδεῖν ἀφικόμεθα εἰς τόδε· ὅπως ὁ Λυσίου τε ὄνειδος ἐξετασαίμεθα τῆς τῶν λόγων γραφῆς πέρι, καὶ αὖθις τοὺς λόγους οἳ τέχνῃ καὶ αἰσθ' ἄτεχνῶς γεγράφοιντο. ὁ μὲν οὖν ἔντεχνον, καὶ μή, δοκεῖ μοι δεδηλῶσθαι μετρίως. ΦΑΙ. Ἐδοξέ γε δή. ΣΩΚΡ. Πάλιν δὲ ὑπόμνησόν με πῶς, πρὶν αὖ τινος πρός, τε ἀληθῆς ἐκάστων εἰδῆ τὰ ὧν λέγει, ἢ γράφῃ, κατ' αὐτό γε παῦ δεῖ ζεσθαι δυνατὸς γένηται, διελόμενός τε, πάλιν κατ' εἴδη μέχρι τοῦ ἀτμήτου τέμνειν ἐπιχειρῇ· ὡσαύτως τε ψυχῆς φύσεως διιδὼν κατὰ τὰ αὐτὰ τὸ τοιοῦτον ἑκάστῃ φύσει εἶδος αἰτιώμενον, οὕτω διαθῇ καὶ διακοσμήσῃ τὸν λόγον, ποικίλῃ μὲν ποικίλους ψυχῇ καὶ παντελῶς ἐπηρμονίους διδοὺς λόγους, ἁπλοῦς δὲ ἁπλῇ· οὐ πρότερον δυνατὸν τέχνῃ ἔσεσθαι κατ' ὅσον πέφυκε μεταχειρισθῆναι ὁ λόγων γένος, οὔτε τι πρὸς τὸ διδάξαι, οὔτε τι πρὸς τὸ πεῖσαι, ὡς ὁ ἔμπροσθεν πᾶς μεμήνυκεν ἡμῖν λόγος. ΦΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν τοῦτό γε οὕτω πως ἐφάνη. ΣΩΚΡ. Τί δ' αὖ πρὸς τὸ καλὸν ἢ αἰσχρὸν εἰ ὁ λόγος λέγειν τε καὶ γράφειν, καὶ ὅπῃ νενόμισται ἂν δίκῃ λέγοιτ' ἂν ὀνείδους; εἰ μὴ ἄρα οὐ δεδήλωκε τὰ λεχθέντα ὀλίγον ἔμπροσθεν. ΦΑΙ. Τὰ ποῖα; ΣΩΚ. Ὡς εἴτε Λυσίας ἢ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράφει, ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ νόμους ἰδὼν, σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων, καὶ μεγάλῃ μὲν ἀνὰ αὐτῷ βεβαιότητα ἡγούμενος καὶ σαφήνειαν, οὕτω μὲν ὄνειδος τῷ γράφοντι, εἴτε τις φησὶν, εἴτε μή. τὸ γὰρ ἀγνοεῖν ὑπό τε καὶ ὄναρ δικαίων τε καὶ ἀδίκων πέρι, καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν, ὄντως ἐκφεύγει τὴν ἀληθείᾳ μὴ οὐκ ἐπονείδιστον εἶναι, οὐδὲ αὖ ὁ πᾶς ὄχλος αὐτὸ ἐπαινέσῃ. ΦΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν. ΣΩΚ. Ὁ δέ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμμένῳ λόγῳ περὶ ἑκάστου παιδιάν τε ἡγούμενος πολλὴν ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ οὐδένα πώποτε λόγον ἐν μέτρῳ οὐδὲ αὖ μέτρου μεγάλης ἄξιον ποιητῆς γραφῆναι, ὡς οἰόμενος αὖ καὶ ἀκρίτως καὶ διδαχῆς πειθοῦς ἕνεκα

tum possint, & diuite fructuum copia exuberent. Itaque licet alii in aliis moribus inascantur, hoc tamen præstāt vt immortalitatem cultoribus suis dare possint, cósque verè felices efficere: quantum quidem felicitas in hominem cadere potest. PH. Multo id quoque præclarius notas. SOC. His igitur ita mutuo consensu constitutis, mi Phædre, possumus modò diiudicare. PH. Quænam? SOCR. Ea videlicet quorū explorandorum gratia huc peruenimus, vt Lysiæ opprobrium examinaremus in ipsa scribendi arte, ipsósque adeo sermones qui vel arte vel sine arte scribuntur. Eius autem quod & cum arte & sine arte fit, ratio mihi quidem ita videtur cōmodè explicata. PH. Visum est sanè. SOCR. Rursus verò mihi in memoriam reuoca, Non posse quenquam dicendi artem priùs perfectè tenere, siue ad docendum siue ad persuadendum (quemadmodum superior euicit ratio) quàm veritatem earū rerū quas dicit aut scribit, intellexerit, vniuersámq; rē definierit, & definitione substrata, rursus secundum species ad insecabilem vsque indiuiduámq; speciem diuidere nouerit: atque hac ratione animi facultates perspexerit: eam verò speciem quæ vnicuique naturæ conueniat, accuratè inuenerit, & ita disposuerit atque ordinauerit orationem, vt vario quidē animo varios harmoniáq; multiplices attribuat sermones, simplices verò simplici. PH. Sic prorsus apparuit. SOC. Ecquid autem de illa quæstione statuemus, quam attigimus? Honestúmne an turpe sit orationes componere, & quatenus hoc studium vituperari queat, quatenus nequeat. eáne quæ superius explicata sunt, rem satis commonstrarūt? PH. Quænam illa? SO. Quandoquidem siue Lysias, siue alius quispiam aut scripsit olim, aut etiamnum scribit priuatim siue publicè ciuiles quasdam constitutiones, ita vt in suis scriptis magnam quandam firmitatem & perspicuitatem inesse arbitretur, indecorū id esse scriptori, siue quis vitium illud indicet, siue non. quoniam ignorare quid verū sit, quid falsum, de iustis & iniustis, de bonis & malis, etiamsi vniuersum vulgus laudauerit, fieri nunquam potest quin sit reuera turpissimum. PH. Non potest aliter. SOC. Contrà, quod in oratione quacunq; de re scripta ludum iocúmque necessariū putat, nullámque orationem aut solutam aut numeris astrictam dignam esse putat in qua componenda studium adhibeatur, neque vt pronuntietur, eorum in morem qui sine diiudicatione & doctrina, persuadendi tantùm causa, carmina recitare con-

Legitur etiam, ὃ ἐγὼ γε παῦ. at ego malim αὖ· τὸ retinere, sed pro κατ' scribere κᾶτ', vt sit pro καὶ εἶπα.

fuerunt: sed reuera sermonum illorum optimos commonendi causa tantùm fuisse institutos: in sermonibus autem iis qui docendi discēdique causa dicuntur, ac verè in animo scribuntur, de iustis, honestis & bonis, cumulatam perspicuámque elocutionis rationem duntaxat inesse, eósque tàtùm dignos in quibus discendis studium adhibeatur, existimet, ac proinde censeat huiusmodi fœtus esse legitimos germanósque filios: cumprimis verò eum qui in seipso insit, si modò inuentus sit, deinde quicunque ex hoc fœtu filii & fratres, in ipsius vel aliorum hominum animis, vti cōsentaneum est, nati sunt, reliquis longùm prætermissis, hic vir, mi Phædre, talis esse videtur qualem optaremus & me & te existere. PHAE. Omnino ita vt dicis equidem optarem, & vt ea quæ dicis eueniant, vota facio. SOCR. Verùm hæc iam satis de arte dicendi, quasi ludentibus, dicta sunto. Itaque tu Lysiæ renuntia, nos ad Nympharũ fontem & hoc Musarum sacrarium profectos, audiisse sermones quosdam qui dicere iusserint Lysiæ cæterísque orationum scriptoribus, Homero præterea, & siquis alius nudam poesim vel cantu exornatam composuit: tertiùm verò Soloni, & quicũque ciuiles leges literis mandauerũt: quòd, si veritatis cognitione præditi talia composuerint, & si ipsorum scripta ad censuram examénque pertrahantur, ea possint ipsi solidis rationibus defendere, & quæ sibi obiiciantur, oratione infirmare atque refellere: non huiusmodi quidem appellatione illa videntur digna quasi ludicra essent, sed in quibus conscribendis magna & seria opera sit adhibita. PHAE. Ecquæ verò sunt illæ appellationes quibus eos homines velles insigniri? SOCR. Sapientis cognomen, Phædre, magnum, solíque Deo conuenire videtur. Philosophi verò aut similis alicuius cognomine, eiusmodi viros quales modò descripsimus, conuenientius modestiúsque nuncuparemus. PH. Nihil profectò dissentaneum est. SOCR. Eum verò qui nihil habet in se iis quæ iã scripsit præstantius, & sursum atque deorsum diuturna consuetudine sua illa scripta versans, assidua emendationis lima moliens meliora efficere, noua subinde agglutinando, vetera demendo: nónne meritò poetã aut orationũ scriptorem aut legislatorem nuncupabis? PH. Quídni? SO. Hæc igitur amico tuo refer. PH. Tu verò quid facies? neq; enim amicus tuus est prætermittendus. SOCRAT. Ecquem illum significas? PHAE. Isocratem, bonum sanè virum & honestũ. écquid illi nuntiabis, Socrates? quémve illũ esse dicemus? SOCR. Iuuenis adhuc est Isocrates, mi Phædre. quídnam autem de

a Conclusio istius tractationis de arte dissérendi, Ex Lysianæ orationis examine cōstare, eum verè futurum eloquentem qui philosophiæ adiumentis sit instructus: aliter verò nequaquam. De Isocrate autem honorificã iniicit mentionem.

A ἐλέχθησαν, ἀλλὰ τῷ ὄντι αὐτῷ τοὺς βελτίστους εἰδότων ὑπόμνησιν γεγονέναι· ἐν οἷς διδασκομένοις καὶ μανθάνουσιν χαίρειν λεγομένοις, καὶ τῷ ὄντι γεγραφομένοις ἐν ψυχῇ περὶ δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν, ἐν μόνοις ἡγοῦμαι τὸ, τε σαφὲς εἶ καὶ τέλεον καὶ ἄξιον σπουδῆς· δεῖν δὲ τοὺς τοιούτους λόγους αὐτὸ λέγεσθαι οἷ ἡμῖν γνησίους εἶ πρῶτον μὲν ⟨ϟ⟩ ἐν ἑαυτῷ, ἐὰν εὑρεθεὶς ἐνῇ· ἔπειτα εἴτινες τούτου ἔκγονοί τε καὶ ἀδελφοὶ
B ἅμα ἐν ἄλλοισιν ἄλλων ψυχαῖς κατ' ἀξίαν ἐνέφυσαν· τοὺς δὲ ἄλλους χαίρειν ἐῶν. σοὶ δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ κινδυνεύει, ὦ Φαῖδρε, ⟨ϟ⟩ οἷ ἐγώ τε καὶ σὺ δύξαιμ' ἂν σέ τε καὶ ἐμὲ γενέσθαι. ΦΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν ἔγωγε βουλομαί τε καὶ εὔχομαι ἃ λέγεις. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἤδη πεπαῦσθω μετεῖναι ἡμῖν τὰ πρὸς τοὺς λόγους· καὶ σύ τε ἐλθὼν φράζε Λυσίᾳ ὅτι νῷ καταβαίτες εἰς τὸ Νυμφῶν νᾶμά τε καὶ
C Μουσῶν, ἠκούσαμεν λόγων οἳ ἐπέστελλον λέγειν Λυσίᾳ τε, καὶ εἴτις ἄλλος συνέθηκε λόγους, καὶ Ὁμήρῳ, καὶ εἴτις ἄλλος ᾠδῇ ποιήσιν φιλεῖ· ἢ ἐν ᾠδῇ συντέθεικε· τοῦτον δὲ, Σόλωνι, καὶ ὅστις ἐν πολιτικοῖς λόγοις νόμους ὀνομάζων συγγράμματα ἔγραψεν· εἰ μέν εἰδὼς ἦλθες ἔχει συντέθεικε ταῦτα, καὶ ἔχων βοηθεῖν, εἰς ἔλεγχον ἰὼν τοῦ ὧν ἔγραψε, καὶ λέγων αὐτὸς δυνατὸς τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι, οὔτι τῶνδε ἐπωνυμίαν ἔχοντα δεῖ λέγεσθαι ⟨ϟ⟩ τοιοῦτον, ἀλλ'
D ἐφ' οἷς ἐσπούδακεν ἐκείνων. ΦΑΙ. Τίνας οὖν τὰς ἐπωνυμίας αὐτῷ νέμεις; ΣΩΚΡ. Τὸ μὲν σοφόν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἔμοιγε μέγα ⟨ϟ⟩ δοκεῖ, καὶ θεῷ μόνῳ πρέπειν· τὸ δὲ ἢ φιλόσοφον, ἤ τι τοιοῦτον, μᾶλλόν τε ἂν αὐτῷ καὶ ἁρμόττοι καὶ ἐμμελεστέρως ἔχοι. ΦΑΙ. Καὶ σοὶ δέν γε ἀπὸ τρόπου. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν αὖ ⟨ϟ⟩ μὴ ἔχοντα τιμιώτερα ὧν συνέθηκεν, ἢ ἔγραψεν, αὖ καὶ κατὰ σμικρὸν ἐν χρόνῳ,
E πρὸς ἄλληλα κολλῶντε καὶ ἀφαιροῦντ, ἐν δίκῃ ποιητικῷ, ἢ λόγων συγγραφέα, ἢ νομογράφον προσερεῖς; ΦΑΙ. Τί μήν; ΣΩΚ. Ταῦτα τοίνυν τῷ ἑταίρῳ φράζε. ΦΑΙ. Τί δὲ σύ; πῶς ποιήσεις; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν. ΣΩ. Τίνα δοῦναι; ΦΑΙ. Ἰσοκράτη, ⟨ϟ⟩ καλόν. ᾧ τί ἀπαγγελεῖς, ὦ Σώκρατες; περὶ αὐτὸν φήσομεν εἶ; ΣΩΚ. Νέος ἔτι, ὦ Φαῖδρε, Ἰσοκράτης. ὁ μέντοι μεμ-

Alia est lectio, μουσείων, pro Μουσῶν. atque ita videtur legisse & Fic. qui vertit, Musarum cætũ. Alioqui iungendus esset ille quoque genit. Μουσῶν cum illo accus. νᾶμα.

In præc. edit. τὸ τοιοῦτον legitur, errore manifesto, quum præcedat ἔχοντα: in iisdem ὑφ' οἷς, contrà quàm alibi passim loqui solet.

πεύομαι κατ' αὐτά, λέγειν ἐθέλω. ΦΑΙ. Τὸ ποῖον δή; ΣΩΚ. Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς εἶναι Λυσίου εἰ) λόγους, καὶ τῆς φύσεως ἔτι δ' ἥδει γλυκυτέρῳ κεκράσθαι. ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστὸν παρὰ τοῦ πρεσβύτου τῆς ἡλικίας εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους οἷς νῦν ὁπτιχάρει, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἁβρυνθέντων λόγων· ἔτι τε εἰ αὐτὸν μὴ ἀπορρήσας ταῦτα, ὅτι μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. φύσει γὰρ, ὦ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. ταῦτα δὴ οὖν ἐγὼ μὲν ταῦτά τε τῷ δὲ τῶν θεῶν, ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς, ἴσσομαι τέτει ἐξαγγελῶ· σὺ δ' ἐκεῖνα, ὡς σοῖς, Λυσίᾳ. ΦΑΙ. Ταῦτα ἔσται. ἀλλὰ ἴωμεν· ὀλίγῳ καὶ ὃ πνίγος ἠπιώτερον γέγονεν. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν εὐξαμένῳ πρέπει τοῖσδε πορεύεσθαι; ΦΑΙ. Τί μήν; ΣΩΚ. Ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίητε μοὶ καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν· τὰ ἔξωθεν δὲ ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια. πλούσιον δὲ νομίζοιμι ἂν σοφόν. ὃ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι ὅσον μήτε φέρειν μήτε ἄγειν δύναιτο ἄλλος ἢ ὁ σώφρων. ἔτι ἄλλου του δεόμεθα, ὦ Φαῖδρε; ἐμοὶ μὲν γὰρ μετρίως πᾶσι. ΦΑΙ. Καὶ ἐμοὶ ταῦτα συνεύχου. κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. ΣΩΚΡ. Ἰωμεν.

A illo præſagiã, liberè dicam. PH. Quidnam? SOCR. Videtur mihi præſtantiori eſſe ingenii indole quàm Lyſias, quantum quidē ex illius ſcriptis iudicare poſſumus: & moribus etiam commodioribus temperatior & cōpoſitior. Itaque nihil mirū mihi erit ſi ætate adoleſcente in arte dicendi viris antecellat, vt puer pueros iiſdem ſtudiis deditos ſuperabat: atque etiam, his ſtudiis minimè contentus ad maiora diuino quodā impetu impellatur. ineſt enim, mihi crede, naturæ quadam bonitate philoſophia in illius viri ingenio. Hæc ego ab illis diis accepta iucundiſſimo mihi chariſſimóque Iſocrati renuntiabo: tu illa, amico Lyſiæ. PHAE. Ita fiet, ſed abeamus hinc, quum æſtus nonnihil iam deferbuerit. SOCR. Vota priùs his indigetibus diis faciēda ſunt quàm abeamus. PHAE. AEquum ſanè eſt. SOCR. [a]O AMICE PAN, cæteríque dii indigetes, datote mihi vt pulcher intus fiam, & quæcunque extrinſecus habuero, vti internis ſint amica: ſolum ſapientem, diuitem eſſe rear. tantum verò mihi adſit auri, quantum nec ferre nec ducere queat quiſquam, niſi vir temperans. Nunquid aliud orandum cenſes, mi Phædre? mihi enim hæc precatio ſatis eſt. PH. Mihi quoque eadem opta. amicorum enim communia omnia. SOCR. Abeamus.

B

C

si hæc non legantur cum interrog. (quam & Fic. nō agnoſcit) oportebit οὐκοῦν non pro Itaque accipi ſed pro Enim vero.

a VOTVM, ſuperioris doctrinæ ſummam complectēs, de vera videlicet pulchritudine, quæ in virtute & honeſtate primarium locum habet. Cætera omnia pulchra ſine illo pulchro eſſe res euanidas & manes.

HIPPIAS MAIOR, Siue, DE PVLCHRO.

ΙΠΠΙΑΣ ΜΕΙΖΩΝ, Η, ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ.

Ad sophistarum nænias euertendas refutandásque.

Ἀναπεπτικός.

ARGVMENTVM.

HVNC dialogum ad hanc classem reuocauimus, quia idem tractat argumentum quod superiores, id est, planè μεταφυσικόν, licet sophistarum imperitia & vecordia, ineptissimé. quam etiam inanitatem sibi refellendam proponit Socrates. est enim eiusdem industriæ, ἀψυδεῖν αὖ ἕκαστον, & τὸν ψευδόμενον ἐμφανίζειν. ex mendacii quoque contentione veritas magis eluceſcit: ac proinde iuuat videre ecquidnam moliantur sophistæ in seriis argumentis, in quæ ipsorum audacia solet impudenter irruere. Sophistarum autem inanitatem fortiter oppugnauit Socrates: tâta verò dexteritate, vt ipsorum armis ipsos confodiens, & fucosam fallacémque eorum doctrinam traducens, eos tamen in os laudare videatur. perpetuis enim iocis hæ disputationes ferè condiuntur. Sed de his ineptiarum sophisticarũ refutationibus diximus suo loco, in Sophista, & cæteris ὁμιζύγοις dialogis: ad quos (ne actum agamus) diligentem lectorem remittimus ea ex suis locis opportunius petiturum. In summa, hîc agitur quidem maximè serium argumentum, videlicet DE PVLCHRO, cuius natura & vis superioribus disputationibus explicata est: sed ita à sophista exponitur, vt nihil imperitius, nihil ineptius excogitari possit: ea tamen fiducia & securitate, quasi omnis philosophia illius cerebro circumcluſa detineretur. Ita putidè ambitiosum & impudens inanissimi sophistæ ingenium exprimitur, φυλετικῶς φυσήσαντες καὶ ὑπασκυάσαντες ἑαυτὸν (vt ait Aristoteles, sophistarum factum depingens) omnémque adeo eruditam vetustatem solidè & seriò philosophantium præ se contemnẽtis, quasi ingenii imbecillitate à publicorum negotiorum administratione abstinuissent: quum ipsi sophistæ variè πολυπραγμονοῦντες, rebus iis seſe immiscerent, earúmque tractandarum & ciuilis eloquentiæ architectos atque magistros seſe deprædicarent. Hanc ambitionem & impudentiam eleganter repræsentat Plato in ineptissimi sophistæ persona: qui quũ initio ampullas illas iactabundæ eruditionis proiecisset, & imperitiæ reus fuisset peractus: non tamen victum se fatetur, sed ad suam illam eloquentiæ iactationem seſe conuertit, séque pulchræ orationis viam ac rationem commonstraturum pollicetur, licet ignoraret quídnam esset pulchrum. Ita vi prudentis orationis conuictus, & ad ἀφωνίας redactus angustias, differendi tamen sobriam & accuratam rationem impudenter irridet, & ex suo sensu, κυίσματα, ἀβελτηρήματα περὶ λόγων, σμικρολογίας appellitat. Ad hanc impudentiam accedebat pecuniæ emungendæ mirum artificium. quæstum enim suæ artis finem sibi proponebant. quod sophistarum ingenium in Sophista descripsit Plato, appositis titulis, ἐριδικούς τινας, ψυχεμπόρους, μαθηματοπωλικούς, τέχνης ἐλεγκτικῆς χρηματιστάς appellans: sicuti ex eadem doctrina, φαινομένης σοφίας χρηματιστάς vocat Aristoteles. Huius quoque quæstuosi & auari ingenii exemplum in Hippia depinxit Plato. Fuit autem hic Hippias (ex cuius etiam nomine alterum dialogum fecit) nominatus quidam sophista, ex cuius scriptis has ineptas Pulchri definitiones hausisse Platonem verisimile est: tantas ineptias alioqui minimè ei attributurum, nisi sine vlla controuersia talis fuisset ipsius doctrina & docendi ratio. Ex his disputationibus animaduertatur ecquænam sit vera & cõmoda via agendi aduersus sophistas: in quorum nugis refellendis non tam laborandum est, quàm in iisdem indicandis: quæ videlicet indicatæ per se concidunt, inani & ridiculo cothurno infames. Cætera petantur ex nostris notis, & ex Sophistæ, Euthydemi, Protagoræ, Hippiæ minoris copiosiori explicatione.

Doctrinæ autem ἐναντίωσιν superuacaneum esset exscribere.

TA TOY

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΙΠΠΙΟΥ ΜΕΙΖΟΝΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ,

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΙΑΣ.

DIALOGI HIPPIAE MAIORIS personæ,

SOCRATES, HIPPIAS.

ΙΠΠΙΑΣ ὁ καλὸς τε καὶ σοφὸς, ὡς ἀφ' ἡμῶν κατέρας εἰς τὰς Ἀθήνας. ΙΠ. Οὐ γὰρ ἀργὸν, ὦ Σώκρατες. ἡ γὰρ Ἦλις, ὁπότε τι δέηται ἀφικέσθαι πρός τινα τῶν πόλεων, ἀεὶ ὅτι πρῶτον ἐμὲ ἔρχεται τῶν πολιτῶν, αἱρουμένη πρεσβυτὴν ἡγουμένη δικαστὴν καὶ ἄγγελον ἱκανώτατον εἶ) τῶν λόγων οἱ αὖ πρῶτοι τῶν πόλεων ἑκάστων λέγονται. πολλάκις μὲν οὖν καὶ εἰς ἄλλας πόλεις ἐπρέσβευσα, πλεῖστα δὲ πρὸς πλείστων καὶ μεγίστων εἰς τὴν Λακεδαίμονα. διὸ δὴ (ὁ καὶ σὺ ἐρωτᾷς) οὐ δαμίζω εἰς τοῦδε τοὺς τόπους. ΣΩΚΡ. Τοιοῦτον μέντοι, ὦ Ἱππία, ὄντι τῇ ἀληθείᾳ σοφόν τε καὶ τέλειον ἄνδρα εἶ). σὺ γὰρ καὶ ἰδίᾳ ἱκανὸς εἶ, πρὸς τῶν νέων πολλὰ χρήματα λαμβάνειν, ἔτι πλείω ὠφελεῖν ὧν λαμβάνεις· καὶ αὖ δημοσίᾳ τὴν σαυτοῦ πόλιν ἱκανὸς δύνασαι ἐργάζεσθαι· ὥστε σοὶ χρὴ τὰ μέλλοντα μὴ καταφρονήσαντα, ἀλλ' εὐδοκιμήσαντα ἐν τοῖς πολλοῖς. ἀτὰρ, ὦ Ἱππία, τί ποτε οὐ φαίνεται ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ὑπὸ σοφίας, Πιττακός τε καὶ Βίας, καὶ τὰ ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλῆν, καὶ ἐπὶ τούτοις ὕστερον, μέχρις Ἀναξαγόρου, ὡς ἅπαντες ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν φαίνονται) ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων; ΙΠ. Τί δ', οἴει, ὦ Σώκρατες, ἄλλο γε ἢ ἀδυνατοῦσι τοῦτο καὶ οὐχ ἱκανοὶ ὄντες ἐγένοντο φέρειν ἐπ' ἀμφότερα, τά τε οἰκεῖα καὶ τὰ ἴδια; ΣΩΚΡ. Ἆρ' οὖν, πρὸς Διός, ὥσπερ αἱ ἄλλαι τέχναι ὅτι δεδώκασι, καὶ εἰσὶ πρὸς τοῖς νῦν δημιουργοῖς οἱ παλαιοὶ φαῦλοι, οὕτω καὶ τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν σοφιστῶν τέχνην ὅτι δεδωκέναι φῶμεν, καὶ εἴ τῳ τῶν ἀρχαίων τοιοῦτον σοφίαν, φαύλους πρὸς ὑμᾶς; ΙΠ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις. ΣΩΚΡ. Εἰ ἄρα νῦν ἡμῖν, ὦ Ἱππία, ὁ Βίας ἀναβιώη, γέλωτ'

PRAECLARE & sapiens Hippia, quàm diu est te ad nos Athenas minimè accessisse! HIP. Nec sanè otium erat, Socrates. nam Elis, quoties ipsi res est cum vicinis ciuitatibus, me præ cæteris ciuibus legatum eligit, rata me & rerum iudicem & verborum nūtium peridoneum, quæ inter ipsas ciuitates de variis negotiis circumferuntur. Vt autem alias sæpe ciuitates, Lacedæmonem verò sæpissime de multis & magni momēti rebus adii. quo fit vt hæc loca (vt ad hæc quæ à me quæris respondeam) minus frequentē. SOCR. Hoc nimirum, Hippia, est, sapientē & perfectum virum esse reuera. tu enim & priuatim potes, magnam pecuniam à iuuenibus accipiendo, longè maiorem & luculentiorem vtilitatem illis rependere, & publicè ciuitati tuæ prodesse: vt eum decet qui non vulgo contemnendus sit, sed in magno pretio futurus. Verùm, mi Hippia, écquid causæ esse potest cur veteres illi qui sapientiæ nomine tantopere commendātur, Pittacus videlicet & Bias, & ipse Thales Milesius, & posteriores etiā, ad Anaxagoræ vsque tempus, vel omnes vel plurimi rerum ciuilium administratione abstinuisse videantur? HIP. Ecquídnam aliud, Socrates, fuisse arbitraris, quàm ingenii imbecillitatem, quum scilicet minimè pares esse possent vtrisque, priuatis & publicis rebus nimirum gerendis? SOCR. Existimásne, obsecro, quemadmodum cæteræ artes temporis progressu illustratæ fuerunt atque expolitæ, priscíque adeo artifices à nostris vehemēter superantur: ita & vestram, sophistarum videlicet, artem, amplificatam ornatámq, fuisse? ac proinde antiquos illos homines qui sapientiam profitebantur, si cum vobis comparentur, rudes imperitósque extitisse? HIP. Rectissimè loqueris. SO. Igitur si hodie Bias reuiuiscat, ridiculus

a Vniuersus hic dialogus in perpetua refutatione versatur, aduersus importunā sophistarum iactantiam, qui maximi momenti argumētum & verè metaphysicum impudenti & insulsa imperitia contaminabant. quorum ineptissimam ambitionem, & audacissimā auaritiam, importunam denique ignorātiā, falsè traducit Socrates. Est enim tota hæc disputatio continuis iocis condita.

Legitur etiam ἢ πρὸς πλείστων.

vobis videretur. quemadmodũ ipsum Dædalum sculptores aiunt, si hoc tempore talia fabricaret, ex quibus tamen eo tempore magnum nomen adeptus est, ridiculum futurum. HIP. Sic se res habet vt ais, Socrates. priscos tamen homines, quòd nos ætate anteceſserũt, nostris hominibus anteponere soleo: eo nimirum consilio vt & superstitum inuidiam & mortuorum indignationem euitem. SOCR. Præclarè tu mihi quidem, Hippia, & sentire & ratiocinari videris. tuo enim sermoni astipulari possum. nam reuera vestra facultas creuit, quæ cum priuatis rebus publicas quoque tractare possit. Gorgias siquidem hic, Leõtinus sophista, in hanc vrbem patriæ suæ legatus venit, quippe qui ad negotia publica administranda Leontinorum omnium præstantissimus esset iudicatus, & luculenter dicere apud populum: & priuatim docendo & cum iuuenibus versando maximam ex hac ciuitate pecuniæ vim asportauit. quinetiam (si audire vis) amicus noster Prodicus cùm sæpe aliâs publica gessit munera, tũ verò nuper ex Ceo insula profectus cum potestate publica, quum in senatu dixisset, magnam omnium assensu gloriam reportauit. quum verò priuatim doceret, & cum nostratibus iuuenibus hac de causa versaretur, ingentem pecuniarum copiam collegit. E priscis autem illis nemo voluit pecuniam doctrinæ mercedem exigere, neque suam illam rerum cognitionem qua erant præditi, in diuersorum hominum turba venditare. adeo inepti & stolidi erant: eósque quanti sit pecunia, sanè latebat. Sed vterque illorum quos modò commemoraui, maiorẽ pecuniæ summam ex sapientia sua quàm alius quilibet artifex ex qualibet arte cumulauit: idémque Protagoras ante illos fecit. HIP. Nihil, Socrates, præclari atque eximii hac in re nosti. si enim nosses quantum ego fecerim pecuniæ, admiratione profectò raperêre. Alia mitto. at quũ in Siciliã sum profectus, vbi tunc habitabat Protagoras, & in summo erat pretio, me admodum senior: intra paucos dies multo plus quàm cẽtum & quinquaginta minas collegi: & ex regione quadam angusta, quæ Inyca vocatur, plus quàm minas viginti. quum verò domum rediissem, eam pecuniam patri dedi. quod meum factum pater & reliqui ciues summopere sunt admirati. equidem plures pecunias quàm duos alios simul sophistarum me collegisse arbitror. SO. Rem præclaram, Hippia, commemoras, & magnum tuæ sapientiæ argumentum: vt inde

A αὖ ὄφλοι πρὸς ὑμᾶς. ὥσπερ καὶ τὸν Δαίδαλον φασὶν οἱ ἀνδριαντοποιοὶ νυῦ, εἰ γλυπτοὺς τοιαῦτ' ἐργάζοιτο οἷα ἴωμεν ἀφ' ὧν τοὔνομ' ἔχει, καταγέλαστον ἂν εἶναι. HIP. Ἔστι μοὐ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, οὕτως ὡς σὺ λέγεις· εἴωθα μέντοιγε ἔγωγε τοὺς παλαιοὺς τε καὶ πρεσβυτέρους ἡμῶν, πρεσβυτέρους τε καὶ μᾶλλον ἐγκωμιάζειν ἢ τοὺς νυῦ· βουλομαι μοὐ φθόνον τῶν ζώντων, φοβούμενος ὑμῆνιν τῶν τετελευτηκότων. ΣΩ. Καλῶς γε σύ, ὦ Ἵππια,

B νομίζων τε καὶ διανοούμενος, ὡς ἔμοιγε δοκεῖς. συμμαρτυρῆσαι δέ σοι ἔχω ὅτι ἀληθῆ λέγεις· καὶ τῷ ὄντι ὑμῶν ὅτι δέδωκεν ἡ τέχνη πρὸς τὸ καὶ τὰ δημόσια πράττειν δυνατὸν μὴ τὰ ἰδίων. Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λεοντῖνος σοφιστὴς δεῦρο ἀφίκετο, δημοσίᾳ οἴκοθεν πρεσβεύων, ὡς ἰκανώτατος ὢν Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν· καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἀρίστα εἰπεῖν, καὶ ἰδίᾳ ὅτι δείξεις ποιούμενος, καὶ σοφῶν τοῖς νέοις, χρήματα πολλὰ εἰργά-

C σατο καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως. εἰ δ' βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος οὗτος πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε δημοσίᾳ ἀφίκετο, ἀτὰρ τελευταῖα ἐναλιγὺς ἀφικόμενος δημοσίᾳ ἐκ Κέω, λέγων τ' ἐν τῇ βουλῇ πάνυ εὐδοκίμησε, καὶ ἰδίᾳ ὅτι δείξεις ποιούμενος, καὶ τοῖς νέοις σοφῶν, χρήματα ἔλαβε θαυμαστὰ ὅσα. τῶν δὲ παλαιῶν ἐκείνων οὐδεὶς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν πράξασθαι, οὐδ' ὅτι δείξεις ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς αὖ-

D θροις τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν. ὅτως ἦσθ' εὐήθεις, καὶ ἐλεεινῶς αὐτοῖς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη. τούτων δ' ἑκάτερος πλέον ἀργυρίου ἀπὸ σοφίας εἴργασται, ἢ ἄλλος δημιουργὸς ἀφ' ἥστινος τέχνης· καὶ ἔτι πρεσβύτερος τούτων Πρωταγόρας. ΙΠ. Οὐδὲν γὰρ, ὦ Σώκρατες, οἶσθα τῶν καλῶν πρᾶγμα τοῦτο. εἰ γὰρ εἰδείης ὅσον ἀργύριον εἰργασμαι ἐγὼ, θαυμάσας ἄν. καὶ τἄλλα ἐῶ· ἀφικόμενος δέ ποτε εἰς Σικελίαν, Πρωταγόρου αὐτοῦ

E ἢ ἐπιδημοῦντος καὶ δοκιμουμένου, καὶ πρεσβυτέρου ὄντος, καὶ πολὺ νεώτερος ὢν, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ πλέον ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μνᾶς εἰργασάμην· καὶ ἐξ ἑνός γε χωρίου πάνυ σμικροῦ, Γνυκοῦ, πλέον ἢ εἴκοσι μνᾶς. καὶ τοῦτο ἐλθὼν οἴκαδε φέρων τῷ πατρὶ ἔδωκα· ὥστε ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας θαυμάζειν τε

ἐκπεπλῆχθαι. ΣΩ. ἆρα δή τι οἴμαι ἐμὲ πλείω χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἅπαντας τοὺς σοφιστὰς τοὺς νῦν ὄντας; σὺν δυοῖν ἔστιν ἃ βούλει τῶν σοφιστῶν. ΣΩ. Καλόν γε, ὦ Ἵππια, λέγεις καὶ μέγα τεκμήριον σοφίας τῆς τε σαυτοῦ,

Scribendum potius συνδύο coniunctim: sicut ὀκτὼ τρεῖς dicunt.

καὶ τῶν νῦν αὖ θεάσῃτον, ὡς τοὺς ἀρχαίους ὅσον διαφέρουσι. τῶν γὰρ πρεσβυτέρων ὡς Ἀναξαγόρου λέγεται πολλὴ ἀμαθία καὶ (ἵν) σὸν λόγον. τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρα φασὶ συμβῆναι ἢ ὑμῖν. καταλιφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι, καὶ ἀπολέσαι πάντα· οὕτως αὐτὸν αἰόητα σοφίζεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ ὡς ἄλλων τ' παλαιῶν ἕτερα τοιαῦτα. τοῦτο μὲν οὖν μοὶ δοκεῖς καλὸν τεκμήριον ἀποφαίνειν ὡς σοφίας τῶν νῦν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους· καὶ πολλοῖς συνδοκεῖ, ὅτι (ἵν) σοφὸν, αὐτὸν αὐτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶ). τούτου δ' ὅρος ἐστὶν ἄρα, ὃς ἂν πλεῖστον ἀργύριον ἐργάσηται. καὶ ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἐχέτω· τόδε δέ μοι εἰπέ, Σὺ αὐτὸς πόθεν πλεῖστον ἀργύριον εἰργάσω τῶν πόλεων εἰς ἃς ἀφίκησαι; ἢ δῆλον ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος; οὗπερ καὶ πλεῖσται ἀφῖξαι. ΙΠ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚΡ. Πῶς φῄς; ἧττον; ΙΠ. Οὐδὲν μὲν οὖν τοπαράπαν πώποτε. ΣΩΚΡ. Τέρας λέγεις· καὶ θαυμαστόν, ὦ Ἱππία. καί μοι εἰπὲ πότερον ἡ σοφία ἡ σὴ οὐχ οἵα τοὺς συνόντας αὐτῇ καὶ μανθάνοντας εἰς ἀρετὴν βελτίους ποιεῖν. ΙΠ. Καὶ πολύ γε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚΡ. Ἀλλὰ τοὺς μὲν Γυκιναῖν ὑμεῖς οἵους τε ἦτε ἀμείνους ποιῆσαι, τοὺς δὲ Σπαρτιατῶν, ἠδυνάμεθα; ΙΠ. Πολλοῦ γε δέω. ΣΩ. Ἀλλὰ δῆτα Σικελιῶται μὲν ὀπιθυμοῦσιν ἀμείνους γίγνεσθαι, Λακεδαιμόνιοι δ' οὔ. ΙΠ. Παντάπασι μέν, ὦ Σώκρατες, καὶ Λακεδαιμόνιοι. ΣΩΚ. Ἆρ' οὖν χρημάτων ἐνδεία ἔφθασεν τὴν ὁμιλίαν; ΙΠ. Οὐ δῆτα· ἐπεὶ ἱκανὰ αὐτοῖς ἐστί. ΣΩΚ. Τί δῆτ' ἂν εἴη ὅτι ὀπιθυμοῦντες καὶ ἔχοντες χρήματα, καὶ σοῦ δυναμένου τὰ μέγιστα αὐτοῖς ὠφελεῖν, οὐ πλήρη σε ἀργυρίου ἀπεπέμψαν; ἀλλ' ἐκεῖνο, μῶν μὴ Λακεδαιμόνιοι σοῦ βέλτιον αὐτὴν παιδεύσειαν τοὺς αὑτῶν παῖδας; ἢ τοῦτο φαῦλον οὕτω; καὶ σὺ συγχωρεῖς; ΙΠ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν. ΣΩΚ. Πότερον οὖν τοὺς νέους οὐχ οἵοντ' ἦσθα πείθειν ἐν Λακεδαίμονι, ὡς σοὶ συνόντες πλέον ἂν εἰς ἀρετὴν ὀφελοῖεν, ἢ τοῖς ἑαυτῶν; ἢ τοὺς ἐκείνων πατέρας ἠδυνάτεις πείθειν ὅτι σοὶ χρὴ μᾶλλον ἢ αὑτοῖς ἐπιμελεῖσθαι, εἴγε τι τῶν ὑέων κήδονται; οὐ γάρ που ἐφθόνουν γε τοῖς ἑαυτῶν παισὶν ὡς βελτίστοις γενέσθαι. ΙΠ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε φθονεῖν. ΣΩΚ. Ἀλλὰ μὴν δίκαιός γ' ἦν Λακεδαίμων. ΙΠ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚΡ. Ἐν δέ γε ταῖς δικαίοις πόλεσι

A quantum noſtri temporis homines priſcis illis ſapientibus antecellant, iudicari facilè poſſit. nam quanta eorum qui Anaxagoræ ætate antecеſſerunt, ex iis quæ dicis inſcitia videri queat? illi verò præterquam vobis prorſus contigit. quum enim amplas à parentibus fortunas accepiſſet, ita ſtolidè & inſipienter philoſophatus eſt, vt eas incuria planè profligarit. quod item de aliis veteribus memoratur. Itaque hoc commodum de veterum cum noſtrorum hominum ſapientia argumentum attuliſſe videris, quo perſpicuum ſit noſtros illis

B antecelluiſſe: illíque rei multitudinis iudicium ſuffragari, *Sapientem videlicet ſibiipſi in primis ſapere oportere.* Huius autem ſapientiæ hic verus eſt terminus, vt plurimum pecuniæ is qui ea eſt præditus comparet. Sed de his hactenus. hoc verò mihi, ſodes, dicito, Quũ multas vrbes adieris, in quánam potiſſimum lucratus es? num Lacedæmone, quò frequentius profectus es? HIP. Nequaquam per Iouem, Socrates. SOC. Quid ais? at nunquid minimum ſaltem? HIP. Imò nihil penitus vnquam. SOC. Rem nouam & penè portentoſam narras, Hippia. at dic ſodes, Tuáne illa ſapientia illos qui tecum verſantur, &

C in ea diſcenda elaborant, poteſt meliores reddere ad virtutem, nécne? HIP. Poteſt, & quidem maximé. SOCR. Nunquid Inyciorum ciuiũ filios reddere potuiſti meliores, Lacedæmoniorum, nõ item? HIP. Abſit. SOCR. Atqui fortaſſe Siculi magis optant meliores euadere, Lacedæmonii negligunt. HIP. Imò & Lacedæmonii id peroptant. SOCR. Num ob pecuniarum penuriã caruerunt tua conſuetudine? HIPP. Nequaquam. illis enim

D abundant. SOCR. Quum igitur & ſapientiæ ſtudio tenerentur, & pecuniam penes ſe haberent, túque illos voti compotes reddere poſſes, maximáque adeo vtilitate afficere, cur non te pecuniæ plenum dimiſerunt? ipſíne Lacedæmonii filios ſuos melius quàm tu erudiunt? itáne dicamus, & ex tua etiam ſententia? HIP. Nequaquã. SOCR. Vtrum igitur iuuenibus Lacedæmone perſuadere non potuiſti vt ex tua conſuetudine meliores ad virtutem euaderent, quàm ſi cum ſuis verſarentur? ipſo-

E rúmne parentes inducere nequiuiſti vt tibi potius quàm ſuæ diligentiæ commendarent? neque enim id liberis (credo) inuidebant, vt eos optimos nollent euadere. HIP. Illos equidem inuidere non arbitror. SOC. Nunquid Lacedæmon bonis legibus eſt inſtituta? HIP. Quidni? SOCRAT. At in bene moratis ciuitatibus

virtus est in summo pretio. HIP. Omnino. SOCR. Tu autem hanc aliis tradere omnium hominum optimè nosti. HIP. Prorsus, Socrates. SOCR. Qui rei equestris peritiam egregiè docere potest, nónne in Thessalia potius quàm in reliquis Græciæ partib⁹ coleretur, & maiores quæstus faceret, & aliis in locis vbi illius rei studium viget? HIP. Consentaneum id quidem est. SOCR. Qui ergo potest præclarissimis virtutis præceptis iuuenes instituere, cur non Lacedæmone maximè coleretur, & infinitam pecuniarum vim colligeret, eodémque modo in cæteris Græcorum vrbibus quæ optimis institutis regun tur? At fortasse in Sicilia & Inyco magis id vigere credamus, Hippia. si enim tu iubes, credendũ est. HIP. Non est, Socrates, mos patrius Lacedæmoniis, leges mutare, aut præter consuetudinem liberos erudire. SOCRAT. Quomodo ais? Lacedæmoniisne patrium non esse, rectè agere, sed peccare? HIP. Hoc equidem minimè dixerim, Socrates. SOCR. Recténe agerẽt, si melius, non si deterius iuuenes suos erudirent? HIP. Rectè. at peregrinam disciplinam illorum lex minimè admittit. alioqui si quis vnquam alius docendi gratia ibi lucratus esset, scito me plurimũ fuisse lucraturũ. Lætantur enim quum me audiunt & laudãt: sed (vt dicebã) lex non permittit peregrinam disciplinam. SO. Legémne, Hippia, ciuitatis perniciem esse ais, an salutem? HIP Ponitur, mea quidẽ sententia, vtilitatis gratia: nonnunquã tamen obest, si perperam sit posita. SOCR. Nónne vt maximum quoddam ciuitatis bonum legẽ statuunt legislatores? vt quidem absque lege coli humana societas nullo modo possit? HIP. Vera ais. SOCR. Quoties ergo à bono aberrant ii qui leges ferre instituunt, à legitimo & à lege discedunt. aut quomodo ais? HIP. Accurata quidem ratione, Socrates, sic se res habet: non tamen sic homines nominare cõsueuerunt. SO. Vtrũ verò, Hippia, scientes, an imperiti? HIP. Vulgus. SO. Qui verũ norũt, vulgíne nomine sunt cẽsendi? HIP. Nequaquã. SO. Iã verò ii qui intelligunt, quod vtilius est eo quod est inutilius magis legitimum esse arbitrantur reuera omnibus hominibus. nónne fateris? HIP. Fateor equidem ita reuera esse. SOCR. Nunquid ita est quemadmodum intelligentes arbitrantur? HIP. Omnino. SOCRAT. Præstaret autẽm, sicuti tu ais, Lacedæmonios disciplina tua,

A τιμιώτατον ἡ ἀρετή. ΙΠ. Παύ γε. ΣΩΚ. Σὺ δὲ ταύτην ταύτὴν διδόναι ἄλλῳ κάλλιστ' ἂν δέοιτο ἐπίστασαι. ΙΠ. Καὶ πολύ γε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚΡ. Ὅ οὖν κάλλιστ' ἐπιστάμενος ἱππικὴν διδόναι, ἆρ' οὐκ ἂν ἐν Θετταλίᾳ τῆς Ἑλλάδος μάλιστα τιμῷτο, καὶ πλεῖστα χρήματα λαμβάνοι; καὶ ἀλλαχοῦ ὅπου τοῦτο σπουδάζοιτο; ΙΠ. Εἰκός γε. ΣΩΚΡ. Ὁ δὴ δυνάμενος ταύτην διδόναι τὰ πλείστου ἄξια μαθήματα εἰς ἀρετήν, οὐκ ἐν Λακεδαίμονι μάλιστα τιμήσεται, B καὶ πλεῖστα ἐργάσεται χρήματα, ἂν βούληται, καὶ ἐν ἄλλῃ πόλει ἥτις τῶν Ἑλλήνίδων νομίζεται; ἀλλ' ἐν Σικελίᾳ, ὦ ἑταῖρε, οἴει μᾶλλον καὶ ἐν Ἰνυχῷ, "ταῦτα πείθεσθαι, ὦ Ἱππία. ἐὰν γὰρ σὺ κελεύῃς, πείσεσθον. ΙΠ. Οὐ γὰρ πάτριον, ὦ Σώκρατες, Λακεδαιμονίοις κινεῖν τοὺς νόμους, οὐδὲ τὰ εἰωθότα παιδεύειν τοὺς ἡμετέρους. ΣΩΚΡ. Πῶς λέγεις; Λακεδαιμονίοις οὐ πάτριον ὀρθῶς πεφάνθαι, ἀλλ' ἐξαμαρτάνειν; ΙΠ. Οὐκ C ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν ὀρθῶς ἂν πεφάνοιεν, βέλτιον ἀλλὰ μὴ χεῖρον παιδεύοντες τοὺς νέους; ΙΠ. Ὀρθῶς. ἀλλὰ ξενικὰ οὐ παιδεύσιν ὁ νόμιμον αὐτοῖς παιδεύειν. ἐπεὶ, οὖ ἴσθι, εἴ τις ἄλλος ἐκεῖθεν χρήματα ἔλαβε πώποτε ὅτι παιδεύσει, καὶ ἐμὲ ἂν λαβεῖν πολὺ μάλιστα. χαίρουσι γοῦν ἀκούοντες ἐμοῦ καὶ ἐπαινοῦσιν· ἀλλ' (ὃ λέγω) οὐ νόμος. ΣΩΚ. Νόμον δὲ λέγεις, ὦ Ἱππία, βλάβην πόλεως D ἔνι), ἢ ὠφέλειαν; ΙΠ. Τίθεται μὲν, οἶμαι, ὠφελείας ἕνεκα· ἐνίοτε δὲ καὶ βλάπτει, ἐὰν κακῶς τεθῇ, ὁ νόμος. ΣΩΚΡ. Τί δέ; οὐχ ὡς ἀγαθὸν μέγιστον πόλει τίθενται οἱ νόμον οἱ τιθέμενοι; καὶ αὖ τοῦτο μὴ δυνάμενος ἀδυνάτου οἰκεῖν; ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Ὅταν ἄρα ἀγαθοῦ ἁμάρτωσιν οἱ ἐπιχειροῦντες τοὺς νόμους τιθέναι, νομίμου τε καὶ νόμου ἡμαρτήκασιν. ἢ πῶς λέγεις; ΙΠ. E Τῷ μὲν ἀκριβεῖ λόγῳ, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἔχει· ἀλλὰ τοιοῦτοι εἰώθασιν αὐθάδεις ὀνομάζειν οὕτω. ΣΩΚ. Πότερον, ὦ Ἱππία, οἱ εἰδότες, ἢ οἱ μὴ εἰδότες; ΙΠ. Οἱ πολλοί. ΣΩ. Εἰσὶ δ' ἔστιν οἱ εἰδότες ἀληθῶς, οἱ πολλοί; ΙΠ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι οἵγ' εἰδότες, τὸ ὠφελιμώτερον καὶ ὠφελεσώτερον νομιμώτερον ἡγοῦνται τῇ ἀληθείᾳ πᾶσιν ἀνθρώποις. ἢ οὐ συγχωρεῖς; ΙΠ. Ναὶ συγχωρῶ ὅτι γε τῇ ἀληθείᾳ. ΣΩΚ. Οὐκοῦν ἔστι γε καὶ ἔχει οὕτως ὡς οἱ εἰδότες ἡγοῦνται; ΙΠ. Παύ γε. ΣΩΚ. Ἔστι δέ γε Λακεδαιμονίοις, ὡς σὺ φῂς, ὠφελιμώτερον τὸ οὕτω σοῦ παιδεύσιν,

Potius separanda hæc à præced. ut post ἐν Ἰνυχῷ; subaud. illa duo uerba superiora: & post Ἱππία, sit iisdem interrog. nota

ξενικὴν οὖσαν, παιδεύεσθαι, μᾶλλον ἢ τὴν ἐπιχωρίαν. ΙΠ. Καὶ ἀληθῆ γε λέγω. ΣΩΚ. Καὶ γὰρ ὅτι τὰ ὠφελιμώτερα, νομιμώτερα ἐστί, καὶ τοῦτο λέγεις, ὦ Ἱππία; ΙΠ. Εἶπον γάρ. ΣΩΚ. Κατὰ τὸν σὸν ἄρα λόγον τοῖς Λακεδαιμονίων υἱέσιν ἄμεινον τοῦ Ἱππίου παιδεύεσθαι νομιμώτερον ἐστίν, ἄμεινον δὲ τῶν πατέρων, ἀνομώτερον· εἰ γὰρ τῷ ὄντι ἄμεινον σφῶν πλείω ὠφεληθήσονται. ΙΠ. Ἀλλὰ μὴν ὠφεληθήσονται, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. Παρανομοῦσιν ἄρα Λακεδαιμόνιοι, οὐ διδόντες σοὶ χρήσιον, καὶ ἐπιτρέποντες σοὶ αὐτῶν υἱῆς. ΙΠ. Συγχωρῶ ταῦτα. δοκεῖς γάρ μοι καὶ λόγον τοῖς ἐμοῦ λέγειν· καὶ σοῦ ἕνεκά με δεῖ αὐτῶν ἐναντιοῦσθαι. ΣΩΚ. Παρανόμως μὴν δή, ὦ ἑταῖρε, τοὺς Λάκωνας βουλεύομαι, καὶ ταῦτ' εἰς τὰ μέγιστα, τοὺς νομιμωτάτους δοκοῦντας εἶναι. ἐπαινοῦσι δὲ δή σε τοῖς ἄνω, ὦ Ἱππία, καὶ χαίρουσιν ἀκούοντες ποίᾳ; ἢ δῆλον δή ὅτι ἐκεῖνα ἃ σὺ κάλλιστα ἐπίστασαι; τὰ περὶ τὰ ἄστρα τε καὶ τὰ οὐράνια πάθη; ΙΠ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν ταῦτά γε οὐδ' ἀνέχονται. ΣΩ. Ἀλλὰ περὶ γεωμετρίας τι χαίρουσιν ἀκούοντες; ΙΠ. Οὐδαμῶς. ἐπεὶ οὐδ' ἀριθμεῖν ἐκείνων γε (ὡς ἔπος εἰπεῖν) πολλοὶ ἐπίστανται. ΣΩ. Πολλοῦ ἄρα δέονται περὶ γε λογισμῶν ἀνέχεσθαι σοῦ ἐπιδεικνυμένου. ΙΠ. Πολλοῦ μέντοι, νὴ Δία. ΣΩ. Ἀλλὰ δῆτα ἐκεῖνα ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι αὐθέφτων διαῤῥᾴ, περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ ῥυθμῶν; ΙΠ. Περὶ ποίων ὦ γαθὲ ἁρμονιῶν ἢ γραμμῆς; ΣΩ. Ἀλλὰ τίνα μὲν ἐστὶν ἃ ἡδέως σοῦ ἀκροῶνται καὶ ἐπαινοῦσιν; αὐτός μοι εἰπέ· ἐπεὶ ἐγὼ οὐκ οἶδα. ΙΠ. Περὶ τῶν ἡρώων, ὦ Σώκρατες, τῶν τε ἡρώων καὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν κατοικήσεων, ὡς τὰ ἀρχαῖα ἐκτίσθησάν αἱ πόλεις, καὶ συλλήβδην πάσης τῆς ἀρχαιολογίας ἥδιστα ἀκροῶνται. ὥστ' ἔγωγε δὴ αὐτοῖς ἰωὰ πάνυ κεκόσμημαι εἰς μεμαθηκέναι τε καὶ μεμελετηκέναι πρώτα τὰ τοιαῦτα. ΣΩ. Ναὶ μὰ Δία, ὦ Ἱππία, δυστυχικάς γε ὅτι γε Λακεδαιμόνιοι οὐ χαίρουσιν ἂν τις αὐτοῖς ἀπὸ Σόλωνος τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους καταλέγῃ· εἰ δὲ μή, τοσοῦτον ἂν εἶχες κεκμαιόμενον. ΙΠ. Πόθεν, ὦ Σώκρατες; ἅπαξ ἀκούσας πεντήκοντα ὀνόματα, ἀπομνημονεύσω. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐνενόησα ὅτι σὺ μνημονικὸν ἔχεις. ὥστ' ἐννοῶ ὅτι εἰκότως σοὶ χαίρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἅτε πολλὰ

licet peregrina, quàm patriâ imbui. HIP. Et vera dico. SOCRAT. Quinetiam quæcunque vtiliora ſunt, magis legitima dicis? HIP. Dixi equidem. SOCR. Ex tuo igitur ſermone, magis eſt legitimum, vt Lacedæmoniorum filii ab Hippia quàm à parentibus doceantur: ſi quidem illi à te maiorem caperent vtilitatem. HIP. Omnino id futurum eſſet, Socrates. SOC. Peccant igitur aduerſus legem Lacedæmonii, quum liberos ſuos, depẽſo in mercedẽ auro, tuæ diſciplinæ minimè committunt. HIP. Aſſentior equidem. videris enim pro me dicere, vt minimè conſentaneum ſit me tibi repugnare. SOC. Legum violatores Lacedæmonios comperimus, & quidem in maximis rebus, quum melioribus tamen legibus quàm cæteri omnes Græci vti videantur. Te verò quando potiſſimum laudant, Hippia, & quibus rebus audiendis delectantur? num videlicet quum illa narras quæ tu præclariſſimè noſti, aſtra & cœleſtes illos motus, & cæteras impreſſiones? HIP. Nequaquam hæc ſuſtinent. SOCR. Num de geometria illos inſtituta oblectat oratio? HIP. Minimè omnium. illorum enim quamplurimi (vt ita loquar) ne numerare quidem ſciunt. SOC. Longè igitur abeſt vt te de ratiocinationibus diſputantem libenter audiant. HIP. Longè, per Iouem. SOCR. Nunquid illa quæ tu acutiſſimè omnium hominum intelligis, literarum ſyllabarúmq; diſtinctiones, rythmorum harmoniarúmque naturas? HIP. Ecquáſnam ais, mi Socrates, harmonias ac literas? SOC. Quænam igitur ſunt iſta tandem quorũ auditu illi delectantur, & quorũ nomine te cõmendant? tu ſaltem id expone: quandoquidem per me inuenire nõ poſſum. HIP. De virorum illuſtrium, Socrates, humani generis, ſedum denique ad habitationem accommodatarum originibus & primordiis, quomodo videlicet primis temporibus conditæ ſint ciuitates: omnem denique (vt vno verbo cõplectar) antiquitatis hiſtoriam libenter audiunt. Itaque illorum cauſa coactus ſum ediſcere & meditando excolere omnem illarum originum doctrinam. SOCR. Res, per Iouem, tibi feliciter obtigit, Hippia, quòd nõ iucundum eſt Lacedæmoniis audire, noſtrorum magiſtratuum primordium à Solone deduci. alioqui in longa nominum ſerie ediſcenda te fatigari oportuiſſet. HIP. Vnde hoc ais, Socrates? at ego, ſi neſcis, vbi vel ſemel audiero quinquaginta nomina, ordine recenſebo. SOC. Ain' verò? ſed ego te memoria pollere nõ animaduerteram. Iam igitur intelligo, Lacedæmonios te meritò delectari, quippe qui multarum rerũ

Legẽdum potius videtur κατοικίσεων, quum ſequatur ἐκτίσθησαν.

valeas cognitione: ac proinde te vti ac-
aniculis pueri, ad confabulandi iucunditatem.

a Ex ineptissima quadã Hippiæ oratione quæritur occasio disputationis DE PVLCHRO: non eo consilio vt illius natura & vis verè & solidè definiatur (sicuti in duobus proximè antecedentibus dialogis) sed vt falsæ de eo definitiones refutentur. Afferuntur igitur variæ definitiones, eæque imperfectæ & diminutæ, & illarum falsitas iocosè à Socrate ostenditur, qui suo more εἰρωνεύεται, ampullatũ alioqui sophistam, & se laudari existimantem, coràm deridet.

a HIP. IAM VERO per Iouẽ, mi Socrates, quum de eorum studiorum genere quæ ad iuuenes pertinent, disputarem nuper ibidem, summam gloriam reportaui. Extat enim his de rebus à me scripta luculenta oratio, quæ verborum splendore potissimum eluceſcit. Forma verò & primordium orationis huiusmodi est: *Expugnata Troia Neoptolemus Nestorem interrogauit, ecquænam pulcherrima essent studia, quibus qui se tradiderit iuuenis, maximam nominis gloriam laudémque consequatur. Cui respondens Nestor, multa & pulchra præcepta recenset.* Hanc equidem orationem publicè recitaui, & eandem etiam illam in Phidostrati ludo literario post tertium ab hinc diem sum recitaturus, atque alia complura auditu sanè digna. rogauit enim me Eudicus Apemanti filius. Tu igitur da quoque operam vt interſis, & alios tecum adducas quicunque possint de huiusmodi orationis genere ferre iudicium. SOC. At ista fient, Hippia, si Deus voluerit. verùm mihi modò pauca respond hac de re. opportunè enim mihi aliquid in memoriam reuocasti. nuper enim me, vir optime, quum in sermone quodam alia vt pulchra laudarem, alia vituperarem vt turpia, hanc quispiam iniecit dubitationem, sic me valde contumelioſè interrogans: Vnde tu, Socrates, pulchra turpiáve nosti? & vnde tenes illorum discrimen? potésne quídnam sit Pulchrum definire? Ego autẽ animi mei paruitate & ignauia hærebam, neque poteram ei commodè quidpiam respondere. quum verò me ex illo cœtu subduxissem, mihimet valde irascebar, & ruditatem meã mihi exprobrabam: & minitabar futurum, vbi primùm aliquem vestrûm qui sapientiã profitemini, conueniendi facultas & occasio tribueretur, vt conarer hæc audire & intelligere: & accuratè meditatus ea quæ de illa re dici possent, ad illum reuerterer qui hoc à me quæsierat, & rursus eadem de re cũ illo depugnarem. Quocirca (quod modò dicebam) nunc per opportunè venisti. Doce igitur me, obsecro, écquid ipsum sit Pulchrum, & omni animi contentione elabora rem totam accuratissimè mihi explicare, ne iterum redargutus ridiculũ memet exhibeam. id enim nimirum perspicuè nosti: & illud quidem vnum est exiguum quiddam è tanta eorum turba quæ tu nosti. HIP. Exiguum per Iouem, Socrates, & nullius, vt ita dicam, pretii. SOC. Facilè itaque discam: nec quisquam me in posterum redarguet. HIP. Nullus videlicet. vile enim alioqui & vulgare esset insti-

A εἰδότι· καὶ χρῶνται ὥσπερ παῖς πρεσβύτῃσιν ἢ παῖδες πρὸς ὃ ἡδέως μυθολογῆσαι.

ΙΠ. Καί νη μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, εἰ γε δὴ τῶν καλῶν καὶ ἔναγχος αὐτόθι βούλοιμην διεξιών, ἃ χρὴ νέον ὄντα μελετᾶν. ἔστι γάρ μοι περὶ αὐτῶν "πάγκαλος λόγος συγκείμενος, καὶ ἄλλως εὖ ξυγκείμενος καὶ τοῖς ὀνόμασι. πρόσχημα δέ μοι ἔστι καὶ ἀρχὴ τοιάδε τις ἔστιν· Ἐπειδὴ ἡ Τροία ἥλω, λέγει ὁ λόγος ὅτι Νεοπτόλεμος Νέστορα ἔροιτο ποῖα ἔστι καλὰ ἐπιτηδεύματα, ἃ αἴ τις ἐπιτηδεύσας νέος ὢν εὐδοκιμώτατος γένοιτο. μετὰ ταῦτα δὴ λέγων ἔστιν ὁ Νέστωρ καὶ ὑποτιθέμενος αὐτῷ πάμπολλα νόμιμα καὶ πάγκαλα. ταῦτον δὴ καὶ ἐκεῖ ἐπεδείξαμην, καὶ ἐνθάδε μέλλω ἐπιδείκνυσθαι εἰς τρίτην ἡμέραν, ἐν τῷ Φειδοστράτου διδασκαλείῳ· καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄξια ἀκοῆς. ἐδεήθη γάρ μου Εὐδίκος ὁ Ἀπημαντου. ἀλλ' ὅπως προθύμως καὶ αὐτὸς, καὶ ἄλλους ἄξεις, οἵτινες ἱκανοὶ ἀκούσαντες κρῖναι τὰ λεχθέντα. ΣΩ. Ἀλλὰ ταῦτ' ἔσται, ἂν θεὸς ἐθέλῃ, ὦ Ἱππία. νυνὶ μέντοι βραχύ τι μοι πρὸς αὐτὸ ἀπόκριναι. καὶ γάρ με εἰς καλὸν ὑπέμνησας. ἔναγχος γάρ τις, ὦ ἄριστε, εἰς ἀπορίαν με κατέβαλεν ἐν λόγοις ὁποῖ' τὰ μὲν ψέγοντα, ὡς αἰσχρά· τὰ δ' ἐπαινοῦντα, ὡς καλά· οὕτω πως ἐρόμενος, καὶ μάλα ὑβριστικῶς. Πόθεν δέ μοι σύ (ἔφη) ὦ Σώκρατες οἶσθα ὁποῖα καλὰ καὶ αἰσχρά; ἐπεὶ φέρε ἔχοις ἂν εἰπεῖν τί ἐστι τὸ καλόν; καὶ ἐγὼ δῆλός τ' ἦν ἐμαυτῷ φαυλότητα ἐπορεγόμενός τε καὶ οὐκ εἰδὼς ἀπῳ κρίνασθαι. ἀπιὼν οὖν ἐκ τῆς συνουσίας, ἐμαυτῷ τε ὠργιζόμην καὶ ὠνείδιζον, καὶ ἠπειλούμην, ὁπότε τινὰ τῶν ὑμῶν τῶν σοφῶν ἐντύχοιμι, ἀκούσας καὶ μαθὼν καὶ ἐκμελετήσας, ἰέναι πάλιν ὅτι τὸ ἐρωτήσαντα, αἰσχυνόμενος τὸ λόγον. νυνὶ οὖν (ὃ λέγω) εἰς καλὸν ἥκεις· καί με δίδαξον ἱκανῶς, αὐτὸ τὸ καλόν ὅ,τί ἐστι· πειρῶ μοι ὅτι μάλιστα ἀκριβῶς εἰπεῖν ἀποκρινόμενος· μὴ ὄζελεγξθεὶς ταὐτὸ τοῦτο αὖθις γέλωτα ὀφλῃς. οἶσθα γὰρ δή που σαφῶς, καὶ "σμικρόν που τοῦτ' ἂν εἴη μάθημα ὧν σὺ τῶν πολλῶν ὑπέρεσας. ΙΓ. Σμικρὸν μέντοι, νὴ Δί', ὦ Σώκρατες, καὶ σοῦδενὸς ἄξιον, ὡς ἔπος εἰπεῖν. ΣΩ. Ῥᾳδίως ἄρα μαθήσομαι· οὐδεὶς γάρ με ἐξελέγξει ἔτι. ΙΠ. Οὐδείς μέντοι. φαῦλον γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐμὸν τοιοῦτον

Legitur etiã παγκαλ. ωc. quã lect. malo. alterã tamẽ agnoscit & Fic. qui vertit, Composita luculenta quædam oratio. At hanc sequendo, dixisset, Luculẽtè composita oratio.

Legitur etiã σμικρον π που.

καὶ ἰδιωτικόν. ΣΩ. Εὖ γε, νὴ τὴν Ἥραν, λέγεις ὦ Ἱππία, εἰ χἡρωσόμεθα τὸν ἄνδρα. ἀπὰρ μή τι κωλύω μιμούμενος ἐγὼ ἐκεῖνον, ἐὰν σοὶ ἀποκεινομένῳ αὖ ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λόγων, ἵνα ὅτι μάλιστα μὲ ἐκμελετήσῃς. σχεδὸν γάρ τι ἔμπειρός εἰμι τῶν ἀντιλήψεων. εἰ οὖν μή τι σοὶ διαφέρει, βούλομαι ἀντιλαμβάνεσθαι, ἵνα ἐρρωμενέστερον μάθω. ΙΠ. Ἀλλ' ἀντιλαμβάνου. ἐγὼ γὰρ (ὅπερ νυνδὴ εἶπον) οὐ μέγα ἡγοῦμαι ὃ ἐρώτημα· ἀλλά σε πολὺ χαλεπώτερον αὖ ἀποκρίνασθαι ἐγώ σε διδάξαιμι, ὥστε μηδένα ἀνθρώπων δυνασθαι σε ἐξελέγχειν. ΣΩ. Φαῦλα οὖν λέγεις. ἀλλ' ἄγ', ἐπειδὴ καὶ σὺ κελεύεις, φέρε ὅτι μάλιστα ἐκεῖνος γενόμενος, πειρῶμαί σε ἐρωτᾶν. εἰ γὰρ δὴ αὐτῷ τῷ λόγῳ τούτῳ ὃν ἐπιδείξαις οὗ φῂς τοῖς τῶν καλῶν ἐπιτηδεύμασιν, ἀκούσας, ἐπειδὴ παύσαιο λέγων, ἔροιτο αὖ οὐ τοῖς ἄλλοις τοῦτο μᾶλλον ἢ τοῖς καλοῖς· (ἔστι γάρ τι τοῦτ' ἔχειν) καὶ εἴποι αὖ, Ὦ ξένε Ἠλεῖε, ἆρ' οὐ δικαιοσύνη δίκαιοι εἰσὶν οἱ δίκαιοι; Ἀποκρινοῦμαι δή ὦ Ἱππία, ὡς ἐκείνου ἐρωτῶντος. ΙΠ. Ἀποκρινοῦμαι ὅτι δικαιοσύνη. ΣΩ. Οὐκοῦν ἔστι τι τοῦτο ἡ δικαιοσύνη; ΙΠ. Παίυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σοφίᾳ οἱ σοφοὶ εἰσὶ σοφοί; καὶ τῷ ἀγαθῷ πάντα τἀγαθὰ, ἀγαθά; ΙΠ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩ. Οὐσίαι γέ τινές εἰσι τοιαῦται. οὐ γὰρ δή που μὴ οὐσίαι γε. ΙΠ. Οὖσαι μέντοι. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὰ καλὰ πάντα, τῷ καλῷ ἔστι καλά; ΙΠ. Ναί, τῷ καλῷ. ΣΩ. Ὄντι γέ τινι τούτῳ. ΙΠ. Ὄντι. ἀλλὰ τί γὰρ μέλλει; ΣΩ. Εἰπὲ δή, ὦ ξένε, (φησί) τί ἔστι τοῦτο τὸ καλόν; ΙΠ. Ἀλλό τι δῆτα, ὦ Σώκρατες, ὁ τοῦτο ἐρωτῶν δεῖται πυθέσθαι ἢ τί ἔστι καλόν; ΣΩ. Οὔ μοι δοκεῖ· ἀλλ' ὅτι τί ἔστι τὸ καλόν, ὦ Ἱππία. ΙΠ. Καὶ τί διαφέρει τοῦτ' ἐκείνου; ΣΩ. Οὐδέν σοι δοκεῖ; ΙΠ. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει. ΣΩ. Ἀλλὰ μάντει δεῖλον ὅτι σὺ κάλλιον οἶσθα· ὅμως ἴσως ὦ γαθὲ ἄθρει. ἐρωτᾷ γάρ σε οὐ τί ἔστι καλόν, ἀλλ' ὅ, τι ἔστι τὸ καλόν. ΙΠ. Μανθάνω ὦ γαθέ. καὶ ἀποκρινοῦμαί γε αὐτῷ ὅ, τι ἔστι τὸ καλόν· καὶ οὐ μή ποτε ἐλεγχθῶ. ἔστι γάρ, ὦ Σώκρατες, οὕτω ἴσθι (εἰ δεῖ τὸ ἀληθὲς λέγειν) παρθένος καλή, καλόν. ΣΩ. Καλῶς γε, ὦ Ἱππία, νὴ τὸν κύνα, καὶ βαδέως ἀπεκρίνω. ἄλλοσε δέ, αὖ ἐγὼ τοῦτο ἀποκρινοῦμαι, ὃ ἐρωτωμένου τε ἀποκεκριμένος ἔσομαι τὸ ὀρθῶς;

Deesse puto præpos. πρὸς ante πολὺ, & cum χαλεπώτερον subaudiri vocem præcedentem ἐρώτημα.

Scribendum mihi videtur, ἀλλ' ὅ, τι ἔστι τὸ καλόν, sicut sequitur paulo post. Eandem enim utrunque locum postea recitationem, & hanc nam illam, esse genuinam puto.

tutum meum. SOC. Rectè tu quidem per Iunonem ais, Hippia, si virum illum capiamus. at ne ego te impediam, dum ego illum imitor, & tibi respondenti memet opponam, vt tuam doctrinam animo meo commodius infigas, méque ita exerceas. fere enim sum peritus obiectionum concipiendarum. Si igitur nihil est molestum, iuuat memet tibi opponere, vt firmius perdiscam. HIP. Oppone quicquid libuerit. non enim (vt modò dicebam) magni momenti est illa interrogatio: sed te docerem ad difficiliora respondere, & quidé ita vt nemo homo te refutare vllo modo possit. SO. O quàm bene loqueris! quare age, quandoquidem tu etiam iubes, ego illius personam repræsentabo, & te interrogare aggrediar. Si enim tuum illum de pulchris officiis sermonẽ, de quo modò mentionẽ faciebas, coram illo recitares, vbi primùm finem dicendi fecisses, de nulla alia re priùs quàm DE PVLCHRO quæsiisset. (hic est enim illius mos.) & ita interrogasset, [a] Dic sodes, Eleensis hospes, nónne Iustitia iusti sunt, quicunq; iusti? Responde quæso, Hippia, tanquam illo percontante. HIP. Respondebo, Iustitia. SOC. Annon quidpiam est hæc ipsa Iustitia? HIP. Est. SOC. Nónne & sapientes, sapientia sunt sapientes? & bono peræquè bona, quæcunque sunt bona? HIP. Quídni? SOCR. Sapientiam verò & bonum ex seipsis constare oportet, nam si non constarent, alia ex illis nunquam existerent. HIP. Omnino ex seipsis constant. SOC. Nónne & pulchra omnia, ipso pulchro sunt pulchra? HIP. Pulchro certé. SOC. Estne igitur ipsũ Pulchrũ? HIP. Est proculdubio. SOC. At ille continuò subiunget: Dic, hospes, écquid hoc ipsũ PVLCHRVM est? HIP. Aliúdne quidpiam, is qui quærit quídnam sit pulchrum, audire cupit? SOC. Non mihi videtur aliud, sed illud ipsum pulchrum quærit. HIP. Ecquídnam hoc ab illo differt? SOC. Nihílne tibi videtur? HIP. Nihil certé, non enim differt. SOC. Atqui minimè dubium est, te id melius nosse: nihilominus tamen, mihi crede Hippia, rem attentius considera. non enim ecquænam sit res pulchra quærit, sed quídnam sit ipsum Pulchrum. HIP. Intelligo iam, mi Socrates: & iam respondebo ei quídnã ipsum sit Pulchrum, & quidem ita vt redargui nullo modo possim. Si enim verum dicere oportet, Socrates, sic habeto, Ipsum illud pulchrum, [b] ESSE VIRGINEM PVLCHRAM. SOCR. Pulchrè profectò, Hippia, per Canem, & splendidè respondisti. nunquid ergo, si hoc respondero, interrogationi cumulatè satisfecero?

[a] Παραπαιδὴ ad sophisticarum definitionũ refutationẽ. Sophistas igitur primùm reprehendit, qui, dum verba ἀμυδρῶς & imprudenter cumulant, omittũt quod est in omni disputatione caput, nimirum ipsum τὸ ὅτι. i. vt constituatur qua de re sit instituta disputatio. Eò tandem errabundum Hippiã deducit Socrates.

[b] PRIMA definitio pulchri, *Esse virginẽ pulchram*, quam vt chimæricam, cothurnatam, ineptam, irridet Socrates, Sophistæ mirificè illudens.

vt redargui non possim? HIP. Ecquánam ratione redarguereris, si & quod omnium consensu comprobatur, & quod nemo nō testimonio suo confirmaturus est qui audiet, responderis? SOC. Esto sané. verùm age, Hippia, quod dicis, cum animo meo reuoluo. Ille enī ita me percōtabitur: Age, responde mihi, Socrates, Hæc omnia quæ pulchra esse ais, siquid est Ipsum illud pulchrū, hactenus, id est ex ipso illo pulchro, erunt pulchra? Ego verò dicámne, Si pulchrum ipsum est pulchra virgo, propterea hæc pulchra sūt? HIP. Existimásne ipsum conaturum te vlterius refellere, quasi non ea sit pulchri quam affers definitio? vel, si conetur, quin irritus sit & ridiculus illius conatus? SOCR. Quin sit conaturus ille, non dubito, vir obseruande: sin ridiculus sit futurus illius conatus, hoc verò me latet: res ipsa commōstrabit. quídnam autē sit aduersus tuam definitionem oppositurus, tibi exponam. HIP. Dic modó. SOC. Quàm lepidus es, Socrates, dicet ille. Pulchra equa, nónne pulchrū? quam & Deus in oraculo laudauit? Ecquid ad hæc, Hippia? nónne fatebimur, pulchrum equum, esse aliquid pulchrum? quî enim quod pulchrum est, esse pulchrum inficiabimur? HIP. Vera narras, Socrates. idipsum enim rectè Deus cecinit, *Pulcherrimæ enim equæ apud nos nascuntur.* SOCR. Adiunget præterea: Lyrā pulchrā, nónne quidpiam pulchrum esse dicemus, Hippia? HIP. Certé. SOCR. Dicet igitur ille post hæc (ex illius enim consuetudine hoc coniicio) Dic verò, sodes, pulchra olla, nónne aliquid pulchrum est? HIP. Ha Socrates, écquis adeo rudis est vt in re adeo seria audeat vilia nomina immiscere? SOCR. Talis est ille, Hippia. non enim expolitus est vrbanitate quadam, sed vnus de multis, humilis & sordidus homo, nihil aliud curans quàm veritatem: nihilominus tamen homini respondendum est, quicunque tandem sit ille: & ego meam hac de re sententiam priùs dicam: Si olla à perito figulo ficta fuerit, læuis & rotunda, & commodè cocta (quales sunt ollæ quædam vtrinque auritę atq; perpulchræ, quæ sex choas capiunt) si qualis sit olla huiusmodi quæsierit, fatendum esse illam esse pulchram. quî enim id quod pulchrum est, pulchrum esse negabimus? HIP. Nequaquam, Socrates. SO. Nónne igitur dabit, pulchram ollam esse aliquid pulchrum? responde. HIP. Ita se rem habere arbitror, Socrates. pulchrum enim est vas, quum pulchrè est elaboratum atq; effictum: sed totū hoc, si cū equa & virgine & aliis pulchris rebus cōferatur, hac appellatione indignum est. SOC. Intelligo sanè,

A καὶ οὐ μὴ ἐλεγχθῶ; ΙΠ. Πῶς γὰρ οὔ, ὦ Σώκρατες, ἐλεγχθείης ὅγε πᾶσι δοκεῖ, καὶ πρώτης σοὶ μαρτυρήσουσιν ἀκούοντες ὅτι ὀρθῶς λέγεις; ΣΩ. Εἶεν πάνυ μὲν οὖν. φέρε δὴ ὦ Ἱππία, πρὸς ἐμαυτὸν ἀναλάβω ὁ λέγεις. ὁ μὲν ἐρήσεταί με οὕτωσί πως, Φῂς μοι ὦ Σώκρατες ἀπόκριναι· ταῦτα πρῶτα ἃ φὴς καλὰ εἶναι, εἰπὲ ἔστιν αὐτὸ ὃ καλόν, ταῦτ' ἂν εἴη καλά; ἐγὼ οὖν δὴ ἐρῶ ὅτι εἰ παρθένος καλὴ, καλόν ἐστι δι' ὃ ταῦτ' ἂν εἴη καλά.

B ΙΠ. Οἷά σου ἐπὶ αὐτὸν ὀπτιχρήσῃ σε ἐλέγχειν ὡς οὐ καλόν ἐστιν ὃ λέγεις; ἢ, ἐὰν ὀπτιχρήσῃ, οὐ καταγέλαστον ἔσεσθαι; ΣΩ. Ὅτι μὲν ὀπτιχρήσῃ, ὦ θαυμάσιε, δῆλον οἶδα· εἰ δ' ὀπτιχρήσας ἔσῃ καταγέλαστος, αὐτὸ δείξει. ἃ μὲν οὖν ἐρεῖ, ἐθέλω σοὶ λέγειν. ΙΠ. Λέγε δή. ΣΩ. Ὡς γλυκύς εἶ, φήσει, ὦ Σώκρατες. φήλακα δή τινα Ἵππιος καλὴ, οὐ καλόν; ἰὼ καὶ ὁ θεὸς ἐν τῷ χρησμῷ ἐπῄνεσε; τί φήσομεν ὦ Ἱππία; ἄλλο τι ἢ φῶμεν καὶ τὴν

C Ἵππιον καλὴν εἶναι, τήν γε καλήν; πῶς γὰρ οὐ τολμῶμεν ἔξαρνοι εἶναι, ὃ καλὸν μὴ καλὸν εἶναι; ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις ὦ Σώκρατες. ἐπεί τοι γε καὶ ὀρθῶς αὐτὸ ὁ θεὸς εἶπε. πάλαι γὰρ πρὸ ἡμῶν Ἵπποι γίγνονται. ΣΩ. Εἶεν· (φήσει δή) τί δὲ; λύρα καλὴ, οὐ καλόν; φῶμεν ὦ Ἱππία; ΙΠ. Ναί. ΣΩ. Ἐρεῖ τοίνυν μετὰ τοῦτ' ἐκεῖνος (μεδόν τι δὴ οἶδα, ἐκ τῆς ἐμπειρίας) Ὦ βέλτιστε σύ, τί δέ; χύτρα καλὴ, οὐ καλόν ἄρα; ΙΠ. Ὦ Σω-

D κράτες, τίς ἔστιν ὁ ἄνθρωπος; ὡς ἀπαίδευτός τις, ὃς οὕτω φαύλα ὀνόματα ὀνομάζει ταλμᾶ ἐν σεμνῷ σχήματι. ΣΩ. Τοιοῦτός τις, ὦ Ἱππία, ὁ κομψός, ἀλλὰ συρφετός· οὐδὲν ἄλλο φερντίζων ἢ τὸ ἀληθές. ἀλλ' ὅμως ἀποκριτέον τῷ ἀνδρί· καὶ ἔγωγε παραφαίνομαι· εἰ γάρ τι χύτρα κεκεραμευμένη εἴη εὖ καὶ ἀγαθοῦ κεραμέως ἐργάσιμος καὶ τροχήλη, καὶ καλῶς ὠπτημένη· (οἷαι τῶν καλῶν χυτρῶν εἰσί τινες δίωτοι, τῶν ἐξ χόας χωρουσῶν, πάλαι καλαί) εἰ τοιαύτην ἐρωτῴη χύτραν,

E καλὴν ὁμολογητέον εἶναι. πῶς γὰρ οὐ φάμεν, καλὸν ὄν, μὴ καλὸν εἶναι; ΙΠ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ χύτρα (φήσει) καλὴ, καλόν; ἀποκείνου. ΙΠ. Ἀλλ' οὕτως, ὦ Σώκρατες, ἔχει, οἶμαι· καλὸν μὲν καὶ τοῦτο σκεῦός ἐστι, καλῶς εἰργασμένον· ἀλλὰ ὅλον τοῦτο οὐκ ἔστιν ἄξιον κεῖνον ὡς ὂν καλόν,

πρὸς Ἵππον τε καὶ παρθένον, καὶ πάντα τὰ καλά. ΣΩΚΡ. Εἶεν. μανθάνω,

ὦ Ἱππία, ὡς ἄρα χρὴ ἡμᾶς αὖ πρὸς ταῦτα ἐρωτῶντα, Τάδε ὦ ἄνθρωπε ἀγνοεῖς, ὅτι τὸ τοῦ Ἡρακλείτου οὐ ἔχει, ὡς ἄρα πίθηκος ὁ κάλλιστος, πρὸς ἄλλο γένος συμβαλὼν; καὶ χύτρων ἡ καλλίστη, πρὸς καὶ παρθένων γένος συμβάλλῃ, ὡς φησιν Ἱππίας ὁ σοφός. οὐχ οὕτως ὦ Ἱππία; ΙΠ. Παύρῳ μὲν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ὀρθῶς ἀπεκείνω. ΣΩ. Ἄκουε δή. μετὰ τοῦτο γὰρ οὐκ οἶδ' ὅτι φήσει, Τί δὲ Σώκρατες; ὁ τῶν παρθένων γένος θεῶν γένει εἴ τις συμβάλλοι, οὐ ταὐτὸν πείσεται ὅπερ ὁ τῶν χυτρῶν, παρὰ τῶν παρθένων συμβαλλόμενον; οὐχ ἡ καλλίστη παρθένος, πρὸς καὶ φανεῖται; ἢ οὐ καὶ Ἡράκλειτος ταὐτὸν τοῦτο λέγει, ὃν σὺ ἐπῄνεις; ὅτι ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος πρὸς θεὸν πίθηκος φανήσεται, καὶ σοφίᾳ καὶ καλλει καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν; ὁμολογήσομεν, Ἱππία, τὴν καλλίστην παρθένον πρὸς θεῶν γένος αἰσχρὰν εἶναι; ΙΠ. Τίς γὰρ ἂν αὐτείποι γε τοῦτο, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἀλλ' οἶμαι ταῦτα ὁμολογήσομεν, γελάσεταί τε καὶ ἐρεῖ, Ὦ Σώκρατες, μέμνησαι οὗ ὅ, τι ἠρωτήθης; Ἐγωγε (φήσω) ὅτι αὐτὸ τὸ καλόν, τί ποτέ ἐστιν. Εἶτα (φήσει) ἐρωτηθεὶς τὸ καλὸν, ἀποκεκίνηκε τυγχάνει οὖν (ὡς αὐτὸς φῂς) οὐδὲν μᾶλλον καλὸν ἢ αἰσχρόν; Ἔοικε (φήσω;) ἢ τί μοι συμβουλεύεις, ὦ φίλε, φαίναι; ΙΠ. Τοῦτο ἔγωγε. ΣΩ. Καὶ δὴ τοῖς γε θεοὺς ὅτι οὐ καλὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀληθῆ ἐρεῖ. εἰ δέ σε ἐρήσομαι (φήσει) ἐξ ἀρχῆς τί ἐστι καλόν τε καὶ αἰσχρὸν, εἰ μοι ἄρα νῦν ἀπεκείνω, ἆρα σὺκ αὖ ὀρθῶς ἀπεκρίνεισο; ἔτι δ' καὶ δοκεῖ σοι αὐτὸ τὸ καλὸν, ᾧ τὰ ἄλλα πάντα κοσμεῖται, καὶ καλὰ φαίνεται, ἐπειδὰν τῷ προσγένηται σχῆμα τὸ εἶδος, τότ' ἐστὶ παρθένος, ἢ ἵππος, ἢ λύρα; ΙΠ. Ἀλλὰ μάλιστα, ὦ Σώκρατες, εἰ τοῦτό γε ζητεῖ, πάντων ῥᾷστον ἀποκρίνασθαι αὐτῷ τί ἐστι τὸ καλὸν, ᾧ καὶ τἄλλα πάντα κοσμεῖται, καὶ προσγενόμενόν αὐτῷ, καλὰ φαίνεται. δῆλός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐδὲν ἐπαΐει περὶ καλῶν κτημάτων. ἐὰν γὰρ αὖ ταῦτα ἀποκρίνῃ ὅτι τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἐρωτᾷς τὸ καλὸν, οὐδὲν ἄλλο ἢ χρυσὸς, ἀπορήσει, καὶ σὺκ ἐπιχειρήσει σε ἐλέγχειν. ἴσμεν γάρ που πάντες ὅτι ὅπου αὖ τοῦτο προσγένηται, κἂν πρότερον αἰσχρὸν φαίνηται, καλὸν φανῆναι, χρυσῷ γε κοσμηθέν. ΣΩ. Ἄπειρος εἶ τοῦ ἀνδρὸς, ὦ Ἱππία, ὡς φίλτιός ἐστι, καὶ οὐδὲν ῥᾳδίως ἀποδεχόμενος. ΙΠ. Τί δῆτα τοῦτο, ὦ Σώκρατες; τὸ γὰρ ὀρθῶς λεγόμενον ἀνάγκη αὐτὸν ἀποδέχεσθαι.

A Hippia, quídnam hæc quærenti ſit opponendum: Ignoráſne, ſodes, ſcitum eſſe Heracliti dictum, Pulcherrimam ſimiam eſſe deformem, ſi cum alio quopiam animantium genere cõparetur? ita aio ollam pulcherrimam turpem eſſe, ſi cum virginum genere conferatur, quemadmodum ſapiẽs ille Hippias dixit. nónne ita eſt, Hippia? HIP. Rectiſſimè profectò, Socrates, reſpõdiſti. SOCR. Audi igitur. ſcio enim illũ hęc deinceps adiũcturũ: Quid verò, Socrates? ſiquis virginum genus cum deorum genere conferet, nónne idem eueniet quod quũ olla cum virgine cõparabatur? nónne virginum formoſiſſima deformis videbitur? nónne Heraclitus, quem tu adduxiſti teſtem, hoc idem ait, hominem ſapiẽtiſſimum, ſi cum deo conferatur, ſimiam apparere, quod attinet ad ſapientiam & pulchritudinem, & cætera omnia huiuſmodi? hactenus fatebimur, Hippia, formoſiſſimam virginem, ſi cum deorũ genere conferatur, turpem eſſe atque deformem? HIP. Ecquis huic rei repugnauerit, Socrates? SOCR. Si hæc admittamus, ridebit illico, & dicet, Meminiſtín' Socrates, quid à te quæſitũ fuerit? At ego, Memini à me quæſitũ eſſe écquid eſſet pulchrũ. Tum ille excipiet, Interrogatus quidnã pulchrũ ſit, ita reſpondes vt non magis pulchrum quàm turpe eſſe videatur. Dixeróne mihi ita videri? aut quid ſuades mihi reſpõdere? HIP. Hoc ipſum equidem. SOC. Quinetiam hominum genus pulchrum nõ eſſe concedet, quantum ad deos ſpectat: & verè quidem dicet. Sin autẽ ab initio te (dicet ille) rogaſſem écquid pulchrum & turpe ſit, & tu mihi eadẽ quæ modò reſpõdiſſes, nũquid rectè reſpondiſſes? Præterea, num ipſum illud tibi videtur pulchrum, quo cæteræ res omnes ornantur, & pulchræ videntur, quoties illa ſpecies alicui adeſt, virgo nimirũ eſſe, vel equa vel lyra? HIP. Si id ille quæſierit, Socrates, facillimè quis reſpondebit ecquidnam ſit pulchrum, quo & cæteræ omnes res ornantur, & quum ipſũ adeſt, pulchræ apparent. Ineptiſſimus ergo eſt homo, & rerũ pulchrarum minimè intelligens. ſi enim tu illi reſponderis, pulchrũ ipſum quod quærit, [a] nihil aliud eſſe quàm aurum, hærebit omnino dubitabundus, neque te conabitur refellere. nemini enim dubium eſt, cuicũq; hoc adeſt, licet illud turpe antea viſum fuerit, pulchrũ videri auro ornatum. SO. Hominis ingenium ignoras, Hippia, quàm ſit peruicax & importunum, & quàm nihil facilè admittat. HIP. Quid tum, Socrates? quod enim rectè dicitur, neceſſe eſt eũ admittere:

In quodam uet. pro κτημάτων legitur ἐρωτημάτων.

SECVNDA definitio, *Pulchrum id eſſe quod ſit auro ornatũ*. quæ eodem inanitatis crimine laborat quo ſuperior.

vel certè, si refragabitur aduersus perspicuam veritatem, sese omnibus deridendum propinabit. SOCR. Atqui tantum abest vt hanc responsionem admittat, vt me etiam dicteriis haud dubiè incessat, & dicat, Phidiámne, vir mentis oculis capte, malum artificem esse arbitraris? Id equidem, opinor, negabo. HIP. Et rectè quidem, Socrates. SOC. Rectè profectò. postquam verò peritum esse artificem Phidiã concessero, hæc insuper adiunget: Phidiámne id ignorasse arbitraris quod tu pulchrum vocas? Ego verò quid maximè dicam? Tum ille, Quoniam Mineruæ oculos non aureos fecit, neque reliquũ vultũ, neque pedes, neque manus (quæ si quidem aurea fuissent, pulcherrima extitissent) sed eburnea reddidit. qua in re certè insciția grauiter peccauit, quum ignoraret, aurum esse cuius præsentia redduntur ea omnia pulchra quibus inhæret. [a] Quid ad hæc, Hippia? HIP. Nihil graue est. rectè enim eum fecisse fatebimur. nam eburneũ quoquè pulchrum est. SOCR. At ille excipiet, Cur non pupillas etiam oculorum eburneas fecit, sed lapideas, comperto eius generis lapide qui ad eboris similitudinem quamproximè accederet? Nunquid pulchrum lapidem, pulchrum esse, Hippia dicemus? HIP. Certè, quum erit consentaneus. SOC. Quum verò contrà, turpéne esse fatendum est, nécne? HIP. Hactenus certè fatendum est. SOC. Ad hæc ille adiũget, Nónne ebur & aurum quum decent, vir sapientia clare, pulchra omnia reddũt? contrà verò, quum dedecent? Illúdne negabimus? an fatebimur ipsum rectè loqui? HIP. Fatebimur omnino, quicquid alicui rei quadrat, ipsum illud pulchrum efficere. SOC. Vtrum pulchræ ollæ (subiunget ille) de qua diximus suprà, plenæ bonorum leguminũ, aureũ pistillũ addere decet, an ficulneum? HIP. Proh Hercules, qualem hominem narras! Vellésne mihi illius nomen significare? SOCR. Haud hominem cognoiceres, licet eius nomen audires. HIP. Illum tamen modò imperitum esse animaduerto. SOCR. Anxius nimirũ est & curiosus rerum indagator, Hippia. cæterùm quídnàm dicemus? vtrum è duobus pistillis legumini & ollæ potius conuenire? Ficulneum scilicet? suauiorem quippe odorem legumini præstat: neque franget ollam: quo casu effunderentur legumina, & ignis extingueretur, & conuiuas generoso opsonio priuaret. at aureum pistillum hæc omnia faceret: ac proinde

[a] TERTIA definitio, *Cuius præsentia quicquid est pulchrũ, pulchrũ est.* quã quoque refutat Socrates.

ἢ, μὴ ἀποδεχομένῳ, καταγελάσῃ εἰκῇ). ΣΩ. Καὶ μὴν δή τοῦτόν γε τὸν ἀπόκρισιν, ὦ ἄριστε, οὐ μόνον σὺκ ἀποδέξεται, ἀλλὰ πάνυ με καὶ πολλάσεται· καὶ ἐρεῖ, Ὦ τετυφωμένε σὺ, Φειδίαν οἴῃ κακὸν εἶναι δημιουργόν; Καὶ ἐγώ, οἶμαι, ἐρῶ ὅτι οὐδὲ ὁπωστιοῦν. ΙΠ. Καὶ ὀρθῶς γ' ἐρεῖς, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ὀρθῶς μὲντοι. τοιγάρτοι ἐκεῖνος, ἐπειδὰν ἐγὼ ὁμολογῶ ἀγαθὸν εἶναι δημιουργὸν τὸν Φειδίαν, Εἶτα (φήσει) οἴῃ, τοῦτο τὸ καλὸν ὃ σὺ λέγεις, ἠγνόει Φειδίας; Καὶ ἐγώ "τί μάλιστα φήσω; Ὅτι (ἐρεῖ) τῆς Ἀθηνᾶς τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐ χρυσοῦς ἐποίησε; οὐδὲ τὸ ἄλλο πρόσωπον, οὐδὲ τοὺς πόδας, οὐδὲ τὰς χεῖρας (εἰ γὰρ χρυσοῦν γε δή ἦν, κάλλιστον ἔμελλε φανεῖσθαι) ἀλλ' ἐλεφαντινον. δῆλον ὅτι τοῦτο ἐκεῖνος ἀμαθίας ἕξημαρτεν· ἀγνοῶν ὅτι χρυσὸς ἀρ' ἐστὶν ὁ πάντα καλὰ ποιῶν, ὅπου αὖ παρεγένηται. ταῦτα οὖν" λέγοντα τί ἀποκρινώμεθα ὦ Ἱππία; ΙΠ. Οὐδὲν χαλεπόν. ἐροῦμεν γὰρ ὅτι ὀρθῶς ἐποίησε. καὶ γὰρ τὸ ἐλεφάντινον, οἶμαι, καλὸν ἐστί. ΣΩ. Τοῦ οὖν ἕνεκα (φήσει) οὐ καὶ τὰ μέσα τῶν ὀφθαλμῶν ἐλεφάντινα εἰργάσατο, ἀλλὰ λίθινα; ὡς οἶόντ' ἐοικότα τῷ λίθῳ ᾧ ἐλεφαντίνῳ ἔζωρων; ἢ καὶ, ὁ λίθος ὁ καλὸς καλόν ἐστι, φήσομεν, ὦ Ἱππία; ΙΠ. Φήσομέν τοι, ὅταν γε πρέπων ᾖ. ΣΩ. Ὅταν μὲν πρέπων, αἰσχρὸν ὁμολογῶ, ἢ μή; ΙΠ. Ὁμολογῶ, ὅταν γε μὴ πρέπῃ. ΣΩ. Τί δή; ὁ ἐλέφας, καὶ ὁ χρυσὸς (φήσει) ὦ σοφὲ σύ, οὐχ ὅταν μὲν πρέπῃ, καλὰ ποιεῖ φαίνεσθαι; ὅταν δὲ μή, αἰσχρά; ἔξαρνοι ἐσόμεθα ἢ ὁμολογήσομεν αὐτό, ὀρθῶς λέγειν αὐτόν; ΙΠ. Ὁμολογήσομεν τοῦτό γε, ὅτι ὃ ἂν πρέπῃ ἑκάστῳ, τοῦτο καλὸν ποιεῖ ἑκάστῳ. ΣΩ. Πότερον πρέπει (φήσει) ὅταν τις τῷ χύτρᾳ ὦ ἄριστε ἐλέγομεν τὸν καλόν, ἔνδη ἔντονος καλοῦ μεσήν, χρυσῆ τορύνη αὐτῇ, ἢ συκίνη; ΙΠ. Ἡράκλεις, οἷον λέγεις ἄνθρωπον, ὦ Σώκρατες. οὐ βούλομαί σοι εἰπεῖν τίς ἐστιν; ΣΩ. Οὐ γὰρ ἂν γνοίης εἰ σοι εἴποιμι τοὔνομα. ΙΠ. Ἀλλὰ δὴ νῦν ἔγωγε γιγνώσκω ὅτι ἀμαθής τις ἐστί. ΣΩ. Μέρμερος πάνυ ἐστίν, ὦ Ἱππία· ἀλλ' ὅμως τί φήσομεν; ποτέρως πρέπειν τὴν τορύνην τῷ ἔντι καὶ τῇ χύτρᾳ; ἢ δηλονότι τῷ συκίνῳ; βωδέστερον γάρ που τὸ ἔντος ποιεῖ. καὶ ἅμα ὦ ἑταῖρε, σὺκ ἂν στωμύλλοιμεν ἡμῖν τῷ χύτρᾳ σκληρὸν τὸ ἔντος, καὶ τὸ πῦρ ἀποσβέσαι, καὶ σὺν μέλλοντας ἑστιᾶσθαι, αὖθις ὅπου αὖ πάνυ γλυκέος ποιήσειεν. ἡ δὲ χρυσῆ ἐκείνη πάντ' ἂν ταῦτα ποιήσειεν· ὥστε μοι δοκεῖ

Scribẽdum puto, Καὶ ἐγὼ, τί μάλιστα φήσω.

Legendum videtur λέγοντι aliquid opus esse præpositione πρὸς cum accus. λέγοντα: legẽdo, πρὸς ταῦτα οὖν λέγοντα. vel potius, πρὸς οὖν ταῦτα λέγοντα.

τῳ συκίνῳ ἡμᾶς μᾶλλον φαίνεσθαι πρέπειν, ἢ τῷ χρυσῷ· εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. ΙΠ. Πρέπει μοὶ γὲ, ὦ Σώκρατες, μᾶλλον· οὐ μὴν τά γε τοιαῦτα ἐρωτῶντι διαλεγοίμην. ΣΩ. Ὀρθῶς γε, ὦ φίλε. σοὶ μὲν γὰρ οὐκ ἂν πρέποι τοιούτων ὀνομάτων ἅπτεσθαι, καλῶς μοὶ δοκοῦντι ὑπὸ σοφίας ἐν πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν. ἀλλ' ἐμοὶ δὲν πρᾶγμα φύρεσθαι πρὸς τὸν ἄνθρωπον. ἐμὲ οὖν πρόσθεν διδάσκε, καὶ ἐμοὶ χάριν ἀπόκεινο. εἰ γὰρ δὴ πρέπει γε μᾶλλον ἡ συκίνη τῆς χρυσῆς (φησὶ δ' ἄνθρωπος) ἄλλοτι δὲ καλλίων ἂν εἴη; ΙΠ. Ἐπειδήπερ δὲ πρέπον, ὦ Σώκρατες, καλλίων ὡμολόγησας εἶναι τοῦ μὴ πρέποντος. ΣΩ. Ἄλλοτι ὁμολογῶμεν, ὦ Ἱππία, τὴν συκίνην καλλίω τῆς χρυσῆς εἶναι; ΙΠ. Βούλει σοὶ εἰπεῖν ὦ Σώκρατες, ὅ εἰπὼν εἶναι τὸ καλὸν, ἀπαλλάξῃς αὐτὸν τῶν πολλῶν λόγων; ΣΩ. Παίυ μὲν οὖν. μὴ μέντοι πρότερόν γε πρὶν ἂν μοι εἴπῃς πότερα ἀποκείνωμαι οἷν ἄρτι ἔλεγον τὴν τορνώσαν, πρέπουσάν τε καὶ καλλίω εἶναι. ΙΠ. Ἀλλ', εἰ βούλει, αὐτῷ ἀπόκεινο, ὅτι ἡ ἐκ τῆς συκῆς εἰργασμένη. ΣΩ. Λέγε δὴ νυνὶ ὃ ἄρτι ἔμελλες λέγειν. ταύτῃ μὲν γὰρ τῇ ἀποκρίσει ἢ ἂν φῶ τὸ καλὸν χρυσὸν εἶναι, οὐδὲν, ὡς ἔοικεν, μοὶ ἀναφανήσεται καλλίον ὂν χρυσοῦ, ἢ ξύλον συκινον. τὸ δὲ νυνὶ τί ἂν λέγοις ὃ καλὸν εἶναι; ΙΠ. Ἐγώ σοι ἐρῶ. ζητεῖν γάρ μοι δοκεῖς τοιοῦτόν τι τὸ καλὸν ἀποκείνασθαι, ὃ μηδέποτε αἰσχρὸν μηδαμοῦ μηδενὶ φανεῖται. ΣΩ. Πάνυ μοὶ δοκῶ, ὦ Ἱππία. καὶ καλῶς γε νυνὶ ὑπολαμβάνεις." ἄκουε δή. πρὸς θεῶν τοῦτο, ἴσθι, ἐάν τις ἔχῃ ὅτι αἰτείπῃ, φαίνεται ἐμὲ μηδ' ὁτιοῦν ἐπαινεῖν. λέγε δὴ ὡς θᾶττα πρὸς θεῶν. ΙΠ. Λέγω τοίνυν, ἀεὶ καὶ πάντι καὶ πάντα καλὸν καλλίστον εἶναι ἀνδρὶ πλουσίῳ, ὑγιαίνοντι, τιμωμένῳ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἀφικομένῳ εἰς γήρας, τὸν αὑτοῦ γονέα τελευτήσαντα, καλῶς πεποιηκότι ὑπὸ τῶν αὑτοῦ ἐκγόνων καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι. ΣΩ. Οὐκοῦν ὦ Ἱππία, ὡς θαυμασίως τε καὶ μεγάλως καὶ ἀξίως σαυτοῦ εἴρηκας. καὶ νὴ τὴν Ἥραν ἄγαμαί σου, ὅτι μοὶ δοκεῖς βουλικῶς καθήσειν οἷός τ' εἶ βοηθεῖν. ἀλλὰ γὰρ τοῦ ἀνδρὸς οὐ τυγχάνομεν· ἀλλ' ἡμῶν δὴ νυνὶ καὶ πλείστων καταγελάσεται, οἶμαι. ΙΠ. Πονηρὸν γ' ὦ Σώκρατες, γέλωτα. ὅταν γὰρ πρὸς τοιοῦτα ἔχῃ μηδὲν ὅ, τι λέγῃ, γελᾷ, αὐτοῦ καταγελάσεται, καὶ ὑπὸ

A aio ficulneũ nobis cõuenire magis quàm aureum: nisi tu quid aliud ad hæc opponas. HIP. Magis nimirũ, Socrates, decet. quãuis ego cum homine de tricis huiusmodi differente haudquaquam disputarem. SOC. Rectè, mi Hippia. te enim huiusmodi nominibus vti non decet, qui hac tam elegãti veste, tam elegantibus calceis ornatus es, & inter cæteros Græcos sapientiæ nomine eluces. me autem nihil est incommodi cum huiusmodi homine misceri. me igitur priùs doceto, & velis in meam gratiam respondere. Ille enim sic

B deinde instabit: Si ficulneum magis quàm aureum decet, nónne pulchrius est? HIP. Pulchrius esse respondebis Socrates, quandoquidẽ id quod decet, eo quod non decet pulchrius esse confessus es. SOC. Nunquid, Hippia, cõfitendũ quoq; est ficulneũ aureo esse pulchrius? HIP. Visne tibi dicam, Socrates, qua Pulchri definitione prolixis illius sermonibus finem imponas? SOC. Quidni velim? modò tamẽ priùs mihi dixeris vtrũ è duobus illis pistillis pulchrius & decentius esse respondendum sit. HIP.

C Atqui, si vis, illud quod ex fcu elaboratum est, pulchrius esse respondeto. SOC. Illud verò quod modò te dicturum profitebare, velim explices. hac enim responsione qua aurum pulchrum aliquid esse dixero, nihilo pulchrius, opinor, aurum quàm lignum ficulneum apparebit. [a] Nunc verò deintegro ecquid Pulchrum esse statuis? HIP. Dicam equidem. videris enim mihi in eo versari vt tale quiddam pulchrum respondeas, quod nunquam cuiquã turpe videatur. SOC. Omnino, Hippia, & nunc meam mentẽ rectè percipis. Audi modò,

D & vide an aliquis contra hoc possit opponere, Me nihil hoc modo laudare posse. sed per deos festinanter respõdeto. HIP. Aio equidem semper apud quemlibet & vbicunque pulcherrimum esse, vt aliquis sit sanus, diues, honoratus à Græcis, ad vltimam vsque senectutis metam: & ficuti in parentibus suis iusto funere honestandis functus sit officio suo, ita & ipse à liberis suis præclarè & magnificè sepeliatur. SOC. Hui, mi Hippia, quàm mirificè & excellenter, & vt te dignum erat, dixisti. equidem per Iunonem te admiror, quòd

E summa cum beneuolentia, quãtum anniti potes, mihi opem ferre coneris. Virum tamen illum nondũ tenemus, sed nos modò, mihi crede, effusius irridebit. HIP. Improbum insulsúmque risum commemoras, Socrates. quum enim nihil aduersus hæc possit opponere, rideat tamen, hoc ipso seipsum deridet, ac proinde omnibus

[a] QVARTA definitio pulchri, *Esse sanũ, diuitem, honoratum*, &c. quam vt & in reipsa & in forma peccantem itidẽ refellit Socrates.

Ἄκουε δή, &c. ab Hippia dici arbitror: à Socrate autem ista, Λέγε δὴ ὡς τάχιστα πρὸς θεῶν.

præsentibus ipse erit ridiculus. SOC. Fortasse sic se res habet. fortè etiam ex hac responsione, vt ego vaticinor, non tantùm me videbitur irridere. HIP. Quidnã porro? SO. Si baculũ habuerit, neq; ego statim fugero, me attingere conabitur vt me cædat. HIP. Quomodo ais? an ille est tuus dominus? & si tibi iniuriã intulisset, non daret id circo pœnas ad iudiciũ pertractus? An in vestra ciuitate silent iudicia, & cuilibet fas est pro libidine ciues malè mulctare? SOC. Nequaquã. HIP. Daret igitur pœnas, si te iniustè percussisset. SOC. Nõ iniustè quidẽ, si talia responderẽ, sed iustè mihi me videretur percussurus. HIP. Mihi quoque, quando tu ita arbitraris. SOCR. Vis tibi dicam quamobrem me talia respondentem verberibus dignum existimem? An tu me indicta causa verberares, sed rationem admitteres? HIP. Graue hoc esset, Socrates, nisi admitterem. sed ecquo modo id ais? SOCR. Dicam eodem modo quo & paulo antè, illũ etiã imitando, ne coram te verba ea quibus ille aduersus me vtitur, pronuntiem, importuna nimirum & peregrina. Ita enim, mihi crede, me alloquetur: Dic age, Socrates, illúmne iniustè cædi arbitraris, qui grandem illum dithyrambi cothurnum adeo inconcinnè decantauerit, qui à proposita quæstione tam procul absit? Quomodo verò? respondebo equidem. Quia (inquit) ille non potuisti meminisse, me interrogare quidnam ipsum sit pulchrum: quod omnia quibuscunque inest, pulchra efficit, lapidem, lignum, hominem, deum, actionẽ denique omnẽ & disciplinam. Equidem, ne nescias, ecquidnam sit illud pulchrũ inuestigo. mea verò vox ad te nõ magis potuit peruenire quàm si lapis coràm assedisses, & molaris quidem, vt nec aures nec cerebrum haberes. Quòd si ego his verbis consternatus ita responderem, nũquid molestè ferres, Hippia? HIP. Quónam modo? SOCR. Sic videlicet. Hoc tamen Hippias pulchrum esse dixit: licet ego illum, vt tu me nunc, interrogassem, quod omnibus pulchrum sempérque existit. quid ais? an molestè feres si hæc dixero? HIP. Exploratum habeo, Socrates, id quod pulchrum dixi, omnium consensu & esse & fore pulchrum. SOC. An, si videatur, idcirco erit reuera? respondebit ille. semper enim pulchrum, quod pulchrũ. HIP. Prorsus. SOC. Nónne & erat? excipiet ille. HIP. Erat quoque. SOC. Tum ille, Nunquid Eliensis hospes ait Achilli pulchrum esse, post genitores suos naturæ concedere? & auo illius AEaco, aliísque quicunque ex diis nati sunt,

A τῶν παρόντων αὐτὸς ἔσῃ καταγέλαστος.
ΣΩ. Ἴσως οὕτως ἔχει. ἴσως μέντοι ὅπῃ γε ταύτῃ τῇ ἀποκρίσει, ὡς ἐγὼ μαντεύομαι, καὶ δυνηθεὶς οὐ μόνον μοῦ καταγελᾷ. ΙΠ. Ἀλλὰ τί μήν; ΣΩ. Ὅτι, αὖ τύχῃ βακτηρίαν ἔχων, ἂν μὴ ἐκφύγω φεύγων αὐτόν, δῆλα μοῦ ἐφικέσθαι πειράσεται. ΙΠ. Πῶς λέγεις; δεσπότης σοῦ ὁ ἄνθρωπος ἐστί; καὶ τοῦτο ποιήσας οὐκ ἀζημίως, καὶ δίκης ὀφλήσει; ἢ οὐκ ἐνδίκως ὑμῖν ἡ πόλις ἐστίν, ἀλλ' ἐᾶ ἀδίκως
B τύπτειν ἀλλήλους τοὺς πολίτας; ΣΩ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐᾷ. ΙΠ. Οὐκοῦν δώσει δίκην, ἀδίκως γέ σε τύπτων. ΣΩ. Οὔμοι δοκεῖ, ὦ Ἱππία· οὐκ, εἰ ταῦτά γε ἀποκινάμενος· ἀλλὰ δικαίως, ἔμοιγε δοκεῖ. ΙΠ. Καὶ ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἐπειδή γε αὐτὸς ταῦτα οἴει. ΣΩ. Οὐκοῦν εἶπω σοὶ καὶ ἣ αὐτὸς οἶμαι δικαίως ἂν τύπτεσθαι, ταῦτα ἀποκινούμενος; ἢ καὶ σύ με ἄκοντα τυπτήσῃς; ἢ δίξῃ λόγον; ΙΠ. Δῆνον γὰρ ἂν εἴη, ὦ Σώκρατες,
C εἰ μὴ δεχοίμην. ἀλλὰ πῶς λέγεις; ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ ᾧπερ αὐτὸν ἔφην ὄναρ νεῶ δή, μιμούμενος ἐκεῖνον· ἵνα μὴ πρὸς σὲ λέγω ῥήματα οἷα ἐκεῖνος εἰς ἐμὲ ἐρεῖ, χαλεπά τε καὶ ἀλλόκοτα. οὗ γὰρ ἴσασι, Εἰπέ μοι, φήσει, ὦ Σώκρατες, οἴει ἂν ἀδίκως πληγὰς λαβεῖν, ὅστις διθύραμβον τοσουτονὶ ἆσας οὕτως ἀμούσως, πολὺ ἀπῆσας ἀπὸ τοῦ ἐρωτήματος; Πῶς δῆτα φέρεσθον ἐγώ. Ὅπως; (φήσει) οὐχ οἷός τ' εἶ μεμνῆσθαι ὅτι τὸ καλὸν αὐτὸ ἠρώτων, ὃ πρὸς τῷ ᾧ ἂν προσῇ τύπτεται, ὑπολαβὼν ἐκείνῳ καλῷ εἶναι; καὶ λίθῳ, καὶ ξύλῳ, καὶ ἀνθρώπῳ καὶ θεῷ, καὶ ἁπάσῃ πράξει, καὶ παντὶ μαθήματι; αὐτὸ γὰρ ἔγωγε, ὦ ἄνθρωπε, καλλος ἐρωτῶ ὅ,τι ἐστί· καὶ σὺ δὲν σοι μᾶλλον γιγνώσειν δύναμαι, ἢ εἰ μοι πρόσεκάθησο λίθος, ἢ ξύλου μυλίας, μήτε ὦτα μήτ' ἐγκέφαλον ἔχων. εἰ οὖν φοβηθεὶς εἶπόν μοι ἐγὼ ὅτι "τοιαῦτα τάδε, ἆρα οὐκ ἂν ἀληθῆ ὦ Ἱππία; Ἀλλὰ μέντοι τόδε τὸ καλὸν εἶ) Ἱππίας ἔφη. καίτοι ἐγὼ αὐτὸν ἠρώτων ὅτου ὥσπερ σὺ ἐμέ, ὃ πᾶσι καλὸν ἂν εἴη. Πῶς οὖν φῄς; οὐκ ἀληθῆ ἂν εἶπω ταῦτα; ΙΠ. Εὖ γ' ἴσθι οἶδα ὦ Σώκρατες, ὅτι πᾶσι καλὸν τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἐγὼ εἶπον, καὶ δόξῃ. ΣΩ. Ἦ καὶ ἔσται; (φήσει) ἀεὶ γάρ που καλὸν τόγε καλόν. ΙΠ. Παίγε. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἰῶ; φήσει.
ΙΠ. Καὶ ἰῶ. ΣΩ. Ἦ δὲ τῷ Ἀχιλλῆ (φήσει) ὁ ξένος ὁ Ἠλεῖος ἔφη καλὸν εἶ) ὑστέρῳ τοῦ πρεσβύτου πεφῆναι, καὶ τῷ πάππῳ αὐτοῦ Αἰακῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι ἐκ θεῶν γεγόνασι, καὶ αὐτοῖς

Alia est lectio τύπτοις, quæ potior videtur. Fic. ita uertit ac si legeretur πρὸς τοῦτο. Paulo auctè scriptum est etiã ἀληθεσθήσῃ.

Hæc verba βάλλεις μακαρίαν videntur per parenthesin interiecta: ideóque legendum esse, Τί δῆτα, (βάλλεις μακαρίαν) τὸν ἀνθρώπου;

καὶ αὖ τοῖς θεοῖς; ΙΠ. Τί τοῦτο; βάλλ' ἐς μακαρίαν τὸν ἀνθρώπου. ὕβρη δ' οὖν ἔοικεν εἶναι, ὦ Σώκρατες, ταῦτά γε τὰ ἐρωτήματα. ΣΩ. Τί δέ; τὸν ἐρωτῶντα ἕτερον φαίης ταῦτα οὕτως ἔχειν, ὑβριστικόν τινα εἶναι; ΙΠ. Ἴσως. ΣΩ. Ἴσως τοίνυν σὺ εἶ οὕτως (φήσει) ὃς πάντα φῂς ἀεὶ καλὸν εἶναι), ὥστε μὴ τὸν ἐκγόνων ταφῆναι, τοὺς γονέας θάψαι. ἢ οὐκ εἷς τῶν ἀπάντων ὁ Ἡρακλῆς ἦν, ἃ οὗς νῦν δὴ ἐλέγομεν πάντες; ΙΠ. Ἀλλ' οὐ τοῖς θεοῖς ἔγωγε ἔλεγον. ΣΩ. Οὐδὲ τοῖς ἥρωσιν, ὡς ἔοικας. ΙΠ. Οὐχ, ὅσοι γε θεῶν παῖδες ἦσαν. ΣΩ. Ἀλλ' ὅσοι μή; ΙΠ. Πάνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν, τὸν σὸν αὖ λόγον, ὡς φαίνεται, τὸν ἡρώων τὸν μὲν Ταντάλῳ καὶ τῷ Δαρδανίῳ καὶ τῷ Ζήθῳ δεινόν τε καὶ αἰσχρὸν ὄντα, Πέλοπι δ', καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς οὕτω γεγονόσι, καλόν. ΙΠ. Ἐμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Σοὶ τοίνυν δοκεῖ (φήσει) ὁ ἄρτι δὴ ἔφην ἐγὼ ἐρεῖν, τοῖς θεοῖς γονεῦσι ταφῆναι καὶ τοὺς ἐκγόνους, ἐνίοτε καὶ ἐνίοις αἰσχρὸν εἶναι). ἔτι δὲ μᾶλλον (ὡς ἔοικεν) ἀδύνατον πᾶσι τοῦτο γενέσθαι καὶ εἶναι καλόν. ὥστε τοῦτό γε, ὥσπερ καὶ τὰ ἔμπροσθεν ἐκεῖνα, ἢ τε προφήτης καὶ ἡ χύτρα, σαυτὸν πέπονθε. καίτοι γελοιότερος τοῖς μὲν δοκεῖ καλόν, τοῖς δὲ καλόν. καὶ οὐδέπω καὶ τιμωρεῖ (φήσει) οἷός τ' εἶ ὦ Σώκρατες, ὥσπερ τὸν καλὸν ὄντα, τί ἐστιν, ὃ ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι; Ταῦτά μοι καὶ τὰ τοιαῦτα οὐδενὸς διαφέρως, ἐὰν αὐτῷ οὕτως ἀποκρίνωμαι. τὰ μὲν δὴ πολλὰ ὦ Ἱππία, φεύδομαί τι μοὶ δοκῶ διαλέγεσθαι· ἐνίοτε δ' ὥσπερ ἐλεήσας μου τὴν ἀπειρίαν καὶ ἀπαιδευσίαν, αὐτός μοι παραλαβὼν ἐρωτᾷ εἰ τοιόνδε μοὶ δοκεῖ τὸ καλόν, ἢ καὶ ὥσπερ ἄλλου ὁτουοῦν ἂν τύχοι ποτὲ ἀνομάτου, καὶ ὥσπερ οὐκ ἂν λόγος ᾖ. ΙΠ. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἐγώ σοι φράσω· Ὦ δαιμόνιε (φησί) Σώκρατες, τὰ μὲν τοιαῦτα ἀποκεινόμενος, καὶ οὕτω, παῦσαι· (λίαν γὰρ βωμολόχα τε καὶ βεβαναύσικα ἐστίν) ἀλλὰ τὸ τοιόνδε σκόπει, εἰ σοὶ δοκεῖ καλὸν εἶναι), οὐκ καὶ νῦν δὴ ἐπελαβόμεθα ἐν τῇ ἀποκρίσει, πρίν' ἔφαμεν χρυσόν, οἷς μὲν πρέπει, καλὸν εἶναι), οἷς δ' μή, οὔ· καὶ πάλαι δὴ πολλὰ οἷς ἂν τοῦτο πρεσσοῖ. αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ πρέπον, καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ σκόπει εἰ τοῦτο τυγχάνει ὂν τὸ καλόν. ἐγὼ μὲν οὖν εἰώθασι συμφαίνειν τὰ τοιαῦτα ἑκάστοτε. οὐ γὰρ ἔχω ὅ,τι λέγω. σοὶ δ' οὖν δοκεῖ τὸ πρέπον, καλὸν εἶναι); ΙΠ. Παντὸς δήπου ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Σκεπτώμεθα μὴ πη ἄρα ἐξαπατώμεθα. ΙΠ. Ἀλλὰ χρὴ σκοπεῖν. ΣΩ. Ὅρα τοίνυν. τὸ πρέπον ἆρα τοῦτο λέγομεν,

A & ipſis denique diis? HIP. Apage verò: quid hoc hominis eſt? infauſtæ enim ſunt, Socrates, & profanæ huiuſmodi quæſtiones. SOCR. At illo ſciſcitante hæc aſſerere non valdè erit infauſtũ & profanum? HIP. Fortaſſe. SOCR. Fortaſſe etiam tu is es (dicet ille) qui cuilibet ac ſemper pulchrũ eſſe dicis à filiis iuſta parentatione honeſtari. Nónne ex omnibus vnus erat Hercules, aliíque quos antea cõmemorauimus? HIP. At verò non dicebam diis. SOCR. Neque heroibus etiam; vt videris. HIP. Nõ certè quicunq; deorum filii extiterunt. SOCR.

B Illis verò qui non deorum? HIP. His ipſis. SOCR. Nónne igitur ex tuo illo ſermone, vt videtur, inter ipſos heroas Tantalo quidem & Dardano atq; Zetho graue, profanum & turpe eſt, Pelopi verò aliíſque ſimiliter genitis, pulchrũ? HIP. Ita mihi videtur. SOC. Tibi igitur (dicet ille) videtur modò quod in ſuperioribus non dicebas, ſepelire parentes, à filiis ſepeliri, quandoq; & quibuſdã turpe euenire; imò fieri nõ poſſe vt hoc omnibus ſit peræquè pulchrũ. Itaq; hoc ſuperioribus illis, virgini, ollæ, idem

C euenit, & magis etiam ridiculè: aliíſq; pulchrum eſt, aliis minimé. Ita me igitur ille increpabit, Necdum etiã potes, Socrates, illud ipſum de quo ſermo eſt inſtitutus pulchrum explicare? Et mihi quidem hæc meritò exprobrabit, ſi ita ipſi reſpondero. Hic nimirum eſt, Hippia, noſtræ diſputationis ſtatus. Aliquando tamen veluti meã ruditatẽ & imperitiã miſeratus, ipſe mihi obuius prodit, quærens vtrum talis quædã pulchri ipſius natura mihi eſſe videatur, vt quũ de vno quæſtio eſt, de alio fit interrogatio. HIP. Quomodo hoc ais, Socra-

D tes? SOCR. Ille nimirum ita me affabitur, Dicam tibi, obſeruande Socrates, vt talia deſinas reſpondere. inepta enim ſunt, & facilè refutari poſſunt. Sed animaduerte nũquid tale quidpiam ipſum pulchrum eſſe videatur, quod in ſuperioribus noſtris reſponſionibus attigimus, quum diceremus, Aurũ quibuſdã cõuenire, quibuſdã nõ itẽ: atq; alia omnia quæ in ipſum illud decorũ cadũt, & quibus ipſorũ circũſcribitur natura. Vide illúdne ſit pulchrũ. Ego verò iſta paſſim ſoleo cõcedere. quid enim opponã

E non habeo. Tibíne verò ipſum decorum, videtur eſſe pulchrum? HIP. Omnino, Socrates. SOCR. Perſpiciamus igitur an allucinemur. [a] HIP. Perſpiciẽdum ſanè eſt. SOCR. Vide igitur an id decorũ dicamus,

a QVINTA definitio, *Quod efficit quũ adeſt, vt res pulchræ videantur.* quæ vt falſa quoque refutatur. & illud τὸ δοκεῖν quod eſt Sophiſtis peculiare, in ipſorum capita deriuatur.

quod quum adeſt, efficit vt omnia appareãt pulchra quibus adeſt, vel quod efficiat vt aliquid exiſtat, vel ex his neutrũ. HIP. Mea quidem ſententia. SOC. Vtrũ id quod efficit vt aliquid pulchrũ videatur, perinde eſt acſi aliquis deformis, veſtibus & calceis ſplendidis ornatus, pulchrior appareat? Nónne ſi decorum pulchriora ea videri efficiat, quibus ineſt, ipſum illud decorũ in ipſo pulchro error quidã eſſet, & non illud eſſet quod diſquirimus, Hippia? Illud enim quæſiuimus, cuius beneficio res omnes pulchræ, ſint pulchræ: quẽadmodũ omnia magna exceſſu ipſo ſũt magna. illius enim ratione, omnia ſunt magna: & licet minimè videantur, excedant tamen, magna eſſe neceſſe eſt. Sic & pulchrũ quæſiuimus, quo pulchra ſunt omnia, ſiue appareant, ſiue nó. quid enim eſſet? non enim extaret decorum. efficit enim vt res pulchriores videantur, quatenus eſt decorum, vt ipſe aiebas: ſed quales ipſæ ſint reuera, nõ ſinit videri. Quod autẽ pulchra eſſe facit (ſicuti paulo antè dicebã) ſiue non, conandũ eſt exponere quid ſit. in hoc enim diſquiſitionis iſtius de pulchro labor omnis verſatur. HIP. Atqui decorũ, Socrates, quũ rebus ineſt, efficit vt & ſint pulchræ & ita videãtur. SOC. Fieri igitur aliter non poteſt quin ea quæ reuera pulchra ſunt, pulchra videantur, dũ id adeſt quod pulchrũ efficit videri. HIP. Nullo modo poteſt. SO. Illud ergo, Hippia, fatebimur, omnia reuera pulchra quę lege ſunt poſita, vel quæ inſtituto quodã cõſtãt, ab omnibus etiã pulchra haberi, & ita ſẽper apparere? vel cõtrà ignorari, & de his pugnã cõtentionémq; & inter priuatos homines & reſpublicas exagitari? HIP. Ita pot⁹, Socrates, exiſtimo ignorari. SO. Nõ tamẽ ignorarẽtur, ſi vt pulchra ſũt, ita ſẽper apparerẽt: apparerẽt autẽ, ſi decorũ pulchrũ eſſet, neq; eſſe tãtùm, ſed & apparere illa efficeret. Itaq; ſi decorũ eſt quod pulchra facit exiſtere, illud nimirũ eſt pulchrũ quod inueſtigamus, nõ verò id quod efficit res apparere. Eſſe autem, & apparere tãtùm, nõ poſſunt eſſe vnũ atq; idem, neq; aliud quidpiã. Eligamus igitur vtrũ decorũ eſſe arbitremur, vel id quod pulchra tãtùm efficit apparere, vel quod reuera exiſtere. HIP. Id nimirũ quod apparere, Socrates. SOCR. Papæ, quàm lõgè à noſtra cognitione auolauit vera ipſius pulchri definitio: quandoquidẽ decorum ipſum aliud quidpiam eſſe videtur quàm pulchrum. HIP. Perabſurdè mihi quidẽ per Iouẽ, Socrates.

A ὃ τῷ γενόμενον ποιεῖ ἓν καὶ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ τούτων οἷς ἂν παρῇ; ἢ ὃ ἐὰν ποιεῖ; ἢ οὐδέτερα τούτων; ΙΠ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Πότερα, ὃ ποιεῖ φαίνεσθαι καλὰ, ὥσπερ γε ἐπεί δ' ἂν ἱμάτια τις λαβὼν, ἢ ὑποδήματα ἁρμόττοντα, καὶ ἢν γελοῖος, καλλίων φαίνε⟩; οὐκοῦν ὧδε εἴπερ καλλίω ποιεῖ φαίνεσθαι ἢ ἔστι τὸ πρέπον, ἀπάτη τις ἂν εἴη ὧδε ὃ καλὸν ὃ πρέπον; καὶ οὐκ ἂν εἴη τοῦτο ὃ ἡμεῖς ζητοῦμεν, ὦ Ἱππία; ἡμεῖς γάρ που οὐκ ἐξ ὑπαρχῆς ἐζητοῦμεν ᾗ

B πολλὰ τὰ καλὰ πράγματα, καὶ καλά ἐστιν· ὥσπερ ᾗ πολλὰ τὰ μεγάλα ἐστὶ μεγάλα, τῷ ὑπερέχοντι. οὕτω γὰρ πολλὰ μεγάλα ἐστὶ· καὶ αἰεὶ μὴ φαίνηται, ὑπερέχει ⟩, ἀναγκαῖον αὐτοῖς μεγάλοις εἶναι⟩. οὕτω δὴ φαμὲν καὶ ὃ καλὸν, ᾗ καλὰ πάντα ἐστὶν, αὖ τ' ὄντα φαίνηται, αὖ τε μή, τί αὖ εἴη. τὸ μὲν γὰρ πρέπον οὐκ ἂν εἴη. καλλίω γὰρ ποιεῖ φαίνεσθαι ἢ ἔστιν, ὡς ὁ σὸς λόγος. οἷα δὴ ἔστιν, οὐκ ἐᾷ φαίνεσθαι. ὃ ⟩ ποιοῦν εἶναι⟩ καλὰ (ὥσπερ νῦν δὴ εἴπον) ἐάν

C τε φαίνηται, ἐάν τε μή, πειρατέον λέγειν τί ἐστι. τοῦτο γὰρ ζητοῦμεν, εἴπερ ὃ καλὸν ζητοῦμεν. ΙΠ. Ἀλλὰ ὃ πρέπον, ὦ Σώκρατες, καὶ ⟩ καὶ φαίνεσθαι ποιᾷ καλὰ παρόν. ΣΩ. Ἀδύνατον ἄρα τῷ ὄντι καλὰ ὄντα μὴ φαίνεσθαι καλὰ ⟩, παρόντος γε τοῦ ποιοῦντος φαίνεσθαι. ΙΠ. Ἀδύνατον. ΣΩ. Ὁμολογήσομεν οὖν τοῦτο, ὦ Ἱππία, πολλὰ τὰ τῷ ὄντι καλὰ καὶ νόμιμα καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ δοξάζεσθαι καλὰ ⟩ καὶ φαί-

D νεσθαι ἀεὶ πᾶσιν; ἢ, πολλοῦ δεῖ τοὐναντίον, ἀγνοεῖσθαι, καὶ πολλῶν μάλιστα ἔστιν καὶ μάχιμα ὧδε αὐτῶν ⟩, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστοις, καὶ δημοσίᾳ ταῖς πόλεσιν; ΙΠ. Οὕτω μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, ἀγνοεῖσθαι. ΣΩ. Οὐκ ἄν, εἴ γέ που ὃ φαίνεσθαι αὐτοῖς πρέποντ' ἔσται. πρέποντ' ἄρ' εἴπερ ὃ πρέπον καλὸν ἔσται, καὶ μὴ μόνον καλὰ ἐποίᾳ ⟩, ἀλλὰ καὶ φαίνεσθαι. ὥστε τὸ πρέπον, εἰ μέλλ' τὸ καλὰ ποιοῦν ἔσται ⟩, τὸ μέλλ' καλὸν αὖ εἶναι ὃ ἡμεῖς ζητοῦμεν, οὐ μέλλοντι τό γε ποιοῦν φαίνεσθαι· εἰ δ' αὖ τὸ

E φαίνεσθαι ποιοῦν ἔστι τὸ πρέπον, οὐκ αὖ εἴη τὸ καλὸν ὃ ἡμεῖς ζητοῦμεν. ⟩ γὰρ οὐκ εἰνό γε ποιεῖ. φαίνεσθαι γὰρ καὶ ποιεῖν ⟩ οὐ μόνον καλὰ οὐκ ἂν ποτε δύναιτο τὸ αὐτό, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο ὁτιοῦν. ἐλώμεθα δὴ πότερα δοκεῖ τὸ πρέπον ⟩, τὸ φαίνεσθαι καλὰ ποιοῦν, ἢ τὸ ⟩. ΙΠ. Τὸ φαίνεσθαι, ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚΡ. Βαβαί, οἴχεται ἄρα ἡμᾶς λαμπρὸς ὦ Ἱππία, τὸ καλὸν γνῶναι ὅ,τι ποτ' ἔστιν· ἐπειδή γε τὸ πρέπον ἄλλό τι ἐφάνη ὂν ἢ καλόν. ΙΠ. Ναὶ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, καὶ μάλα ἔμοιγε ἀτόπως.

Non eſt iungendus infinit. ἀγνοεῖσθαι cum οὕτω μᾶλλον, ſed cum praced. futuro (quod ſubaud.) ὁμολογήσουμεν. q. d. Nonne ἀγνοεῖσθαι, uel δηλονοτι ἀγνοεῖσθαι, uel ἀγνοεῖσθαι δήπου, hoc ſenſu, Hactenus quidem illo modo rem ſe habere fatebimur: nimirum illa ignorari.

Σω. Ἀλλὰ μὴν τοι, ὦ ἑταῖρε, μήπω γε αὐτῶν μὴν αὐτό. ἔτι γάρ τινα ἐλπίδα ἔχω ἐκφανήσεσθαί τι ποτ' ὄντ' ὃ καλόν. ΙΠ. Παντως γε δή που, ὦ Σώκρατες. οὐδὲ γὰρ χαλεπὸν ἐστὶν εὑρεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν οἶδ' ὅτι, εἰ ὀλίγον χρόνον εἰς ἐρημίαν ἐλθὼν σκεψαίμην ὡς ἐμαυτὸν, ἀκριβέστερον αὐτὸ σοι εἴποιμι τῆς ἀπάσης ἀκριβείας. Σω. Ἆ, μὴ μέγα ὦ Ἱππία λέγε. ὁρᾷς ὅσα πράγματα ἡμῖν ἤδη παρέσχηκε· καὶ μὴ ὀργισθὲν ἡμῖν ἔτι μᾶλλον ἀποδρᾷ. καίτοι οὐδὲν λέγω. σὺ μὲν γὰρ, οἶμαι, ῥᾳδίως αὐτὸ εὑρήσεις, ἐπειδὰν μόνος γένῃ. ἀλλὰ, πρὸς θεῶν, ἐμοῦ σκαιτίον αὐτὸ ἔξευρε. εἰ δὲ βούλῃ, ὥσπερ νῦν, ἐμοὶ συζήτει. καὶ ἐὰν μὲν εὑρωμεν, κάλλιστα ἔξῃ· εἰ δὲ μή, φέρε (οἶμαι) ἐγὼ τῇ ἐμῇ τύχῃ· σὺ δ' ἀπελθὼν ῥᾳδίως εὑρήσῃς. καὶ ἐὰν νῦν εὑρωμεν, ἀμελῆ σὺ ὀχλήσεις ἔσομαί σοι, πυνθανόμενος ὅτι ἐν ἐκείνῳ ὁ σὺ σαυτὸν ἐξεύρες. νῦν δ' ἆρα σοι αὐτὸ εἶναι δοκεῖ τὸ καλόν. λέγω δὴ αὐτὸ εἶναι· ἀλλὰ γὰρ ὑποσκόπει, καὶ μοὶ πάνυ προσέχων τὸν νοῦν, μή πως ἁμαρτήσω. τοῦτο γὰρ δή ἐστιν ἡμῖν καλὸν, ὃ ἂν χρήσιμον ᾖ. εἶπον ἢ οὔ; τῶνδε ἐννοήμασιν. καλοὶ, φαμὲν, οἱ ὀφθαλμοὶ εἰσὶν, ἢ οὐχ οἱ ἂν δοκῶσι τοιοῦτοι εἶναι οἷοι μὴ δυνατοὶ ὁρᾶν, ἀλλ' οἱ ἂν δυνατοί τε ὦσι χρήσιμοι πρὸς τὸ ἰδεῖν. ἦ γάρ; ΙΠ. Ναί. Σ. Οὐκοῦν καὶ τὸ ὅλον σῶμα οὕτω λέγομεν καλὸν εἶναι, τὸ μὲν, πρὸς δρόμον, τὸ δὲ, πρὸς πάλην· καὶ αὖ τὰ ζῷα πάντα, ἵππον καλὸν, καὶ ἀλεκτρυόνα, καὶ ὄρτυγα· καὶ τὰ σκεύη πάντα, καὶ τὰ ὀχήματα τά τε πεζὰ καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ, πλοῖά τε καὶ τριήρεις· καὶ τὰ γε ὄργανα πάντα τά τε ὑπὸ τῇ μουσικῇ καὶ τὰ ὑπὸ τὰς ἄλλας τέχνας· εἰ δὴ βούλῃ, τὰ ὁπότε θύματα καὶ τοὺς νόμους· χαίρουσι πάντα ταῦτα, καλὰ προσαγορεύομεν, ᾧ αὐτῷ ἕκαστα ἀποβλέποντες πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἢ πέφυκεν, ἢ εἴργασται, ἢ κεῖται. τὸ μὲν χρήσιμον, καὶ ἢ χρήσιμον, καὶ ὅτε ὠφέλιμον, καὶ ὁπότε χρήσιμον, καλὸν φαμὲν εἶναι· τὸ δὲ πάντη ἄχρηστον, αἰσχρόν. ἆρ' οὖν ἔστιν ὅ τι σοὶ δοκεῖ ἄλλως, ὦ Ἱππία; ΙΠ. Ἔμοιγε. Σ. Ὀρθῶς ἄρα νῦν λέγομεν ὅτι τυγχάνει πάντων ὂν μᾶλλον καλὸν τὸ χρήσιμον. ΙΠ. Ὀρθῶς μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες. Σω. Οὐκοῦν τὸ δυνατὸν ἕκαστον ἀποργάζεσθαι, εἰς ὅτου δυνατὸν, εἰς τοῦτο καὶ χρήσιμον; τὸ δὲ ἀδύνατον, ἄχρηστον; ΙΠ. Πάνυ γε. Σω. Δυνάμεις μὲν ἄρα, καλαὶ, ἀδυναμία δὲ, αἰσχρόν. ΙΠ. Σφόδρα γε. Καί τε δὴ ἄλλα, ὦ Σώκρατες, μαρτυρεῖ ἡμῖν ὅτι

A Soc. Ne ab illius tamen, mihi crede, disquisitione abscedamus. neque enim omnē spem abieci quin quídnam sit reuera pulchrum inueniamus. HIP. Omnino, Socrates. non enim est difficile inuenire. id enim habeo persuasum, me, si paulisper soli mihi esse liceret, vt mecum liberè cogitarem, rem totam exquisitius compertu-
B rum, eámque ad summam accurationem explicaturum. SOCRAT. Ne tu magnificè te efferas. vides quantum negotii nobis iam exhibuerit hæc disquisitio: at verendum ne hac tua confidentia effugiat indignabunda. sed tamen nihil dico. tu enim quum solus eris, facilè rem totam; opinor, comperies. At per deos præsente me modò inuenito, &, si velimus, eandem illam disquisitionem nostram cōmuniter persequamur. quòd si inuenerimus; præclarè mecum agetur: sinminus, officio meo cumulatè defunctus, sortem meam æquo animo feram: tu verò, postquam abieris, facilè inuenies. si tamen nunc inueniamus, haud amplius tibi molestus ero, à te efflagitans quod per te solus
C inueneris. [a] Nunc verò circunspice nunquid huiusmodi quidpiam Iustum esse videatur. at tu me diligenter obserua; ne delirem. Hoc vtique Pulchrum esto quod vtile est. cuius quidem rei hinc maximè coniecturá facio, quia pulchri oculi sunt, non qui impotes videndi, sed qui apti & vtiles ad videndum. HIP. Certé. Soc. Et vniuersum corpus ita pulchrum dicimus, aliud ad cursum, aliud ad luctam. itémque animalia omnia, vt pulchrum equum, gallum, coturnicem: & omnium instrumentorum apparatum, omniáque
D vehicula tam terrestria quàm maritima, nauigia, triremes: omniáque cætera instrumenta quæ ad musicam cæteráque artes pertinent: &, si vis etiam, studia atque leges: omnia hæc singulatim suo quidem modo vocamus pulchra, illo tamen vno atque eodem, dum illorum naturam, qua vnumquodq; & factum & affectum est, cō sideramus, quatenus nimirum accommodata sūt ad vsum, & quid, quatenus, quorsum, quando vtile, pulchrum esse affirmamus: at quod planè est inutile, turpe profectò est. nonne etiam ita censes, Hippia?
E HIP. Equidem. SOCR. Rectè igitur nunc dicimus, præ cæteris omnibus, pulchrum esse vtile. HIP. Rectè quidem, Socrates. Soc. Nónne quod efficere aliquid potest, ad hoc vtile est quod illius beneficio effici potest? quod nō potest, inutile? HIP. Prorsus. Soc. Potentia ergo pulchrum, impotentia turpe. HIP. Maximé. vt enim alia rem ita se habere testantur, tum maximè

[a] SEXTA, *Id quod vtile est*, eodem mantatis obelo confoditur.

Legitur etiam, τὸ δ' ὅλως παντὸς ἄχρηστον.

ea quæ ad ciuilem viuẽdi rationẽ pertinẽt. nam in eo vitæ genere & in vniuersa republica, potentia præditum esse, omnium est pulcherrimum : impotentem verò, turpissimum. SOCR. Rectè. sed dic mihi per Iouem, Hippia, Istámne ob causam sapientia pulcherrimum est omnium, insipientia contrà, turpissimum? HIP. At tu, Socrates, quid hac de re censes? SOC. Quiesce parumper mi Hippia. nam meam hac de re dubitabundus vereor dicere sententiam. HIP. Quídnam veteris, Socrates? nónne hæc iam percommodè processit oratio? SOC. Velim equidem: sed mecum hoc animaduerte, Verum quis quod neque scit neque potest facturus sit vnquam. HIP. Minimè. quomodo enim quod nequit ageret? SOC. Qui peccant, & malè operantur, faciúntque nolentes, si hæc non potuissent, nunquid egissent? HIP. Nequaquam. SOC. At verò potentia possunt, quicunque possunt. non enim impotentia. HIP. Non certè. SOC. Possunt autem omnes facere quæ faciunt? HIP. Certè. SOC. Mala verò multo plura quàm bona omnes homines statim ab ineunte ætate per omnem vitam agunt, neque sponte peccant. HIPPIAS. Vera loqueris. SOC. Quid verò? háncne potentiam atque hæc vtilia quæ ad mali effectionem conferunt, illáne pulchra esse statuerimus, an longè aliter? HIP. Longè profectò, mea quidem sententia, Socrates. SOC. Non ergo potentia siue facultas efficiendi, neque vtile, vt videtur, pulchrum illud à nobis censeri debet. HIP. Sanè: nisi bona possit efficere, & ad bonum sit vtilis illa facultas siue potentia. SOC. Explosum est igitur illud, Potentiam & Vtilitatem simpliciter non esse pulchrum. at nónne illud ipsum erat quod animus noster in hac disputatione sibi proponebat? illam nimirum potentiæ vtilitatísque rationem ad aliquid boni efficiendum, ipsum illud esse pulchrum? HIP. Mihi quidem videtur. SOC. Atqui, illúdne est vtile, néene? HIP. Omnino. SOC. Sic igitur pulchra corpora, pulchra legum instituta, & sapientia, & alia omnia quæ paulo antè retulimus, omnia sunt pulchra, quia vtilia. HIP. Perspicuum est. SOC. Vtile igitur nobis pulchrum esse videtur, Hippia. HIP. Omnino, Socrates. SOCRAT. Atqui illud est vtile, quod bonum efficit. HIP. Est nimirum. SOC. Efficiens autem nihil aliud est quàm causa. nónne? HIP. Ita. SOC. Pulchrum igitur est boni causa.

A τοῦτο οὕτως ἔχει, ἀπαρ' οὖν καὶ καὶ πολιτικαί. ἐν γὰρ τοῖς πολιτικοῖς τε καὶ τῇ αὐτῇ πόλει ὃ μὴ δυνατὸν εἶ), πάντων κάλλιστον· τὸ δὲ ἀδύνατον, πάντων αἴσχιστον. ΣΩΚΡ. Εὖ λέγεις. ἆρ' οὖν, ὥσπερ θεῶν, ὦ Ἱππία, ἀφ' αὐτῶν καὶ ἡ σοφία, πάντων κάλλιστον, ἡ δ' ἀμαθία, πάντων αἴσχιστον; ΙΠ. Ἀλλὰ τί οἴει ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Ἔχε δὴ ἠρέμα, ὦ φίλε ἑταῖρε· ὡς φοβοῦμαι τί ποτ' αὖ λέγομι. ΙΠ. Τί δ' αὖ φοβῇ, ὦ Σώκρατες; ἐ- Scribendum videtur λέγομαι. sic antè pag. 298. Ἔχ' ἡσυχῇ ὦ Ἱππία. κινδυνεύομαι γάρ, &c.
B πεὶ νυῶ γέ σοι ὁ λόγος παγκάλως προβέβηκε. ΣΩ. Βουλοίμην ἄν. ἀλλά μοι τόδε σκεψαι, ἆρ' ἄν τις τι ποιήσειεν, ὃ μήτ' ἔπραξαι, μήτε τοτὲ δράσει δυναιτο; ΙΠ. Οὐδαμῶς. πῶς γὰρ ἄν ὅγε μὴ δυναιτο; ΣΩ. Οἱ οὖν ἁμαρτάνοντες, καὶ κακὰ ἐργαζόμενοί τε καὶ ποιοῦντες ἀκοντες, ἄλλοτι οὗτοι, εἰ μὴ ἐδυναντο ταῦτα ποιεῖν, οὐκ ἂν ποτε ἐποίουν; ΙΠ. Δῆλον δή. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν δυνάμει γε δυνανται ⓐ
C δυνάμενοι. οὐ γάρ πω ἀδυναμία γε. ΙΠ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Δυνανται δέ γε πάντες ποιεῖν ⓐ ποιοῦντες, ἃ ποιοῦσι; ΙΠ. Ναί. ΣΩ. Κακὰ δέ γε πολὺ πλείω ποιοῦσιν ἢ ἀγαθὰ πάντες ἄνθρωποι, ἀρξάμενοι ἐκ παίδων καὶ ἁμαρτάνουσιν ἄκοντες. ΙΠ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Τί οὖν; ταύτην δυνάμιν, καὶ ταῦτα τὰ χρήσιμα, ἃ ἂν ἡ ὅτι ὃ κακόν τι ἐργάζεσθαι χρήσιμα, ἆρα φήσομεν ταῦτα εἶ) καλά; ἢ πολλοῦ δεῖ; ΙΠ.
D Πολλοῦ, ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐκ ἄρα, ὦ Ἱππία, ὃ δυνατόν τε καὶ τὸ χρήσιμον, ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὅσ' τὸ καλόν. ΙΠ. Εἰ γε, ὦ Σώκρατες, ἀγαθὰ δύναται, καὶ ὅτι τοιαῦτα χρήσιμον ἦ. ΣΩ. Ἐκεῖνο μὴν τοῦτο οἶμαι, τὸ δυνατόν τε καὶ χρήσιμον, ἁπλῶς εἶ) καλόν. ἀλλ' ἄρα τοῦτ' ἴσως ἐκεῖνο, ὦ Ἱππία, ὃ ἐβούλετο ἡμῶν ἡ ψυχὴ εἰπεῖν, ὅτι τὸ χρήσιμόν τε καὶ τὸ δυνατὸν ὅτι τὸ
E ἀγαθόν τι ποιῆσαι, τοῦτ' ὅσ' τὸ καλόν. ΙΠ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ὠφέλιμον ὅσιν, ἢ οὔ; ΙΠ. Παίυ γε. ΣΩ. Οὕτω δὴ καὶ τὰ καλὰ σώματα, καὶ τὰ καλὰ νόμιμα, καὶ ἡ σοφία, καὶ ἀνεῳ δὴ ἐλέγομεν πάντα, καλὰ ὅσιν, ὅτι ὠφέλιμα. ΙΠ. Δῆλον ὅτι. ΣΩ. Τὸ ὠφέλιμον ἄρα ἔοικεν ἡμῖν εἶ) τὸ καλόν, ὦ Ἱππία. ΙΠ. Παίτως δή που, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τό γε ὠφέλιμον τὸ ποιοῦν, ἀγαθόν ὅσιν. ΙΠ. Ἔστι γάρ. ΣΩ. Τὸ ποιοῦν δέ γ' ὅσιν οὐκ ἄλλό τι ἢ τὸ αἴτιον. ἢ γάρ; ΙΠΠ. Οὕτως. ΣΩΚΡΑΤ. Τοῦ ἀγαθοῦ ἄρα αἴτιόν ὅστι τὸ καλόν.

ΙΠ. Ἔστι γάρ. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τόγε αἴτιον, ὦ Ἱππία, καὶ οὗ ἂν αἴτιον ᾖ τὸ αἴτιον, ἄλλο ὄντιν. ἡ γάρ που τόγε αἴτιον, αἰτία αἴτιον ἂν εἴη. ὧδε δὴ σκόπει· οὐ τὸ αἴτιον ποιοῦν ἐφαίνη; ΙΠ. Παίνυ γε. ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτό τε ποιοῦντος ποίησιν οὐκ ἄλλό τι ἢ τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' οὐ τὸ ποιοῦν; ΙΠ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Οὐκοῦν ἄλλό τι ὃ γιγνόμενον, ἄλλο ἢ ὃ ποιοῦν; ΙΠ. Ναί. ΣΩ. Οὐκ ἄρα τοῦ αἴτιον, αἴτιον αἰτία ὄντιν, ἀλλὰ τοῦ γιγνομένου ὑφ' ἑαυτοῦ. ΙΠ. Παίνυ γε. ΣΩ. Εἰ ἄρα τὸ καλὸν ὄντιν αἴτιον ἀγαθοῦ, γίγνοιτ' ἂν ὑπὸ τοῦ καλοῦ τὸ ἀγαθόν. ἐξ ὧν ταῦτα, ὡς ἔοικε, σπουδάζομεν ἐπὶ τὴν φρόνησιν καὶ τἆλλα πάντα τὰ καλά, ὅτι τὸ ἔργον αὐτῶν καὶ τὸ ἔκγονον σπουδαστόν ὄντι, τὸ ἀγαθόν· καὶ κινδυνεύομεν, ἐξ ὧν διεισκοπῶμεν, παιδός τινος ἰδέαν εἰπεῖν τὸ καλὸν τοῦ ἀγαθοῦ. ΙΠ. Παίνυ μὴν οὖν. καλῶς γὰρ λέγεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τόδε καλῶς λέγω, ὅτι οὔτε ὁ πατὴρ, υἱός ὄντιν, οὔτε ὁ υἱὸς, πατήρ; ΙΠ. Καλῶς μὰ τόν. ΣΩ. Οὐδέ γε τὸ αἴτιον, γιγνόμενον ὄντιν· οὐδὲ τὸ γιγνόμενον αὖ, αἴτιον. ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Μὰ Δία, ὦ ἄριστε, οὐδὲ ἄρα τὸ καλὸν, ἀγαθόν ὄντιν· οὐδὲ τὸ ἀγαθόν, καλόν. ἢ δοκεῖ σοι οἵοντε εἶναι, ἐκ τῶν εἰρημένων; ΙΠ. Οὐ μὰ τὸν Δία οὐ μοι φαίνεται. ΣΩ. Ἀρέσκοι δ' ἡμῖν, καὶ ἐθέλοιμεν αὖ λέγειν ὡς τὸ καλὸν, οὐκ ἀγαθόν, οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν, καλόν; ΙΠ. Οὐ μὰ τὸν Δία δῆτα πάνυ μοι ἀρέσκει. ΣΩ. Ναὶ μὰ τὸν Δία, ὦ Ἱππία. ἐμοὶ δέ γε πάντων ἥκιστα ἀρέσκει ὧν εἰρήκαμεν λόγων. ΙΠ. Εἰκὸς γὰρ οὕτως. ΣΩ. Κινδυνεύει ἄρα ἡμῖν, οὐκ, ὥσπερ ἄρτι ἐφαίνετο, καλλίστη εἶναι τῶν λόγων, τὸ ὠφέλιμον καὶ τὸ χρήσιμόν τε καὶ τὸ δυνατὸν ἀγαθόν τι ποιῆν, καλὸν εἶναι, οὐχ οὕτως ἔχειν, ἀλλ', εἰ οἷόν τ' ἐστὶν, ἐκείνων εἶναι γελοιότερος τῷ φαίνεσθαι, ἐν οἷς τὸ τε πρόθυμον φόμεθ' εἶναι τὸ καλὸν, καὶ ἓν ἕκαστον τῶν ἐμπροσθεν λεχθέντων. ΙΠ. Ἔοικεν. ΣΩ. Καὶ ἐγὼ μήν γε οὐκ ἔτι ἔχω, ὦ Ἱππία, ὅ τοι προαπῶμαι, ἀλλ' ἀπορῶ· σὺ δὲ ἔχεις τι λέγειν; ΙΠ. Οὐκ ἔγωγε σοῦ πρόσθεν· ἀλλ' ὥσπερ ἄρτι ἔλεγον, σκεψάμενος δῦ οἶδ' ὅτι εὑρήσω. ΣΩ. Ἀλλ' ἐγώ μοι δοκῶ ὑπὸ ἐπιθυμίας τοῦ εἰδέναι οὐχ οἷός τε εἶναι σκοπεῖν μέλλοντα. καὶ γὰρ οὖν δή τι καὶ οἷμαι ἄρτι διαπορηκέναι. ὅρα γὰρ εἰ ὁ αὖ χαίρειν ἡμᾶς ποιῆ (μήτι πάσας γε τὰς ἡδονὰς, ἀλλ' ὃ αὖ ἐξ αὐτῆς ἀκοῆς καὶ τῆς ὄψεως) τοῦτο φαῖμεν εἶναι καλόν. πῶς τι ἂρ' ἂν ἀγωνιζοίμεθα;

A HIP. Omnino. SOCR. Atqui, Hippia, nónne aliud eſt Cauſa, aliud, id cuius eſt cauſa? neque enim cauſa, ipſius cauſæ cauſa eſſe poteſt. quod inde licet coniicere. Nónne cauſam efficientem eſſe conſtitit? HIP. Certé. SOCR. Ab efficiente verò nonne fit effectum, non efficiens? HIP. Ita eſt. SOC. Nónne aliud eſt efficiens, aliud effectum? HIP. Certé. SOC. Non igitur Cauſa, cauſæ eſt cauſa, ſed eius quod à ſeipſa efficitur. HIP. Omnino. SOC. Si ergo Pulchrum eſt boni cauſa, à pulchro fit bonum, atque adeo, vt apparet, B prudentiam aliáque omnia pulchra ſtudio complectimur: quia opus quod ex his gignitur, id eſt bonum, exoptandum eſt. & ex iis ſanè quæ comperimus, illud effici videtur, Pulchrum, boni ratione, ideam quandam efficacémque formam parentis habere. HIP. Præclarè dicis, mi Socrates. SOCR. Nónne & illud rectè à me etiam dicitur, Neque patrem eſſe filium, neque filium, patrem? HIP. Optimé. SOC. Enimuero nec Cauſa effectum eſt, neque Effectum, cauſa. HIP. C Vera narras. SOCR. Non igitur per Iouem, ornatiſſime Hippia, Pulchrum eſt bonum, neque Bonum pulchrum. tibíne ex his quæ dicta ſunt, fieri poſſe videtur? HIP. Nequaquam per Iouem, mea quidem ſententia. SOCR. Illud igitur placet: & ita conſentienter dicamus, Pulchrum non eſſe bonum, neque bonum, pulchrum. HIP. Non ſanè per Iouem ita mihi placet. SOCR. Omnium verò eorum quæ ſuprà à nobis hactenus expoſita ſunt hoc minimè mihi probatur. HIP. Apparet nimirum ita: SOCR. Haud D amplius igitur ſermo ille, vt ſuprà, egregius eſſe videtur, quo illud ſtatuebatur eſſe pulchrum, quod commodum, vtile, ad aliquid boni efficax eſſet. Nunc autem contrà videtur, imò illis ſuperioribus etiam magis ridiculus, quibus opinabamur pulchrum eſſe virginem, & ſingula quæ ſuprà narrauimus, pulchrum ipſum nuncupabamus. HIP. Apparet. SOCR. Ego verò, Hippia, neſcio quò me vertam, ſed animi pendeo hæſitabundus. tu verò quid ais? HIP. Nihil ſanè in præſentia: ſed (vt modò dicebam) meditatus me E ic.n comperturum confido. [a] SOCR. At mihi videor ob ſciendi cupiditatem moram illam expectare non poſſe. Quid ſi verò nouum quidpiam mihi mens ſuppeditaret? Videſis verò, vtrum id quod nos delectat (nō de qualibet Voluptate loquor, ſed de illa quæ per viſum & auditum paratur) vtrum videlicet tale quiddam pulchrū appellemus. quî enim poſſimus refragari?

Scribendum puto, τὸ ὠφέλιμόν τι καὶ χρήσιμον, καὶ τὸ δυνατὸν, &c.

a SEPTIMA definitio, *Id quod delectat*, æquè falſa & diminuta ac ſuperiores. De Iucundi autē modis variè diſputatur, & de induſtria Sophiſtarū nugaces decipulæ repræſentantur in exanguibus diſtinctiunculis, in quibus protam & puppim ſuarum ſubtilitatum locant, quorū bellorum myſteriorū pleni ſunt noſtrorum

Sophistarũ libri, qui tãtos plausus olim in scholis excitabãt. Est eni vernaculũ illud & peculiare Sophistis, in verbis curiose & inepte immorari, & inde trophæa & triũphos moliri. id est (vt Aristot. verbis vtar) ὧν ἕνεκα πόνος διαφέροντος καὶ δημοσιώτατος, ὁ διὰ τῶν ὀνόματων. quæ fallacia, propter verborum cum rebus cõmunitatem, ad qua rum naturam exprimendam, verbis vt συμβόλοις vtimur, facilis est & expedita ad simplicium animos eludendos. Est igitur hic mirificum quoddã mysteriũ in vocibus ἐκφατέον & ἀφατέον: vt ex ipso contextu animaduerteret lector.

quum pulchri homines, & variegata opera, picturæ, figmẽta, quæ quidem sint pulchra, nos spectantes oblectent? pulchri verò soni, vniuersa musica, sermones confabulationésque eodem modo nos afficiãt? Quocirca si audaci illi homini respõderemus, Pulchrum esse quod per visum auditúmque delectat, nónne audaciam ipsius compesceremus? HIP. Nunc mihi quidẽ hoc modo, Socrates, rectè videtur definiri. SOCR. Quidnam igitur? pulchra instituta, & pulchras leges, visus vel auditus beneficio iucundas, atque hactenus pulchras esse censemus, an alia quadam forma contineri? HIP. Hæc nimirum, Socrates, etiamsi hominem lateant. SOCR. Per Canem, Hippia, non illum quem ego omnium maximè vererer, quoties deliarem, aut aliquid dicere profiterer, quum nihil dicerem. HIP. Ecquem significas? SOC. Socratem Sophronisci filium, qui nihilo magis mihi concederet vt hæc non rectè inuestigata facilè in medium proferrem, quàm vt scire putarem quæ nescio. HIP. Atqui mihi quoque, postquam ipse indicasti, id quod a. leges pertinet, aliud quiddam esse videtur. SOCR. Quiesce modò, Hippia. nam in eandem de pulchro dubitationem incidisse videmur in qua paulo antè versabamur, dum existimabamus nos certi exploratíq; quidpiam hac de re tenere. HIP. Quo pacto id ais, Socrates? SOC. Dicam equidem quod mihi videtur, siquid tamen dico. hæc enim quæ ad instituta legésque pertinent, fortasse extra videndi audiendíque sensum nobis non constant. Verùm hunc sermonem patientius expendamus, Iucunditatem quę his sensibus comparatur, esse pulchrum: nec leges in medium producamus. At siquis nos roget, siue is quem nunc indicaui, siue quilibet alius, hunc in modum, Quãnam de causa, Hippia & Socrates, iucundi naturam ita definiistis, illúdque iucundum, quod duorum illorum sensuum ministerio contineretur, appellatis? quæ verò cæteros sensus iucunditate perfundunt, cibos, potus, rem veneream, aliáque huiusmodi, pulchra esse negatis? An fortè neque hæc iucunda, neque in huiusmodi rebus voluptatẽ versari affirmatis, neq; in alio quolibet præterquam in audiẽdo & videndo? ecquidnã, Hippia, respõdebimus? HIP. Omnino affirmabimus, in aliis quoq; sensibus magnas inesse voluptates. SOC. At causam ille rogabit: quũ non minus hæ quàm illæ voluptates existant, conqueretur eas pulchri nomine priuari. Causã eã esse respõdebim°,

a Dionis hæc eſſe videtur epiſtola, nó Platonis, vt ex vltimis verbis videtur apparere. Monet Perdiccam, Macedoniæ (vt quidẽ veriſimile eſt) regem, vt regẽdæ monarchiæ rationem à bonis viris diſcat. eſſe enim vnicuique πολιτείᾳ quaſi vocem quandã, quæ accuratè ſit ſeruanda, quum in ea maxima pars publicæ ſalutis verſetur. Euphræum commendat Platonicæ doctrinæ peritũ, eiúſque conſuetudinem ipſi perutilẽ futuram ait. Sed ne ipſius etiam illius Platonicæ doctrinæ vtilitatem in dubium reuocaret Perdiccas, quòd Plato patriæ ſuæ in ciuili diſciplina nunquã profuerit, idcirco cauſam reddit cur Plato abſtinuerit à reipubl. adminiſtratione: nimirũ quum videret rempub. Athenienſem incurabili morbo laborare, & ſalubris cõſilii minimè eſſe capacem, noluiſſe in profligato corpore ſanãdo inutilem operam adhibere, ſe quoque nullo cum fructu in præſens capitis periculum obiiciendo.

biliendæ rationes nō minus quàm eos qui in tuo ſunt comitatu eum inuenturum eſſe ſpero. Ad has igitur res illius vtens opera,& tibi & ipſi maximum emolumētum comportabis. Quòd ſiquis hæc audiēs obiiciat, Plato quidem profitetur ſe noſſe ea quæ ad popularem ſtatum pertinent,nunquam tamen, licet oblatæ fuerint occaſiones dandi populo conſilii,eiúſque promouēdæ vtilitatis, in medium prodiit vt conſilium daret: ad hanc obiectionem parata erit reſponſio, Platonem ſerò tandem in patria fuiſſe, populúmque deprehendiſſe iam ſenio confectum, & ita ab illis qui ſuperioribus vixerant temporibus aſſuetum, vt ab illius conſilio diuerſa multa faceret, alioqui lubentiſſimè ei, vt parenti, conſuluiſſet, niſi temerè & nulla de cauſa ſeſe in diſcrimen & periculum coniiceret, quum nulla idcirco eſſet reditura vtilitas. Idem quoque conſilii mei effectum arbitror ſubſequuturum. Si enim inſanabiles videremur,re prorſus prætermiſſa, à dando mihi méiſque conſilio longè abſcederet. VALE.

A ἡν ἐλπίζω σὺν ἐξευρήσειν τὴν τοῦ πλείστου ἄξιον. εἰς ταῦτ' οὖν αὐτῷ χρώμενος, ὀνήσῃ τε αὐτὸς καὶ ἐκεῖνον πλείστα ὠφελήσεις. ἐαὶ δέ τις ἀηθύσας ταῦτα εἴπῃ, Πλάτων, ὡς ἔοικε, τοσοῦτοι μὲν τὰ δημοκρατία ξυμφέροντα εἰδέναι· ἔζὸν δ' ἐν ᾧ δήμῳ λέγειν & συμβουλεύειν αὐτῷ τὰ βέλτιστα, οὐ πώποτε αἰσχυνόμενος ἐφθέγξατο· τοῖς ταῦτ' εἰπεῖν ἔστιν ὅτι Πλάτων ὀψὲ ἐν τῇ πατρίδι γέγονε, καὶ ⟨illegible⟩ δῆμον κατέλαβεν ἤδη πρεσβύτερον, & εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν πολλὰ καὶ ἀνόμοια τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν. ἐπεὶ πρώτων αὖ ἤρξατο, καθάπερ πατρὶ, σὺν εὐβουλίᾳ αὐτῷ, εἰ μὴ μάτην μοι κινδυνεύσειν ᾤετο, πλέον δ' οὐδὲν ποιήσειν. ταῦτον δὴ οἶμαι δράσας αὖ & τῷ ἐμοὶ ξυμβουλεύω. εἰ γὰρ δόξαιμι αὐτάτως ἔχειν, πολλὰ ἂν χαίρειν ἡμῖν εἰπών, ἐκὼς ἂν γίγνοιτο τῆς τοῦ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ ξυμβουλῆς.

B

C

PLATO HERMEAE, ERASTO, CORISCO, S. P. D. *vel Bene agere.* *Sexta.*

ΠΛΑΤΩΝ ΕΡΜΕΙΑ, ΚΑΙ ΕΡΑΣΤΩ ΚΑΙ ΚΟΡΙΣΚΩ εὖ πράττειν. Ἕκτη.

MIHI quidem videtur deorū aliquis optimam fortunam, dummodo eam bene amplectamini, vobis benignè & cumulatè apparare. vicini enim eſtis, & mutuam conferre vobis ipſis operā & debetis & poteſtis, vnde maxima quidem ad vos reditura ſit vtilitas. Hermeæ enim neque equorum multitudo neque alius belli apparatus,neque auri copia tantum animi adderet, quantum bonorum amicorum conſtantia atque fidelitas. Eraſto autem & Coriſco,præter ſapientiam illam de formis pulcherrimam,aio equidē, licet ſenex, alia etiam opus eſſe ſapientia: ea videlicet qua improborum conatus cauere, & aduerſus illos opportunam defenſionem opponere poſſimus: ac proinde ab illorum vi nos ſartos tectóſque tueri. Sunt enim illi fraudum inexperti, quòd apud vos cum moderatis & minimè malis hominibus diu verſati ſunt. Itaque illos aio huiuſmodi quibuſdam adiumentis indigere, ne cogantur quidem ipſi veram ſapientiam contemnere, humanam verò ne ceſſariámq; ſcientiam plus æquo meditari. Hermeas autem (quantum quidem ex ipſius conſuetudine colligere potui) & naturæ bonitate quadam, & arte atque accurata experientia, hanc facultatem mihi vi-

ΜΟΙ φαίνεταί θεῶν τις ὑμῖν τύχην ἀγαθὴν, αἰ δὲ δέξησθε, εὐμενῶς καὶ ἱκανῶς προθυμεῖσθαι ζειν. οἰκεῖτε γὰρ δὴ γείτονές τε ὑμῖν αὖθις, καὶ χρείαν ἔχοντες ὥστε ἀμήχανος εἰς τὰ μέγιστα ὠφελεῖν. Ἑρμείᾳ μὲν γὰρ οὔτε ἵππων πλῆθος, οὔτε ἄλλης πολεμικῆς συμμαχίας· ἦ δ' ἂν χρυσοῦ τοσοῦτον προσγενόμενον γένοιτ' ἂν μείζων εἰς τὰ πρῶτα δυνάμις, ἢ φίλων βεβαίων τε καὶ ἤθος ἐχόντων ὑμέων. Ἐραστῷ δὲ καὶ Κορίσκῳ, πρὸς τῇ τῶν εἰδῶν σοφίᾳ τῇ καλῇ ταύτῃ φημὶ ἐγὼ, καίτοι γέρων ὤν, τοσοῦτον δεῖν σοφίας, ταῖς πρὸς τοὺς πονηροὺς καὶ ἀδίκους φυλακτικῆς καὶ τινος ἀμυντικῆς δυνάμεως. ἄπειροι γάρ εἰσι, δι' ὃ μὴ ἡμῶν, μετρίων ὄντων καὶ οὐ κακῶν, συχνὸν διατετριφέναι τὸν βίον. δεῖ δὴ τούτων τοσοῦτον εἶπον, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται ἡ δηθεῖσα μὲν ἀμελεῖν σοφίας, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης τε καὶ ἀναγκαίας ὑπερμελεῖσθαι μείζονος ἢ δεῖ. ταύτην δ' αὖ τὴν δύναμιν Ἑρμείας μοι φαίνεται φύσεί τε (ὅσα μήπω ξυνεγνώκει)

a Hermeam,Eraſtū, Coriſcū,illuſtres (vt veriſimile eſt)& poſtē tes viros,hortatur ad mutuam concordiam amicitiámque colendam: cuius luculentiſſimos vberrimóſque fructus,& illius quoque fundamētum docet: Veram Dei cognitionem: cuius naturam luculenter deſcribit auguſtis illis verbis,quantum quidem in hominem ethnicum cadere potuit: *Deum eſſe quendam omnium rerum & quæ ſunt & quę erūt cauſam, & illius principis cauſæ patrē exiſtere.* quæ quidem vere ita nonnulli è noſtris hominibus intelligunt,quaſi Plato trinitatis myſteriū innuerit his verbis:ſicuti & λόγον intelligūt in Epinomide. Apage iſtas inſanias, & ex ipſius etiam Platonis, ethnici hominis,admonitione,diſcamus in tantis myſteriis ſobriè verſari. Potuit quidem Plato multa dicere quæ nō intelligeret,ex Phœnicia doctrina hauſta: at ipſóſne etiam illos χριστιανῶν Platonicorum autores & cuſtodes AEgyptios, ſiue Phœnices, tantū myſteriū cognouiſſe veriſimile eſt? Itaque hæc μυστικώτερα & ſymbolica verba ex Pla-

D

E

καὶ τέχνῃ δ' ἐμπειρείας εἰληφέναι. τί οὖν δὴ λέγω; σοὶ μὲν Ἑρμεία, πεπειραμένῳ Ἐραστου καὶ Κορίσκου πλέονα ἢ σύ, φημὶ καὶ μηνύω καὶ μαρτυρῶ μὴ ῥᾳδίως σὲ ἀξιοπιστότερα ἤδη τούτων τῶν γειτόνων. ἔγωγε δὴ πᾶσι ξυμβουλεύω δικαίῳ τρόπῳ τούτων τῶν ἀνδρῶν, μὴ πόρρω ἡγουμένῳ· Κορίσκῳ δὲ καὶ Ἐραστῳ πάλιν Ἑρμείου αὖ τέχεσθαι ξύμβουλος εἰμί, καὶ πειρᾶσθαι ταῖς αὐθέξεσιν ἀλλήλων εἰς μίαν ἀφικέσθαι φιλίας ξυμπλοκήν. αὖ δέ τις ὑμῶν ἄρα ταύτῃ πῃ λύειν δοκῇ (οὐ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ πᾶσι πάσαι βέβαιον) ἀδύεσι πρὸς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς πέμπετε μομφῆς κατήκοον ὑπισχνοῦμαι. οἶμαι γὰρ δίκη τε καὶ αἰδοῖ τοὺς πρὸς ἡμῶν ὄντως ἐνθένδε ἐλθόντας λόγους, εἰ μή τι ὃ λυθὲν μέγα τύχοι γενόμενον, ἐπαδῆς ἡσυχοσοφῶ μᾶλλον αὖ συμφύσαι καὶ σώσασθαι πάλιν εἰς τὸ ταὐτὸ τὴν εὐπάρχουσάν φιλότητά τε καὶ κοινωνίαν. ἴσως, ὅταν μὲν φιλοσοφῶμεν ἅπαντες ἡμεῖς τε καὶ ὑμεῖς, ὅσον αὖ δυνώμεθα, καὶ ἑκάστῳ πρόσεστι, κύρια ταῦτα ἔσται. τὸ δ' οὐ μὴ ὀρθῶς ταῦτα, οὐκ ἐρῶ. φήμιον γὰρ ἀγαθὰ μαντεύομαι, καὶ φημὶ δὴ ταῦθ' ἡμᾶς πάντ' ἀγαθὰ ποιήσειν, αὖ θεὸς ἐθέλῃ. Τὰ αὐτὰ τὸν ὑπισχνοῦμαι πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας αὐαγκάζειν χρή· μάλιστα μὲν ἀθρόους, εἰ δὲ μή, κατ' δυνάμιν ὡς οἷόντ' ὀλίγιστα πλάσματα. καὶ χρῆσθαι σώφρονι καὶ νόμῳ κυρίῳ, ὃ ὀρθὸν δίκαιον ἑπόμενον τάξει τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς ξυμβάσεως ἀδελφῇ παιδείᾳ, καὶ τῷ πάντων θεῶν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τόν τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἑπόμενον· ὃν, αὖ ὄντως φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα πάντες σαφῶς, εἰς δυνάμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων.

A detur conſequutus. Quorſum igitur hæc dico? tibi quidem, Hermea, ego, qui vitæ vſu & conſuetudine Eraſti & Coriſci ingenium magis quàm tu ſum expertus, aio, denuntio, teſtor, nō facilè magis fidos mores iſtis finitimis eſſe te cōperturum. Tibi igitur ſum autor, vt, quoad fieri poteſt ac licet, non vulgari ratione ſed omni ſtudio ac beneuolentia hos viros cōplectaris. Vobis quoque, Coriſce & Eraſte, conſulo vt Hermeam arcta amicitia complectamini, & omni animi contentione elaboretis, & B omnes in eam rem certatim incumbatis, vt concordibus animis in vnum quēdam vnius amicitiæ complexum vnámque communitatem mutuis nexibus coaleſcatis. Quòd ſiquis veſtrūm veſtram illam coniunctionem findere quodammodo videatur (res enim humanæ non omnino ſunt firmæ) huc ad me & meos mittite literas, quæ aduerſus eum qui perperam egerit querelam & accuſationem complectatur. exiſtimo enim noſtras reſponſiones iuſtitia & pudore fultas, ad vos magis ac magis componendos atque colligā- C dos, & ad priſtinam amicitiam communitatémque (niſi quid magnum & inſanabile ſubſit) redigendos, magnam quaſi incantationis efficaciam habituras. Si ita omnes philoſophemur & nos & vos, quātū vniuſcuiuſq; feret ratio & facultas, omnino cueniet vt nūc à nobis edita diuinæ illius doctrinæ oracula, rata firmáq; cōſtēt. quòd ſi hæc minimè agamus, nihil dicam. omnia enim felicia malo ominari; & ſpero nos hæc omnia facturos, deo bene fauēte. Hanc epiſtolam à vobis tribus legendam cenſeo, & tunc quidem quum omnes vnà adfueritis: ſinminus, duobus communiter præſentibus, & quantum fieri poterit, ſæpiſſimè: & quidem ita vt pacto teſſera & lex certa à vobis conſtituatur, & iureiurando confirmetur, non ſine erudita illa ſtudii germana diſciplina: obteſtantibus D DEVM, RERVM OMNIVM ET QVAE SVNT ET QVAE ERVNT, IMPERATOREM, ILLIVSQVE IMPERATORIS ET CAVSAE PATREM. quem quidē, ſi reuera philoſophemur, omnes perſpicuè cognoſcemus, quantum quidem illa cognitio in felicium virorum facultatem cadere poteſt.

tonis mēte & doctrina ſimpliciter intelligo: *Deum videlicet eſſe Naturæ parentem, ſine opificem.* quam Naturam à Platone Διόννυσον vocari, ex Timæo apparet: & cur, ibi diximus. In ſumma ſignificat, Deum eſſe naturæ omniúmque rerum quæ eius ambitu continentur, opificem & conſeruatorem: verarúmque etiam amicitiarū fundamentum: illius denique cognitionē veræ philoſophiæ ductu & auſpicijs nobis conſtare. Cæteras interpretationes, quæ fidei noſtræ myſteria profanant, ὡς εἰς ἄλλο γένος μεταβαινούσας, nec ineptas modò ſed ſceleratas, equidem deteſtor.

ΠΛΑΤΩΝ ΤΟΙΣ ΔΙΩΝΟΣ ΟΙΚΕΙΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΕΤΑΙΡΟΙΣ, ΒΩΣΘΑΙ ΦΗΝ. ΕΒΔΟΜΗ.

PLATO DIONIS PROPINQVIS ET FAMILIARIBVS S. P. D. *vel Bene agere.* *Septima.*

ΕΠΕΣΤΕΙΛΑΤΕ μοι νομίζω δεῖν τὴν διάνοιαν ὑμῶν εἶναι τὴν αὐτὴν ἣν εἶχε καὶ Δίων. ἐγὼ δὲ καὶ κοινωνεῖν διεκελεύεσθέ μοι, καθόσον οἷός τε εἰμὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ.

SIGNIFICASTIS mihi per literas, vos in ea eſſe ſententia vt exiſtimetis operæpretiū eſſe, eandem de republ. mentem & voluntatem quam habuerit Dio, à vobis eſſe conſeruandam: méque ad rei illius communitatem, quantum & verbis & re eniti, & quantum ad eam promouendam adiumenti poterō cōportare, adhor-

Dione, poſt liberatā à Dionyſii tyrannide patriam, interfecto, quum Syracuſana res pòſt maximas perturbationes in meliorem quendam ſtatum reſtituēda eſſet: Dionis propinqui & amici (quorū potēs erat factio per Hipparinū, Dionis filium: licet

& Hipparinus, Dionyſij frater, plurimum quoque poſſet) conſilium à Platone petunt, quod quidem ille præſtat prudēter & appoſitè, cuiluiuſ turbarum ſedandarū verā opportunámq; rationem præſcribēs: ita tamen vt rem paulo altius repetat, ne triplex ipſius in Siciliam profectio, & ea quæ cum Dionyſio ei interceſſerat familiaritas, conflaret ipſi inuidiam vel malæ fidei vel temeritatis & inconſtantiæ. Multa quoque de improbo & δεινοσόφῳ Dionyſij ingenio: multa de Dionis probitate, in qua vere philoſophicum deſcribit ingenium, luculēter agit: & in eam ſententiam præclara attexit theoremata, tanquam emblemata vere philoſophica, ſicuti & ex ipſa lectione apparet, & illorum ὑποτύπωσις, initio Epiſtolarum à nobis repræſentata, docet.

tamini. Equidem ſi eandem & voluntatem & ſentētiam quam habuit ille, vos habeatis, prorſus vobiſcum aſſentior: ſin minus, multū & ſæpe hac de re mihi video cogitādum. Quę verò fuerit illius mens atq; voluntas, nō vt rem nuda coniectura perſentiſcēs, ſed vt re bene perſpecta & cognita, ego ſanè dixerim. quum enim primùm Syracuſas ſum profectus, quadraginta ferè annos natus, Dio in ea erat ætate in qua nūc eſt Hipparinus [ipſius filius] & in ea in qua tunc erat opinione, conſtanter perſeuerauit, Syracuſanos nimirum liberos eſſe oportere, optimíſque legibus gubernari debere. Quocirca nihil mirum eſſe deberet, ſiquis etiam deorum in eadem de reipubl. adminiſtratione ſententia, rerum quæ poſtmodum conſequutæ ſunt, euentum conſentientem & quaſi conſonum effeciſſet. Ecquānam verò ratione id efficiendum fuerit, digna profectò res eſt quæ & à iuuene & à nō iuuene audiatur. [a] Conabor autem, quum etiam id præſens tempus cōflagitet, rem totam ab ipſo primordio diligenter commemorare. Me quidem, dum adhuc eſſem adoleſcens, eadem quæ pleroſque inceſſit cupiditas. ſtatueram enim, vbi primùm mei compos eſſem, ad rempubl. capeſſendam me conferre. hi verò caſus in noſtram rempubl. interea inciderunt. Quum illa reipubl. adminiſtratio à multis improbaretur, & apertis etiam vocibus reprehenderetur, cò tandem res deuenit, vt ſubſequuta ſit mutatio: cuius mutationis vnus & quinquaginta viri autores extiterūt, & ipſi reipubl. adminiſtrationē rerúmq; ſummam ad ſe tranſtulerunt. Horū vndecim erāt in vrbe, decem in Piræo, qui & ea quæ ad forum & ad vrbana commercia ſpectant adminiſtrabant. triginta verò erant, penes quos ſumma erat rerū autoritas merúmq; imperium. Horum nonnulli affines mihi erant & noti. illi me continuò ad rempubl. adminiſtrandam, veluti rem bene conſentaneam, inuitant. mihi verò nihil nouum atque inſolens pro meæ ætatis ratione vſuenit. Exiſtimabam enim ita fieri poſſe vt ab iniuſto & intemperato quodam viuendi genere ad iuſtos æquóſq; mores ciuitatem reuocarem, ac proinde facilior adminiſtrationis mihi conſtaret ratio. Itaque in eam cogitationē dies & noctes incumbebam, & ecqua ratione opportunius ad eum vitæ ſtatum inducendi eſſent ciues, obſeruabam. At contrà animaduerti eos breui admodum tempore ita ſe gerere vt prior ille reipubl. ſtatus præ nouo illo verè aureus fuiſſe videretur. nam cùm alia quotidie ab illis nefariè perpetrarentur, tum verò illud, quòd ſeniorem Socratem, amicum meum, (quem omniū illius temporis hominū iuſtiſſimum non verear appellare) vnà cū nōnullis aliis ciuibus miſerunt, qui quendā ciuē per vim adducerent extremo ſupplicio mulctandū.

[a] Vt oſtēdat qua occaſione Dio in illam de rectè conſtituenda republica ſententiā venerit, digreditur in longam ſuæ vitæ narrationem: & docet quo caſu in Siciliam primum ipſe venerit. Interim tamē multa tractat quæ ad principem ſermonem faciunt, ex ea doctrina quam ſuperius docuit, De optimo nimirum reipubl. ſtatu, & de cauſis ἀπαξιῶν in Rebuſpublicis: quarum adminiſtrationem, vt neceſſariam, periculoſiſſimam tamen eſſe demonſtrat: à qua ſe his incommodis perterritum abſceſſiſſe fatetur.

A ἐγὼ ὄ, εἰ μὲν δόξαν καὶ ἐπιθυμίαν τὴν αὐτὴν ἔχετε ἐκεῖνος, ξύμφημι καινωνήσειν· εἰ δὲ μή, βουλεύσεσθαι πολλάκις. τίς δ' ἦν ἡ ἐκείνου διάνοια καὶ ἐπιθυμία, ἴσως οὐκ εἰκάζων, ἀλλ' ὡς εἰδὼς σαφῶς, εἴποιμ' ἄν. ὅτε γὰρ κατ' ἀρχὰς εἰς Συρακούσας ἐγὼ ἀφικόμην, ἴσως ἔτη τεσσαράκοντα γεγονώς, Δίων εἶχε τὴν ἡλικίαν ἣν πανὺ σπουδαῖος γέγονε· καὶ ἣν ἔσχε τότε δόξαν, ταύτην καὶ διετέλεσεν ἔχων, Συρακουσίους οἴεσθαι
B δεῖν ἐλευθέρους εἶναι, καὶ νόμοις τοῖς ἀρίστοις οἰκουμένους. ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν εἴτις θεῶν καὶ τόνον εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ πολιτείας ἐκείνῳ γενέσθαι σύμφωνα ποιήσειε. τίς δ' ἦν Non dubito quin ſcribendū ſit σύμφωνον.
ὁ τρόπος τῆς γενέσεως αὐτῆς οὐκ ἀπάξιον ἀκούσαι νέῳ γε μὴ νέῳ. πειράσομαι δ' ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν ἐγὼ σοὶ διελθεῖν. ἐγὼ γὰρ ἐμαυτῷ πανὺ νέος ἐγὼ ποτε ὢν πολλοῖς δὴ τῶν αὐτῶν ἐπαθον· φήθην, εἰ δή τιον ἐμαυτῷ γενοίμην κύριος, ὅτι τάχιστα τῆς πόλεως βύβλου
C ἰέναι. καί μοι τύχαι τινὲς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων τοιάνδε προὔπεσον. ὑπὸ πολλῶν γὰρ τότε πολιτείας λοιδορουμένης, μεταβολὴ γίγνεται· καὶ τῆς μεταβολῆς εἰς καὶ πεντήκοντα τινὲς ἄνδρες κατέστησαν ἄρχοντες· ἔνδεκα μὲν, ὃν ἄκει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ κατά τε ἀγοραὶ ἑκάτεροι τούτων, ὅσα τ' ἐν τοῖς ἄστεσι διοικεῖν ἔδει. τριάκοντα δ' ἁπάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. τούτων δή τινες οἰκεῖοί τε ὄντες καὶ γνώριμοι ἐτύγχανον ἐμοί· καὶ δή καὶ προεκάλουν εἰς τὰ πράγματα μέ. καὶ ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον τὸ τοῦ νεότητος. ᾠήθην γὰρ αὐτοὺς ἐκ τινος ἀδίκου βίου ἐπὶ δίκαιον τρόπον ἄρχοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν. ὥστε
D ἀβέβαιος σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν, τί πράξουσιν. καὶ ὁρῶν δή που τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσῆν ἀποδείξαντας τὴν ἐμπροσθεν πολιτείαν, τά τε ἄλλα καὶ φίλον ἄνδρα ἐμοὶ προσβύτερον Σωκράτη (ὃν ἐγὼ οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε) ἐπί τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἑτέρων ἔπεμπον, βίᾳ ἄγοντα ὡς ἀποθανούμενον·
E

ἵνα δὴ μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτῆς, εἴτε A βούλοιτο, εἴτε μή. ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. πρῶ τον παρεκινδύνευσε παθεῖν περὶ αὐτοῦ ἀσεβῶν αὐτοῖς ἔργων γενέσθαι κοινωνός. ἐπὶ δὴ πολλοῖς καθορῶν, καὶ εἴ τι ἄλλα τοιαῦτα οὐ σμικρά, ἐδυσχέρανά τε καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν. χρόνῳ δ' οὐ πολλῷ με τέπεσε τὰ τῶν τριάκοντά τε καὶ πᾶσα ἡ τότε πολιτεία. πάλιν δὲ, βραδύτερον μέν, εἵλκε δέ με ὅμως ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ πολιτικὰ ἐπιθυμία. ὧν οὖν καὶ ἐν ἐκεί- B νοις, ἅτε τεταραγμένοις, πολλὰ γιγνόμενα ἄτις ἂν δυσχεραίνειεν. καὶ οὐδέν τι θαυμαστὸν ὧν τιμωρίας ἐνδρῶν γίγνεσθαι τινῶν ἐκ μείζους ἐν μεταβολαῖς· καίτοι πολλῇ γε ἐχρήσαντο ⓐ τότε κατελθόντες ἐπιεικείᾳ. χρῆν δέ τινα τύχῃ αὖ ⓑ ἑταῖρον ἡμῶν Σωκράτη τοῦτον δυναζεύοντες ἐκ εἰσάγουσιν εἰς δικαστήριον, ἀνοσιωτάτῃ αἰτίαν ἐπιβαλλόντες, καὶ πάντων ἥκιστα Σωκράτει προσήκουσαν. ὡς ἀσεβῆ γὰρ ⓒ μὲν εἰσή- C γαγον· ⓓ δ' κατεψηφίσαντο καὶ ἀπέκτειναν ⓔ τότε τῆς ἀνοσίου ἀγωγῆς οὐκ ἐθελήσαντα μεταχεῖν περὶ ἕνα τῶν τότε φευγόντων φίλων, ὅτε φεύγοντες ἐδυστύχουν αὐτοί. σκοποῦντι δή μοι ταῦτά τε καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς περὶ τὰ πολιτικά, καὶ τοὺς νόμους γε καὶ ἔθη, ὅσῳ μᾶλλον διε- σκόπουν, ἡλικίας τε εἰς τὸ πρόσθεν προύβαινον, τοσούτῳ χαλεπώτερον ἐφαίνετο ὀρ- θῶς εἶναί μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν. οὔτε γὰρ D ἄνευ φίλων ἀνυστῶν καὶ ἑταίρων πιστῶν οἷόντ' ἦν ἐπιτηδεύειν· οὓς οὐθ' ὑπῆρχεν ἐμοὶ εὑρεῖν ἀφθόνους· (οὐ γὰρ ἔτι ἐν τοῖς τῶν πατέρων ἤθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἡ πόλις ἡμῶν διῳκεῖτο·) καινούς τε ἄλλους ἀδύνατον ἦν κτᾶσθαι μετά τινος ῥᾳστώνης. τά τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔθη διεφθείρετο, καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον. ὥστέ με, τοσοῦτον πολλῆς μεστὸν ὄντα ὁρμῆς ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ κοιν ά, ἐλέποντα εἰς ταῦτα, καὶ φερό- E μενα ὁρῶντα πάντη πάντως, τελευτῶντα ἰλιγγιᾶν· καὶ τὸ μὲν σκοπεῖν μὴ ἀποχῆναι, μήποτε ἄμεινον ἂν γίγνοιτο πρός τε αὐτὰ ταῦτα καὶ δὴ καὶ πρὸς τὴν πᾶσαν πολιτείαν·

Socratẽ verò his artibus volentẽ nolẽtémve ad eorũdem conſiliorũ ſocietatẽ pertraherent, ille tamen noluit parere: itáque in animum induxit ſuum, vel extrema quæuis potius pati, quàm nefariorum facinorum eſſe particeps. Hæc igitur quum viderem, & alia huius generis non parua, iniquo animo tuli, & conſtitui memet ex illis ſceleribus extricare. nec multo pòſt conſequuta eſt illorum tyrannorum euerſio, & vniuerſa reipublicæ, adminiſtratio commutata eſt. Rurſus verò, quanquam tardius & languidius, me tamen rapuit reipubl. tractandæ cupiditas. ſed multa tunc temporis, vtpote perturbato reipubl. ſtatu, ita agebantur vt à bono viro probari non poſſent. nec certè mirum eſſe debet, in huiuſmodi mutationibus aliquando ciues à ciuibus quàm ab ipſis hoſtibus pœnas dare grauiores: quanquam ii qui poſtliminio redierint, magna modeſtia & æquitate animi fuerint vſi. Eiuſdem quoque caſus iniquitate euenit vt potentes quidam in republ. viri Sócratem, amicum & familiarem noſtrum, ad iudicium pertraherent, eíque planè nefarium impiúmque crimen impingerent, quod omnium hominum minimè ad Socratem pertinebat. illi enim vt impium eum accuſant, & quaſi eius criminis reus eſſet, de diis nimirum non rectè ſentientẽ populus dãnat, & extremo plectit ſupplicio. eum igitur hominem illi necauerunt qui impii illius facinoris particeps eſſe noluerat, quod in amici exulis caput erat redundaturum: quum & ipſorum illorum iudicum bona pars eiuſdem exilii incommoda ſenſiſſent, vt tandem reſtituti, æquius de Socrate ſtatuere deberent. Quum hæc igitur, eorúmque hominum qui in reipubl. adminiſtratione verſarentur, ingenium moréque animaduerterem: quũ & legum inſtituta eorúmque vſum perſpicerem: quanto attentius iis conſiderandis animum meum defigerem, & creſcente ætate creſceret quoque iudicium, tanto difficilius mihi videbatur rẽpubl. rectè adminiſtrare. neq; enim hoc fieri poteſt ſine amicis & ſociis fidelibus: quos nec iam conſtantes inuenire erat facile: (non enim amplius patriis inſtitutis & legibus ciuitas noſtra regebatur:) nec noui pararí poterãt ſine ſumma difficultate: & legũ inſtitutorúmque planè iacebat autoritas. Itaq; ego ille qui priùs ardebam incredibili quadam cupiditate reipubl. adeundæ, dum viderem res vltrò citróque tumultuariè deferri & peſſum ruere, in eas anguſtias ſum redactus vt non modò illa in me deferueret cupiditas, ſed vertigine quadam correptus, quò me verterem, penitus ignorarem. ab ea tamen diſquiſitione nequaquam abſcedere placuit, ſiquid fortè melius eueniret & circa hæc ipſa & vniuerſam rempublicam;

agendi verò opportunitatem expectare. Quum res accuratè circumſpexiſſem, cópertum tandem eſt mihi, omnes reſpubl. quæ nunc extant, malè gubernari. quantum enim ad leges ſpectat, inſanabilibus quibuſdam morbis ſunt affectæ: neque vlla illuſtriori ratione reguntur, ſed quaſi fortunæ impetu quodam adminiſtrantur. Itaque hac rerum experientia coactus tandem dixi, ad veræ philoſophiæ commendationem, eius ductu & auſpiciis tantùm intelligi verè poſſe, & in re publica & familiari ecquænam ſit iuſta viuendi regula & via: ac proinde humanum genus nunquam priùs deſiturum variis calamitatibus exagitari, [a] quàm vel VERE ET RECTE PHILOSOPHANTIVM GENVS rerumpublicarum adminiſtrationem penes ſe haberet: vel optimates in rebuſpubl. diuino quodam numine reuera philoſopharentur. Hæc ego mente & voluntate in Italiam & Siciliam veni. tunc enim primùm ad ea loca profectus ſum. Quò vbi veniſſem, beata illa Italicarum & Syracuſanarum menſarum vita nullo modo mihi placuit, Bis videlicet quotidie ſaturum fieri, & noctu nunquam iacere ſolum, & quæ huius ſunt generis: ex illis enim moribus nemo omniú qui ſub cœlo ſunt mortalium, quantumuis valeat bonitate naturæ, ſi in illis ab ineunte ætate enutritus fuerit, prudens euadet, neque tĕperás: neq; certè vt illis virtutibus ornetur laborabit. eadémque de cæteris virtutibus erit ratio. Nulla autem ciuitas vllis legum inſtitutis, quæcunque tandem ſint illæ, pacatè obtemperabit vnquam, ſi ciues arbitrentur omnia in ſuperuacaneos vſus effundenda: rebúſque cæteris prætermiſſis, omni animi corporiſque contentione, conuiuiis, comeſſationibus, rebus venereis indulgendum eſſe. neceſſe enim eſſe, huiuſmodi ciuitates modò in tyrannides, modò in paucorum dominationes, modò in turbulentam populi gubernationem variè commutari: neque vllum vnquam finem hiſce viciſſitudinibus futurum: iuſtæ verò æquabiliſq; gubernationis, eos qui in republ. ſummam autoritatem potentiámq; vſurpant, ne nomen quidem ſuſtinere. [b] Hæc ego vnà cum illis ſuperioribus animo voluens, Syracuſas fortaſſe caſu quodam ſum profectus. Videtur autem eorum qui ex humana ſorte exempti nobis ſunt, cuiuſdam præſtantioris numine quodam, iactum ex eo eſſe earum rerum quæ Dioni & Syracuſanis nuper cõtigerunt ſemen & principium: ac vereor ne plura etiam inſtent incommoda, niſi vos mihi nunc iterum conſulenti obtemperetis. Quomodo verò dicam meam illam

a Vide VI De republ.

b Prima in Siciliam Platonis profectio: quo tempore Dio cœpit illius doctrinam amplecti.

A τὸν ὃ πρόσθεν αὖ περιμένων αἰεὶ καιρός. τελευτῶντα δὲ νοῆσαι πρὸς πασῶν τῶν νῦν πόλεων, ὅτι κακῶς ξύμπασαι πολιτεύονται. τὰ γὰρ τῶν νόμων αὐταῖς ἀρρῶδον ἀνιάτως ἔχοντα ἐστίν, αἴθ' ὑπὸ δαιμονίας θαυμαστῆς τινὸς μοίρας τύχης. λέγω τε ἠναγκάσθην, ἐπαινῶν τὴν ὀρθὴν φιλοσοφίαν, ὡς ἐκ ταύτης ἐστὶ τά τε πολιτικὰ δίκαια καὶ τὰ τῶν ἰδιωτῶν πρᾶτα κατιδεῖν. κακῶν οὖν ἐλήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη, πρὶν ἂν ἢ τὸ τῶν φιλοσοφούντων ὀρθῶς γε καὶ
B ἀληθῶς γένος εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικάς, ἢ τὸ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ. ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν ἔχων εἰς Ἰταλίαν τε καὶ Σικελίαν ἦλθον, ὅτε πρῶτον ἀφικόμην. ἐλθόντα δέ με ὁ ταύτῃ λεχθεὶς βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε καὶ Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε· δὶς τε τ' ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ·
C καὶ ὅσα Τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῶν βίων. ἐκ γὰρ τούτων τὴν ἐθῶν οὐδ' ἂν φρόνιμος οὐδεὶς ποτὲ γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, οὐθ' οὕτως θαυμαστὴ φύσις κραανθήσεται· σώφρων τ' οὐδ' ἂν μελλήσας ποτὲ γενέσθαι. καὶ δὴ καὶ περὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ὁ αὐτὸς λόγος ἂν εἴη. πόλις τε οὐδεμία ἂν ἠρεμήσαι τὴν νόμοις οὐδ' οὑστινασοῦν, ἀνδρῶν οἰομένων ἀναλίσκειν μὴ δεῖν πρᾶτα εἰς ὑπερβολὰς,
D ἀργῶν τ' εἰς ἅπαντα ἡγουμένων αὖ δεῖν γίγνεσθαι, πλὴν εἰς βωμολοχίας καὶ πότους καὶ ἀφροδισίων ἀσουδὰς ἀναπονουμένων. ἀναγκαῖον τ' εἶ ταύτας τὰς πόλεις, εἰς τυραννίδας τε καὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας μεταβαλλούσας μηδέποτε λήξειν· δικαίᾳ δὲ καὶ ἰσονόμου πολιτείας οὐδ' ἐν αὐταῖς δυναστεύοντας μηδ' ὄνομα ἀκούοντας ἀνέξεσθαι. ταῦτα δὴ πρὸς τοῖς πρόσθε διανοουμένοις, εἰς Συρακούσας διεπορεύθην, ἴσως μὲν τύχῃ, ἔοικε μέντοι ποτὲ μηχανω-
E μένῳ νῷ τῶν κρειττόνων ἀρχὴν καλέσθαι τῶν νεωτέρων γεγονότων πρὸς Δίωνα καὶ τῶν πρὸς Συρακούσας· δεῖσθαι γὰρ μὴ καὶ πλείονα ἔτι, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς ἐμοὶ πείθησθε, ὅ δὴ τότε συμβαλοῦντι. πῶς οὖν δὴ λέγω πρῶτον ἀρχὴν γεγονέναι τῶν τότε τῷ εἰς

Scribendum eſt πρότερον, & paulo poſt τῶν βίων. nã & Cic. locum hunc ita vertit, Quæ comitantur huic vitæ: & præcedit ὁ βίος.

Lectio alia offertur, quæ ὕστερον, & ni habet.

Σικελίαν ἐμοὶ ἄφιξιν; ἐγὼ συγγενόμενος Δίωνι τότε νέῳ, κινδυνεύω, τὰ δοκοῦντα ἐμοὶ βέλτιστα ἀνθρώποις εἰς μάλιστα λόγων, καὶ προθυμότατα αὐτὰ ξυμβουλεύων, ἀγνοεῖν ὅτι τυραννίδος τινὰ τρόπον καταλυσιν ἐσπούδαζον μηχανώμενος ἐλαύθανον ἐμαυτόν. Δίωνα μὲν δὴ, μάλ' ὀξύμαθῆ ὄντα, καὶ πρὸς τἆλλα καὶ πρὸς τοὺς τότε ὑπ' ἐμοῦ λόγους λεγομένους οὕτως ὀξέως ὑπήκουσε καὶ σφόδρα, ὡς οὐδεὶς πώποτε ὧν ἐγὼ προσέτυχον νέων· καὶ ὃς δὴ ἐπίλοιπον βίου ζῆν ἠθέλησε διαφερόντως τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελιωτῶν, ἀρετὴν καὶ πλείονος ἡδονῆς τῆς τε ἄλλης τρυφῆς ἠγαπηκώς. ὅθεν ἐπαχθέστερον τοῖς περὶ τὰ τυραννικὰ νόμιμα ζῶσιν ἐβίω, μέχρι τοῦ θανάτου τοῦ περὶ Διονύσιον γενομένου. μετὰ δὲ τοῦτο διενοήθη μὴ μόνον ἐν αὐτῷ ποτ' ἂν γενέσθαι τοιοῦτον τὴν διάνοιαν, ἀλλ' αὐτὸς ἐπὶ τῶν ὀρθῶν λόγων ἔσχεν· ἐλπίσαντα μὲν αὐτὸν καὶ ἐν ἄλλοις ὁρῶν κατανοῶ, πολλοῖς μὲν οὔ, γνόντα μέν οἶμαι ἔν τισιν· ὧν καὶ Διονύσιον ἡγήσατο ἕνα γενέσθαι τάχ' ἂν ξυλλαμβανόντων θεῶν. γενόμενον δ' αὖ τοιοῦτον, τόν τε αὐτοῦ βίον καὶ τὸν τῶν ἄλλων Συρακουσίων ἀμήχανον ἂν μακαριότητι ξυμβῆναι γενόμενον. τοῖς δὴ τούτοις ᾠήθη δεῖν ἐκ πρώτου τρόπου εἰς Συρακούσας ὅτι τάχιστα ἐλθεῖν ἐμέ, κοινωνὸν τούτων· μεμνημένος τοῦ τε αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ σπουδαίαν, ὡς εὐπετῶς ἐξεργάσαιτο εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν αὐτὸν τοῦ καλλίστου τε καὶ ἀρίστου βίου. ὃ δὴ καὶ νῦν εἰ διαπεφεύξεται ἐν Διονυσίῳ ὡς ἐπεχείρησε, μεγάλας ἐλπίδας εἶχεν αἵθ' σφαγῶν καὶ θανάτων καὶ τῶν νῦν γεγονότων κακῶν βίον ἂν εὐδαίμονα καὶ ἀληθινὸν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ κατασκευάσαι. ταῦτα Δίωνα ὀρθῶς διανοηθεὶς, ἔπεισε μεταπέμπεσθαι Διονύσιον ἐμέ· καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο πέμπων ἥκειν ὅτι τάχιστα ἐκ πρώτου τρόπου, πρίν τινας ἄλλους ἐντυχόντας Διονυσίῳ, ἐπ' ἄλλον βίον αὐτὸν τοῦ βελτίστου μεταπείσαι. λέγων δὲ πάντα, ἐδεῖτο, "εἰ καὶ μακρότερα εἰπεῖν. Τίνας δὲ καιρούς (ἔφη) μείζους περιμένομεν τῶν νῦν παρεγγενόντων θεία τινὶ τύχῃ; Καταλέγων δὲ τήν τε Δρακλείδου Ἰταλίας καὶ Σικελίας, καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν

A Syracuſas profectionem illorum omnium principium & cauſam extitiſſe, ita habetote. Ego cum Dione, qui tunc erat iuuenis, frequenter verſabar, eíque quæ hominibus optima exiſtimabam, quantum oratione conſequi poteram, declarabam, eíque eram autor vt in iis reuera efficiendis ſerò elaboraret. Verùm, dū hæc illū doceo, videor præter mentem quidem & conſiliū meum, conuellendæ euertendæque tyrannidis viam ſtrauiſſe. Dio enim, quum acerrimo eſſet ingenio & ad cætera omnia, tum verò ad ea quæ tunc à me dicebantur B perdiſcenda, tanta animi vehementia & celeritate illa perdidicit, vt nemo iuuenum quos vnquam viderim, cum illo comparandus eſſe videatur. Illis perceptis, conſtituit reliquam vitam inſtituere ſingulari quadam atque eximia ratione, præter Italicorum & Siculorum hominum vulgus: virtutem nimirum amplexando, voluptate cæteríſque deliciis repudiatis. Itaque ita ſe comparauit vt iis qui pro more atq; inſtituto vitæ tyrannicæ viuunt, eſſet infenſior: & quidem eam viuendi rationem ad Dionyſii ſenioris vſque mortem conſtanter retineret.[a] Poſtea verò perſpexit, C eam ſententiam quam ipſe rectis ſolidiſq; rationibus amplexus fuerat, non in ſe vno tantùm ſed in aliis quoque nónullis, licet paucis, ineſſe: è quorum numero Dionyſium iuniorem, diis bene iuuantibus, futurum ſperabat. quod ſi cueniret, & ſibi & omnibus cæteris Syracuſanis infinitam quãdam felicitatem oboriturum videbat. His ita conſtitutis, operæpretium omnino cenſuit me quamcelerrimè Syracuſas venire, ſuorum conſiliorum ſocium adiutorémque futurum: quum memoria teneret quàm facilè mea conſuetudo & familiaritas ipſum in cupiditatem vitæ pulcherrimæ atq; optimæ traduxiſſet. quam cupiditatem ſi, vt molitus eſſet, in Dionyſii animo reuera inſeruiſſet, magna eum ſpes tenebat futurum vt abſque cædibus & ſanguine, iiſque calamitatibus quæ hoc tempore contigerunt, verè felix & beata vita certá que viuendi ratio in vniuerſa regione conſtitueretur. Quum hæc Dio recètè cogitaſſet, Dionyſio perſuaſit vt me accerſeret. ipſe verò me, miſſis nuntiis, rogauit vt, omnibus rebus prætermiſſis, quamcelerrimè venirem: priuſquam alii interuenirent, qui Dionyſium ab optimo vitæ genere ad aliud quoddã diuerſum agerent tranſuerſum. In quam ſententiam mei cohortandi cauſa plura adiungebat. *Ecquódnam*, aiebat, *tempus aliud iam expectamus ad rem agendam opportunius, quàm quod nunc eſt diuino numine conceſſum?* Cõmemorabat præterea magnitudinẽ imperii Dionyſii per Italiã & per Sicilã, eiúſq; in hac ipſa regione po-

Verba quæ interiecta ſunt inter particulam ἢ priore loco poſitã & inter poſteriorem, non extant in præced. edit. ſed tamen ea Fic. quoque agnoſcat.

Fortaſſe ſcribendum eſt εὐδεῖτο ἂν καὶ μακρότερα εἰπεῖν. Hoc ſenſu, Hic deciès addebat preces, quas longum eſſet cõmemorare. Quæ tamẽ ſubiungit, non ſunt precantis ſed potius rationem reddentis cur precetur.

a Secunda profectio Platonis à Dione euocati: qui exiſtimabat iuuenem Dionyſium ad eius doctrinã amplectendam impelli poſſe. Ita & cauſas quæ effeciſſent vt Dionis petitioni pareret, & profectionis illius exitum copioſè explicat Plato.

tentiam : ætatem verò ſtudiúmque ad philoſophicam diſciplinam capeſſendam vehementiſſimum deprædicabat. quinetiã conſobrinos atque conſanguineos eius & affines ad talem diſciplinæ cultum ſuſcipiẽdum idoneos futuros, vt ipſorum quoque ſtudio & opera Dionyſius ad idẽ vitæ genus amplectendum impelleretur. Itaque ſi vnquam aliâs, nunc maximè, certiſſimã adeſſe ſpem, eoſdem fore & philoſophos & magnarum ciuitatum principes. Ille igitur & his & aliis quamplurimis rationibus me adhortabatur. Ego verò in ea eram ſententia vt de iuuenum animis, quónam videlicet euaſuri eſſent, pertimeſcendum exiſtimarem. huiuſmodi enim animorum veloces ſunt cupiditates, & quę ſæpenumero ſibiipſis contrariæ in varias partes circumferantur. De Dione tamẽ nihil huiuſmodi ſuſpicabar, cuius & ingenitam à natura grauitatem & cõſtantẽ maturámque ætatem noram. Mihi igitur rem in omnes partes circumſpicienti, ambigentíque vtrũ eundum parendúmque foret nécne : eò tandem inclinauit ſententia, vt id præſtandum decernerem: vt ſiqua vnquam offerretur occaſio vt aggrederemur noſtras illas de republ. cõmodis legibus conſtituenda cogitationes, ad effectum reuocare id tandem aliquando tentaremus: ſicuti tunc eius rei erat opportunitas. ſic enim ſtatuebam, ſi vni id perſuaſiſſem, me ea quæ in cæteris bonis inducendis reſtarent, cumulatè perfecturum. Hac ſiue cogitatione ſiue audacia domo ſum profectus : nõ eo quidem certè conſilio quod nonnulli opinabantur, ſed quadam conſcientiæ verecundia imprimis adductus : ne meo etiam teſtimonio conuincerer, verbo tenus tantùm videri, non autem reuera officium vltrò præſtare : ipſiúſque Dionis hoſpitalitatem & familiaritatem, qui in tanto etiam verſaretur diſcrimine, prodidiſſe viderer. cui ſiquid humanitus contingeret, & ſiue à Dionyſio ſiue ab aliis ſuis hoſtibus exturbaretur, & quidem ſi exul me his verbis compellaret, Ad te venio, Plato, exterminatus patria, quum neque equite neque pedite carerem, quorum viribus hoſtium meorum vim propulſarem: ſed rationum, quarum ad fidem faciendam conſtare poſſit efficacitas, momentis indigerem : quibus equidem te noram maximè valere, vt iuuenes ad res bonas & iuſtas hortando, ad mutuam amicitiam concordiámque eos quotidie poſſes copulare. quorum adiumẽtorũ penuria, quãtum in te eſt, contigit vt, relictis Syracuſis, huc me cõtulerim. Meus quidẽ caſus minorẽ tibi affert ignominiã : at philoſophia quã aſſiduò cõmẽdas, & quã apud cæteros homines honore carere conquereris, nónne abs te nũc vnà mecũ prodita eſt?

A ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν νεότητα καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν Διονυσίου, φιλοσοφίας τε καὶ παιδείας ὡς ἔχοι σφόδρα, λέγων, τούς τε αὐτοῦ ἀδελφιδοῦς καὶ τοὺς οἰκείους ὡς δυνατοὺς κλη-τοὺς εἶεν τοὺς ἐμοῦ λεγόμενον αἰεὶ λόγον καὶ βίον, ἱκανωτάτους τε Διονύσιον συμ-παραλαβεῖν. ὥστε, εἴ ποτε, καὶ νῦν ἐλ-πὶς πᾶσα ἀποτελεσθήσεται τοῖς αὐτοὺς Lectionem hanc non puto posse ferri, ſed mutandam in ἀποτελεσθῆσθαι τὸ τοῖς αὐτοὺς φιλ.
φιλοσόφους τε καὶ πόλεων ἄρχοντας μεγά-λων ξυμβιῶναι ἡμιόλιους. τὰ μὲν δὴ παρα-
B κελεύματα ἦν τοιαῦτά τε καὶ τοιαῦτα ἕτερα πάμπολλα. τὴν δ' ἐμὴν δόξαν, τὸ μὲν πρῶτον τῶν νέων ὅπῃ ποτὲ ἥμησοιτο, εἶχε φόβος. αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν τοιούτων ταχεῖαι, καὶ πολ-λάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι φερόμεναι. τὸν μὲν Δίω νος ἦθος ἠπιστάμην, τὴν ψυχὴν πέρι, φύσει τε ἐμβεβηκὼς ἦν, ἡλικίας τε ἤδη μετρίως ἔχων. ὅθεν μοι σκοπουμένῳ καὶ διαζοντι πότερον αὖ εἴη πορευτέον καὶ ὑπακουστέον, ἢ πᾶς, ὅμως
C ἔρρειν δεῖν, εἴποτε τις τὰ Δράκοντος περὶ νόμων τε καὶ πολιτείας ἀποτελεῖν ἐγχειρή-σει, καὶ νῦν πειρατέον εἴη. πείσας γὰρ ἕνα μό-νον, ἱκανῶς πάντα ἐξεργασμένος ἐσοίμην ἀγαθά. ταύτῃ μὲν δὴ τῇ Δράκοντος τε καὶ τολμῃ ἀπῆρα οἴκοθεν, οὐχ ἧ τινες ἐδόξαζον· ἀλλ' αἰσχυνόμενος μὴ ἐμαυτὸν, τὸ μέγιστον, μὴ δόξαιμι ποτὲ ἐμαυτῷ πάντα πάσι, λόγῳ μόνον ἀτεχνῶς εἶναί τις, ἔργου δ' οὐδενὸς ἂν ποτε ἑκὼν ἀνθαψάμενος· κινδυνεύσειν δ' ἐφο-δοῦναι, πρῶτον μὲν τῷ Δίωνος ξενίαν τε καὶ
D ἑταιρείαν ἐν κινδύνοις ὄντως γεγονότος οὐ σμικροῖς. εἶτ' οὖν πάθοι τι, εἴη τ' ἐκπεσὼν παρὰ Διονυσίου καὶ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν, ἔλθοι πρὸς ὑμᾶς φεύγων, καὶ αὐτέρριπτο εἰπὼν, Ὦ Πλάτων, ἥκω σοὶ φυγάς, οὐχ ὁπλιτῶν δεό-μενος, οὐδὲ ἱππέων ἐνδεὴς γενόμενος, τῷ ἀμυ-ναθαι τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ λόγων καὶ πει-θοῦς· ἣ σὲ μάλιστα ἠπιστάμην ἐγὼ δυνά-μενον ἀνθρώπους νέους ὅπῃ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ δίκαια τυγχάνει ὄντα, εἰς φιλίαν τε καὶ ἑται-
E ρείαν ἀλλήλοις καθιστάναι ἑκάστοτε· ὧν ἐν-δεία, νῦν δ' ὅτι μέγας, νῦν ἐγὼ καταλιπὼν συρακούσας, ἐνθάδε πάρειμι. ἐν δὲ μὴ ἐμὸν, ἔλαττον οὐδὲν σοὶ φέρει· φιλοσοφία γ', ὦ ἐγ-κωμιάζεις αἰεὶ, ἐν ἀτιμίᾳ ἧς ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων φέρεται, πῶς οὐ τυγχάνεται τα-νῦν μετ' ἐμοῦ μέρος ὅσον ὅπῃ σοι γέγονε;

Καὶ Μεγα-

καὶ Μεγαροῖ μὰ τὸ εἰ καταικωῶτες ἐτυγχάνο- A
μὰ, ἦλθες δή που αὖ μοι βοηθὸς ἐφ' ἃ σε πα-
ρεκάλεσα, ἢ πάντων αὖ φαυλότατον ἡγοῦ
σαυτόν. νεῶν δ' ἄρα ὁ μῆκος τῆς πορείας καὶ
τὸ μέγεθος δι' τὸ πλοῦ καὶ τὸ πόνω ἐπαιτιώ-
μενος, οἴει δόξαν καὶ χάριν ἀποφυξεσθαί ποτε;
πολλοῦ γε δεῖ. λεχθέντων δὲ τούτων, τίς αὖ ἐμοὶ πρὸς ταῦτα δικαίων ἀ-
πόκρισις; οὐκ ἔστιν. ἀλλ' ἦλθον μὰ τὸν λόγον, B
ἐν δίκῃ τε, ὡς οἷόντε αὖ, ἤκιστα μάλιστα, δεό-
μενος τὰ τοιαῦτα καταλιπὼν ἃς ἐμαυτοῦ διατε-
θάς, ὕστας οὐκ ἀκαίμονας, ὑπὸ τυραννίδα
δουλοῦσθαι τὸ πρέπειν τοῖς ἐμοῖς λόγοις, οὐδὲ
ἐμοί. ἐλθών τε, ἐμαυτὸν ἠλευθέρωσα, καὶ Διὸς
ξενίου καὶ τὸ φιλοσόφου ἀνέγκλητον μοίρας πα-
ρέσχον, ἐπανορθίσιος ὁμολογίας αὖ εἴπι καὶ μαλ
θακισθεὶς καὶ ἀποδειλιῶν αἰσχύνης μετέσχον
κακῆς. ἐλθὼν γὰρ (τὸ γὰρ δεῖ μηκύνειν) θύρον σά- C
σεως τὰ περὶ Διονύσιον μεσὰ ξύμπαντα καὶ
διαβολῶν περὶς τὴν τυραννίδα Δίωνος πέρι.
ἡμῖν μὰ ὦν, καθ' ὅσον ἠδυνάμεθα· σμι-
κρὰ δ' οἷός τ' ἦν. μάλιστ' ἂν δεδοίκως τετάρ-
τῳ Δίωνα Διονύσιος αἰτιώμενος ἐπιβουλεύειν τῇ τυραννίδι, σμικρὰν εἰς πλοῖον ἐμ-
βιβάσας, ἐξέβαλεν ἀτίμως. οἱ δὲ Δίωνος ὅ
μὴ ὅτι πρῶτοι φίλοι, ἐφοβούμεθα μήπως
ἐπαιτιώμενος ὑμφορῆται, ὡς συναίτιον τῆς
Δίωνος ἐπιβουλῆς. περὶ δ' ἐμοῦ καὶ διῆλθε
λόγος τις ὡς συρακούσας, ὡς τεθνεὼς εἴη
ὑπὸ Διονυσίου, ὡς δι' τούτων ἀπρώτων τῶν
τότε γεγονότων αἴτιος. ὁ δὲ, αἰσθανόμενος D
πρώτας ἡμᾶς ὕτω διατεθείσας, φοβούμενος
μὴ μεῖζον ὀκ τῶν φόβων γένοιτό τι, φιλοφρό
νως πρώτας αἰεκαλέσατο· καὶ δι' καὶ αὐτὸν ἐμὲ
παρεμυθεῖτό τε καὶ θαῤῥεῖν διεκελεύετο, καὶ
ἐδεῖτο, πάντως μάλα. ἐγίγνετο γὰρ οἱ τὸ μὰ ἐ-
μὲ φυγεῖν ἀπ' αὐτοῦ, καλὸν ὕ δέον· ὃ δὲ μάλα.
δεῖ δι' καὶ σφόδρα περὶ σε ποιεῖτο δεῖας. ἃς
δὲ τῶν τυράννων δεήσεις ἴσμεν, ὅτι μεμιγμέ-
νας ἀναίσχυς εἰσίν. ὁ δι' μηχανώμενος διεκω-
λύε μοῦ τὸν ἔκπλοιν, εἰς ἀκρόπολιν ἀγαγὼν E
καὶ κατοικίσας ὅθεν ὕ δι' αὖ εἷς ἔτι μὲ ναύκλη-
ρος μὴ ὅτι κωλύοντος ἐξήγαγε Διονυσίου, δι'
ὕ δι' εἰ μὴ πέμπων αὐτὸς τ' κελεύοιμι ἐξαγα
γεῖν ἐπέστειλεν, ὕτ' ἂν ἔμπορος, οὔτε τῶν ἐν τ'
χώρας ἐξόδοις ἀρχόντων οὐδὲ αὖ εἷς πε-
ριῄδε μὲ μόνον ἐκπορευόμενον, ὃς ὕκ ἂν συλλα
βὼν δῆθεν παρὰ Διονύσιον πάλιν ἀπήγαγεν·
ἄλλως τε καὶ διηκελευμένον ἤδη ποτὲ τοιαῦτα-

Si Megaris fuiſſemus, veniſſes quidem iis in rebus adiutor in quibus tua opera indiguiſſem, vel certè te omnium hominum ignauiſſimum iudicaſſes. nunc autem itineris longitudinem & difficultatem cauſando, exiſtimáſne te ignauiæ ignominiã declinaturum? Longè profectò abeſt. Si, inquam, hæc ille dixiſſet, ecquænam mihi eſſet ad hæc conſentanea & iuſta reſpõſio? Certè nulla. His igitur ego rationibus adductus, & ipſo quaſi iure me vrgente maximè, quantum quidem mortali cuiquam ratio conſtare poteſt, ſuſcepi illud iter, hominum amiciſſimorũ non indecora aut humili conſuetudine relicta, vt ſub tyrannidem neque mihi neque meæ doctrinæ inſtitutis conuenientem memet ſubmitterem. Vbi primùm eò veni, meipſum maturè in libertatem aſſerui atque vindicaui: vt Ioui hoſpitali & ſorti philoſophiæ ab omni culpa immunem memet præſtarem, ne quandam ignominiæ notam, ſiquid mihi ignaui & fracti animi excidiſſet, ſibi inuſtã conquererentur. Itaque quũ eò veniſſem (neque enim oportet longius euagari) omnia apud Dionyſium tumultus & ſeditionis plena comperio, calumniarúmque in Dionem, quaſi tyrannidem ipſe affectaret. eum, quãtum potui, defendi: ſed parum profuit conatus meus. Quarto enim ferè menſe poſt aduentum meum Dionyſius Dionem accuſans quaſi tyrannidi inſidiaretur, eum nauiculæ imponit, & ignominioſè ablegat. Amici verò Dionis quotquot eramus, pertimeſcebamus ne noſtrûm quendam eodem illo crimine inſuper onerans, in illius caput, quaſi illarum inſidiarum conſcii, ſupplicium deriuaret. De me quoque Syracuſis fama percrebuit, me à Dionyſio fuiſſe interfectum, quaſi omnium conſiliorum autorem & hortatorem. At ille, ſentiens nos omnes ita affectos eſſe, veritus ne ex metu illo noſtro grauius quidpiam eueniret, omnes perhumaniter complexus eſt: me verò cumprimis conſolans, bono animo eſſe iubebat, & vt ibi permanerẽ, impenſè rogabat. Iam ſi per me aufugiſſem, nihil in eo erat honeſti: at erat ſi manſiſſem: atque ob eam cauſam me vehementer precari ſimulabat. tyrannorum autem preces cum neceſſitate permixtas eſſe nouimus. Quũ verò ne diſcederem vnicè elaboraret, rationem hanc inuenit, vt me in arcem deduceret, & ibi me iuberet habitare vnde nullus nauclerus, non modò eo inſcio ſed etiam ſine ipſius diſertis mandatis me poſſet abducere: neque etiam quiſquam ſiue inſtitor ſiue regionis præfectus me ſolum exeuntem conſpexiſſet, qui non me comprehenſum ad Dionyſium continuò reduceret: præſertim quum famæ

confestim contraria percrebuisset, Dionysium rursus me mirum in modum amare. & quodã modo sanè ita erat (verum enim dicendum est) me nimirũ ille magis atque magis in dies complectebatur, & moribus nostris atque consuetudine videbatur delectari. volebat verò à me laudari magis quàm Dionem, & amicum longè magis quàm illum existimari: & hac quidem in re quasi certatim elaborabat: rationem tamẽ qua id optimè factum fuisset, si modò fieri potuisset, planè neglexit. Hæc enim fuerat, vt in philosophicis rebus & audiendis & discendis mecum arctius coniũgeretur, ac proinde mecum versaretur frequẽtius. quibus tamen in rebus ille timidior erat, pertimescens nimirum, ne, (quemadmodum calumniatores affirmabant) si ab illis rationibus se implicari sineret, Dio ea quæ instituerat omnia, iam esset cõsequutus. Ego autem omnia pertuli, in eadem illa sententia quam primùm susceperam constanter perseuerans: nihil sanè reliqui faciens vt molirer aliquóne modo fieri posset vt ipse in philosophicæ vitæ cupiditatem deueniret. at ille contrà nitens me sanè vicit. Et meæ quidem primæ in Siciliam profectionis & commorationis, actionúmque illic mearum ad hoc tempus, hic sanè fuit status. [a] Deinceps verò in Siciliam iterum redii, quò me Dionysius omni studio accersebat. qua de causa illò rursus venerim, quídve illic egerim, nec quicquã nobis dissentaneũ vel ab officio nostro alienũ egerim, tunc demum cõme morabo, quum in hoc rerũ statu quídnã agendũ sit, sententiã meam consilúmque meũ vobis exposuero. ídque agam in eorũ gratiam qui à me quærunt in quem finem quóve consilio iterum redierim. Sed ne ea quæ obiter & præter principem primariúmque sermonẽ dicuntur, in illius vicẽ suffecta videantur, ad rem ipsam accedo. Equidem eum hominẽ qui ægroto & incõmodum noxiúmque viuendi modum sequẽti consilium daret, arbitror hoc primùm præscribere debere, veluti comparandæ sanitatis præsentissimũ remedium, vt modum illum viuẽdi primùm omnium commutet: quòd si is quem curãdum suscepit, primo illi mandato obtemperauerit, tum alia remedia adiungẽda: sinminus, equidem illum & virum & medicãdi artis peritum existimabo, si consilium suum ei deneget, ipsiúsque consuetudinem auersetur. quòd si consulendo vlterius tolerauerit, eum ego contrà & ignauum & artis imperitum arbitrabor. Idem quoque de ciuitate quæ vel vnius vel plurium autoritate regatur, constituendum puto. si enim recta via & ratione respubl. progrediens, consilium huiusmodi petat quod ad ipsius vtilitatem pertinere possit, sapiẽtis officiũ esse arbitror, huiusmodi hominibus cõsiliũ dare. sin autẽ illi à recta regendæ reip. ratione desciscãt, illiúsque vestigia sequi nolint, & consultori priùs edicant vt cõsuetam gubernationem intactam sinat, neq; in ea moueat quicquã: alioqui eum

A τίον ἢ τὸ πρόσθεν πάλιν, ὡς Πλάτωνα Διονύσιος θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεται. τὸ μὲν εἶχε δή πως (τὸ γὰρ ἀληθὲς δεῖ φράζειν) ἠσπάζετο μὲν ἀεὶ προϊόντος δ' χρόνου μᾶλλον, καὶ τὴν τρόπου τε καὶ ἤθους σύνοσίαν. ἑαυτῷ ἐπαινεῖν μᾶλλον ἢ Δίωνα ἐβούλετό με, καὶ φίλον ἐγγειότερον διαφερόντως μᾶλλον ἢ ξένον· καὶ θαυμαστῶς ἐφιλονείκει πρὸς τὸ τοιοῦτον, ἢ δὴ αὖ ὅπως ἐγίγνετο (εἴτε γὰρ ἐγίγνετο) κάλλιστα, ὤκνει, ὡς δὴ μανθάνων καὶ ἀκούων τὰ πρῶτα φιλοσο-
B φίαν λόγων οἰκειοῦσθαι, καὶ ἐμοὶ συγγίγνεσθαι· φοβούμενος τοὺς τὰ διαβαλλόντων λόγους, μή πη παραποδισθείη, Δίων δὴ πρῶτα εἴη διαπεπραγμένος. ἐγὼ δὲ πρῶτα ὑπέμενον, τὴν πρώτην ὀργὴν φυλάττων ἣν ἀφικόμην, εἴπως εἰς ὀπτιμίαν ἔλθοι τῆς φιλοσόφου ζωῆς. ὁ δὲ ἐνίκησεν αὐτὰ τείνων. καὶ ὁ πρῶτος δὴ χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν ἐμῆς ὀπτιδημήσεως τε καὶ διατριβῆς ὅδε πρῶτα ταῦτα ξυνέβη γενόμενος. μετὰ τοῦτο ἀπεδήμησά τε,
C καὶ πάλιν ἀφικόμην, πάσῃ σπουδῇ μεταπεμπομένου Διονυσίου. ὧν δὲ ἕνεκα καὶ ὅσα ἐπράχθη, ὡς εἰκότα τε καὶ δίκαια, ὑμῖν πρῶτον μὲν ξυμβουλεύσας ἀρχὴν ποιῶν ἐκ τῶν νῦν γιγνομένων, ὕστερον δὲ καὶ περὶ ταῦτα διέξειμι· τὰ ἐπιμωρουμένων ἕνεκά τι δὴ βουλόμενος ἦλθον τοσοῦτον· ἵνα μὴ τὰ πάρεργα ὡς ἔργα μοι ξυμβαίνῃ λεγόμενα. λέγω δὴ πάντ' ἐγὼ τὰ συμβουλεύοντα αὐτῷ κάμνοντι, καὶ διαπονῶ διαπονούμενος μετρίως, ὡς ὑγίαν "ἄλλο τι For. scribendum
D χρὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν μεταβάλλειν τὸν βίον, est ἄλλη πῃ, ut subaud. διάπτ.
καὶ ἐθέλοντι μὲν πείθεσθαι καὶ τἆλλα ἤδη παραινῶ· μὴ ἐθέλοντι δ', φεύγοντα ἀπὸ τῆς τοῦ τοιούτου ξυμβουλῆς, ἀνδρὸς τε ἠλιθίου καὶ ἰατρικήν· τὸν δὲ ἐπιτρυφῶντα, τοιοῦτον, ἀνανδρόν τε καὶ ἄτεχνον. ταῦτ' ὂν δὴ καὶ πόλει, εἴτε αὐτῆς εἷς εἴη κύριος, εἴτε καὶ πλείους, εἰ μὲν καθ' ὁδὸν ὀρθὴν πορευομένης ὁδῷ τῆς πολιτείας ξυμβουλεύοιτό τι τῶν πρόσθεν
E ῥοων, νοεῖν ἕπεσθαι τὸ τοῖς τοιούτοις ξυμβουλεύειν· τοῖς δ' ἔξω τοῦ δρόμου βαίνουσι τῆς ὀρθῆς πολιτείας, καὶ μηδαμῇ ἐθέλουσιν αὐτῆς εἰς ἴχνος ἰέναι, προαγορεύοντι δὴ τῷ ξυμβούλῳ, τὸν μὲν πολιτείαν ἐᾶν καὶ μὴ κινεῖν, ὡς ἀπο-

a Tertia profectio: quæ quoniam odiosior eo nomine esse poterat, quòd suo periculo sapere Plato debuerat, idcirco illius causam solicitè reddit, & quid tunc cum Dionysio rerum egerit, copiosè exponit. Commodùm autem, vt necessario in loco, tractat locum communem, DE DANDI OPPORTVNE CONSILII RATIONE. Instituto autem suo generalem illam doctrinam accommodat, & quódnam Dionysio dederit consilium, docet. cui quum ille minimè paruerit, causas in deexitisse Siculari perturbationum: quorum & ipse incommoda Dionysius senserit à patria exturbatus, & patriam luctuosissimis calamitatibus inuoluerit. Agit quoque de Dionis patriã liberare instituẽtis exitu, quem duo fratres Athenienses per proditionem interfecerant: & dat CONSILIVM ipsum propinquis & amicis Dionis, Quomodo videlicet in illo rerũ statu se gerere debeant, qui sanè locus est ἀνυπομόνητος ad remedia aduersus ciuiles perturbationes expedienda.

ϑανουμβώῳ ἐαὶ κινῇ τῆ ὃ βυλήσεσι ϗ ὅπη ϑυμίαις αὐτῶ ὑπηρετοιῶτα, ξυμβουλβύειν κελβύσεσι τίνα ὅπον γίγνοιτ' αὶ ῥᾷςά τε καὶ ϗάχιςα εἰς τὸν αἰεὶ χρόνον· τὸν μβὼ ἱςαμένοντα ξυμβουλας ϑιαύτας, ἡρίμιλιν αἰανδρον, τὸν δ' ὄχ ὑπομβώοντα, αἰδρα. ϑαύτιλιν δὴ τῆ διαίοιαν ἐγὼ κεκτημβύος, ὅταν τὶς μοὶ ξυμβυλβύηται ϖεὶ ἵνος τῆ μεγίςων ϖεὶ ϗ αἰῶ βίον, ὃν ϖεὶ χρημᾶχ κτήσεως, ἢ ϖεὶ σώματος ἢ ϖεὶ ψυχῆς ὅκιμελείας, αἰ μβύ μοι τὸ καθ' ἡμέραν ἐντινι ὅπῳ δοκῇ ζῆν, ἢ "συμβυλβύοντος αἰ ἐθέλειν πείθεαθ, ϖεὶ ὧν αἰαχοινοῦται, ϖοεθήμφος συμβυλβύω, ϗ ὄκ ἀφοσιωσάμβυος μόνον ἐπαυσάμην· ἐαὶ ὃ μὴ ξυμβυλβύηταί μοι ὅπα ϙάραν, ἢ συμβουλβύοντι δῆλος ἢ μὴ δαμῇ πεισόμβυος, αὐτόκλητος ὅπὶ τὸν ϑιοῦτον ὄκ ἔρχομαι συμβουλβύσων· βιασάμβυος δὲ, οὐδ' αὶ υἱὸς ἢ μου. δούλῳ ὃ ξυμβουλβύσαιμ' αἰ, ϗ μὴ ἐθέλοντά γε ϖοεσβιαζοίμιλιν πατέρα δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι ϖοεσβιάζεαθαι, μὴ νόσῳ ϖδαφεσσύης ἐλαμβύους. ἐαὶ δέ τινα καθεςῶτα ζῶσι βίον, ἑαυτοῖς ἀρέσκοντα, ἐμοὶ δὲ μὴ, μήτε ἀπεχθάνεαθ μάτην νουθετοῦντα, μήτε δὴ κολακεύοντά γε, ὑπηρετεῖν αὐτοῖς, πληρώσεις ἐπιθυμιῶν ἐκποριζοντα, ἃς αὐτὸς ἀασαζόμβυος ὄκ αἰ ἐθέλοιμι ζῆν. ϑαυτὸν δὲ καὶ ϖδὶ πόλεως αὐτοῦ διανοούμενον χρὴ ζῆν τὸν ἔμφρονα· λέγειν μβύ, εἰ μὴ καλῶς αὐτῶ φαίνοιτο πολιτεύεαθ, εἰ μβύλοι μήτε ματαίως ἐρεῖν, μήτε ἀποθανάθ λέγων βίαν δὲ πατρὶδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ ϖοεσφέρειν (ὅτῳ αὖβυ φυγῶν καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν μὴ δυνατὸν ἢ γίγνεαθ τὼ ἐρίςην) ἡσυχίαν δὲ ἄγοντα, βύλεαθαι τὰ ἀγαθὰ αὐτῶ τε καὶ τῇ πόλει. χῆ δὴ τοῦτον ϗ ὅπον ἐγὼ ὑμῖν τ' αἰ ξυμβουλβύοιμι· ξυνεβο υλβυον δὲ καὶ Διονυσίῳ μῆ Δίωνος ζῆν μβύτοι ὃ καθ' ἡμέραν ϖοεῶτον, εἴπως ἐγκρατὴς αὐτὸς αὐτοῦ ὅτι μάλιςα ἔσεαθαι μέλλοι, καὶ πιςοὺς φίλους τε καὶ ἑταίρους κτήσεαθαι· ὅπως μὴ πάθοι ἄῳρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· ὃς ϖδελαβῶν Σικελίας πολλὰς ϗ μεγάλας πόλεις ὑπὸ τῶ βαρβάρων ὀκπεπορθημβύας, οὐχ οἵός τ' ἰῶ, καὶ οἰκίσας, πολιτείας ἐν ἑκάςαις καταςήσαθ πιςὰς ἑταίρων αὐδρῶν, οὔτε ἄλλων δήπουθεν ὀθνείων,

A capitis ſuppliciũ manere, ſiquid in republ. mouere inſtituat: illum verò iubeant huiuſmodi conſilium dare quod cum ipſorum voluntatibus & cupiditatibus conſentiat, ac proinde illum conſultorem ſuarum libidinum miniſtrum efficere velint, ecquanimirum ratione illæ & facillimè & celerrimè expediantur, ſibiq; eæ conſtanter perdurent: hunc equidem conſultorem, qui profligatis illorũ hominũ libidinibus obtemperauerit; & cõſilia huiuſmodi eis dederit, ignauum & minimè virum cenſerẽ: at eum qui importunos illos deprauatorũ

B ciuium appetitus minimè pertulerit, virũ & bonum conſultorem exiſtimarem. Quũ ego in hac ſim ſententia, quoties aliquis ã me de rebus grauiſsimis conſiliũ petit, quę ad rem faciendam, corporis incolumitatẽ, animíve cultum pertineãt, ſi quotidiana eius vita huiuſmodi eſſe videatur vt ſalubris conſilii capax, eíque obtemperare poſſit, libenter do conſilium, neque priùs deſino quin hac in re officio meo, quantum ingenii mei vires ferunt, cumulatè fuero defunctus. ſin verò omnino à me non petat cõſilium, aut cõſulenti minimè obtẽperaturus videatur, ad eũ quidẽ haudquaquã acce

C do non vocatus, conſilii dandi cauſa: quòd ſi vim adhibuerit, ſi meus quidẽ ſit filius, ei minimè dedero conſiliũ. Seruo quidẽ etiã nolenti conſiliũ darẽ, & ipſum etiam cogerem: at patrẽ vel matrem cogere nefas eſſe arbitror, niſi per vim morbi amiſſa mẽtis poteſtate. Quòd ſi ſuo quodam more viuãt quem ego non probem, neq; equidẽ infenſior admonendo inſtarẽ, neq; rurſus blandiendo turpi miniſterio aſſentarer, ea nimirum illis tribuendo quæ ad explendam libidinẽ tantùm pertinẽt, quibus ego ſi indulgerem, viuere nolim. Hoc eodẽ animo erga patriã vir prudẽs eſſe debet, & eodem conſilio ſe gerere in illius rebus: nimirũ vt ſi illius adminiſtrationẽ improbet, ita tamen in patriæ peccatis reprehendendis ſe gerat, vt neque fruſtra reprehendat, neque tamen ob reprehẽſionis ſtudiũ ſeſe in præſens mortis diſcrimen cõiiciat. Vim autem

D patriæ nequaquã inferet, commutata reip. forma (quandoquidẽ in optimũ ſtatũ cõmutari nõ poteſt quin & plurimorũ exilia & cædes conſequantur) ſed quietem aget, & ſibi & patriæ precando meliora. Ex hac equidem formula vobis conſilium darem. Dionyſio nimirũ autor erã vt cũ Dione vi

E ueret eo modo quo ſuiipſi⁹ cõpos maximè redderetur, fidóſq; amicos ac familiares ſibi cõpararet: ne idem ſibi quod patri eueniret: qui quũ multas & magnas in Sicilia ſuſcepiſſet, à barbaris olim deuaſtatas, eáſq; vrbes inſtauraſſet, nõ potuit tamẽ in illarũ ſingulis fidos magiſtratus neq; ex ſuis familiaribus, neq; ex hominib⁹ peregrinis cõſtituere,

Scribendum potius videtur συμβουλβύοντι: ut paulo pòſt legitur συμβουλβύοντος ἢ πεισόμβυος. Aliquã συμβουλβύοντος intelligendum eſſe ἐαὶ συμβουλβύω.

neque ex ſuis fratribus, quos tamẽ ipſe iunio-
res aluerat: ſed ex priuatis hominibus
de plebe, & tenuibus etiam & humilibus
perſonis magiſtratus delegit, quos in ingẽ-
tes quaſdã diuitiarũ copias proueheret. Ex
his tamẽ neminẽ fidum ſibi gubernationis
ſociũ potuit efficere, licet in illis vel perſua-
dendo vel docendo, vel munera largiendo,
vel eos ſibi affinitate cõiungendo, demerẽ-
dis, nihil fecerit reliqui: Dario profectò
ipſo ſepties deterior, qui quidẽ neq; fratri-
bus neq; illis qui cũ ipſo erant educati, vllo
modo cõfidebat, ſed illis tantùm quos ſo-
cios habuerat atq; miniſtros in Smerde &
Eunucho capiẽdis. iis tamẽ grãdes imperii
partes attribuit, vniuerſa Sicilia ſingulas
ſepties maiores, eóſq; fidos expertus eſt re-
gni ſocios, qui nec illi neq; ſibi inuicẽ ipſis
inſidiarentur. exẽplũ verò dedit, quale ſit
boni legiſlatoris & regis officium. cõſtitu-
tis enim legibus ad hunc vſq; diem Perſarũ
imperiũ conſeruauit. Accedit ad hoc, quòd
Atheniẽſes quũ multas Græcas vrbes nõ à
ſe quidẽ ſed ab aliis cõditas, deinde ciuibus
expulſis à barbaris occupatas in poteſtatẽ
ſuã recepiſſent, annos ſeptuaginta tenuerãt
in eis imperiũ, quòd amicos ſibi in ſingulis
illis vrbibus cõparaſſent. Dionyſius autẽ,
quũ in vnicã vrbẽ vniuerſam Siciliã con-
ciuiſſet ob ſapientiã, nemini fidens, vix ac
ne vix quidẽ ſeruatus eſt. amicorũ enim fi-
dorúmq; hominũ penuria laborabat: quo
nullũ maius eſt argumentũ improbitatis,
ſi deſint: vel probitatis, ſi adſint. Ego igi-
tur & Dio hæc Dionyſio conſulebamus,
poſtquã paternæ res ſic ſe habuiſſẽt, vt neq;
eruditorũ virorũ familiaritates, neq; vllas
alias cõſentaneas ſibi conſuetudines habe-
ret: hoc verò erat apud illũ cõſiliũ noſtrũ,
animũ ad hanc rẽ vnicè appelleret, Vti ex
propinquis & æqualibus ſuis maximè, pri-
mùm amicos ſibi deligeret: quorũ ad vir-
tutẽ cõſentiens cõcórſq; eſſe poſſet natura.
cũ primis verò, vt ipſe ſeipſum ſibi cõſen-
tientẽ cõcordémq; præſtaret. Illũ enim his
adiumentis mirũ in modũ carẽre dicebā-
mus, non quidẽ diſertis his verbis (neque
enim tutũ fuiſſet) ſed huiuſmodi verborũ
inuolucris quibus eadẽ ſententia repræſen-
taretur. Ita demũ vnũquéq; hominẽ & ſe
& alios quibus imperat, ſeruaturũ, ſi hæc
cauerit: ſin minus, & in aliã quandã viuẽdi
viam declinauerit, cõtrarios quoq; euẽtus
cõſequuturũ. Quòd ſi igitur ipſe ita vt di-
ximus progrederetur, & ſe prudentem tẽ-
perantémque præſtaret, ſi deſertas Siciliæ
vrbes inſtauraret & legibus cõmodáq; rei-
publ. forma colligaret atq; circumſepiret,
euenturũ vt omnes ipſũ genuino obſequio
cõplecterentur, mutuúmq; auxiliũ cõfer-
rent ad vim barbarorum propulſandam: atq; adeo paternũ imperiũ nõ modò duplicaret,

A οὔτε ἀδελφῶν, οὓς ἔθρεψέ τε αὐτὸς νεωτέ-
ρους ὄντας, ἔκ τε ἰδιωτῶν ἄρχοντας καὶ ὁκ
πενήτων πλουσίους ἐπεποίηκει ἀμφοτέρω-
τως. τούτων κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς οὐδένα οἷός τ'
ἦν πεῖθοί τε καὶ διδαχῇ καὶ δυεργεσίαις τε ξυγ-
γενείαις ἀσφαλισάμενος ποιήσασθαι. ἀρείου
γὰρ ἐπὶ πλασίως φαυλότερος ἐγένετο, ὃς ὁκ
ἀδελφοῖς πιστεύσας, ἀλλ' ὑπ' αὐτῷ τραφεῖσι,
κοινωνοῖς γε μόνον τῆς τῶ Μήδου τε καὶ δυνού-
χου χρώσεως, διενεμέτε μέρη μείζω ἕκαστα
B Σικελίας πάσης ἑπτά, καὶ πιστοῖς ἐχρήσατο
τοῖς κοινωνοῖς, καὶ ὁκ ὀλιγαρχουμένοις οὔτε αὐ-
τῶν, οὔτε ἀλλήλοις. ἐδόξε τε τῷ δαίμονι,
οἶμαι χρὴ τὸν νομοθέτην καὶ βασιλέα τὸν ἀγα-
θὸν γίγνεσθαι. νόμους μὲν κατασκευάσας, ἐπὶ
δὲ νεῶ ὁρμήσαντι τὴν Περσῶν ἀρχήν. ἐπὶ γὰρ
Ἀθηναίοις τοῖς τότοις, ὁκ αὖθις καλοικίσαν-
τες πολλὰς τῶν Ἑλληνίδων πόλεις, ἀπὸ
βαρβάρων ἐκβεβληκυίας, ἀλλ' οἰκουμένας
μὲν λαβόντες, ὅμως ἑβδομήκοντα ἔτη διε-
C φύλαξαν τὴν ἀρχήν, αἱρᾶς φίλους ἐν
ταῖς πόλεσιν ἑκάστας κεκτημένοι. Διονύσιος
γὰρ, εἰς μίαν πόλιν ἀθροίσας πᾶσαν Σικελίαν
ἀπὸ σοφίας, πιστεύων οὐδενὶ, μόγις ἐσώθη.
πένης γὰρ ἦν ἀνδρῶν φίλων τε καὶ πιστῶν· οὗ μεῖ-
ζον σημεῖον εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν ὁκ ἔστιν
οὐδέν, τῆς ἔρημον, ἢ μὴ, τοιούτων ἀνδρῶν ἅν.
ἃ δὴ καὶ Διονυσίῳ ξυνεβουλεύομεν ἐγώ τε καὶ
Δίων, ἐπειδὴ τὰ παρὰ πᾶσιν αὐτῷ ξυνεβε-
βήκει οὕτως ἀνομιλήτῳ μὲν παιδείας, ἀνο-
D μιλήτῳ δὲ σπουδαίων τῶν παρόντων γε-
νόμενον, πρῶτον μὲν ταῦτα ὁρμήσματα, φίλους ἄλλους αὑτῷ τῶν οἰκείων ἅμα καὶ ἡλι-
κιωτῶν καὶ συμφώνους παρὰ ἀρετὴν κτή-
σασθαι, μάλιστα δὲ αὐτὸν αὑτῷ. τούτου γὰρ
αὐτὸν θαυμαστῶς ἐνδεᾶ γενόμενον λέγοντες,
ὁκ ἀναργῶς οὕτως· (ἀνὴρ γὰρ ἦν ἀσφαλὴς)
ἀνιστάμενοι δὲ καὶ ἁμαχόμενοι τοῖς λόγοις·
ὡς οὕτω μὲν πᾶς ἀνὴρ αὐτόν τε καὶ ἐκείνους
ὧν ἂν ἡγεμὼν γίγνηται σώσει· μὴ ταύτῃ
δὲ πᾶσα πόλεμος, πάντα τὰ πόλιτα ἀποτελεῖ.
E πορευθεὶς δὲ ὡς ἐλέγομεν, καὶ ἑαυτὸν ἐμ-
φανά τε καὶ σώφρονα ἀσφαλισάμενος, εἰ
τὰς δεδημευμένας Σικελίας πόλεις κατοι-
κίσειε, νόμοις τε ξυνδήσειε καὶ πολιτείαις,
ὥστε αὐτῷ τε οἰκείας καὶ ἀλλήλαις εἶ-
ναι τὰς τῶν βαρβάρων βοηθείας, οὐ δι-
πλασίαν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν μόνον ποιήσει,

Scribendum puto σώζει, ut conueniat cum ἀποτελεῖ. Alioquin hoc mutãdum eſſe in ἀποτελέσει.

πολλαπλασίαν ὄντως. ἕτοιμον γὰρ ἦν, τούτων γιγνομένων, πολὺ μᾶλλον δουλώσασθαι Καρχηδονίους ἢ ὅτι Γέλωνος αὐτοῖς γιγνομένης δουλείας· ἀλλ' οὐχ ὥσπερ νῦν ἐναντίον ὁ πατὴρ αὐτοῖς φόρον ἐπέξαπε φέρειν τοῖς βαρβάροις. ταῦτα δὴ τὰ λεγόμενα καὶ ἐπιβουλεύοντα Διονυσίῳ, ὡς πολλαχόθεν ἐχώρουν ἡμῖν τοιοῦτοι λόγοι· οἱ δὴ καὶ κρατήσαντες ἐπὶ Διονυσίῳ, ἔδεισαν μὴ Δίωνα, ἡμᾶς ἐφ' εἷς φόβον κατέβαλον. ἵνα δὴ ἐκ περαιτέρω μήκους ὀλίγα πράγματα τὰ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐλθὼν ἐκ Πελοποννήσου ὁ Ἀθηνῶν Δίων, ἔργῳ καὶ Διονύσιον ἐνουθέτησεν. ἐπειδὴ οὖν ἦλθεν ἔρως τε καὶ ἀπέδωκεν αὖ τοῖς δὶς τὸν πάλιν, ταῦτα μὲν τοῖς Δίωνα Συρακουσίοις τότε ἔπαθον, ὅσα καὶ Διονύσιος, ὅτε αὐτὸν ἐπεχείρει παιδεύειν, καὶ θρέψαι βασιλέα ἄξιον ἀρχῆς ἄξιον, οὕτω χαλεπῶς αὐτῷ τοῦ βίου πρώτου. ὁ γὰρ ὅτι ἔφευγε τοὺς διαβάλλουσι, καὶ λέγουσιν ὡς ὅτι βουλόμενος τὴν τυραννίδι Δίων, πάντα τρόπον πρώτα ὅσα ἐπορίζετο ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἵνα ὁ μὲν παιδείᾳ δὴ καὶ νοῦν χαλεπῶς ἔχοντι ἀμελοῖ τῆς ἀρχῆς, ὅπως ἐπιτρέψας ἐκείνῳ· ὁ δὲ σφετεριοῖτο, καὶ Διονύσιον ἐκβάλοι ἐκ τῆς ἀρχῆς δόλῳ. ταῦτα τότε ἐλέγετο καὶ δεύτερον ἐν Συρακουσίοις λεγόμενα, καὶ μάλα ἀτόπως τε καὶ αἰσχρᾷ νίκη τοῖς τῆς νίκης αἰτίοις. οἷς γὰρ γέγονεν, ἀναβᾶσα χρὴ σοὶ ἐμὲ παρακαλεῖν ἐπὶ τὰ νῦν πράγματα. ἦλθον Ἀθηναῖος ἀνὴρ ἐγὼ, ἑταῖρος Δίωνος, σύμμαχος αὐτῷ, πρὸς τύραννον, ὅπως ἀντὶ πολέμου φιλίαν ποιήσαιμι. διαμαχόμενος δὴ τοῖς διαβάλλουσιν, ἡττήθην. πειθομένου δὲ Διονυσίου τιμαῖς καὶ χρήμασι, ἡμέσθαι μετ' αὐτοῦ ἐμὲ μάρτυρά τε καὶ φίλον, πρὸς τὸν θεραπείαν τῆς ἐκβολῆς τῆς Δίωνος αὐτῷ γίγνεσθαι, τούτων δὴ ὃ πρῶτον διήμαρτεν. ὕστερον δὲ δὴ καιρὸν οἴκαδε Δίων, ἀδελφὼ δύο πρόσλαμβάνει Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω, ἀλλ' ἐκ τῆς περιεχούσης ἑταιρείας ταύτης τῆς τῶν πλείστων φίλων, ἐν τῷ ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πρόσχημα τεύονται. καὶ δὴ καὶ τούτω τὼ ξυλλαμβάνοντε αὐτὸν φίλω, ἐκ τούτων τε καὶ ἐκ τῆς πρὸς τὴν ὁδὸν ὑπηρεσίας ἐγενέσθην ἑταῖρω. ἐλθόντες δὲ εἰς Σικελίαν, ἐπειδὴ Δίωνα

A verùm etiam reuera multiplicaret. Rebus enim ita constitutis, facilè futurum vt Carthaginenses in longè maiorem seruitutem redigeret quàm quum Gæloni fuissent subditi: cõtrà quàm ipsius patri Dionysio contigisset, qui vectigal barbaris dependere cogebatur. Hæc erant quæ adhibitis hortationibus Dionysio dicebamus, insidiantes illi scilicet: sicuti huiusmodi rumor de nobis variis è locis peruagatus est; qui etiam quum apud Dionysium inualuisset, effecit vt & Dion expelleretur, &
B nos in vitæ discrimen veniremus. Verùm, vt res longi temporis spatio gestas in pauca cõtrahamus, Dio è Peloponneso & Athenis profectus, Dionysium tandem commouefecit. postquam igitur ciuitatem liberasset, eámque bis ciuibus reddidisset, eodem modo affecti fuerũt aduersus Dionem Syracusani, quo & antea Dionysius, quum ipsum Dio ita instituere & educare vellet, vt Regem deceret imperio dignum, & sicuti cum eo versari per vniuersam vitam decreuerat. Prætexebant Dionis calumniatores (qui eum affectati regni accusabant; & eo nomine Dionysio struere
C insidias aiebant) Dionem eo tempore omnibus modis moliri vt Dionysii animus philosophiæ studiis se dederet, quò disciplinæ amore delinitus, imperium negligeret, illúdque Dioni planè relinqueret, qui & sibi illud vindicaret, & Dionysium dolo exterminaret. Peruicit iterum hic rumor ad importunæ fœdæq; victoriæ exitum; in eorũ pernicié qui victoriæ fuissent autores: quale verò id extiterit, iam vobis audiendũ est, qui me modò ad vestras res
D cõponẽdas vocatis. Veni ego Athenienſis homo, Dionis familiaris atq; adiutor, aduersus tyrannũ, vt bellũ pace commutarẽ: quum tamen aduersus calumniatores pugnarẽ, superatus sum. Quũ verò Dionysius conaretur & honoribus & pecuniis me sibi cõciliare atque demereri, vt mea cum ipso familiaritas speciosum quendam prætextum induceret, iustã causam extitisse cur Dio fuisset expulsus, illúdque perspicuo quodam testimonio obsignaretur: suo tamen illo consilio & conatu planè excidit. Postea verò Dio domum reuertens, duos
E fratres quosdam Athenis secum adduxit, non qui ex philosophia ipsi essent amici, sed ex peruulgata illa tritáque familiaritate, quæ hospitali quadam comitate, & ex mutua in sacris & spectaculis consuetudine, amicitiam solet conciliare. ita & illi de quibus modò mentionem feci, quia redeunti obsequium quoddam præstiterant, inde amicitiam cum Dione contraxerant. Hi, quum in Siciliã veniissent, animaduerterẽntque Dionem

Pro δὶς lectio alia afferetur (quæ mihi magis placet) δίων.

Vocula καὶ ante οὕτω deesse videtur. Paulo post habent præced. editiones, ὁ δὴ τοῖς διαβάλλουσι, sine verbo ἐπίστευε.

inter illos ipſos Siculos calumnioſè traduci, quos in libertatem aſſeruerat, quaſi tyrannidem affectaret, non tantùm ſodalem & hoſpitem prodiderunt, ſed quaſi autores cædis extiterunt, propriiſque manibus tãtum ſcelus perpetrarunt: quippe qui armati, percuſſoribus ipſis præſentia ſua opem tulerunt. Illius porro facinoris impiam nefariámque turpitudinem neque prætermitto, neque vt par eſt, commemoro. multi enim hæc deinduſtria celebrarunt, & illius extabunt ad ſempiternam memoriam monumenta. nam quòd illi qui Dionem prodiderunt, Athenienſes fuerunt, ne id in noſtræ ciuitatis ignominiam redundet, hoc ſanè reſpondeo: Eum quoque eſſe Athenienſem qui illum ipſum minimè prodidit, quum eo nomine liceret & pecunias & honores multos conſequi. non enim ex ſordida quadam & illiberali notitia factus eſt amicus, ſed ex liberalis diſciplinæ communitate. cui certè vni, qui ſapit, plus adhibet fidei, quàm vlli & animorum & corporum cognationi atque neceſſitudini. Quocirca non tanti eſtimandi ſunt illi, vt ob Dionis cædem, ciuitati ignominiam potuerint inurere, quaſi in aliquo vnquam cenſendi ſint numero. Hæc in Dionis amicorum cognatorúmque gratiam dicta ſunto. Vobis autem tertiis idem tertiúmque conſilium eadem & conſentanea ratione do, ne vel Sicilia vel ciuitas vlla quæpiã hominibus quibuſlibet, ſed legibus dũtaxat, ſicuti noſtra fert oratio, ſubiiciatur. neq; enim vel imperantibus vel parentibus id vtile eſſe poteſt, neque eorum filiis, neque natis natorum: ſed omnino pernicioſum eſt tãti facinoris periculum. angufti verò & illiberalis eſt animi, nihil vel diuinorum vel humanorum bonorum in hoc tempus neq; in futurum intelligentis, huiuſmodi lucra captare. Hæc ego primùm Dioni conatus ſum perſuadere, deinde Dionyſio, tertiò verò nunc, vobis. mihi igitur obtemperate in Iouis tertiùm ſeruatoris gratiam: ſecundò, Dionyſii & Dionis exitũ animaduertitote. quorum vnus, quòd meis monitis non obtemperauerit, nunc inhoneſtam vitam tolerat: alter verò, quòd obtemperaret, honeſta morte obiit. Ei nãq; viro qui & ſibi & patriæ res præclaras cupit, quicquid euenerit, non rectum atque præclarum nõ poteſt euenire. Neque enim mortalium cuiquam à natura tributum eſt vt immortalis naſceretur: &, ne ſi id quidem cuiquam contingeret, felicitati (quemadmodum vulgus putat) eſſet deputandum. iis enim rebus quę anima carent, nihil quod in magno pretio habendum ſit, boni vel mali contingit:

A ἠδόντο ἀμαθεῶς ληφθέν εἰς τοὺς ἐλευθερωθέντας ὑπ' αὐτοῦ Σικελιώτας, ὡς ὑπὲρ τοῦ βουλεύοντα γενέσθαι τύραννον, οὐ μόνον τὸν ἑταῖρον καὶ ξένον προδόσθαι, ἀλλ' οἷς τὸν φόνου αὐτόχειρες ἐγένοντο, ὅπλα ἔχοντες ἐν ταῖς χερσίν, αὐτοὶ τοῖς φονεῦσι πρεσβεύοντες ὑπήκουσι. καὶ ὃ μὲν αἰσχρὸν καὶ ἀνόσιον οὔτε παρέλιπον ἔγωγε, οὔτε μὴ λέγω. πολλοῖς γὰρ καὶ ἄλλοις ὑμνεῖν ταῦτα ὑπομελές, καὶ εἰς τὸν ἔπειτα μελήσει χρόνον. τὸ δὲ
B Ἀθηναίων περὶ λεγόμενον, ὡς αἰσχύνῃ οὗτοι προσῆλθεν τῇ πόλει, δέξασθαι μοι. φημὶ γὰρ κἀκεῖνον Ἀθηναῖον εἶναι ὃς οὐ προσέδωκε τὸν τύραννον, δόξαν χρήματα καὶ ἄλλας τιμὰς πολλὰς λαμβάνειν. οὐ γὰρ ἀφ' βαναύσου φιλότητος ἐγεγόνει φίλος, ἀφ' δὲ ἐλευθέρας παιδείας κοινωνίαν· ἣ μίαν χρὴ πιστεύειν νοῦν κεκτημένον μᾶλλον ἢ συγγένεια ψυχῶν καὶ σωμάτων. ὥστε οὐκ ἀξίως ὀνείδους γεγόνατον τῇ πόλει, τὼ Δίωνα ἀποκτείναντε, ὡς ἐλλογίμω πώποτε
C ἀνδρε γνωρίμω. Ταῦτα εἴρηται πρώτα τῆς ξυμβουλῆς ἕνεκα τῶν Διωνείων φίλων καὶ συγγενῶν. συμβουλεύω δὲ δεύτερα τοῖς τοῦτοις τοῦ αὐτοῦ ξυμβουλεύειν, καὶ λόγον ἔχειν αὐτὸν λέγων ἥδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν· μὴ δουλοῦσθαι Σικελίαν ὑπ' ἀνθρώποις δεσπόταις, μηδὲ ἄλλην πόλιν "ὅτῳ ἐμὸς λόγος, ἀλλ' ὑπὸ νόμοις. οὔτε γὰρ τοῖς δουλευομένοις, οὔτε τοῖς δουλωθεῖσιν ἄμεινον, Scribendum puto, ὅτῳ γ' ἐμὸς λόγος (in quo loquendi genere eſt ellipſis verbi) oportebit autem vnumſiquem poſt πόλιν.
D αὐτοῖς, καὶ παισὶ παίδων τε ὑμετέροις· ἀλλ' ὁλέθριος πρώτοις ἡ πεῖρα. σμικρὰ δὲ καὶ ἀμελούμενα ψυχῶν ἥδη τὰ τοιαῦτα ἁρπάζειν κέρδη φιλεῖ, οὐδὲν τῶν εἰς τὸν ἔπειτα καὶ εἰς τὸν παρόντα χρεὼν ἀγαθῶν καὶ δικαίων εἰδότα θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων. Ταῦτα πρῶτον μὲν Δίωνα ἐγὼ ἐπεχείρησα πείθειν· δεύτερον δὲ, Διονύσιον· τρίτοις ὕ, ὑμᾶς νεῶ. καί μοι πείθεσθε, Διὸς τρίτου σωτῆρος χάριν· εἶτα εἰς Διονύσιον βλέψαντες καὶ Δίωνα. ὧν ὁ μὲν μὴ πειθόμενος ζῇ πονηρῶ οὐ
E καλῶς, ὁ δὲ πειθόμενος τέθνηκε καλῶς. Ὃ γὰρ τῶν καλλίστων ἐφιέμενον αὐτῷ τε καὶ πόλει, πάσχειν ὅ,τι ἂν πάσχῃ, πρῶτον ὀρθὸν καὶ καλόν. οὔτε γὰρ πέφυκεν ἀθάνατος ἡμῶν οὐδείς· οὔτ' εἴ τῳ ξυμβαίη, χρὴ οἴεσθαι ἂν βιῶναι μᾶλλον, ὡς δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. κακὸν γὰρ καὶ ἀγαθὸν οὐδὲν λόγου ἄξιον ὃς τοῖς ἀψύχοις·

ἀλλ' ἢ μὴ σώματος οὔσης ψυχῆς τοῦτο ξυμβήσεται ἐκφύγῃ, ἢ κεχωρισμένης. πείθεσθαι δὲ οὕτως αἰεὶ χρὴ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις, οἳ δὴ μηνύουσιν ἡμῖν ἀθάνατον ψυχὴν εἶναι· δικάσας τε ἴσχειν, καὶ πίνειν ταὶ μεγίστας ζημίας, ὅταν τις ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος. διὸ καὶ τὰ μεγάλα ἁμαρτήματα καὶ ἀδικήματα σμικρότερον εἶναι χρὴ νομίζειν καὶ κἀκὴν πάσχειν ἢ δρᾶσαν. ὧν ὁ φιλοχρήματος πένης τε αὖ τὴν ψυχὴν οὔτε ἀκούει, ἐάν τε ἀκούσῃ, καταγελῶν, ὡς οἴεται, πάντα χόδεν αἰσχρῶς ἁρπάζει πᾶν ὅ, τι ἂν αὖ οἴηται, καθάπερ θηρίον, φαγεῖν ἢ πιεῖν, ἢ περὶ τὸν ἀνδραποδώδη καὶ ἀχάλινον, ἀφροδίσιον λεγόμενον οὐκ ὀρθῶς, ἡδονὴν οὐκ ἐθέλει αὐτὴν τὴν μὴ πίμπλασθαι· τυφλὸς ὤν, καὶ οὐχ ὁρῶν οἷς ξυνέπεται τῶν ἀδικημάτων ἀνοσιουργία, κακὸν ἀλίκην αἰεὶ μετ' ἀδικήματος ἑκάστου. ἃ δὴ ἀναγκαῖον τὸν ἀδικήσαντι συνωφέλειν ὅπῃ τε γῆς περφοιτῶν καὶ ὑπὸ γῆς νοσήσαντι πορείαν ἀτίμου τε καὶ ἀθλίαν πάντως παντα χῆ. Δίωνα δὴ ἐγώ, λέγων ταῦτά τε καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ἔπεισον· τοῖς δὲ ἀποκτείνασιν ἐκεῖνον δικαιότατ' ἂν ὀργιζοίμην ἐγὼ δήπου τινὰ ὁμοιότατα καὶ Διονυσίῳ. ἀμφοτέροις γὰρ ἐμὲ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀπόντας, τὰ μέγιστα ἔβλαψαν ἀνδρῶν· ὃ μὲν, τὸ βουλόμενον δικαιοσύνῃ χρῆσθαι διαφθείραντες· ὁ δὲ, οὐδὲν ἐθελήσας χρήσασθαι δικαιοσύνῃ μετὰ πάσης τῆς ἀρχῆς, μεγίστην δύναμιν ἔχων, ἐν ᾗ γλυκυθύμη φιλοσοφία τε καὶ δυνάμις ὄντως ἐν ταὐτῷ μετὰ πόνων ἀνθρώπων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων λάμψασα ἱκανῶς δόξαν παρέσχησε πᾶσι τοῦ ἀληθῆ· ὡς οὐκ ἂν ποτε γένοιτο εὐδαίμων οὔτε πόλις οὔτ' ἀνὴρ οὐδείς, ὃς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνῃ διαγάγῃ τὸν βίον· ἤτοι ἐναύτου κεκτημένος, ἢ ὁσίων ἀνδρῶν ἀρχόντων ἐν ἤθεσι τραφείς τε καὶ παιδευθεὶς ἐνδίκως. ταῦτα μὲν Διονύσιος ἔβλαψε· τὰ δὲ ἄλλα, σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτα μοὶ βλάβη. ὁ δὲ Δίωνα ἀποκτείνας οὐκ οἶδε ταὐτὸν ἐξειργασμένος τούτῳ. Δίωνα γὰρ ἐγὼ σαφῶς οἶδα (ὡς οἷόν τε περὶ ἀνθρώπων ἀνθρωπον διϊσχυρίζεσθαι) ὅτι τὴν ἀρχὴν εἰ κατέσχεν, ὡς οὐκ ἂν ποτε ἐπ' ἄλλο γε σχῆμα ἀρχῆς ἐτράπετο, ἢ ὅτι ὃ Συρακούσας μὲν πρῶτον

A sed in vnam animam boni vel mali ratio cadit, siue illa cum corpore coniuncta sit, siue à corpore seiungatur. Antiquis verò sacrísque sermonibus fides semper est adhibenda, qui declarant, animum nobis esse immortalem, & iudices habere quorum decretis pro merito præmia & supplicia maxima attribuantur, vt primùm quis è corpore decesserit. Itaque minus malũ censendum est, pati etiã graues iniurias quàm inferre. Has voces homo pecuniæ deditus & animo pauper, neque audit neque audiet vnquam, sed securè eas irridebit: quòd B opinetur fas esse, vndiquaque omnia quæcunque poterit temerè rapere: vnde putet beluæ instar constaturũ sibi quidpiam ad ventris ingluuiem, & ad seruiles fœdásque rei venereæ, quæ vocãtur, cupiditates, quæ sanè voluptatis nomine sunt indignæ: nec cæcus videt se frustra eniti inexplebilẽ cupiditatẽ explere: neque rursus cernit quantum sit malũ Impietas, & quas res iniquitati immixta comitetur. quam impietatis fœditatẽ necesse est animum eius qui iniustè egerit, secum perpetuò, dum & inter homines in hac vita versatur, & dum ad C inferos sub terrã profectus turpiter omnino atque miserè passim vagatur, circumferre. Quum igitur hæc & alia generis eiusdem Dioni dicerem, persuasi. Aduersus autem illius interfectores iustissima de causa irasci mihi licet, eodem planè modo quo aduersus Dionysium. vtrique enim mihi & aliis (vt ita dixerim) omnibus, damna grauissima importarunt. illi quidem, quòd eum interfecerint qui volebat iustitia vti: hic autem, quòd nullo modo vellet iustè agere in vniuerso imperio suo, licet maxi- D mam potentiam penes se haberet. In quo, si philosophia & autoritas potentiáque in eandẽ quasi sedem cõcurrissent, haud dubiè per omnes homines & Græcos & barbaros veram in omnibus hominibus opinionem idoneis argumentis elucentem inseruisset, Nullam ciuitatem neque homi nem felicem esse posse, nisi iustitiæ legibus obtemperando cum prudentia vitam traduxerit, siue imperii compos sub se tãtùm vno illis virtutibus præditus, siue piorum principum imperio subiectus, moribus atque E institutis iustè educetur atque instituatur. Aduersus hæc peccauit Dionysius: cætera verò, si cum his conferãtur, damna perexigua mihi videtur. Verùm is qui Dionem interfecit, nõ intellexit se idem quod Dionysius, perpetrasse. Nempe illud certò confirmare possum (quantum homini de homine fas est quidpiã asserere) Dionẽ, si regni gubernacula diutius tenuisset, nunquam in aliam quandam imperii formam declinaturum, quàm, quum ab initio Syra-

Datiuum γῇ occupare pro loco genitiui γῆς. sic ὅπῃ γῆς & ὑπὸ γῆς cum apud alios, tum hunc ipsum, supra, pag. 718.

cusas, patriam suam, profligato tyrannicæ seruitutis iugo, in pristinam libertatẽ vendicasset, maximámque adeo lætitiæ facem accendisset ciuitati, liberalem habitum formámque consequutæ: deinde omni studio & industria ciues consentaneis optimísque legibus exornasset: præterea omnẽ operam dedisset vt omnis Sicilia instauraretur, & à barbarorũ seruitute eriperetur, aliis quidem expulsis, aliis etiam in suam potestatem redactis, facilius quàm vnquã Hiero. His verò per virtum iustum, fortem, temperantem, philosophum, gestis, eadem apud multos virtutis opinio sanè viguisset, quæ nimirum, si ei obtemperasset Dionysius, apud omnes penè dixerim omnium ordinum homines, re Sicula salua & incolumi, constitisset. Nunc verò siue quis dæmon, siue piacularis quidam & detestabilis homo sanctis eius conatibus sese opponẽs, scelere & impietate obstrictus, &, quod maximum est, vecordis imperitiæ audacia, ex qua omnia omnibus mala potentius radicata pullulant atque propagantur, & in posterum tristissimum fructũ nepotibus nostris apportant: denique ipsa omnibus rebus certissimam perniciem parit. Sed nũc in hoc tertio nixu fausta omnia magis ominari libet. Vobis igitur sum autor vt Dionem imitemini, amorẽ videlicet illius in patriam, temperantémque vitæ rationẽ magis ac magis complectentes. quibus autem auspiciis consilia eius exequi sit vobis elaborandum, & qualia illa fuerint, dilucidè à me exposita audiistis. Verùm si quis vestrûm sit qui Doricè viuere ex patriorum institutoru præscripto non possit, Siculúmque viuẽdi morem & eorum qui Dionem interfecerunt scelus persequatur: neque eũ ad patriæ libertatem hortemini, neque existimetis futurum vnquam vt is integri & synceri quicquam gerat: cæteros potius hortari debetis vt animum adiiciant ad vniuersam Siciliam instaurãdam, & legum æquabilitatem inducendam, eósque ex Sicilia & Peloponneso accersatis: neque Athenas reformideris. Sunt enim & ibi viri virtute præstantissimi, & qui eorum crudelitatem & audaciam qui hospitum sanguine manus polluunt, summo odio prosequuntur. At si hæc tardiora sunt, vrgéntque vos quotidianæ multiplicésque seditiones, & variorũ ingeniorum diuulsiones atque discordiæ: vnusquisque, cui vel minimum rectæ opinionis diuina quædã sors largita est, intelligere debet, nullũ fore seditionũ earúmq; calamitatũ quæ seditiones solẽt comitari finẽ, priusquã victores, pugnarũ, expulsionũ, cædiũ memoriam seriò deponant, & de sumenda aduersus hostes vindicta desinãt cogitare: suíq; ipsorũ verè

A τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ, ἐπεὶ τὴν δουλείαν αὐτῆς ἀπήλλαξε, καὶ φανδρώσας, ἐλευθερίῳ σὺν σχήματι κατέστησε, τὸ μὲν ζῆν αὖ πᾶσιν μεγαλῇ ἐκόσμησε νόμοις τοῖς σωφρονίζουσί τε καὶ ἀρίστοις τοὺς πολίτας· ὅ, τε ἔφεξῆς τούτοις σωφρύνειν αὖ σχεδὸν πᾶσαν Σικελίαν κατοικίζειν, καὶ ἐλευθεροῦν ἀπὸ τῶν βαρβάρων ποιεῖν, τοὺς μὲν ἐκβάλλων, τοὺς δὲ χειρούμενος ῥᾷον Ἱέρωνος. τούτων δὴ αὖ ἡμῶν ἀνδρὸς δικαίου τε

B καὶ ἀνδρείου καὶ σώφρονος καὶ φιλοσόφου, τὴν αὐτὴν ἀρετὴν αὖ περὶ ἡμᾶς δόξαν τοῖς πολλοῖς, ἦ δ' ἄν, εἰ Διονύσιος ἐπείθη, καὶ δὴ πᾶσιν αὖ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώποις ἀπέσωσε ἡμῶν. νῦν δὲ ἤ που τις δαίμων, ἢ τις ἀλιτήριος ἐμπεσὼν ἀνομία καὶ ἀθεότητι, καὶ τὸ μέγιστον τόλμης ἀμαθίας, ἐξ ἧς πάντα κακὰ πᾶσιν ἐρρίζωται καὶ βλαστάνει, καὶ εἰς ὕστερον ἀποτελεῖ καρπὸν τοῖς γιγνομένοις πικρότατον, αὐτὴ πάντα ὃ δύνατον

C ἐστιν ἀνέτρεψέ τε καὶ ἀπώλεσε. νῦν δὲ δὴ βούλομαι μὲν χάριν οἰνοῦ ὃ τέτυκται. ὅμως δὲ μιμεῖσθαι μὲν συμβουλεύω Δίωνα ὑμῖν τοῖς ἀφίλοις τήν τε τῆς πατρίδος εὔνοιαν, καὶ τὴν τῆς σοφῆς σώφρονα διάνοιαν ὅτι λαῴων· ὡς ἀληθῶς δὲ ὀρνίθων ταῖς ἐκείνου βουλήσεις πειθομένοις ἀποτελεῖν. αἱ δὲ ἧσσον, ἀκηκόατε πρὸ ἐμοῦ σαφῶς. Ⓦ δὲ μὴ δυνάμενον ὑμῖν Δωριστὶ ζῆν καὶ τὰ πάτρια, διώκοντα δὲ τόν τε τῶν

D Δίωνος σφαγέων καὶ Ⓦ Σικελικὸν βίον, μήτε προκαλεῖν, μήτε οἴεσθαι πιστὸν αὖ καὶ ὑμᾶς προσάξαι ποτέ. τοὺς δὲ ἄλλους παρακαλεῖν ὅτι πάσης Σικελίας κατοικισμόν τε καὶ ἰσονομίαν, ἔκ τε αὐτῆς Σικελίας καὶ ἐκ Πελοποννήσου ξυμπάσης. φοβεῖσθαι δὲ μηδὲ Ἀθήνας· εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πρώτων ἀνθρώπων ἀφαφέσιτες προσὸς ἀρετὴν, ξενοφόνων τε ἀνδρῶν μισοῦντες τόλμας. εἰ δ' ὧν ταῦτα μὲν ὕστερα γίγνοιτ' ἄν, κατεπείγουσι δὲ ὑμᾶς αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ φυόμεναι ἑκάστης ἡμέρας ἀφορμαί, εἰδέναι μὲν που χρὴ πάντα τινὰ ἄνδρα, ᾧ καὶ βραχὺ δόξης ὀρθῆς μετέδωκε θεία τις τύχη, ὡς ὁπόταν ἔστι παῦλα κακῶν τοῖς στασιάσασι, πρὶν ἂν Ⓐ κρατήσωσι, μάχαις καὶ ἐκβολαῖς ἀνθρώπων καὶ σφαγαῖς μυσιακοῦντες καὶ ὅτι ὑμφείας παύσονται πρεπόμενοι τῶν ἐχθρῶν· ἐγκρατεῖς δὲ ὄντες

Pro αὖτη aliud scribendũ esse monetur: quum non possit esse nominatiuus verbo αἰτιᾶται regi additus. πόλεσι ἡμῖν præcedit ἀκμὴν τῆς ἀλιτηρίου.

αὐτῷ, θέμιν νόμους κοινοὺς, μηδὲν μᾶλλον τοὺς ἡδονῇ αὐτοῖς ἢ τοῖς ἡττηθεῖσι κειμένους, ἀναγκάσωσιν ἀμφοτέροις χρῆσθαι τοῖς νόμοις, διττὰς οὔσας ἀνάγκας, αἰδοῦς καὶ φόβου· φόβῳ μέν, ᾧ δὲ κρείττους αὐτῶν εἰσὶ, δεικνύντες τὴν βίαν· αἰδοῖ δὲ αὖ, ᾧ δὲ κρείττους φαίνεσθαι τοῦ τε τὰς ἡδονὰς, καὶ τοῖς νόμοις μᾶλλον ἐθέλοντές τε καὶ δυνάμενοι δουλεύειν. ἄλλως δὲ οὐκ ἔστιν ὡς ἂν ποτε κακῶν λήξαι πόλις ἐν αὐτῇ στασιάσασα· ἀλλὰ στάσεις καὶ ἔριδας καὶ μίσος καὶ ἀπιστίαν ταῖς οὕτω διατεθείσαις πόλεσιν ἄνωθεν αὐταῖς τοῖς αὐτῶν ἀεὶ γίγνεσθαι φιλεῖ. τοὺς δὴ κεκτημένους ἀεὶ χρή, ὅταν τὴν ἔνθεν μήσωσι σωτηρίας, αὐτοῖς ἐν αὐτοῖς ἄνδρας τοῦ χρῆναι τῶν ἄλλων, οἷς ἂν πυνθάνωνται ἀρίστους ὄντας· τοῦτον μέν, γέροντας, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κεκτημένους οἴκοι, καὶ τοῦ γόνους αὐτῶν ὅτι μάλιστα πολλοὺς τε καὶ ἀγαθοὺς καὶ ὀνομαστοὺς, καὶ κτῆσιν κεκτημένους πρώτας ἐκείνου· ἀριθμὸν δὲ εἰς μυριάνδρῳ πόλει πεντήκοντα ἱκανοὶ τοιοῦτοι. τούτους δὲ δεήσει καὶ ὑμᾶς ὅτι μεγίστας οἴκοθεν μεταπέμπεσθαι· μεταπεμψαμένους δὲ, ὁμόσαντας δεῖσθαι καὶ κελεύειν θεῖναι νόμους· μήτε νικήσασι μήτε νικηθεῖσι νέμειν πλέον, ὃ τι ἴσον καὶ κοινὸν πάσῃ τῇ πόλει. τεθέντων δὲ τῶν νόμων ἐν τούτῳ δὴ τὰ πρῶτα ἔστιν. ἂν μέν γε οἱ νενικηκότες ἧττον αὐτοὺς τῶν νόμων μᾶλλον τῶν νενικημένων παρέχωνται, πρῶτ' ἔσται σωτηρίας τε καὶ εὐδαιμονίας μεσά, καὶ πρώτων κακῶν ἀποφυγή· εἰ δὲ μή, μήτ' ἐμὲ μήτ' ἄλλον κοινωνὸν προσκαλεῖν ὅτι μὴ πειθόμενον τοῖς νεῶ ἐπεσταλμένοις. ταῦτα γὰρ ἔστιν ἀδελφὰ ὧν τε Δίων ὧν τ' ἐγὼ ἐπεχειρήσαμεν Συρακούσας εὖ φρονοῦντες συμπροθεῖναι· δεύτερα μέν. πρῶτα δ' ἂν ὰ τοιαῦτα ἐπεχειρήθη μετ' αὐτὸ Διονυσίου προσθῆναι πᾶσι κοινὰ ἀγαθά· τύχη δέ τις αὖ θεῶν κρείττων διεφόρησε. τὰ δὲ νεῶ ὑμεῖς πειρᾶσθε εὐτυχέστερον αὐτὰ ἀγαθῇ προθεῖναι μοίρᾳ καὶ θείᾳ τινὶ τύχῃ. ξυμβουλὴ μέν δὴ καὶ ἐπιστολὴ εἰρήσθω, καὶ ἡ πρὸς Διονύσιον ἐμοὶ πρότερα ἄφιξις. ἡ δὲ δὴ ὑστέρα πορεία τε καὶ πλοῦς, ὡς εἰκότως τε ἅμα καὶ ἐμμελῶς γέγονεν, ᾧ μέλει ἀκηκοέναι ἔξεσι δὲ μετὰ τοῦτο. ὁμοῦ γὰρ δὴ πρῶτος χρόνος τῆς ἐν Σικελίᾳ διατριβῆς μοὶ διεπε-

compotes, nulla præpoſtera cupiditate abrepti cõmunes leges ponãt, quę nihilo magis ipſorum, quàm eorum quos vicerint, habeant rationem: eóſque ad ſanctam illarum obſeruationem adigant, duplicis illius neceſſitatis iniecto fræno, Pudore videlicet & metu: metu quidem, quoniã potentiores exiſtant, vímque ſe adhibituros aduerſus refractarios minimè diſſimulẽt: pudore verò, quòd cæteris potentiores alacrioréſque perſpiciantur, ſubigendis voluptatibus, & ſancto obſequio legibus præſtando. Alioqui nullo modo fieri poteſt vt ciuitatis ſeditionibus exagitatæ calamitatibus finis aliquis imponatur: ſed ſeditiones, inimicitiæ, odia, perfidiæ ciuitatibus ita affectis inter ſe & in ſua quaſi viſcera ſubinde ſuboleſcere atque repullulare ſolent. Quamobrem qui rerum ſummam in republ. obtinent, ſi illius ſalutem optant, eos homines è ſuis maximè colere debent & aliis anteponere, quos optimos eſſe intelligant. primùm quidem ſenes, qui domi liberos & vxores habeant certámque familiam, ac eorum maiores quamplurimos & probos & nominatos, & ſatis amplis honeſtíſque facultatibus. in ciuitate autẽ quæ mille viros habeat, quinquaginta huiuſmodi ſuffecerint. Hos ergo precibus & honoribus quammaximis domo euocare debent: euocatos autem iureiurando adigere vt leges ponant quæ neque victoribus neque victis amplius quidpiam indulgeãt, ſed idem ius ſanatibus relinquãt quod fortibus: denique æquum atq; commune ius vniuerſæ ciuitati præſcribant. Conſtitutis legibus, omnis ciuitatis ſalus iam in ſancto illarum vſu verſatur. ſi enim victores ſubeſſe leg bus voluerint, & alacrius etiã quàm ii qui victi ſunt parere: haud dubiè omnia tunc erunt ſalutis & felicitatis plena, & omnium malorum certum in eo conſtabit perfugiũ. ſinminus, nec ego nec alius quiſquam in conſilium vocandus eſt, ab eo ſcilicet qui mandatis minimè ſit obtemperaturus. Hæc enim germana ſunt atque affinia iis quæ ego & Dio recto iudicio Syracuſis iampridem conati ſumus efficere, poſteriora tamen. nam prima quidẽ illa fuiſſent quæ apud Dionyſium primò ad communem omnium vtilitatem agere moliti ſumus: ſed fortuna quædã hominibus maior atque potentior reluctata eſt: nunc verò vos date omnem operam vt diuino numine & felici quadam ſorte freti, eadem felicius peragatis. Atque hæc quidem hactenus de meæ ad Dionyſium primæ nauigationis inſtituto ſatis dicta ſunto. Poſteriorem autem meam ad eundem profectionẽ non temerè fuiſſe ſuſceptam, ſed & meritò & opportunè, ſicui id curæ ſit, porro audire licet. Primum quidem meæ in Sicilia commo-

rationis tempus, ſicuti dixi, ita tranſactum eſt vt nullum Dionis propinquis & amicis cõſilium darem: deinceps verò apud Dionyſium quantum potui inſtiti vt me dimitteret. ita enim inter nos conuenerat, vt vbi primùm pax facta eſſet (tunc enim bellum erat in Sicilia) & ipſius ſtatus firmius conſtitutus, Dio reuocaretur, & ego reuerterer. Voluit autem Dionem in ea eſſe ſententia vt exiſtimaret ſe non quaſi in exilio ſed in ſeceſſu quodam ad tempus collocatum, vnde remigraret. ego verò his legibus & conditionibus me venturum recepi. Sed poſtea facta pace, me quidé accerſiuit Dionyſius: Dionem autem hortatus eſt vt annum adhuc ſeſe extra Siciliam contineret: at me obnixè rogabat vt feſtinanter accederem. quod vt facerem, etiam atq; etiã rogabat Dio. Fama enim ex Sicilia frequentibus nuntiis increbuerat, Dionyſium mirifico quodam philoſophiæ ſtudio rurſus inflammatum. qua re commotus Dio, ne profectionem illam detrectarem, omni animi contentione flagitabat. Ego verò, licet noſſem iuuenes plerunque erga philoſophiam ita affici ſolere, exiſtimaui tamen tutius fore vt rem totam prætermitterem, & Dionem & Dionyſium relinquerem. Ita igitur ad illos reſpondi, vt & ætatem cauſatus, & quòd pactorum cõuentorum nullum à Dionyſio effectum viderem, in vtrorumque offenſionem inciderim. Audiui interea Archytam Tarentinum ad Dionyſium acceſſiſſe. ego enim illum ante diſceſſum meum, nõnullóſque alios Tarentinos, in Dionyſii familiaritatem adduxeram: erant & alii quidam Syracuſis, qui à Dione philoſophica quædam aliquando audierant, & huiuſmodi auditionum ſtudio flagrabant: illi mihi videntur conati de hiſce rebus cum Dionyſio diſputare, quaſi ille omnem meam de illis ſentẽtiam ex me copioſè audiiſſet. ille verò neque naturæ indole hebes eſt ad diſcendi facultatem, & inde etiam mirifico quodam ſtudio ingenii laudem affectat. Ei igitur placuerunt ea quæ à me dicebantur, & planè eum pudebat nihil à me audiiſſe eo tempore quo cum eo ſum commoratus. inde igitur me planius & plenius audiendi cupiditas eum inceſſerat, & partim ambitio ſtimulabat. quam verò ob cauſam in prima illa profectione mea me nõ audiuerit, hactenus expoſui. Quum ergo incolumis domum rediiſſem, atque illi me iterum accerſenti (quemadmodum iam dixi) negaſſem venturum: eo vehementius mihi videbatur Dionyſius contendere ne ipſum quibuſdam negligere viderer: quum potiſſimum ipſius ingenium & mores & viuẽdi

A ἐκέλευε, καθάπερ εἶπον, πρὶν συμβουλεύειν τοῖς οἰκείοις καὶ ἑταίροις τοῖς περὶ Δίωνα. ὅ μετ' ἐκεῖνα δὴ οὕτω ἔπεισα "ὅποι δήποτ' ἂν δι- Scribendum potius ὁπόθι τοι ἀπωσάμην. ωσάμην Διονύσιον ἀφεῖναί με. εἰρήνης δὲ γ ἡμομένης (ἐν ᾧ δὲ πόλεμος ἦν Σικελίᾳ) ξυνωμολογήσαμεν ἀμφότεροι. Διονύσιος μὲν ἔφη μεταπέμψεσθαι Δίωνα καὶ ἐμὲ πάλιν, καταστησάμενος τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀσφαλέστερον ἑαυτῷ· Δίωνα δὲ ἧξίου δίχα νοσφίζεσθαι μὴ φυγὴν αὐτῷ γεγενέναι τότε,
B μετάσασιν δέ. ἐγὼ δ' ἧξειν ὡμολόγησα ὅτε τούτοις τοῖς λόγοις. ἡμομένης δὲ εἰρήνης μετεπέμπετό με, Δίωνα ὑπισχνεῖτο ἐπὶ σταθμὸν ἐδεῖτο· ἐμὲ δὲ ἥκειν ὡς πρῶτος ἔσπου ἧξίου. Δίων μὲν οὖν ἐκέλευε τέ με πλεῖν καὶ ἐδεῖτο. καὶ δὴ λόγος ἐχώρει πολὺς ἐν Σικελίᾳ ὡς Διονύσιος θαυμαστῶς φιλοσοφίας ἐν ὑπερβολῇ πάλιν εἴη γεγενῆσθαι. ὅθεν ὁ Δίων σπουδαιοτέρως ἐδεῖτο ἡμῶν, τῇ μεταπέμψει μὴ ἀπειθεῖν. ἐγὼ δὲ ἤδειν μέν
C που τὴν φιλοσοφίαν τοῖς νέοις πολλὰ τοιαῦτα γιγνόμενα· ὅμως δ' οὖν ἀσφαλέστερόν μοι ἔδοξε χαίρειν τότε γε πολλὰ καὶ Δίωνα καὶ Διονύσιον ἐᾶν. καὶ ἀπηθόμην ἀμφοῖν, ἀποκρινάμενος ὅτι γέρων τε εἴην, καὶ τὴν τοιᾶσδε ὁμολογίας οὐδὲν γίγνοιτο τῷ χρόνῳ περαινομένων. ἔοικε δὴ τὸ μὴ τοῦτο Ἀρχύτας τε παρὰ Διονύσιον "πρὶν ἀφικέσθαι. ἐγὼ γὰρ πρὶν Vocula πρὶν loco hic nullum habere videtur: quinetiam partic. πρὶν paulo antè expugenda aut in μετὰ δὰ esse. Pro ἔοικε autem legit ἐφ. Fic. ἤκουσα.
ἀπιέναι, ξενίαν καὶ φιλίαν Ἀρχύτῃ καὶ τοῖς
D ἐν Τάραντι ᾗ Διονυσίῳ ποιήσας ἀπέπλεον· ἄλλοι τέ τινες ἐν Συρακούσαις ἦσθη, Δίωνός τε ἅτα διακηκοότες, & τούτων τινὲς ἄλλοι τῶν ἀκουσμάτων τινῶν ἔμμεσοι τῷ τῇ φιλοσοφίαν· οἱ δοκοῦσί μοι Διονυσίῳ πειρᾶσθαι ἀφαλέσθαι τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς Διονυσίου πρόπαν ἀφακηκόστος ὅσα διενοούμην ἐγώ. ὁ δὲ οὔτε ἄλλως ἔστιν ἀφυὴς πρὸς τὸ τὸ μανθάνειν δυνάμει, φιλότιμός τε θαυμαστῶς. ἤρεσκέ τε οὖν ἴσως αὐτῷ τὰ λεγόμενα, ἠκμάζετό τε φανερὸς γιγνόμε-
E νος ὀλίγον ἀκηκοώς, ὅτ' ἐπεδήμουν ἐγώ. ὅθεν ἅμα μὲν εἰς ὑπερβολὴν ἦλθε τὸ ἀφακοῦσαι ἐναργέστερον, ἅμα δ' ἡ φιλοτιμία κατεπείγει αὐτόν. δι' ἃ δὴ οὐκ ἤκουσεν ἐν τῷ πρόσθεν ὑπερβολῇ, διεξήλθομεν ἐν τοῖς αἰῶ ῥηθεῖσι νεῶ δὴ λόγοις. ὑπῆν οὖν οἰκεῖά τε ἐσώθην, καὶ καλοιῶτος ὁ δεύτερον ἀπηρνήθην, καθάπερ εἶπον, νεῶ δὴ δοκεῖ μοι Διονύ-

σιος παντάπασι φιλοτιμηθῆναι μήποτε τοι δόξαιμι καταφρονῶν αὐτοῦ, τῆ φύσεώς τε ᾗ ἕξεως

ἅμα δὲ τῆς διαίτης ἔμπειρος γεγονὼς, οὐκέτ' ἐθέλειν δυσχεραίνων παρ' αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι. δίκαιος δὴ λέγειν εἰμὶ πάλιν ἐγὼ, καὶ ἀκουσθῆναι, εἴτις ἄρα τὰ γεγονότα ἀκούσας, καταφρονήσει τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας, τὸν τύραννον δὲ ἡγήσεται νοῦν ἔχειν. ἔπεμψε μὲν γὰρ δὴ Διονύσιος τρίτον ἐπ' ἐμὲ τριήρη, ῥᾳστώνης ἕνεκα τῆς πορείας. ἔπεμψε δὲ Ἀρχέδημον, ὃν ἡγεῖτό με τῶν ἐν Σικελίᾳ ὡδὶ πλείστου ποιεῖσθαι, τὴν Ἀρχύτῃ ξυγγεγονότων ἕνα, καὶ ἄλλοις γνωρίμοις τὴν ἐν Σικελίᾳ. ὃ δ' τοι δὲ ἡμῖν ἤγγελλον πρῶτοι τὸν αὐτὸν λόγον, ὡς θαυμαστὸν ὅσον Διονύσιος ὅτι δεδωκὼς εἴη τοῖς φιλοσοφίαν. ἔπεμψε δὲ ὁπτιολίῳ πάνυ μακρὰν, εἰδὼς ὡς τοῖς Δίωνα διεκείμην· καὶ τὴν αὖ Δίωνος τοῖ θυμίαν τὸ ἐμὲ πλεῖν καὶ εἰς Συρακούσας ἐλθεῖν. τοῖς γὰρ δὴ πρώτοις ταῦτα ἐν παρεσκευασμένην τὴν ἀρχὴν ἔχουσα ἡ ὁπτιολή, τῇδέπη φράζουσα, Διονύσιος Πλάτωνι. τὰ νόμιμα ὅτι τούτοις εἰπών, οὐδὲν ὃ μὴ τοῦτο εἶπε τοῖτερον, ἢ ὡς αὖ εἰς Σικελίαν πειθεὶς ὑφ' ἡμῶν ἔλθοις τάχιον, τοῖτον μὲν σοι καὶ τοῖς Δίωνα ὑπάρξει ταύτην γιγνόμενα ὁπόταν αὖ αὐτὸς ἐθέλῃς. θελήσεις δὲ οἶσθ' ὅτι τὰ μέτρια, καὶ ἐγὼ συγχωρήσομαι. εἰ δὲ μή, οὐδὲν σοι τῶν τοῖς Δίωνα ἔξει τοιαμάτων, οὔτε τοῖς ἄλλα οὔτε τοῖς αὐτὸν ἐξ νοῦν γιγνόμενα. ταῦθ' οὕτως εἶπε· τἄλλα δὲ, μακρὰ ἂν εἴη καὶ αὖθι χαίρουσ λεγόμενα. ὑπολαὶ δὲ ἄλλαι ἐφοίτων τοῖδέ τε Ἀρχύτου καὶ τῶν ἐν Τάραντι, τὴν τε φιλοσοφίαν ἐκκωμιάζουσαι τὴν Διονυσίου, καὶ ὅτι ἂν μὴ ἀφίκωμαι νεῦ, τὴν τοῖς Διονύσιον αὖθις γνωμένην φιλίαν δι' ἐμοῦ οὐσμικρὰν ὄσθ' τοῖς τὰ πολιτικὰ πρωτάπασι ξυβαλλοίην. ταύτης δὴ τοι αὐτῆς γνωμένης ἐν τῷ τότε χρόνῳ τῶν μεταπέμψεως, τῶν μὲν ἐκ Σικελίας τε καὶ Ἰταλίας ἐλκόντων, τῶν ὃ Ἀθηνῶν ἀτεχνῶς μετ' δεήσεως οἷον ἐξωθούντων με, καὶ πάλιν ὁ λόγος ἦκεν ὁ αὐτὸς ὃ μὴ δεῖν τοῖδοῦναι Δίωνα, μηδὲ τοῖς ἐν Τάραντι ξένοις τε καὶ ἑταίροις. ἀπορῶν δέ μοι ὑπῆν, ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν, νέον αὖ ἄνδρα, τοῦθ' ἀκούσματα ἀξίων λόγου τοιαμάτων, θύμα θεῖν, τοῖς ἔρωτα ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου. δεῖν οὖν αὐτὸ ἐξελέγξαι σαφῶς, ὁποτέρως ποτὲ ἄρα ἔχει, καὶ τοῦτ' αὐτὸ μηδαμῇ τροδοῦναι, μηδ' ἐμὲ τὸν αἴτιον γνέσθαι τηλικούτου ἀληθῶς ὀνείδους, εἴπερ

Non dubito quin subintelligendum sit γιγνόμενα.

rationem experientia ipſa perſpexiſſem, ac proinde me indignantem ad ipſum nolle accedere. Debeo enim ex officio meo verum dicere, & æquo animo ferre ſiquis, iis quæ contigerunt auditis, philoſophiam meam contempſerit, & tyrannum iudicio præditum eſſe exiſtimauerit. Dionyſius enim tertiùm ad me miſit triremem, qua commodè nauigarem: miſit & Archidemum, quem ex omnibus Archytæ qui in Sicilia eſſent familiaribus plurimi à me fieri arbitrabatur, atque vnà cum illis nobiles quoſdam Siculos mihi notos: qui omnes vno ore ampliſſimis verbis affirmãt Dionyſium miro philoſophię ſtudio teneri. Addit & ipſe prolixas literas, & quum intelligeret quo ego eſſem erga Dionem animo, addit eò inclinare Dionis voluntatem, vt me Syracuſas conferrem. quæ omnia accuratè compoſita, tali quodam primordio conſtabant: DIONYSIVS PLATONI. quæ pro more & inſtituto epiſtolarum initiis præponi ſolent, præfatus ille, & *Nihil mihi antiquius neque prius (ait) contingere poßit, quàm vt tu verbis noſtris obtemperans, huc ad nos in Siciliam modò veneris. primùm quidem de Dionis rebus ita fiet quemadmodum tu volueris. voles autem (ſicuti perſuaſum habeo) æqua & conſentanea: quibus ego facilè concedã. quòd ſi nolueris venire, nihil in Dionis rebus, neque in aliis quibus prouiſum ex veſtra ſententia optatis, te impetraturũ intelligas.* Hæc ille, & alia quamplurima, quæ & prolixa ſunt, neque ad rem faciũt. Perlatæ quoque ſũt ad me aliæ ab Archyta aliiſque Italis & Tarentinis literæ, Dionyſii in philoſophiam ſtudium magnopere commẽdantes. addebant quoque, niſi proficiſcerer, periculum eſſe ne eam amicitiã quam cum ipſis & Dionyſio contraxerã, eo nomine in ſuſpicionem inuidiámque vocarem. Quum igitur hoc modo accerſerer, & me amici ex Sicilia & Italia pertraherẽt, & ii qui Athenis erant precibus me quaſi expellerent, ratióque adeo ob oculos obuerſaretur, minimè oportere vt Dionem Tarentinóſque hoſpites & amicos prodẽrem: atque mihi etiam in mentẽ veniret, nihil eſſe nouum & mirum, iuuenem qui priùs res honeſtas & vtiles neglexiſſet, mutata deinde ſententia, vitæ optimæ ſtudio & ardore inflãmari: in varias partes diſtrahebatur animus meus. Itaq; videbatur operæpretium, faciendum ſeriò eſſe periculum vtram in partẽ inclinet, & quo reuera ſit animo: & hîc nihil prodendum aut diſſimulandum: neque committẽdum eſſe vt vera cauſa eſſem tãti opprobrii quòd in

illius caput esset redundaturũ, si quidé illa vera essent quæ de eo circumferebantur. Quamobrẽ ego harũ rationum prętextibus obuelatus, multa timẽs, do me itineri, res futuras (vt exitu ipso apparuit) non satis rectè diuinãs. Tertiùm igitur sum profectus, seruatoris præsidio fretus. illius enim opportunum auxilium nactus sum reuera. rursus enim feliciter seruatus fui. Atque horum quidem secundum Deum habeo gratiam Dionysio, qui, quum complures meæ vitæ insidiarentur, illorum tamen conatus impediit, suique pudoris partem aliquam in meis rebus demonstrauit. [a]Quum igitur ad eũ peruenissem, operæpretium fore censui, imprimis eius naturam explorare, an reuera ipse philosophiæ studio, veluti igne, accẽsus, flagraret: an vanus de eo rumor Athenas vsque esset peruagatus. Est modus quidam faciundi his in rebus periculi, non ingenerosus ille quidem, sed qui tyrannorum ingeniis maximè quadret, iis verò potissimum quæ huiusmodi auditionibus sint referta. quod, vbi primùm accessi, persensi Dionysio planè contigisse. Illis nempe demonstrãdum est, magnum quidpiam esse philosophiam, & quanto studio egeat, & quantis laboribus comparetur. Qui igitur hæc audierit, si reuera sit philosophus, & tantæ rei percipiendæ natura dignus, eíque proprius & quasi vernaculus atque cognatus: diuina omnino præditus natura, harum vocum auspiciis mirabilem quandam viam sibi stratam esse, ac proinde in eam rem omni animi contentione incumbendum, nec vitam sibi aliter vitalem arbitratur. Tum verò ad laborem atque industriam omnes animi sui neruos intendit, huiúsque viæ ducem attentius vestigat, donec finem omnibus imposuerit, aut eam facultatem fuerit consequutus, qua ipse per se absque vllius commonstratione suscepti itineris tramitem persequi possit. His cogitationibus animum suum ita instruit, vt inde certa ipsi constet ratio componendæ vitæ, & illis actionibus omnes suas rationes terminet atque metiatur, rebúsq; cæteris prętermissis in philosophiæ studia constanter incumbat, iísque vnicè adhæreat, illúdque adeo viuendi genus persequatur, quod ipsius ingenium, memoriã, iudicium possit conseruare: sobrietatem studiosè amplectens, à dissoluta & temperanti vita omnino abhorrens, neque ab illo instituto vnquam abscedens. Contrà verò ii qui non sunt reuera philosophi, sed qui opinionibus tantùm superficie tenus, quasi coloribus, sunt intincti, veluti ii qui solis æstu sunt perusti, quum audierint quot quantáque sint discenda, quanto labore, qua quotidiani victus parsimonia studiis philosophicis consentanea vtendum: rem protinus huiusmodi rati quæ & coniunctas secum habeat multas difficultates, imò posita sit extra omnem ipsorum facultatem, ita absterrentur vt eam planè abiiciant, neque vt in illa elaborent adduci vllo modo possunt.

a Quídnam rerum cũ Dionysio egerit, exponit Plato: & quoniam in eum maximè finé venerat, vt Dionysiũ sanctis philosophiæ præceptis imbueret, quum philosophiæ studiũ quoddam & quasi igniculos præ se ferret ille: idcirco ait se primũ omnium illum explorare voluisse: & quem ordinem in ea re sequutus sit, docet: locũ quoque διπλῶς tractans, DE VERA PHILOSOPHI-CI INGENII EXAMINE: & quomodo differat ab eo quod philosophicum studium & acumẽ ementiatur.

A ὄντως εἴη τῷ ζῶντα λελεγμένα. πορθούμαι δὴ τῷ λογισμῷ τούτῳ καὶ καλυφάμενος, πολλὰ δεδιὼς, μαντευόμενός τε ὅ πάνυ καλῶς, ὡς ἔοικεν. ἐλθὼν δ' οὖν τὸ τεῖχος, τῷ σωτῆρι τῷ γε ὄντι ἐντυχὼν ὄντως. ἐσώθην γὰρ τοπάλαι θύτυχῶς. καὶ ζώντων γε μὴν θεὸν Διονυσίῳ χάριν εἰδέναι χρεών· ὅτι πολλῶν βουληθέντων ἀπολέσαι με, διεκώλυσε, καὶ ἔδωκέ τι μέρος αἰδοῦς τῶν ἐμὲ πραγμάτων. ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμην, ὥρμην τούτου πρῶτον ἔλεγχον δεῖν λαβεῖν, πότερον ὄντως εἴη B Διονύσιος ἐζημμένος ὑπὸ φιλοσοφίας, ὥσπερ πυρός· ἢ μάτην ὁ πολὺς οὗτος ἔλθοι λόγος Ἀθήναζε. ἔστι δή τις τρόπος τῶν τοιούτων πάθη ἀκροᾶσθαι λαμβάνειν, οὐκ ἀγεννής, ἀλλ' ὄντως τυράννοις πρέπων, ἄλλως τε καὶ τοῖς τῶν ἀκουσμάτων μεσοῖς. ὃ δὴ καὶ ἐγὼ Διονύσιον βούλομαι ἐλθὼν ἠθόμην καὶ μάλα πονηρότατα. δείκνυμι δὴ δεῖ τοῖς τοιούτοις ὅτι ἐστὶ πολὺ τὸ πρᾶγμα οἰόντε, καὶ δι' ὅσων πραγμάτων C ὅσων πόνων ἔχει. ὁ γὰρ ἀκούσας, ἐὰν μὴ ὄντως ᾖ φιλόσοφος, οἰκεῖός τε καὶ ἄξιος τοῦ πράγματος, θεῖος ὤν, ὁδόν τε ἡγεῖται θαυμαστὴν ἀκηκοέναι, ζωτικώτατόν τε εἶναι νοῦν, καὶ βίωτον ἄλλως ποιοῦντι. μετὰ τοῦτο δὴ ζωτείνας αὐτόν τε καὶ τὸν ἡγούμενον τινὰ ὁδὸν, οὐκ ἀνίησι πρὶν ἂν ἢ τέλος ἐπιθῇ πᾶσιν, ἢ λάβῃ δύναμιν ὥστε αὐτὸς αὑτὸν χωρεῖς τοῦ δείξαντος μὴ ἀδυνάτως εἶναι ποδηγεῖν. ζωτῇ καὶ κατὰ ζῶντα ἀναγνοὺς ὁ Ἡσίοδος ζῆ· πραγμάτων μὲν, ὧν αὖτοισιν αἰ ἢ πράξεσι, παρὰ πόνον ὃ αἰεὶ φιλοσοφίας ἐχόμενος, καὶ D σοφῆς τῆς καθ' ἡμέραν, ἥτις αὖ αὐτὸν μάλιστα βιωσιμωτέρα καὶ μνήμονα, καὶ λογίζεσθαι δυνατὸν, ὃν αὐτῷ νήφοντα, ἀφράζηται· τὰ δὲ ἐναντία τούτῃ μισῶν ἀναπελεῖ. οἱ δὲ ὄντως μὲν μὴ φιλόσοφοι, δόξαις δ' ἐπιπεπλεωσμένοι, καθάπερ ① τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐπιπεπλευμένοι, ἰδόντες τε ὅσα μαθήματα ἐστὶ καὶ ὁ πόνος ἡλίκος, καὶ δίαιτα ἡ καθ' ἡμέραν ὡς πρέπουσα, E ἡ κοσμία τῶν πραγμάτων, χαλεπὸν ἡγησάμενοι καὶ ἀδύνατον αὐτοῖς, ὅτε δὴ ἐπιτηδεύειν δυνατοὶ γί-

γονται.

Ita legitur in prac. edit. quidã uetò reponunt ἡ κοσμία τῷ πράγματι: sed uidetur potius aliquid post ἡγεῖται deesse, (fortasse genitiuus μανθανόντων, aut alius huiusmodi: nisi potius τῷ μανθάνοντι aut alius dativus fuit scribendus, ut dicas, ὡς πρέπουσα τῷ μανθάνοντι κοσμία δίαιτα) deinde scribendum esse πρᾶγμα τι χαλεπὸν ἡγησάμενοι etc.

γνονται. ἔνιοι δὲ αὐτῶν πείθουσιν αὐτοὺς ὡς A ἱκανῶς ἀκηκοότες εἰσὶ ὅλον, καὶ οὐδὲν ἔτι δέονται ἄλλων τοιούτων. ἡμᾶς δὴ πεῖρα αὕτη γίνεται ἡ σαφὴς τε καὶ ἀσφαλεστάτη τοῖς τε τυφλοῖς καὶ ἀδυνάτοις διαπονεῖν, ὡς μηδέποτε ἁλῷ ἐν αἰτίᾳ τὸν δείκνυντα, ἀλλ' αὐτὸν αὐτόν, μὴ δυνάμενον πάντα τὰ τοιαῦτα βαστάζειν τῷ τοιούτῳ. οὕτω δὴ καὶ Διονυσίῳ τότ' ἐρρήθη τὰ ῥηθέντα. πάντα μὲν οὖν οὔτ' ἐγὼ διεξῆλθον, οὔτε Διονύσιος ἐδεῖτο. πολλὰ γὰρ B αὐτὸς καὶ τὰ μέγιστα εἰδέναι τε καὶ ἱκανῶς ἔχειν προσεποιεῖτο, μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἢ δι' ἀκοάς. ὕστερον δὲ καὶ ἀκούω γεγραφέναι αὐτὸν περὶ ὧν τότε ἤκουσε, συνθέντα ὡς αὐτὸ τέχνην, οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὧν ἀκήκοεν. οἶδα δὲ οὐδὲν τούτων. ἄλλους μὲν γὰρ οἶδα γεγραφότας περὶ τῶν αὐτῶν τούτων· οἵτινες δέ, οὐκ αὐτοὶ αὐτούς. ὅσον δέ γε μοὶ περὶ πάντων ἔχω φράζειν τῶν γεγραφότων καὶ γραψόντων, ὅσοι φασὶν εἰδέναι περὶ C ὧν ἐγὼ σπουδάζω, εἴτ' ἐμοῦ ἀκηκόοτες, εἴτ' ἄλλων, εἴθ' ὡς εὑρόντες αὐτοί, τούτους οὐκ ἔστι, κατά γε τὸν ἐμὸν δόξαν, περὶ τοῦ πράγματος ἐπαίειν οὐδέν. οὐκοῦν ἐμόν γε περὶ αὐτῶν ἔστι σύγγραμμα, οὐδέ μήποτε γένηται. ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν ὡς ἄλλα μαθήματα· ἀλλ' ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης περὶ τὸ πρᾶγμα αὐτό, καὶ τοῦ συζῆν, ἐξαίφνης οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς, ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενον αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει. καίτοι τοσόνδέ γε οἶδα, ὅτι γραφέντα ἢ λεχθέντα ὑπ' ἐμοῦ, βέλτιστ' ἂν λεχθείη· καὶ μοὶ ὅτι γεγραμμένα κακῶς, οὐχ ἥκιστ' ἂν ἐμὲ λυποῖ. εἰ δέ μοι ἐφαίνετο γραπέα θ' ἱκανῶς εἶ) περὶ τοῖς πολλοῖς καὶ ῥητά, τί τούτου κάλλιον ἐπέπραχτ' ἂν ἡμῖν ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῖς τε ἀνθρώποις μέγα ὄφελος γράψαι, καὶ τὴν φύσιν εἰς φῶς τοῖς πᾶσι προαγαγεῖν; ἀλλ' οὔτε ἀνθρώποις ἡγοῦμαι τὸ ὁπωσοῦν ἐπιχείρησιν περὶ αὐτῶν λεγομένων ἀγαθὸν, εἰ μή τισιν ὀλίγοις, ὁπόσοι δυνατοὶ αὐθυρεῖν αὐτοὶ σφίσι μικρᾶς ἐνδείξεως· τῶν γε δὴ ἄλλων τοὺς μὲν καταφρονήσεως οὐκ ὀρθῶς ἐμπλήσειεν ἂν οὐδαμῇ ἐμμελοῖς· τοὺς δὲ, ὑψηλῆς καὶ κενῆς ἐλπίδος, ὡς σεμνὰ πάντα μεμαθηκότας.

nonnulli verò ſibiipſis perſuadent ſe omnia abundè audiiſſe, neque vllo amplius ſtudio indigere. Hæc nimirum faciundi periculi ratio, certa eſt & minimè fallax aduerſus eos qui præ animi mollitie laborem detrectant, vt crimen in præceptorẽ deriuare non poſſint, ſed culpam penes ſeipſos hærere agnoſcant, quum iis adiumẽtis quæ ad percipiendam philoſophiam ſunt neceſſaria, planè ſint deſtituti. Hac igitur examinis ratione apud Dionyſium ſum vſus, & hanc orationem in illo explorando adhibui: quanquam nec omnia tum dixi, neque Dionyſius poſtulabat. cõplura enim & maxima quidẽ ſe noſſe, ſatiſque magnaillorũ cognitione inſtructũ eſſe præ ſe ferebat: quæ nimirũ à quibuſdã aliis auditione percepiſſet. [a] Audio verò ipſum de his quæ tunc audiuit ſcripſiſſe poſtea, quaſi artem propriam componeret, quum tamen ex leui illa auditione nihil horum rectè teneret. Alios quoque nõnullos ſcio his de ipſis rebus ſcripſiſſe, qui tamen ne ſeipſos quidem cognouerunt. Atqui de his qui vel ſcripſerũt hactenus, vel in poſterũ ſcribent, affirmantes ſe ea noſſe in quibus ego, tanquam maximè ſeriis, ſtudioſè verſor, ſiue ea à me ſiue ab aliis audierint, ſiue ipſi per ſe inuenerint: de his, inquam, hoc vnum affirmare poſſum, illos rerum ipſarum naturam, ex mea quidem ſententia, prorſus ignorare. neque enim de ipſis ſcripſi vnquam, neque ſcribã in poſterũ, non enim vt cæteræ diſciplinæ, ea res verbis exprimi poteſt: ſed ita demum percipitur ſi circa ipſam aſſiduo ſtudio aliquis verſetur, ſuámque vitam ad illius formulam componere inſtituat. ita enim fit vt continuò, veluti ab emicante igne, lumen accẽdatur, & in ipſo animo ingenitum ſeipſum alat. Quanquam & hoc vnum noui, ſi à me vel ſcriberentur vel dicerentur, à me optimè dictum iri. at profectò perperam ſcripta, non minimam mihi moleſtiã afferrẽt. quòd ſi mihi & ſcribẽda & in lucẽ verbis euulganda viderentur, ecquídnam præclarius in vita nobis poſſet contingere quàm rem mortalibus profuturam literarum monumentis commendare, & naturam omnium hominum oculis inſpiciẽdam exhibere? Verùm enimuerò his in rebus promulgãdis conatum hominibus vtilem minimè futurũ arbitror: niſi paucis quibuſdam, qui ea ſunt naturæ bonitate præditi, vt exigua tantùm indicatione res ipſas per ſe ſagaciter atque induſtriè inuenire poſſint: alios verò homines hæc profectò rerum adeo abſtruſarum cognitio, indecoro quodam & planè nefario contemptu, alios, grandi quadam & vana ſpe, quaſi præclara quædam iam didiciſſent, repletura fuiſſe videtur.

a Verè aureum ἐπιστῆθον, DE MODO SCIENDI. quia Dionyſius præ ſe nõ modo ferebat ſtudiũ philoſophiæ, ſed maximã auguſtiſsimámque cognitionem, & de abſtruſiſsimis quidem locis, vt de prima cauſa, vera ſcientia, & cæteris verè metaphyſicis argumentis: & cò quoque veniebat audaciæ vt de tãtis myſteriis ſcriberet: ideo (vt philoſophũ decebat in rei philoſophicæ præſtãtiſsimis capitibus) demõſtrat quam grauiter hac in re peccet non modò Dionyſius, ſed vulgus philoſophantium: quum in tãtis myſteriis vel verbis, vel ſcripto (quod impunẽ tutiſsimæ eſt audacia) euulgandis, tutior ſit ἐχεμυθία, opportunum ſilentium, quam libera & expedita tractatio. Quod ſuo exemplo confirmat, negãs ſe de his myſteriis vel ſcripſiſſe vnquam vel ſcripturum. quod tamẽ eſt dextre & ſane intelligendum. nõ enim ſimpliciter negat ſe his de rebus egiſſe (quum cõplures loci id latis ſuperque teſtentur, imò hac de cauſa *diuini* nomen conſequutus ſit Platò apud orthodoxam vetuſtatẽ, quòd in ſublimibus illis argumentis frequentius verſetur) ſed id aut ex hypotheſi, habita nimirum Dionyſii & cæterorum ſciolorum ratione, qui audaci temeritate hæc ſcientiæ myſteria contaminabant.

Iam verò, mihi quoque operæpretium visum est his in rebus paulo longiori sermoni indulgere. fortasse enim si hæc expositа fuerint, eorum quæ significo quidpiam luculentius apparebit. est enim sermo quidã verus illi cõtrarius, qui hisce in rebus scribendis vel tantillum audeat versari: sæpe quidem à me hactenus notatus, & qui núc etiam dicendus videtur. * In vnaquaque re tria sunt genera, ex quibus scientiam comparari necesse est. quartum genus est ipsa Scientia: quintum verò, idipsum ponendum est quod & sub intelligentiam cadit & verum est. Ex his omnibus vnum & primum est, NOMEN: secundum, ORATIO, siue definitio, nominis significationem circumscribens: tertium, IMAGO: quartum, SCIENTIA. De his autem singulis generibus hæc habeto, si germanam verámque eius in quo modò versamur sententiam tenere volueris: & de cæteris omnibus eodem modo statuito. [Sit igitur huiusmodi exemplum] *Circulus* aliquid est quod dicitur. idipsum ergo sit Nomen quod modò protulimus. Eius autem Oratio siue definitio, nominis significationem circumscribens, secundo loco sequitur, ex nominibus & verbis constãs. *Illud* enim *quod ab extremis ad medium æqualiter vndiquaq; distat*, illius circuli definitio est: qui circulus aliis quoque nominibus designatur, Rotundi videlicet & Orbicularis. Tertium verò, nimirũ Imago, est id quod pingitur & deletur & tornatur & perit. Quæ omnia vtut circa circulũ accidant, nihilominus tamen non commutatur ideo aut alteratur ipsius circuli natura, quæ quidpiam est diuersum ab illis affectionibus. Quartum autem est Scientia, & Mens & Vera opinio. Illa circa eadem versatur: id autem rursus vt vnum quiddam omne ponendum est, non in vocibus quidem neq; in corporũ figuris, sed quod in animis ipsis insit: cuius quidem vnius beneficio perspicuũ fit illud quod diuersum est ab ipsius circuli natura, & ab illis tribus quæ superius notauimus. Ex his autem quatuor Mens ad quinti naturam cognatione & similitudine proximè accedit: cætera tria longius absunt. Idem quoque de recta & cõuexa figura & de colore ipso constituendũ est: idem quoque de bono & pulchro & iusto, rursum de quocũque corpore siue arte & industria confecto, siue natura genito, igne, aqua, & cæteris id genus, & de quolibet animali, & de animorum moribus, & de omnibus item actionibus & passionibus. nisi enim quis in his, quatuor illa genera deprehenderit atque designarit, haudquaquam aliter fieri vnquam potest vt quinti illius scientiam perfectè adipiscatur. In his enim quatuor illa genera non minus quale quid sit vnumquodque, quàm quídnam sit, instituunt declarare, propter humanarũ rationum imbecillitatẽ: quarum rationum gratia

ΜΕΓΑ ΔΕ καὶ θεὸς σε πολλῷ χρόνον ἀνεμείναμεν, ὦ Σίσυφε, ὅπῃ τῇ Στρατονίκου ἐπιδείξει, ὅπως ἂν ξυνηχροώμεθα ἀνδρὸς σοφοῦ, πολλά τε καὶ καλὰ ἐπιδεικνυμένου πράγματα καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ· καὶ ἐπεὶ σὲ οὐκέτι ᾠόμεθα παρέσεσθαι, αὐτοὶ ἤδη ἠκροώμεθα τἀνδρός. ΣΙ. Ναὶ μὰ τὸν Δία. ἀσχολία γάρ μοι τις ἐγίγνετο ἀναγκαιοτέρα, ὥστε μὴ προὐμελῆσαι αὐτῆς. οἱ γὰρ ἄρχοντες ἡμῶν ἐβουλεύοντο χθές· ξυμβουλεύειν δέ μοι αὐτοῖς ἠνάγκαζον ἡμῶν γε τοῖς Φαρσαλίοις καὶ νόμος ἐστί, τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι, ἂν κελεύωσι ξυμβουλεύειν τινὰ ἡμῶν αὐτοῖς. ΣΩ. Ἀλλὰ καλόν, τό, τε τῷ νόμῳ πείθεσθαι, τό, τε ὑπὸ τῶν πολιτῶν δεδοξάσθαι βούλον εἶναι· ὥσπερ καὶ σὺ δεδόξασαι βούλος εἶναι, εἷς τῶν Φαρσαλίων. ἀτὰρ, ὦ Σίσυφε, ἐγὼ γὰρ οὐ περὶ τῦ βουλεύεσθαι τοὺς λόγους ἂν δυναίμην ποιήσασθαι· περὶ σε (ἠρεύμενος δὲ σχολῆς εἰ) πολλῆς, καὶ λόγου μακροῦ) ἀλλὰ περὶ αὐτῦ τῦ βουλεύεσθαι, ὅ, τί ἐστιν, ἐπιχειρήσαιμ' ἂν διαλεχθῆναί σοι. ἆρ' οὖν ἔχεις ἂν μοι εἰπεῖν, αὐτὸ τὸ βουλεύεσθαι, ὅ, τι ποτ' ἐστί; μή μοι ἢ τὸ βῦ ἢ καὶ κακῶς, ἢ τὸ καλῶς πως, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ βουλεύεσθαι, ὁποῖόν τι ἐστίν. ἢ καὶ πάνυ ῥᾳδίως αὐτός γε, οὕτως βούλος ὤν; ἀλλὰ μὴ ἐμὴ περιεργία ᾖ, καὶ τὸ ἐρωτῆσαί σε περὶ τούτου; ΣΙ. Ἦ σοὶ γὰρ ἄγνωστόν ἐστιν ὅ, τι τὸ βουλεύεσθαι ἐστίν; ΣΩ. Ἔμοιγε, ὦ Σίσυφε· εἰ γέ τι ἄλλο ἐστίν, ἢ ὥσπερ τὸ μὴ ἐπισάμενον τινὰ περὶ ὧν ἂν δέῃ τι πράττειν, διαμαντευόμενον καὶ ψευδόμενα λέγειν ὅ, τι ἂν τύχῃ, εἰκάζοντα καὶ κατὰ ταυτὰ αὐτῷ· ὥσπερ καὶ ⓐ ἀρτιάζοντες τῶν ἀριθμῶν, οὐδὲν ἐπισάμενοι δή που περὶ τῶν ἀρτίων τε καὶ περιττῶν ὧν ἂν ὀν ταῖς χερσὶ ταῖς αὑτῶν ἔχωσιν, ὅμως ἐπιτυγχάνουσι, λέγοντες

SISYPHVS, siue De consultando.

DIALOGVS qui nothus habetur.

Dialogi personæ, SOCRATES, SISYPHVS.

NOS VERO etiam heri te multo tempore expectauimus, ô Sisyphe, dum Stratonicus specimen sui edere vellet: quò vnà nobiscum sapientem virum audires, qui & multas & præclaras res, tum sermone, tum re ipsa ostendebat: & quia te non amplius affuturum esse putabamus, ipsi iam virum audiuimus. SIS. Etiam per Iouem. Negotiũ enim quoddã mihi erat magis necessariũ, vt id negligendum mihi non esset. Magistratus enim nostri consultabant heri: itaque consilium dare me ipsis cogebãt. Nobis autem Pharsaliis etiam lex est vt magistratibus pareamus, siquem è nobis consiliũ dare ipsis iusserint. SOC. At præclarum est & legi parere, & in ea apud ciues existimatione esse velut qui bonum consiliũ dare possit: velut & tu in existimatione es quòd consilio præstas vnus ex Pharsaliis. At ego ô Sisyphe, non de bene consultando sermones ad te habere possum, vt qui & multi otii & longi temporis rem esse putem: sed de ipso consultãdo, quid sit, disputare tecũ audeam. Num igitur potes mihi dicere, ipsum cõsultare quídnam sit? non bene aut malè aut rectè quodãmodo, sed ipsum solum consultare quale quid sit? aut etiam admodum facilè potes, vt qui adeo consilio præstes? At nunquid curiositas quædã mea hæc est, quòd de hoc te interrogo? SIS. Num verò tibi ignotum est quid sit consultare? SOC. Mihi certè ô Sisyphe: si sanè aliud quid est, quàm vt quis qui non nouit de his quę facere oportet, diuinet & excogitet, & secundum eadem coniectet, & quicquid assequutus fuerit, dicat: quemadmodum etiam homines qui par impar ludũt, cùm nihil de paribus & imparibus sciant quæ ipsi in manibus habent, assequuntur tamen, & de ipsis

vera dicunt. Sæpe igitur tale quid etiã cõ-
sultare est, vt quis de his de quibus consultat, nihil sciat, sed fortuitò sententia prolata, vera assequatur. Si quidem igitur tale est, intelligo sanè quale quid sit consultare: si verò tale non est, nondum ipsum noui. SIS. Non itaque tale est quale est nihil omnino scire: sed quale est partim iam aliquid de re scire, partim nondũ nosse. SOC. Num tale quid, per louem, cõsultare dicis? nam ipse velut diuinare mihi videor sententiam tuam de bene consultando: nimirum quærere aliquẽ, vt quæ optima factu sunt, sibiipsi inueniat, nondum verò clarè sciat, sed velut in intelligentia quadam hoc sit. Nõnne sic quodammodo dicis? SIS. Ego sanè. SOC. Verum verò quærũt homines eas res quas sciunt? aut etiã eas quas nesciunt? SIS. Ambas. SOC. Nónne & quodammodo dicis quòd ambo quærũt homines, & ea quæ sciũt & ea quæ nesciũt? vt sit simile velut si quis Callistratum quidem nosset, quis esset Callistratus, non tamen nosset comperire vbi esset, non quis esset Callistratus. Nónne sic quodãmodo dicis esse, ambo quærere? SIS. Ego sanè. SOC. Nónne illud quidẽ non quæsiuerit, Callistratum nosse, qui nouit? SIS. Non equidem. SOC. Vbi verò sit, ipsum quæret. SIS. Mihi ita videtur. SOC. Nónne neque hoc quæreret, vbi ipsum inuenire posset, si nosset, sed statim comperiret? Etiam. SOC. Non ergo hæc quærunt homines quæ sciunt, sed quæ non sciunt, velut apparet. Si verò hic sermo contentiosus esse tibi videtur, ô Sisyphe, & nõ rei gratia sed disputãdi solùm causa proferri, considera etiam sic, an ita se habere videatur quemadmodum nunc dicitur. Nunquid enim in Geometria hoc fieri nosti? ignorari à Geometris diametrum, non an diameter sit, aut non? Neque enim quæritur hoc ab ipsis vt inueniatur: sed quantus sit mensura ad latera locorũ quæ secat. Nónne hoc est quod de ipso quæritur? SISY. Mihi ita videtur. SOC. Quod etiam ignoratur. nunquid? SIS. Maximé. SOC. Quid verò? non nosti quòd à Geometris quæritur quanta sit cubi duplicatio, vt ratione inueniatur? ipse verò cubus nõ quæritur ab ipsis an cubus sit, aut non, sed hoc sciunt? nunquid? SISYPHVS. Etiam.

A ὡς ἐπὶ τῶν αὐτῶν τἀληθῆ. πολλάκις μὲν οὖν τοιοῦτόν τι καὶ τὸ βουλεύεσθαι ἐστίν, οἷον μηδὲν ἁπτόμενον ὡς ὧν αὖ βουλεύηταί τις, ἀπὸ τύχης εἰπόντα, ἁπαντυχαίνειν τἀληθῆ. εἰ μὲν οὖν τοιοῦτόν ἐστι, γιγνώσκω δή οἷον τὸ βουλεύεσθαι ἐστίν· εἰ μέντοιγε μὴ τοιοῦτόν ἐστιν, οὐκ αἴ πω ἥπτομαι αὐτό. ΣΙΣ. Οὐ τοίνυν τοιοῦτόν ἐστιν οἷον σὺ μὴ ἅπτεσθαι καμοῦ μηδέν· ἀλλ' οἷον, ὃ μέντοι εἰ δέοι τί τοῦ πράγματος ἤδη, ὃ δὲ μηδέπω ἥπτεσθαι.

B ΣΩΚΡ. Ἆρα τοιόνδε τί λέγεις τὸ βουλεύεσθαι, πρὸς τὸ Διός; ὥσπερ γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς ἐπομαντεύεσθαί μοι δοκῶ τῷ διανοίᾳ σοῦ περὶ τοῦ βουλεύεσθαι· οἷον, ὃ ζητεῖν τὰ βέλτιστα ἑξευρεῖν ἵνα ἑαυτῷ διαπράξαιτο, μηδέπω δὲ ἥπτεσθαι σαφῶς, ἀλλ' ὥσπερ ἐν νοήσει ἴσως εἴη τοῦτο. οὐχ οὕτω πως λέγεις; ΣΙΣ. Ἔγωγε. ΣΩΚ. Ζητοῦσι δ' οἱ ἀνδρες πότερον ἃ μὲν ἐπίστανται τῶν πραγμάτων, ἢ καὶ ἃ μὴ ἐπίστανται; ΣΙ. Ἀμφότερα. ΣΩΚΡ. Ἆρ' οὖν καὶ τοῦθ' οὕτω πως λέγεις, ζητεῖν ἀμφότερα τοὺς ἀνδρας, ἃ τε ἐπίστανται,

C καὶ ἃ μὴ ἐπίστανται; ὅμοιον ὥσπερ εἴ τις Καλλίστρατον γιγνώσκοι μέν, ὅστις ὁ Καλλίστρατος, μὴ μέντοι ἐπίστατο ὅπου εἴη ἐξευρεῖν, οὐχ ὅστις εἴη ὁ Καλλίστρατος. ἆρ' οὕτω πως λέγεις ζητεῖν εἴ τι ἀμφότερα; ΣΙ. Ἔγωγε. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν ἐκεῖνο μὲν οὐκ ἂν ζητοίη, εἰ Καλλίστρατον εἰδέναι ὄγε εἰδώς; ΣΙΣΥ. Οὐ γάρ. ΣΩΚΡ. Ὅπου δέ γε εἴη, ζητοίη αὐτόν. ΣΙΣΥΦ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

D ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν τόδε τοῦτο ἐζήτει, ὅπου ἐῷ ἐξευρεῖν αὐτόν, εἰ ἤδει· ἀλλ' ἐξεῦρεν αὖ εὐθέως; ΣΙΣΥ. Ναί. ΣΩΚΡ. Οὐκ ἄρα γε νῦν δὴ ζητοῦσιν ἅττ' ἂν ἐπίστανται οἱ ἄνδρες, ἀλλὰ ἃ ἂν μὴ ἐπίστανται, ὡς ἔοικεν. εἰ δέ σοι σαφὴς ὁ λόγος ἐεισικὼς εἶναι δοκεῖ, ὦ Σίσυφε, καὶ μὴ τοῦ πράγματος ἕνεκα λέγεται, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ διαλέγεσθαι μόνον,

E σκόπει δὲ καὶ ὧδε ἐὰν δοκῇ σοι οὕτως ἔχειν ὥσπερ καὶ νῦν λέγεται. ἆρα γὰρ οὐκ ἐν τῇ γεωμετρίᾳ οἶσθα τοῦτο γιγνόμενον; ἀγνοοῦμέν που τὸ διαμέτρων ἐν τοῖς γεωμέτραις, οὐκ εἰ διάμετρός ἐστιν, ἢ μή; (οὐδὲ γὰρ ζητεῖται τοῦτο ὑπ' αὐτῶν εὑρεθῆναι) ἀλλ' ὁπόση τίς ἐστι μέτρῳ τοὺς τὰς πλευρὰς τῶν χωρίων ὧν αὖ διατέμνει. ἆρ' οὐ τοῦτό ἐστι αὐτὸ ὃ ζητούμενον ὑπὲρ αὐτῆς; ΣΙΣ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚΡ. Ὅπερ καὶ ἀγνοεῖται. ἦ γάρ; ΣΙ. Πάνυ γε. ΣΩΚ. Τί δέ; ὁ τοῦ κύβου διπλασιασμὸς οὐκ οἶσθ' ὅτι ζητεῖται τοῖς γεωμέτραις ὁπόσος τίς ἐστιν εὑρεθῆναι λόγῳ; αὐτὸς δὲ ὁ κύβος οὐ ζητεῖται ἆρ' εἰ κύβος ἐστίν, ἢ μή· ἀλλ' ἥπτηται τοῦτό γε. ἦ γάρ; ΣΙΣΥΦΟΣ. Ναί.

Nisi pleonasmum hic esse dicamus, scribẽdum videtur ὡς περὶ ἕτ.

Rectius δὴ hoc loco scriberetur.

ΣΩΚΡ.

Σ Ω. Οὐκοῦν ☾ περὶ γ' ἀέρος Ἀναξαγόραν τε καὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μεταρσιολέσχας ἅπαντας οἶσθα ζητοῦντας πότερον ἄπειρός ἐστιν, ἢ πέρας ἔχων; Σ Ι. Ναί. Σ Ω. Ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνο, εἰ ὁ ἀὴρ ἔστιν. ἦ γάρ; Σ Ι. Οὐδῆτα. Σ Ω. Συγχωρήσας αὖ οὕτω μοι καὶ περὶ τῶν ἄλλων πάντων οὕτως ἔχειν, ἢ δὴ μηδὲν μηδενὶ ☾ ζητεῖν περὶ αὐτῶν, ὧν ἐπίστηταί τις, ἀλλὰ μᾶλλον ὧν αὖ μὴ ἐπίστηται; Σ Ι Σ. Ἔγωγε. Σ Ω Κ Ρ. Οὐκοῦν ☾ τὸ βουλεύεσθαι τοῦτο ἐδόκει ἡμῖν ☾, αὐτὸ τὸ ζητεῖν τὰ βέλτιστα τινὰ ἐξουρῆσαι περὶ ὧν αὖ δέοιτο σκοπεῖσθαι αὐτῷ; Σ Ι Σ Υ. Ναί. Σ Ω Κ Ρ. Τὸ δὲ ζητεῖν γε, ὅταν τὸ βουλεύεσθαι περὶ τῶν τοιούτων ᾖ, ἦ γάρ; Σ Ι Σ. Παύμαλά γε. Σ Ω Κ Ρ. Οὐκοῦν σκεπτέον ἡμῖν ἔστι νεῶ ἤδη τί ἐμποδὼν τοῖς ζητοῦσι περὶ ὧν αὖ τὸ ζήτησιν ποιοῦνται εἰς τὸ ἐξουρῆσαι. Σ Ι Σ. Ἔμοιγε δοκεῖ. Σ Ω Κ. Ἆρ' οὖν ἄλλό τι φαίημεν ἂν ἀνεπιστημοσύνην εἶναι ἐμποδὼν ☾ ἢ τὸ ἀνεπιστημοσύνην; σκοπῶμεν νὴ Δία, μὴ φυῶς μὰ οὖν, ὃ λεγόμενόν γε, πάντα κάλλων ἐφέντες, καὶ πᾶσαν φωνὴν ἐφιέντες. ἄλλο δή μετ' ἐμοῦ τόδε· ἆρά γε νομίζεις οἷόν γέ τι ☾ αὐτὸν ἐπιστήμονα περὶ μουσικῆς βουλεύεσθαι, μήτε ἐπισταμένῳ περὶ μουσικῆς, μηδὲ ὅπως ἢ κιθαριστέον εἴη αὐτῷ, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων μουσικὴν ποιητέον; Σ Ι. Οὐκ ἔγωγε. Σ Ω. Τί δαί περὶ στρατηγίας ἢ κυβερνητικῆς; τὸν μὴ ἐπισταμένον μηδέτερα τούτων οἴει ἔχειν αὖ τι βουλεύεσθαι περὶ τούτων τὸ ἑτέρᾳ, ὅ, τι ποιητέον εἴη αὐτῷ; ἢ στρατηγητέον ἢ κυβερνητέον ἐκείνῳ αὐτῷ μὴ ἐπισταμένῳ μήτε στρατηγεῖν μήτε κυβερνᾶν; Σ Ι Σ Υ. Οὐχί. Σ Ω Κ. Ἢ καὶ περὶ τῶν ἄλλων οὕτω ἀπάντων οὕτως ἀξιοῖς ἔχειν, περὶ ὧν αὖ μὴ ἐπίσταταί τις, μήτε εἰδέναι μηδὲ βουλεύεσθαι πώποτε ὅ μὴ ἐπισταμένῳ περὶ αὐτοῦ; Σ Ι. Ἔγωγε. Σ Ω Κ. Ἀλλὰ ζητεῖν περὶ ὧν αὖ τις μὴ ἐπίσταιτο ἢ οὐ γάρ; Σ Ι. Παύμαλά γε. Σ Ω Κ Ρ. Τὸ μὲν αὐτὸ ἄρα οὐκ αὖ ἔτι εἴη ὃ ζητεῖν τῷ βουλεύεσθαι. Σ Ι Σ Υ. Πῶς δή; Σ Ω. Ὅτι τὸ μὲν ζητεῖν, ἔστι δή που ἐπὶ τούτοις οἷς αὖ μὴ ἐπίστηταί τις· ὃ δὲ βουλεύεσθαι, οὐχ οἵοντ' ☾ δοκεῖ περὶ τούτων αὖ ἅπτεσθαι ἀνθρώπῳ, περὶ ἃ αὖ τις μὴ ἐπίσταιτο ἢ οὐχ οὕτως ἐλέχθη; Σ Ι. Παύγε. Σ Ω Κ. Οὐκοῦν ὑμεῖς μὲν ἐζητεῖτε τὰ βέλτιστα ἐξουρῆσαι τῇ πόλει, οὐκ ἠπίστασθε δὲ αὐτά. εἰ γὰρ ἠπίστασθε, οὐκ ἂν ἔτι δή που ἐζητεῖτε αὐτά. ὥσπερ οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ὧν ἂν ἐπιστώμεθα ζητοῦμεν. ἦ γάρ; Σ Ι. Οὐ γὰρ οὖν. Σ Ω Κ Ρ. Πότερον οὖν σοὶ δοκεῖ χρῆναι, ὦ Σίσυφε, ἂν μὴ ἐπίστηταί τις, ζητεῖν ἢ μανθάνειν; Σ Ι Σ. Μανθάνειν ἔμοιγε, νὴ Δία.

A so. Nónne etiã de aere Anaxagorã & Empedoclẽ, & alios omnes de ſublimib⁹ rebus curioſos, quærere noſti an infinitus ſit, an finem habeat? s 1 s. Etiã. s o c. Sed non illud, an aer ſit. nunquid? s 1 s. Nõ equidem. s o. Conceſſerísne igitur mihi etiam in aliis omnibus ita ſe habere, vt nemo de vlla re quærat an ſit, quam nouit, ſed magis de ea quã nõ nouit? s 1 s. Ego ſané. s o. Nónne etiã conſultare, hoc nobis eſſe videbatur, nimirum quærere aliquem vt quæ optima factu ſunt inueniat, in his ipſis quibus opus habet? s 1 s. Etiam. s o c r. Quærere B autem, erat conſultare de rebus. nunquid? s 1 s. Maximé. s o c r. Nónne iam nobis conſiderandum eſt quid quærentibus obſtet quominus inueniant ea de quibus inquiſitionem faciunt? s 1 s. Mihi ita videtur. s o c r. Nunquid aliud quid dixerimus ipſis obſtare quàm ignorantiam? Conſideremus itaque diligenter, omnem, quod dicitur, rudentem mouentes, & omnem vocem emittentes. Vide verò vnà mecum hoc: Num fieri poſſe putas vt homo de muſica conſultet, qui non ſcit de C muſica, neque quomodo cithara pulſanda ſit, neque quomodo aliud quid ex his quæ ad muſicã pertinent, faciendum? s 1 s. Non ego. s o. Quid verò de imperio militari, aut arte gubernatoria? putáſne eum qui neutram harum artium nouit, conſultare quid poſſe de alterutra ex his, quid ipſi faciendum ſit, an militandum an gubernandũ ipſi ignoranti quid ſit tum exercitum ducere, tum gubernare? s 1 s. Non. s o c r. Num etiam de aliis omnibus rem ita ſe habere cenſes, vt de quibus quis non ſcit, de ipſis nec ſcire neq; cõſultare poſſit D qui nõ ſcit? s 1 s. Ego certé. s o. Sed quærere de his quæ quis nõ ſcit poteſt. nũquid? s 1. Maximé. s o. Quærere ergo, non idé amplius fuerit quod cõſultare. s 1. Quomodo iſtud? s o. Quoniam quærere quidẽ ex his eſt quæ quis non ſcit: conſultare verò, fieri non poſſe videtur ab homine circa ea quæ quis non ſciat. Annon ita dictum eſt? s 1 s. Maximé. s o c r. Nónne vos heri quærebatis vt optima ciuitati inueniretis, non autẽ nouiſtis ipſa? Si enim nouiſſetis, non amplius ſanè ipſa quæſiuiſſetis: quemadmodum neq; aliud quicquã ex his quæ ſci E mus, quærimus. Nunquid? s 1. Nõ equidẽ. s o c r. Num igitur tibi videtur, ô Siſyphe, quærere aut diſcere oportere, ſiquis non ſciat? s 1 s. Diſcere ſanè, per Iouem.

SOCR. Rectè tibi videtur. At num ob hoc tibi videtur discere potius oportere quàm quærere, quòd citius & facilius inuenerit quis, si à scientibus discat, quàm si ipse non sciens quærat? an ob aliud quid? SIS. Nō, sed ob hoc ipsum. SOCR. Quid igitur vos heri, nō neglecta consultatione, de his quæ non nouistis, & neglecta inquisitione quæ optima ciuitati essent transigendi, ab aliquo sciente discebatis quomodo quæ optima essent ciuitati transigere possetis? Sed videmini mihi totam hesternam diem, & principes ciuitatis, & tu cum ipsis, per vos ipsos excogitantes & diuinantes de his quæ non nouistis, consedisse, neglecto eo vt disceretis. Fortassis autem dixeris hęc à me per ludum, disputationis solùm gratia, ad te dici, & non seriò tibi demonstrata esse: verùm tu nunc, ô Sisyphe, hoc per Iouem seriò considera: Si daretur, consultare, aliquid esse, & non quemadmodum nunc nihil aliud reperitur quàm scientia & coniectura & excogitatio, ita vt nomine solùm hoc præclariore vtatur, & nulla alia re: num putas ea re alios ab aliis quid differre, ad hoc vt rectè consultent, & bono consilio præstent: quemadmodum etiam in aliis omnibus scientiis, alii ab aliis differunt, fabri à fabris, medici à medicis, tibicines à tibicinibus, & alii omnes opifices ipsi à seipsis differunt? velut etiam hi in his artibus, num sic etiam in consultando alios ab aliis differre putas? SIS. Ego certè puto. SOCR. Dic itaque mihi: nónne omnes & qui bene consultant, & qui malè, de quibusdam quæ futura sunt consultant? SIS. Maximé. SO. Aliud igitur quid quàm quæ futura sunt, nondum sunt? SIS. Non equidem. SOC. Si enim essent, non adhuc futura essent, sed iam essent. nunquid? SIS. Etiam. SOCR. Nónne, si non quodammodo sunt, sic neque facta sunt ea quæ non sunt? SIS. Non sané. SOCR. Nónne si nondum facta sunt, nondum naturam vllam habent? SIS. Non equidem. SOCR. Aliud igitur quid quàm, & qui bene consultant, & qui malè, omnes de rebus consultant quæ neque sunt, neque factæ sunt, neque naturam vllam habent, quum de futuris consultent? SIS. Videntur sané. SOCR. Videtur igitur tibi, fieri posse vt quis id quod non est, bene aut malè assequatur? SIS. Quomodo hoc dicis? SOCR. Ego tibi exponam id quod dicere volo. Considera enim: quo-

A ΣΩΚΡ. Ὀρθῶς γε σοὶ δοκεῖ. ἀλλ' ἄγε δή μοι τόδε σοὶ δοκεῖ ῥᾳθύμως μανθάνειν μᾶλλον ἢ ζητεῖν, διότι ῥᾴδιον αὖ καὶ ῥᾷον ἐξεύρεσις τίς, εἰ τῷδε τῷ ὀπίσω μηνῶν μανθάνοι, ἢ εἰ αὐτὸς ὁ μὴ εἰδὼς ζητοίη; ἢ δι' ἄλλό τι; ΣΙΣ. Οὐκ· ἀλλὰ διὰ τόδε. ΣΩΚΡ. Τί οὖν οὐκ ἀμελήσαντες ἡμᾶς ὑμεῖς τοῦ βουλεύεσθαι τῶν ὧν αὖ μὴ ὀπίσω ἦτε, καὶ τοῦ ζητεῖν τὰ βέλτιστα διαπορεῖσθαι ἐν τῇ πόλει, ἐμανθάνετε τῶνδε τῶν ὀπίσω

B μηνῶν τινός, ὅπως αὖ εὐδαιμονοῖτε τὰ βέλτιστα διαπορεῖσθαι ἐν τῇ πόλει; ἀλλ' ἐδοκεῖτέ μοι τὴν ἡμέραν ὅλην τὴν ἡμᾶς αὐτοχεδιάζοντες καὶ διαμαντευόμενοι καθῆσθαι τῶν ὧν οὐκ ἠπίστασθε, ἀμελήσαντες μανθάνειν, οἵτε ἄρχοντες τῆς πόλεως καὶ σὺ μετ' ἐκείνων. ἴσως δ' αὖ φαίης ἂν ταῦτα ἐμοί τε εἰ) πεπαγμένα τοῖς σε, τὸ διαληθῆναι μόνον εἵνεκα, σοί τε οὐκ ἐπαϋδασμένως ἀποδεδεῖχθαι· ἀλλὰ τοῦτό γε τοῖς

C Διός, ὦ Σίσυφε, σκόπει νεῦ ἀπαϋδή· εἰ δοκεῖ, ὃ βουλεύσασθαι τί εἰ), καὶ μὴ ὥσπερ νεῦ ὧδε ἐξευρίσκεται ἄλλοῖον ἢ ὅπερ ὀπίσημέν τε καὶ εἰκασία καὶ διανοισμός· ὀνόματι σεμνοτέρῳ μόνον κεχρημένον τούτῳ, ἄλλῳ δ' οὐδενί· ἆρ' αὖ οἴει αὐτὸ διενεγκεῖν τι ἑτέρους ἑτέρων τοῖς ὃ δὴ βουλεύεσθαί τε καὶ εὐβούλους εἶ), ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ὀπισήμαις ἁπάσαις διαφέρουσιν ἕτεροι ἑτέρων, τέκτονες τεκτόνων, ἰατροί τε ἰατρῶν,

D αὐληταί τε αὐλητῶν; οἵτε ἄλλοι δημιουργοὶ ἅπαντες, αὐτοί τε αὑτῶν διαφέρουσιν; ὥσπερ καὶ οὗτοι ⓐ ἐν ταύταις ταῖς τέχναις, ἢ οὕτω καὶ ἐν τῷ βουλεύεσθαι οἴει αὖ τι διενεγκεῖν ἑτέρους ἑτέρων; ΣΙΣ. Ἔγωγε. ΣΩ. Εἰπὲ δή μοι· οὐχ ἅπαντες οἵτε εὖ βουλευόμενοι καὶ οἱ κακῶς, περὶ μελλόντων τινῶν ἔσεσθαι βουλεύονται; ΣΙ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἄλλό τι οὖν ἢ τὰ μέλλοντα ἔστιν ὅτῳ ὄντι; ΣΙ. Οὐ γὰρ δή. ΣΩ. Εἰ γὰρ εἴη, οὐκ ἂν ἔτι δή που μέλλοι ἔσεσθαι, ἀλλ' εἴη ἂν ἤδη. ἦ γάρ; ΣΙ. Ναί. ΣΩΚ. Οὐκοῦν, εἰ μή πως ἔστιν, οὕτως οὐδὲ γέγονε τὰ μὴ ὄντα; ΣΙ. Οὐ γάρ. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μήπω μηδὲ γέγονεν, οὕπω οὐδὲ φύσιν

E ἔχει οὐδεμίαν αὐτῶν. ΣΙΣ. Οὐ γὰρ οὖν. ΣΩΚ. Ἄλλό τι οὖν, ἢ οἵτε εὖ βουλευόμενοι καὶ ⓐ κακῶς, ἅπαντες βουλεύονται περὶ πραγμάτων οὔτε ὄντων οὔτε γεγονότων, οὔτε φύσιν οὐδεμίαν ἐχόντων, ὅταν περὶ τῶν μελλόντων βουλεύωνται; ΣΙ. Φαίνονταί γε. ΣΩΚΡ. Δοκεῖ οὖν σοι δυνατὸν εἶ) τοῦ μὴ ὄντος τυγχεῖν τινι ἢ εὖ ἢ κακῶς; ΣΙ. Πῶς τοῦτο λέγεις; ΣΩΚΡ. Ἐγώ σοι φράσω ὅτε βούλομαι εἰπεῖν. σκόπει γάρ. πῶς

αὖ τοξοτῶν πολλῶν διαγνοίης τόν τε χρηστὸν καὶ Ⓐ πονηρὸν ὅστις εἴη αὐτῶν; ἢ τοῦτο μὲν οὐ χαλεπὸν εἰ δέναι; ἴσως γὰρ αὖ κελεύοις ὅπῃ σκοπὸς τινὸς τοξεύειν. ἦ γάρ; ΣΙΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν καὶ Ⓐ πλείοσάκις βάλλοντα τὸν σκοπὸν κατ' ὀρθὸν, χρίνοις ἂν νικᾶν; ΣΙΣ. Ἔγωγε. ΣΩΚΡ. Εἰ δὲ σκοπὸς μηδεὶς εἴη κείμενος αὐτοῖς τὸ τοξεύειν, ἀλλ' ἕκαστος βάλλοι ὅπως βούλοιτο, πῶς ἂν διαγνοίης Ⓐ οὗ ἢ κακῶς τοξεύοντα αὐτῶν; ΣΙΣ. Οὐδαμῶς. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν καὶ περὶ τοὺς βουλευομένους ἢ εὖ ἢ κακῶς, εἰ μὴ ἐπίσαιντο περὶ ὅτου βουλεύοιντο, ἀπορήσας ἂν διαγνοίης; ΣΙΣ. Ἔγωγε. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ περὶ μελλόντων πραγμάτων βουλεύονται Ⓐ βουλευόμενοι, περὶ τῶν οὐκ ὄντων βουλεύονται; ΣΙΣ. Παίνυ γε. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν τοῦ γε μὴ ὄντος ὡς οἷόντ' οὐδενὶ τυχεῖν ἔστι. πῶς γὰρ ἄν τις σοὶ δοκεῖ τὸ μὴ ὂν δυνασθαι τυχεῖν; ΣΙΣΥ. Οὐδαμῶς. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ οὐκ ἔστι τοῦ μὴ ὄντος τυγχάνειν οἷόντε, οὐδεὶς ἂν ἔτι περὶ τῶν μὴ ὄντων βουλευόμενος τυγχάνοι. τὰ γὰρ μέλλοντα, τῶν οὐκ ὄντων ἐστίν. ἦ γάρ; ΣΙΣ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν οὐδὲ ὁ μὴ τυγχάνων τῶν μελλόντων, οὐδεὶς ἂν οὔτ' εὐβουλος οὔτε κακόβουλος εἴη ἂν, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρων ἔτι. ΣΙΣ. Οὐ φαίνεται. ΣΩΚΡ. Οὐδὲ γε εὐβουλότερος οὐδὲ κακοβουλότερος ἕτερος ἑτέρου εἴη, εἰ καὶ μὴ ὁπότερος καὶ ὁπότερος εἴη τοῦ μὴ ὄντος. ΣΙΣ. Οὐ γὰρ οὖν. ΣΩΚΡ. Πρὸς τί οὖν ποτὲ ἀποβλέποντες αὖ ἄνθρωποι πρᾶγμα, ἀποκαλοῦσιν ἄνθρωπους εὐβούλους τε καὶ κακοβούλους εἶναι τινας; ἆρά γε ἄξιόν ἐστι καὶ αὖθις ποτὲ περὶ αὐτοῦ ἐνθυμηθῆναι, ὦ Σίσυφε;

A modo inter multos ſagittarios, quis ex ipſis bonus aut malus ſit, cognoſcere poſſes? An hoc quidem difficile cognitu non eſt? fortaſſis enim iuſſeris ipſos ad ſcopum aliquē ſagittas emittere. nunquid? SIS Maximé. SOCR. Nónne etiam ei qui ſæpe ſcopū rē tà ferit, victoriam decernas? SIS. Ego certé. SOCR. Si verò nullus ſcopus ipſis propoſitus eſſet ſagittas emittendi, ſed quiſque emitteret quomodo vellet, quomodo bene aut malè ſagittas emittentem ex ipſis dinoſcere poſſes? SIS. Nullo modo. SOCR. Nónne etiam ambigeres in bene aut malè B conſultantium dinotione, ſi non ſciant de qua re conſultent? SIS. Ego profectò. SO. Nónne ſi de futuris rebus cōſultant hi qui conſultant, de his quæ non ſunt conſultāt? SIS. Maximé. SOCR. Nónne id quod nō eſt, vt quis aſſequatur fieri nō poteſt? Quomodo enim tibi videtur quis aſſequi poſſe id quod non eſt? SIS. Nequaquam. SOCR. Nónne quando quidem fieri non poteſt vt quis id quod non eſt aſſequatur, nemo etiā qui de his quæ non ſunt conſultat, aſſequi C poterit? Futura enim ex his ſunt quæ non ſunt. nunquid? SIS. Mihi ſanè videtur. SOCR. Nónne qui futura non aſſequitur, nemo hominum, neque cōſilio præſtans, neque conſilio malus, amplius eſſe poterit? SIS. Non apparet. SOCR. Neque etiam conſilio præſtantior, neque conſilio deterior alter altero fuerit, ſi etiam non magis aut minus aſſequi id quod non eſt poterit. SIS. Non profectò. SOCR. Ad quam igitur tandem rem reſpiciūt homines, qui quoſdam conſilio præſtantes, quoſdam cōſilio malos appellant? Nónne res digna eſt de D qua etiam rurſus aliquando, ô Siſyphe, cogitemus?



ERYXIAS, Siue De diuitiis: aut, vt alii habent, ERASISTRATVS.

DIALOGVS qui nothus habetur.

DEAMBVLABAmus in porticu Iouis liberatoris ego & Eryxias Stirienſis: deinde acceſſerunt ad nos Critias & Eraſiſtratus Phæacus, Eraſiſtrati ex fratre nepos. Redierat autem recèns tunc à Sicilia & iſtis locis Eraſiſtratus. Quum autem acceſſiſſet, Salue, inquit, ô Socrates. Et tu (inquam ego) quid enim præclari habes quod nobis de Sicilia referas? Et valde: (inquit) verùm vultis primùm conſideamus? feſſus enim ſum ex itinere heri à Megaris. Admodũ, ſi ita videtur. Quid igitur vultis (inquit) primùm audire ex his quæ illic geruntur? Nũ de illis ipſis, quid agant? aut quomodo erga ciuitatem noſtram affecti ſint? Nam illi ita mihi erga nos affecti eſſe videntur velut veſpæ. Etenim ſiquis has paulatim irritando exacerbauerit, inexpugnabiles euadũt, donec quis ipſas ex inſidiis funditus deleat: ita etiam Syracuſani, ſiquis non operæpretium duxerit vt cum magna claſſe illuc veniat, non ſperandum eſt illam ciuitatem vnquam nobis ſubdirã fore. à paruis autẽ his magis exacerbantur, ita vt quammaximè maligniſſimi euadãt. Miſerunt autẽ etiam nũc ad nos legatos, vt mihi quidem videtur, quò aliqua fraude ciuitatem circũueniãt. Dum verò ita nos colloqueremur, aderant iam Syracuſani legati. Dixit igitur Eraſiſtratus, oſtẽſo vno ex legatis, Hic equidẽ (inquit) ô Socrates, ditiſſimus eſt omniũ Siculorũ & Italorum. Quomodo verò non eſſet (inquit) cui ager tam multus eſt, vt facultatẽ habeat, ſi velit, admodum multam eius partem colendi? & hic quidẽ ager talis eſt qualis nõ eſt alius inter Græcos. Inſuper verò etiam alia habet ad diuitias pertinentia omnia, ſeruos, equos, aurũ & argẽtum. Quum autẽ ego videre ipſum altius prouehi, velut qui per lõgũ de hominis opulẽtia

ΕΡΥΞΙΑΣ, Ἢ Περὶ πλούτου. Ἐν ἄλλῳ, ΕΡΑΣΙΣΤΡΑΤΟΣ.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ νοθευόμενος.

ΕΤΥΓΧΑΝΟμὲν περιπατοῦντες ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ ἐλευθερείου ἐγώ τε καὶ Ἐρυξίας ὁ Στιειρεύς· εἶτα προσελθόντων ἡμῖν Κριτίας τε καὶ Ἐρασίστρατος ὁ Φαίακος, τοῦ Ἐρασιστράτου ἀδελφιδοῦς. ἐτύγχανε δὲ τότε νεωστὶ παρὼν ἀπὸ Σικελίας καὶ τῶν τόπων τούτων ὁ Ἐρασίστρατος· προσελθὼν δή, ἔφη, Χαῖρε ὦ Σώκρατες. Καὶ σύ γε (ἦ δ' ἐγώ) τί γάρ; καλόν τι ἀπὸ Σικελίας ἔχεις λέγειν ἡμῖν; Καὶ πάνυ. Ἀλλὰ βούλεσθ', ἔφη, πρῶτον καθιζώμεθα; κέκμηκα γάρ, ἐξ ὧν βαδίσας Μεγαρόθεν. Παίυ γ', εἰ δοκεῖ. Τί οὖν (ἔφη) βούλεσθε πρῶτον ἀκούειν τῶν ἐκεῖ; πότερον περὶ αὐτῶν ἐκείνων ὅ,τι πεπόνθασιν, ἢ ὅπως πρὸς τὴν πόλιν ἔχουσι τὴν ἡμετέραν; ἐκεῖνοι γὰρ ἐμοὶ δοκοῦσι πεπονθέναι πρὸς ἡμᾶς οἷονπερ οἱ σφῆκες. καὶ γὰρ τούτους ἐάν τις μικρὸν ἐρεθίζων ὀργίσῃ, ἅμα χοὶ γένονται, ἕως τις ἀμύνεται ὁπλίτης πεμποικὶ ἐξέλθῃ. οὕτως οὖν καὶ οἱ Συρακούσιοι, εἰ μή τις ἔργον ποιησάμενος σφόδρα μεγάλως τόλμῃ ἥξει ἐκεῖσε, οὐκ ἔστιν ὅπως ἐκείνη ἡ πόλις ἔσται ποτὲ ἡμῖν ὑποχείριος. ὁπόσοι δὲ τῶν σμικρῶν τούτων αὖ μᾶλλον ὀργίζοιντο ὅπως ὡς αὖ μάλιστα χαλεπώτατοι εἶησθε. πεπόμφασι δὲ καὶ νῦν ὡς ἡμᾶς πρέσβεις, ὡς μοὶ ἐμοὶ δοκεῖ, βουλόμενοι τὴν ὀξύτητα τὴν πόλιν. Μεταξὺ δὲ ἡμῶν διαλεγομένων, ἐτύγχανεν οἱ Συρακούσιοι πρέσβεις παρόντες. εἶπεν οὖν ὁ Ἐρασίστρατος, δείξας εἰς τὸν ἕνα τῶν πρέσβεων, Οὗτοί μοὶ τοι (ἔφη) ὦ Σώκρατες, πλουσιώτατός ἐστι τῶν Σικελιωτῶν καὶ Ἰταλιωτῶν. Πῶς δή; (ἔφη) ὦ γεωπόνε γῆ τε ἄφθονος οὕτως ὥστε ὑπόπειαν εἶναι, εἴπερ βούλοιτο, πάνυ πολλὴν γεωργεῖν; καὶ αὐτὴ μοὶ δοκεῖ αὐτὴ οἵα οὐκ ἐστὶν ἄλλη ἐν γε τοῖς Ἕλλησιν. ἔτι δὲ ἄλλα τὰ εἰς πλοῦτον ἥκοντα ἁπλᾶ, τὰ αἰδραπόδα, καὶ ἵπποι, καὶ χρυσὸς καὶ ἄργυρος. ὁρῶν δή ἐγὼ αὐτὸν αἰανόμενον, ὡς ἀδολεσχήσοντα περὶ τῆς οὐσίας τῆς

αὐθεφπου, ἠρόμην, Τί δὲ ὦ Ἐρασίστρατε; αὐὴρ ποῖός τις ἐν δοκεῖ εἶναι ἐν τῇ Σικελίᾳ; Οὗτος (ἔφη) Σικελιωτῶν καὶ Ἰταλιωτῶν καὶ δοκεῖ καὶ ἔστι πλέον πάντων πονηρότατος, καὶ ὅσῳ πλουσιώτατος· οὕτως ὥστε εἴτινα βούλει Σικελιωτῶν ἐρωτᾷν ὅντινα πονηρότατον νομίζει εἶναι καὶ πλουσιώτατον, οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἄλλον ἢ τοῦτον. Οἰηθεὶς δ' αὐτὸν ἐγὼ οὐ περὶ μικρῶν λόγον ποιεῖσθαι, ἀλλὰ περὶ τῶν μεγίστων δοκούντων εἶναι, ἀρετῆς τε πέρι καὶ πλούτου, ἠρόμην πότερον αὖ φαίη πλουσιώτερον εἶναι αὐθεφπον, ὅτῳ δύο τυγχάνει ὄντα ἀργυρίου, ἢ ὅτῳ ἀγρὸς ἄξιος δυοῖν τοιούτοιν. Οἶμαι μὲν ἐγὼ (ἔφη) ὅτῳ ἀγρός. Οὐκοῦν, (ἔφην ἐγὼ) κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ εἴ τυγχάνει τῷ ἱμάτια ὄντα, ἢ φόρματα, ἢ πάλλα ἔτι πλέονος ἄξια ἢ ὅσου τὰ ξένῳ, ὅστις αὖ εἴη πλουσιώτερος. Συνέφη καὶ ταῦτα. Εἰ δέ τις σοὶ διδοίη αἵρεσιν τούτοιν, πότερον αὖ βούλοιο; Ἐγὼ μὲν αὖ (ἔφη) ὃ πλείσου ἄξιον. Ποτέρως οὖν οἰόμενος πλουσιώτερος εἶναι; Οὕτω. Νεανὶ μὲν ἄρα φαίνεται οὖν ἡμῖν ὢν πλουσιώτατος, ὅστις πλείσου ἄξια κέκτηται. Ναί, ἔφη. Οὐκοῦν (ἰὼ δή ἐγὼ) οἱ ὑγιαίνοντες τῶν καμνόντων πλουσιώτεροι αὖ εἶναι δοκοῦσιν, εἴπερ ἡ ὑγίεια πλείονος ἄξιον κτῆμα ἢ τὰ τοῦ κάμνοντος χρήματα. Οὐδεὶς γὰρ αὖ οἶμαι ὅστις οὐχὶ προθυμήσεται ὑγιαίνειν, ὀλίγον κεκτημένος ἀργύριον, μᾶλλον ἢ τὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου χρήματα κεκτημένος νοσεῖν· δῆλον ὅτι πλείονος ἄξιον οἰόμενος εἶναι τὴν ὑγίειαν. οὐ γὰρ ἂν ποτε προθυμηθείη, εἰ μὴ προθυμότερον ἤγοιτο εἶναι τῶν χρημάτων. Οὐ γάρ. Οὐκοῦν καὶ εἴτι ἄλλο φαίνοιτο πλείονος ἄξιον τῆς ὑγιείας, οὗ τοῦτο κεκτημένος, οὗτος ἂν πλουσιώτατος εἴη. Ναί. Εἰ δέ δή τις ἡμᾶς νεανὶ προσελθὼν ἔροιτο, Ὦ Σώκρατες καὶ Ἐρυξία καὶ Ἐρασίστρατε, ἔχοιτ' ἂν εἰπεῖν μοι τί ἐστιν ἀνθεφπῳ πλείσου ἄξιον κτῆμα; ἆρά γε τοῦτο ὃ κτησάμενος ἀνθεφπος ἄριστα βουλεύοιτο περὶ τούτου, ὅπως ἂν βέλτιστα λέγοι περάττοι τά τε αὐτοῦ αὐτοῦ πράγματα καὶ τὰ τῶν φίλων; τί ἂν εἴη τοῦτο φήσαιμεν; Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, εὐδαιμονία, πλείσου ἄξιον ἀνθεφπῳ εἶναι. Καὶ οὐ κακῶς γ', ἔφην ἐγώ· ἀλλ' ἆρά γε τούτους ἂν τῶν ἀνθεφπων εὐδαιμονεστάτους ἡγησαίμεθα εἶναι, οἵτινες μάλιστα δὴ πράττοιεν; Ἐμοὶ γοῦν δοκοῦσιν. Οὐκοῦν ἂν οὗτοι ἄριστα πράττοιεν ὅσοιπερ καὶ ἐλάχιστα ἁμαρτάνοιεν περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἀνθεφπους; τὰ δὲ πλεῖστα κατορθοῖεν; Παίνυ γε. Οὐκοῦν ὁπόσα μὲν τὰ κακὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ

A nugaturus esset, percũctabar, Quid verò ô Erasistrate? qualis vir esse videtur in Sicilia? Hic (inquit) omniũ Siculorũ ac Italorum & videtur & est plus pessimus quàm ditissimus: adeo vt si aliquem Siculum interrogare velis quémnam pessimum & ditissimum esse putet, nemo alium dixerit quàm hunc. Quum autem putaré ipsum non de paruis verba facturum esse, sed de his quæ maxima esse videtur, tum de virtute, tum de diuitiis, interrogabam vtrum opulentiorem hominem esse censeret, cui duo sunt argẽti talenta, an cui ager pretii duo-
B rum talentorum. Arbitror ego, inquit, eum cui est ager. Nónne (inquam) iuxta eandem rationem etiam si alicui sunt vestes, pallia, aut stragula, aut etiam alia adhuc maioris pretii, quàm quanti sunt huic hospiti, hic fuerit opulentior? Assensus est & hæc. Si verò quis daret tibi horum duorum electionem, vtrum malles? Ego, inquit, mallem id quod plurimi pretii est. V-
C tro verò modo putares te ditiorem esse? Hoc. Nunc ergo apparet hîc nobis ditissimus esse qui res plurimi pretii possidet. Etiam, inquit. Nónne (inquam) sani ægrotis ditiores fuerint, si quidem sanitas res est maioris pretii quàm ægroti opes? Nemo enim est qui non præferat sanitatem, cum modici argenti possessione, magni regis opibus cum ægritudine: nimirum maioris pretii rem esse putans sanitatem. Nunquam enim præferret, si non potiorem opibus esse duceret. Nõ profectó. Nónne etiam siquid aliud videretur maioris pre-
D tii quàm sanitas, qui hoc possidet hic opulentissimus fuerit? Etiam. Si verò quis nũc ad nos accederet, & interrogaret, O Socrates & Eryxia & Erasistrate, potestísne mihi dicere quæ plurimi pretii homini res sit? nónne hæc quã adeptus homo, optimè de hac statuat, quomodo valde optimè & ipse suas & amicorum res agat? quámnã hanc esse diceremus? Mihi quidé videtur, ô Socrates, felicitas plurimi pretii res homini esse. Et nõ malé. (inquã ego) num verò hos homines felicissimos esse putabimus, qui maximè felici successu degunt? Mihi quidẽ
E videntur. Nónne hi optimo successu degunt, qui minimum delinquunt tum circa seipsos, tum circa alios homines, plurimũ verò rectè agunt? Maximé. Nónne qui mala & bona sciunt, & quæ facienda &

non facienda, hi rectiſſimo ſucceſſu degunt, & minimum delinquunt? Aſſentiebatur & hæc. Nunc ergo apparent nobis iidem viri & ſapientiſſimi, & optimo ſucceſſu degentes, & felicisſimi & ditiſſimi: ſi quidem ſapientia plurimi pretii res apparet. Etiam. At (inquit, excepto ſermone, Eraſiſtratus) ô Socrates, quæ vtilitas fuerit homini, ſi etiam Neſtore eſſet ſapientior, neceſſaria verò ad victum non haberet, cibos & potus, & veſtes, & ſiquid aliud eiuſmodi eſt? quid enim prodeſſet ſapientia? aut quomodo hic ditiſſimus fuerit, quē nihil prohibet mendicum eſſe, quum nihil rerum ad victū neceſſariarum habeat? Vehementer igitur & hic aliquid dicere videbatur. Vtrum verò, inquam ego, ſapientiam quidem habenti hoc accidere poterit, ſi indigus is fuerit? ſi verò quis Pulytionis domum poſſideret, & plena eſſet domus auro & argento, non vlla re indigeret? At, inquit, hunc quidem nihil prohibet ſtatim nunc poſſeſſiones ſuas diſponere, & pro his ipſis habere ea quibus ad victum indiget, aut etiam numiſma quo hæc comparare poterit, & omnibus ſtatim abundare. Si modò contigerint ei, inquam ego, homines qui tali domo magis opus habeant quàm illius ſapientia. Nam ſi tales fuerint qui hominis ſapientiam & quæ ab hac proueniunt pluris æſtiment, multo plus negotii hic in diſponendo habebit, ſiqua re indiguerit, & voluerit tum ipſam, tum opera in ipſa ad vſum diſponere. An domus quidem vſus multus & neceſſarius eſt, & multum refert ad hominis vitā, vt in tali domo potius habitet quàm in paruo & vili domicilio: ſapientiæ verò vſus exigui pretii eſt, & parum refert vt quis de maximis rebus aut ſapiens aut imperitus ſit? An hanc quidē contemnunt homines, & ipſam nō emunt: cupreſſo verò quæ eſt in domo, & Pentelicis lapidibus multi indigent, & emere volunt? Nónne, ſiue ſapiens quis fuerit gubernator, ſiue medicus in arte doctus, aut aliam quandā eiuſmodi artem bene & rectè tractare poterit, nullo nō præſtantior fuerit, ex his qui maximas opū poſſeſſiones habēt? Qui verò bene cōſultare poteſt, & ipſe ſibiipſi & alii, quomodo optimo ſucceſſu degat, nónne etiā diſponere poterit, ſi hoc facere voluerit?

A ὅσα πραχτέα καὶ ὅσα μή, οὗτοι αὖ ὀρθότατα πράττοιεν, καὶ ἐλάχιστα ἁμαρτάνοιεν; Συνεδόκει καὶ ταῦτα. Νῦν ἄρα ἡμῖν φαίνονται ⓐ αὐτοὶ οὗτοι ἄνδρες, σοφώτατοί τε καὶ ἄριστα πράττοντες, καὶ εὐδαιμονέστατοι καὶ πλουσιώτατοι· εἴπερ ἄρα ἡ σοφία τοῦ πλείστου ἄξιον κτῆμα φαίνεται. Ναί. Ἀλλ' (ἔφη ὑπολαβὼν ὁ Ἐρασίστρατος) ὦ Σώκρατες, τί αὖ ὄφελος εἴη τοῦ αὐθρώπου, εἰ σοφώτερος μὲν εἴη τοῦ Νέστορος, τὰ δ' ἐπιτήδεια τοῖς τῷ διαιτᾶν μὴ τυγχάνοι ἔχων, σιτία καὶ ποτὰ, καὶ ἱμάτια, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ἐστί; τί αὖ ἡ σοφία ὠφελοίη; ἢ πῶς αὖ οὗτος πλουσιώτατος εἴη, ὅς γε οὐδὲν κωλύει πτωχεύειν, μηδενὸς γ' ὑπαρχόντα τῶν ἐπιτηδείων; Σφόδρα δοκεῖ ἐμοὶ δόξει καὶ οὗτος λέγειν τι. Ἀλλὰ πότερον (ἐγὼ δ' ἐγὼ) ὁ μὲν τῷ σοφίαν κεκτημένος πάθοι ἂν τοῦτο, εἰ ἐνδεὴς γένοιτο τούτων; εἰ δέ τις τῷ Πουλυτίωνος οἰκίαν κεκτημένος εἴη, καὶ πλήρης εἴη χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἡ οἰκία, οὐκ ἂν δεηθείη οὐδενός; Ἀλλ', ἔφη, τοῦτον μὲν οὐδὲν κωλύει αὐτίκα νυνὶ ἁπάντων τὰ κτήματα, ἔχειν αὐτ' αὐτῶν τούτων, ὥσπερ καὶ τυγχάνῃ δεόμενος εἰς τὴν διαιταν, ἢ καὶ νόμισμα ἀφ' ὅτου ταῦτα δυνήσεται ποιεῖσθαι, καὶ ἀπόντων εὐπορεῖν τοῦ δεομένου. Εἰ γε τυγχάνοιεν (ἔφην ἐγὼ) ⓐ ὄντες αὖ θεοὶ, δεόμενοι τοιαύτην σοφίαν οἰκίαν ᾑρεῦσθαι μᾶλλον ἢ τὴν ἐκείνου σοφίαν. ἐπεὶ εἰ γε τοιοῦτοι εἰσὶν οἷοι τῷ ὄντι αὖ θεῶν σοφίαν πολὺ πλείονος ἡγεῖσθαι καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης γιγνόμενα, πολὺ μᾶλλον οὗτος ἂν ἁμαθεῖν, εἴπερ τυγχάνῃ δεόμενος, καὶ βούλοιτο καὶ αὐτὴν καὶ τὰ ἔργα τὰ ἀπὸ ταύτης διαπίθεσθαι. ἢ τὰ μὲν οἰκίας ἥτε χρῆσις πολλὴ τυγχάνῃ οὖσα ἐν ἀνάγκῃσι, καὶ μεγάλα ὠφελήματα ἀνθρώπῳ τὰ ἁμφέροντα τὰ πρὸς τὸν βίον, ἐν τῇ τοιαύτῃ οἰκίᾳ οἰκεῖν μᾶλλον ἢ ἐν σμικρῷ καὶ φαύλῳ οἰκιδίῳ· τῆς δὲ σοφίας ἥτε χρεία ὀλίγου ἀξία, καὶ τὰ διαφέροντα σμικρά, ἢ σοφῷ ἢ ἀμαθεῖ εἶ) πρὸς τῶν μεγίστων; ἢ τούτου μὲν καταφρονῶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ μὴ εἰ ὠνητὰς· τῆς δὲ κυπαρίττου τῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ Πεντελίκων λίθων πολλοὺς δὴ δεομένους τε καὶ βουλομένους πρίασθαι; οὐκοῦν ἂν εἴη σοφὸς εἰς κυβερνήτης, οὐδὲ ἰατρὸς σοφὸς τῷ τέχνῃ, ἢ τιν' ἄλλων τῶν τοιουτοτρόπων τεχνῶν οὗ καὶ καλῶς δύναιτο μεταχειρίζεσθαι; οὐδενὸς ὄντος οὐκ ἂν ἐντιμότερος εἴη τῶν κατὰ τὰς οὐσίας μεγίστων κτημάτων· ὁ δὲ δυνάμενος οὗ βουλεύεσθαι καὶ αὐτὸς αὑτοῦ πέρι καὶ ἑτέρου, ὅπως ἂν ἄριστα πράττοι, οὐκ ἂν ἄρα δύναιτο ἁμαρτάνειν, εἴπερ βουλοιτό γε τοῦτο πράττειν

Ὑπολαβὼν ὁ καὶ Χαρμίδης ὁ Ἐρυξίας, ὥσπερ τι ἀδικούμενος, Σὺ γὰρ αὖ (ἔφη) ὦ Σώκρατες, εἰ δέοι σε ταληθῆ λέγειν, φαίης ἂν εἶναι Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου πλουσιώτερος. καίτοι οὐκ ἂν ἁμαθέστερος ὁμολογήσαις ἂν εἶναι τοσοῦτος τῶν μεγίστων, ἀλλὰ σοφώτερος· ἢ τοσοῦτον μᾶλλον διὰ τοῦτο πλουσιώτερος εἶ. Ἴσως γὰρ (ἐγὼ δὴ ἐγὼ) σὺ οἴῃ ὦ Ἐρυξία, τυτυσὶ μὲν τοὺς λόγους οὓς νυνὶ διαλεγόμεθα, εἶναι παιδιάν. ἐπεὶ οὐκ ἀληθῶς γε οὕτως ἔχειν· ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ πεττείᾳ εἶναι πεττοὺς, οὓς εἴτις φέροιτο, δύναιτ' ἂν τοὺς ἀντιπαίζοντας ποιεῖν ἡττᾶσθαι οὕτως ὥστε μὴ ἔχειν ὅ,τι χρήσοιτο τούτοις ἀντιφέρουσιν. ἴσως οὖν καὶ τοῦτο τῶν πλουσίων οἴῃ μέν τι εἶναι μᾶλλον οὕτως ἔχειν· λόγους δὲ τινας εἶναι τοιούτους οὐδέν τι μᾶλλον ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς, οὓς λέγων ἄνθρωπος τοῦ ἐναντίου τῶν ἀντιλεγόντων, ὡς ἂν σοφώτατοι, καὶ πλουσιώτατοι ἡμῖν εἰσί. καὶ τούτου τοιοῦτα ψευδῆ λέγων, ἀληθῆ λεγόντων. καὶ οὐδὲν μέν ἴσως θαυμαστόν· ὁμοίως ὥσπερ εἴ δύ' ἀνθρώπω τοῦ γραμμάτων λεγόντοιν, ὁ μὲν φάσκων τὸ Σωκράτους ἄρχειν σίγμα, ὁ δ' ἕτερος, ἄλφα· οὗτος ἂν εἴη χρείττων ὁ λόγος ὁ τοῦ λέγοντος ἄλφα, ἢ τοῦ φάσκοντος τὸ σίγμα, ἄρχειν. Περιβλέψας δὲ πρός τας ὁ Ἐρυξίας, ἅμα γελῶν τε καὶ ἐρυθριῶν, ὥσπερ ὑπὸ πόνων τοῖς ἔμπροσθεν λελεγμένοις, Ἐγὼ μὲν (ἔφη) ὦ Σώκρατες, οὐ τοιούτους ἄμεινον εἶναι τοὺς λόγους ἡγοῦμαι, οἷς μήτ' ἂν πεῖσαι δύναιτο τις μηδένα τῶν παρόντων, μήτ' ἂν ὠφελῆσαι μηδὲν ἀπ' αὐτῶν· (τίς γὰρ ἂν ἀνθρώπων ποτὲ πεισθείη νοῦν ἔχων, ὡς ἂν σοφώτατοι ἡμῖν πλουσιώτατοι;) ἀλλὰ μᾶλλον, ἐπειδὴ καὶ τοῦ πλουτεῖν ἀφελεῖσθαι δεῖ, ὁπόθεν καλόν ἐστι πλουτεῖν, καὶ ὁπόθεν αἰσχρόν. καὶ αὐτό τὸ πλούσιον εἶναι ἄνθρωπον, εἰ ἔστι· πότερον ἀγαθόν, ἢ κακόν. Εἶεν (ἔφην ἐγώ·) τοιαῦτα μὲν νῦν πολλὰ δὴ φυλαξόμεθα. καλῶς γὰρ καὶ σὺ ποιεῖς παραινῶν. ἀλλὰ τί οὐκ αὐτὸς, ἐπειδήπερ εἰσηγῇ τοὺς λόγους, ἐπεχείρησας εἰπεῖν πότερόν σοι δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, ἢ κακόν; ἐπειδήπερ οἴῃ ἔμπροσθεν λόγοι οὐ περὶ τούτου δοκοῦσί σοι εἰρῆσθαι. Ἐμοὶ μὲν τοίνυν δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι (ἔφη) τὸ πλουτεῖν. Ἔτι δ' αὖτε τί βουλόμενος λέγεις, Χαιρεκράτους ὁ Κεττίας, Σὺ γὰρ εἰπέ μοι ὦ Ἐρυξία, ἀγαθὸν ἡγῇ τὸ πλουτεῖν; Ἔγωγε, νὴ Δία. ἦ γὰρ οὐ μαινόμην. καὶ σοῦ γε οἶμαι εἶναι (ἔφη ὁ ἕτερος) καὶ ἐγὼ οἶμαι σοῦ γε οὐδένα ὄντινα οὐκ ἂν ποιῆσαι ὁμολογεῖν ἐμοὶ, οἵοις ἀνθρώποις

A At Eryxias, excepto ſermone, & ſublatis oculis, velut iniuria affectus eſſet, Tu enim (inquit) ô Socrates, ſi te vera dicere oporteret, diceres te Callia, Hipponici filio, ditiorem eſſe: & quidē nō imperitioré te eſſe in vllis maximis rebus confitereris, ſed ſapientiorem: & tamen nihilo magis propter hoc ditior es. Fortaſſis (inquā ego) tu putas ô Eryxia, hos ſermones quos nūc habemus eſſe ludum, & alioqui non verè ita ſe habere, ſed eſſe velut in talorum ludo talos, quos ſiquis ducat, efficere poſſit vt colludentes ſuperentur, adeo vt non habeant quos contrà ducant. Fortaſſis igitur etiam de diuitibus putas nihilo magis ita rem ſe habere, ſed ſermones eſſe quoſdam eiuſmodi qui nihilo magis veri ſint quàm falſi: quibus prolatis homo contradicentibus ſuperior euadat, quòd ſapientiſſimi ſint nobis etiam ditiſſimi, & quòd qui talia falſa dicit, dicat ea quæ ſunt vera. Et nihil fortaſſis miri ſit: ſimiliter velut ſi duo homines de literis dicerent, & alter aſſereret in nomine Socratis σ principium obtinere, alter α, hic ſermo ſuperior euaderet eius qui α aſſereret, & non eius qui σ principium habere diceret. At Eryxias ad præſentes reſpiciens, ſimúlque ridens ac erubeſcens, velut à ſuperius dictis vulneratus, Ego (inquit) ô Socrates, non tales putabā eſſe oportere ſermones, quibus neque alicui ex præſentib⁹ perſuadere quidpiā, neq; etiam vllam ex ipſis vtilitatem capere quis poſſit. Quis enim mente præditus vnquā crediderit, ſapientiſſimos nobis eſſe etiam ditiſſimos? Verùm potius de diteſcēdo diſputare oportere, vnde honeſtum ſit diteſcere, & vnde turpe: & hoc ipſum, diuitem eſſe hominem, quid ſit: vtrum bonum an malum. Sit ita (inquam ego) proinde de cætero hoc obſeruabimus. Rectè verò etiam tu facis quòd admones. Sed cur non ipſe, quandoquidem ſermonem induxiſti, dicere aggreſſus es vtrum bonum an malum tibi eſſe videatur diuitem eſſe? quādoquidem ſanè ſuperiores ſermones non de hoc dicti eſſe tibi videntur. Mihi itaque videtur, inquit, bonum eſſe, diuitem eſſe. Et quū ipſe adhuc quid dicere vellet, obſtitit Critias, &, Tu verò dic mihi, inquit, ô Eryxia, bonum eſſe putas diuitem eſſe? Ego profectò, per Iouem. alioqui enim inſanirem: & neminem eſſe puto qui nō hoc confiteatur. Atqui, inquit alter, & ego neminem eſſe arbitror quem non efficiam vt mecū conſentiat, aliquibus hominibus

malum esse diteſcere. Si enim bonũ esset, nõ vtiq; malũ quibuſdã noſtrũm videretur. Dicebã igitur ad ipſos, Equidẽ ſi de hoc cõtẽderetis, vter veſtrũm veriora dicat de equitatione, quomodo quis optimè equitare poſſit, ſi quidẽ ipſe eques essem, ipſe cõtẽtionẽ inter vos dirimere conarer. Erubeſcerẽ enim ſi nõ quantũ poſſem præſens diſſenſionẽ impedirẽ: aut ſi de alia quacunq; re contenderetis, & de ea non conſentiretis, nihilo magis inimici pro amicis diſceſſuri eſſetis. Nunc autem cùm de eiuſmodi re contendatis, qua per totam vitam vti neceſſe eſt, & multum referat vtrum eius cura habẽda ſit, velut rei vtilis, an ſecus, & hoc cùm nõ vilia hæc, ſed maxima Græcis esse videantur. Equidẽ patres de hoc primũ filios ſuos admonent, vt vbi ad ætatẽ peruenerint vt iam ſapere ſe putent, citiſſimè conſiderent vnde diuites fiãt. Nam ſiquid habes, in aliqua exiſtimatione es: ſin minus, in nulla. Si igitur ita vehemẽter expetitur, vos autẽ in aliis cõſentiẽtes, de hac magna adeo re diſſentitis: inſuper autẽ ad hæc de diteſcendo cõtenditis, nõ vtrum nigra res ſit aut alba, neq; vtrũ leuis aut grauis, ſed vtrũ bona aut mala: vt vel maximè ad inimicitiã deueniatis, ſi de malis & bonis cõtendatis, & hoc cùm maximè amici ac cognati ſitis. Ego igitur, quãtũ in me esset, nõ negligerẽ vos inter vos ipſos contendẽtes, ſed ſi quidẽ poſſem, expoſita vobis re quomodo ſe habet, litem inter vos dirimerem. nunc autẽ, quandoquidẽ ego nõ poſſum, vos autẽ vtriq; putatis vos poſſe efficere vt alter ipſi conſentiat, paratus ſum vt quantũ poſſum opẽ ferã, quò à vobis declaretur quomodo hæc res ſe habet. Tu igitur inquã ô Critia, conare efficere vt nos tibi, velut oſtendiſti, cõſentiamus. At ego, inquit, velut incepi, Eryxiã hunc libẽter interrogarem an videantur ipſi esse homines iuſti & iniuſti. Per Iouẽ (inquit ille) & valde quidem. Quid verò? iniuſta facere, num malũ esse tibi videtur, aut bonum? Malum esse mihi videtur. Videtur autem tibi homo, ſi cum vicinorũ vxoribus adulteriũ ob argentũ cõmittat, iniuſta facere, an non? & hoc quũ ciuitas & leges prohibeãt? Iniuſta facere mihi videtur. Nõnne, inquit, ſi quidem diues eſt, & argentum expendere poteſt homo iniuſtus, & qui vult, peccauerit?

A κακὸν εἶ) ὃ πλουτεῖν. Οὐκ ἂν οὖν, εἰ τῷ ἀγαθὸν ἐῶ, κακὸν ἡμῖν σὺ οἷος ἐφαίνετο. εἶπον ἂν αὐτοῖν ὅτι Ἐγώ τοι ὑμᾶς, εἰ μὲ ἐτύγχανετε περὶ τούτου διαφερόμενοι, ὁπότερος ὑμῶν ἀληθέστερα λέγει περὶ ἱππασίας, ὅπως ἂν τις ἄριστα ἱππεύοι· εἰ μὲ αὐτὸς ἐτύγχανον ἱππικὸς ὤν, αὐτὸς ἂν ὑμᾶς ἐπειρώμην παύειν τῆς διαφορᾶς· (ἠσχυνόμην γὰ ἂν εἰ πρὸ ὧν μὴ καθ' ὅσον οἷός τ' ἐῶ ἐκώλυον διαφερομένους· ἢ εἰ περὶ ἑτέρου οὑτινοσοῦν διαφερόμενοι, μηδέν τι μᾶλλον ἐμέλλετε, εἰ μὴ ὁμολογοῖτε τοῦτ', μᾶλλον ἐρᾶν ἀλλήλων ἢ φίλων ἀπαλλαγῆναι) νεῦ δ', ἐπειδὴ τετυχήκατε περὶ τοιούτου πράγματος διαφερόμενοι, ὃ αἰσχρὸν προσδοκᾶν πρὸς ὅλον τὸν βίον, καὶ μεγάλα διαφέρει πότερον ἐπιμελητέον ὅτι τούτου ὡς ὠφελίμου ὄντος, ἢ οὔ, καὶ ζῶντα, οὐ τῷ φαύλων, ἀλλὰ τῶν μεγίστων δοκούντων εἶ) τοῖς Ἕλλησιν· (οἱ γοῦν πατέρες τοῦτ' περὶ τούτου τοῖς σφετέροις υἱέσι πράττουσιν, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἡλικίαν ἔλθωσι ἀφίκωνται τὸ ἥδη φρονεῖν, B ὡς δοκοῦσι, σκοπεῖν ὁπόθεν πλούσιοι ἔσονται. ὡς, αὖ μού τι ἔχεις, ἀξιός του εἶ· ἐὰν δ' μή, οὐδενός.) εἰ οὖν ταῦτα διαζητοῦμεν οὕτω σφόδρα, ὑμεῖς δ' ἄλλα συμφερόμενοι, περὶ τούτου οὕτως μεγάλου πράγματος διαφέρεσθε· ἔτι δ' αὖ πρὸς τούτοις περὶ τοῦ πλουτεῖν διαφέρεσθε· οὐκ ὁπότερον μέλαν ἢ λευκόν, οὐδὲ ὁπότερον κοῦφον ἢ βαρύ, ἀλλ' ὁπότερον κακὸν ἢ ἀγαθόν· ὡς αὖ μάλιστα καὶ εἰς ἔριδα καταστῆναι, εἰ τῶν κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν πέρι διαφέρεσθε· καὶ ταῦτα μὰ τοὺς, τὰ μάλιστα φίλω τε ὄντε καὶ συγγενέε· ἐγὼ οὖν, ὅσον ἂν ἐπ' ἐμοὶ ἦ, οὐ περιόψομαι ὑμᾶς αὐτοὺς αὐτοῖς διαφερομένους· ἀλλ' εἰ μὲ αὐτὸς οἷός τ' ἐῶ, φέρε σε ἂν ὑμῖν ὅπως ἔχει, ἔπαυσα τῆς διαφορᾶς· νεῦ δ' ἐπειδὴ αὐτὸς μὲ οὐ τυγχάνω οἷός τ' ὤν, ὑμῶν δ' ἑκάτερος οἴεται οἷός τ' εἶ) ὁμολογεῖν ποιῆσαι C Ⓚ ἕτερον, ἕτοιμος εἰμὶ συλλαμβάνειν καθ' ὅσον ἂν δύωμαι, ἵνα διομολογηθῇ ὑμῖν ὅπως ἔχει τοῦτο. σὺ οὖν, ἔφη, ὦ Κριτία, ὅπως χείρ᾽ ποιῆσαι ἡμᾶς ὁμολογεῖν, ὡς σοὶ ὑπεδείξω. Ἀλλ' (ἔφη) ἐγὼ μὲ, ὡς σοὶ ἠρξάμην, Ἐρυξίαν τοῦτον ἥδεως ἐρήσομαι ἂν εἰ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶ) ἄνθρωποι δίκαιοι καὶ ἄδικοι. Νὴ Δία, (ἔφη ἐκεῖνος) καὶ σφόδρα μὲ τοί. Τί δέ; τὸ ἀδικεῖν, πότερον κακόν σοι δοκεῖ εἶ), ἢ ἀγαθόν; Κακὸν ἔμοιγε. Δοκοῖ δ' ἂν σοι ἄνθρωπος, εἰ μοιχεύοι τὰς τῶν πέλας γυναῖκας ἐπ' ἀργυρίῳ, ἀδικεῖν ἂν ἢ οὔ; καὶ ταῦτα μὲ τοί, καὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν νόμων κωλυόντων; Ἀδικεῖν ἂν ἔμοιγε δοκοῖ. Οὐκοῦν (ἔφη) εἰ μὲ πλούσιος τυγχάνοι ὢν καὶ ἀργύριον δοὺς ἀναλῶσαι ὁ ἄδικός τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βουλόμενος, ἁμαρτάνοι ἂν·

εἰ δέ γε μὴ ὑπάρχῃ πλουσίῳ εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ, οὐκ ἔχων ὁπόθεν ἀναλίσκοι, οὐδ' ἂν δύναιτο ἃ βούλεται. ὥστ' οὐκ ἂν οὐδὲ ἁμαρτάνοι. διὸ καὶ λυσιτελοῖ ἂν τῷ ἀνθρώπῳ μᾶλλον μὴ εἶναι πλουσίῳ, εἴπερ ἤθελον διαπράξεται ἃ βούλεται. βούλεται δὲ μοχθηρά. καὶ πάλιν αὖ ὑγιαίνειν, πότερον ἂν φαίης κακὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι; Κακὸν ἔγωγε. Τί δέ; δοκοῦσί τινες σοὶ ἀκρατεῖς ἀνθρωποι; Ἔμοιγε. Οὐκοῦν, εἰ βέλτιον εἴη τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ ἀπέχεσθαι σιτίων καὶ ποτῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἡδέων δοκούντων εἶναι, ὁ δὲ, μὴ οἷός τ' εἴη, διὰ ἀκράτειαν· βέλτιον ἂν εἴη τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ μὴ ὑπάρχειν ὁπόθεν οἰκοποιεῖται ταῦτα, μᾶλλον ἢ πολλοῦ πεπλουσιακέναι τῶν ὀπτανδείων; οὕτω γὰρ ἂν αὐτῷ οὐκ ἐξουσία εἴη ἁμαρτάνειν, οὐδ' εἰ σφόδρα βούλοιτο. Ἐδόκει οὖν καὶ καλῶς διαλέχθαι ὁ Κριτίας οὕτως, ὥστ' εἰ μὴ ἠχθόμην παρὼν ὁ Ἐρυξίας, οὐδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν ἀναστάντα τύπτειν τὸν Κριτίαν. οὕτως ᾤετο μεγάλου τινὸς ἐστερῆσθαι· ἐπεὶ αὐτῷ φανερὸν ἐγίγνετο ὅτι οὐκ ὀρθῶς διαπορῶν ἐδόξαζε περὶ τοῦ πλουτεῖν. καταμαθὼν δ' ἐγὼ οὕτως ἔχοντα τὸν Ἐρυξίαν, καὶ βουλόμενος μὴ παρρωτέρως λοιδορία καὶ διαπόνησις γένοιτο, Τουτονὶ μὲν λόγον (ἔφην ἐγὼ) περὶ τοῦ ἐν Λυκείῳ ἀνὴρ σοφὸς λέγων Πρόδικος ὁ Κεῖος ἐδόκει τοῖς παροῦσι φλυαρεῖν οὕτως, ὥστε μηδένα δύασθαι πεῖσαι τῶν παρόντων ὡς ἀληθῆ λέγοι. καὶ δῆτα καὶ μειρακίσκον τι σφόδρα νέον προσελθόν καὶ σκωμύλον, προσκαθιζόμενον, κατεγέλα τε καὶ ἐχλεύαζε, καὶ ἔστιν αὐτόν, βουλόμενον λόγον λαμβάνειν ὧν ἔλεγε. καὶ μάλιστα καὶ πολὺ μᾶλλον ἐδοκίμαζε τοῦτόν γε τῶν ἀκροωμένων ἦν ὁ Πρόδικος. Ἆρ' οὖν (ἔφη ὁ Ἑρμοκράτης) ἔχοις ἂν ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι τὸν λόγον; Πάνυ μὲν οὖν, ἐάν γε ἀναμνησθῶ. ὧδί γέ πως, ὡς ἐγῷμαι, εἶχεν. ἠρώτα γὰρ αὐτὸν ὃ μειράκιον πῶς οἴεται καλὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, καὶ ὅπως ἀγαθόν. ὁ δ' ἀποκρίνεσθαι, Ὡς ἔοικε καὶ σὺ νῦν δή (ἔφη) τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθόν· καὶ τοῖς ὀπτανδείοις ὅπου δεῖ χρῆσθαι τοῖς χρήμασι, τούτοις μὲν ἀγαθόν, τοῖς δὲ μοχθηροῖς καὶ ἀνεπιστήμοσι, κακόν. ἔχει δ', ἔφη, καὶ ἄλλα πράγματα οὕτω πάντα. ὁποῖοι γὰρ ἂν τινες ὦσιν (a) χρώμενοι, τοιαῦτα (c) τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀναίσχυντα εἶναι καλῶς δ', ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πεποιῆσθαι, Καὶ φρονοῦσι τοῖα ὀχυροῖς ἐσκυρέωσιν ἐρύμασι. Νῦν ἆρ' (ἔφη τὸ μειράκιον)

(a) Pro ἐρύμασι legendum suspicor ἐρίσμασι. id est ἐρεθίσμασι.

A Si verò diues non est, nec vnde sumptum faciat habet, neque perficere ea quæ vult poterit, quare neque peccabit. Quapropter etiam conducit homini magis vt diues non sit, si quidem minus ea quæ vult; perficiet: vult autem mala. Et rursus ægrotare, bonúmne an malũ esse dixeris? Malum sanè ego. Quid verò? videntur tibi homines aliqui intemperantes esse? Mihi certè. Nónne, si melius esset ad sanitatem huic homini, vt à cibis & potibus & aliis quæ iucunda esse videntur, abstineret, ipse verò non posset ob intemperantiam: melius esset vt ipsi non essent ea vnde hæc sibi compararet, quàm vt multa sit ipsi rei familiaris copia? Sic enim non esset ipsi peccandi facultas, neque si valde vellet. Videbatur igitur bene & rectè disseruisse Critias, adeo vt si non præsentes veritus fuisset Eryxias, nihil ipsum prohibuisset quominus surrexisset, & Critiã verberasset. ita magna quadam re priuatũ se esse putabat, vbi clarũ ipsi factum esset quòd non rectè priùs de diteſcendo sensisset. Ego verò vbi Eryxiã ita affectũ esse intellexissem, & vererer ne vlterius conuitia & contentiones oborirentur, Hũc (inquã) sermonẽ nuper in Lyceo vir sapiens Prodicus Ceus producens, præsentibus adeo nugari videbatur, vt nemini ex istis persuadere posset quòd vera diceret. Et sanè etiam adoleſcẽtulus quidã admodũ iuuenis ipsum adortus, cum multa facundia, assidebat, & deridebat, ac sugillabat & cõmouebat ipsum, & rationẽ accipere volebat de his quæ ille dicebat: & sanè etiã in multo maiore existimatione erat apud audientes quàm Prodicus. Nunquid potes nobis (inquit Erasistratus) sermonẽ istum recẽsere? Maximè, si modò in memoriã reuocauero. Sic enim quodámodo, vt ego arbitror, se habebat. Interrogabat enim ipsum adoleſcentulus quomodo putaret malũ esse, diuitẽ esse, & quomodo bonũ. Et ille excepto sermone, velut etiã tu nunc, dixit, præstãtibus quidẽ & bonis hominibus bonũ esse: & his qui nossent vbi opibus vti oportet, bonũ esse: malis autem & id ignorantibus, malũ. Habent autẽ (inquit) etiam aliæ res omnes se hoc modo. Quales enim fuerint qui ipsis vtuntur, tales etiam res ipsis esse necesse est. Rectè enim videtur mihi (inquit) illud Archilochi dictũ esse, *Ita sentiũt, habẽt velut munimina.* Nũc ergo (inquit adoleſcẽtulꝰ)

ſiquis me ſapientem faceret in ea ſapientia qua boni viri ſapientes ſunt, ſimul neceſſe eſt ipſum etiã alias res bonas mihi facere, vt ad illas ipſas quidẽ nihil ipſi negotii fuerit, ſed quòd me pro imperito ſapientem fecit: quemadmodũ ſiquis me nũc grammaticum feciſſet, neceſſe eſt ipſum etiam alias res grammaticas mihi feciſſe: &, ſi muſicum, muſicas: velut quũ bonum me fecerit, ſimul bonas etiam res mihi feciſſe neceſſe eſt. In his autem Prodicus aſſenſus non eſt, ſed illa quidem confitebatur. Vtrum verò tibi videtur (inquit) velut domum facere, hominis opus eſſe, ſic etiam res bonas facere? an neceſſe eſt, quales ab initio fuerint, ſiue bonæ, ſiue malæ, tales ipſas permanere? Suſpicatus autẽ (vt mihi videtur) Prodicus, quò ſermo ipſi admodũ verſutè proceſſurus eſſet, vt ne coram omnibus præſentibus ab adoleſcentulo redargui videretur: (ſi enim ſoli ipſi hoc accidiſſet, nihil referre putaſſet) dixit hominis opus eſſe. Vtrum verò (inquit) videtur tibi virtus doceri poſſe, aut à natura inſita eſſe? Doceri poſſe (inquit) mihi videtur. Nónne videtur tibi (inquit) ſtolidus eſſe, ſi quis precibus ad deos effuſis, grammaticũ aut muſicum ſe fore putet, aut aliam quãdam ſciẽtiam adepturũ, ſi neceſſe eſt aut ab alio diſcendo acquirere, aut vt quis ipſe inueniat? Aſſenſus eſt & hæc. Nónne (inquit adoleſcentulus) tu, ô Prodice, quum deos precaris felicem ſucceſſum, & vt bona tibi contingant, tũc nihil aliud precaris quàm vt præſtans & bonus fias? ſi quidẽ præſtantibus & bonis hominibus etiam res bonæ ſunt: malis autem, malæ. Si quidem igitur virtus doceri poteſt, nihil aliud precari videris, quàm vt docearis ea quæ non ſcis. Ego igitur ad Prodicum dicebam quòd mihi videretur non vilis res ipſi accidiſſe, ſi in hac peccaſſet, &, ſi nobis ea quæ à diis precamur, ſimul etiã cõtingere putaret. Nã etiãſi ſubinde properè ad ciuitatẽ vadis, & adorãdo à diis petis vt dẽt tibi bona: noſti tamẽ, illos nõ poſſe hæc tibi dare quæ tu petis. Quẽadmodũ ſi ad grãmatiſtæ fores accederes, & peteres vt daret tibi grammaticã ſciẽtiã, qui nihil aliud eius gratia tractaſſes, ſed qua accepta ſtatim etiam grammatiſtæ opera faceres. Hæc me dicente, Prodicus in adoleſcentulum inuchebatur, velut vlturus, & demonſtraturus hæc quæ tu nunc

A εἴτις ἐμὲ σοφὸν ποιοῖ ταύτην τὴν σοφίαν ἣν Ⓐ ἀγαθοὶ ἄνδρες σοφοί εἰσιν, ἅμα ἀναγκαῖον καὶ τἆλλα πράγματ' αὐτὸν ἀγαθὰ ἐμοὶ ποιεῖν, ὥσπερ μὲν αὐτὰ ἐκεῖνα μηδὲν πραγματευσάμενον, ὅτι δέ με αὐτὸν ἀμαθοῦς σοφὸν πεποίηκεν· ὥσπερ εἴτις ἐμὲ νυνὶ γραμματικὸν ποιήσειεν, ἀνάγκη αὖ τὸν καὶ τἆλλα πράγματα γραμματικὰ ἐμοὶ ποιεῖν· καὶ εἰ μουσικόν, μουσικά. ὥσπερ ὅταν ἀγαθὸν ἐμὲ ποιήσῃ, ἅμα ἀγαθὰ καὶ
B τὰ πράγματα πεποιηκέναι μοι. Οὐ μὲν δή τοι ταῦτά γε ξυνέφη ὁ Πρόδικος· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ὡμολόγει. Πότερον δέ σοι δοκεῖ (ἔφη) ὥσπερ οἰκίαν ποιεῖ, ἀνθρώπου ἔργον εἶ), οὕτω καὶ τὰ πράγματα ἀγαθὰ ποιεῖν; ἢ ἀνάγκη, ὁποῖα ἄττ' ἂν τὴν ἀρχὴν γένωνται, εἴτε καλὰ εἴτε ἀγαθά, τοιαῦτα διαμένειν ἃ πέφυκε; Ὑποπτεύσας δὲ (μοὶ δοκεῖ) ὁ Πρόδικος ἢ ἔμελλεν ὁ λόγος χωρήσεσθαι αὐτῷ, σφόδρα πανουργῶς, ἵνα μὴ
C πολλῶν παρόντων ἐναντίον φαίνοιτο ἐξελεγχόμενος ὑπὸ τοῦ μειρακίου· (μόνῳ μὲν γὰρ αὐτῷ τοῦτο παθεῖν, οὐδὲν ᾤετο) διαφέρειν ἔφη ἀνθρώπου ἔργον εἶ). Πότερον δέ σοι (ἔφη) δοκεῖ εἶ) διδακτὸν ἢ ἀρετή, ἢ ἔμφυτον; Διδακτόν, ἔφη, ἔμοιγε. Οὐκοῦν (ἔφη) εἰ μὲν δοκῇ σοι ἠλίθιος εἶ) εἶτις εἶναι, τοῖς θεοῖς δυσχόλους, γραμματικὸς αὖ φανεῖται, ἢ μουσικός, ἢ ἑτέραν τινὰ ὅτιοῦν τιμὴν λαβεῖν, ἢ αὖ ἄλλην μαθόντα παρ' ἑτέρου, ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα κτήσασθαι; Συνέφη καὶ ταῦτα. Οὐκοῦν (ἔφη ὁ
D μειράκιον) σὺ ὦ Πρόδικε, ὅταν εὔχῃ τοῖς θεοῖς εὐπραγεῖν καὶ ἀγαθὰ σοὶ εἶ), τότε μὲν ἕτερον εὔχῃ ἢ καλὸς κἀγαθὸς φανεῖσθαι; εἴπερ τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ πράγματα τυγχάνει ἀγαθὰ ὄντα, τοῖς δὲ φαύλοις, μοχθηρά. εἴπερ δ' ἂν τυγχάνει ἡ ἀρετὴ διδακτὸς οὖσα, οὐδὲν ἕτερον φαίνοιτο ἂν εὐχόμενος ἢ διδαχθῆναι ἃ σὺ νῦν ἐπίστασαι. Εἶπον οὖν ἐγὼ πρὸς Ⓝ Πρόδικον ὅ-
E τι μοὶ δοκεῖ οὐχὶ φαῦλον πρᾶγμα πεπονθέναι, εἰ τυγχάνει τούτου διημαρτηκώς, εἰ οἷόν τε) ἡμῖν πρό τῶν θεῶν ἃ εὐχόμεθα, γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα· εἰ καὶ ἑκάστοτε ἀπουδὴ βαδίζων εἰς πόλιν, προσευχόμενος αἰτεῖς πρό τῶν θεῶν δοῦναί σοι ἀγαθά· οὐ μὲν τοι οἶδα εἰ οἷοί τε σοὶ ἐκεῖνοι ταῦτα δοῦναι ἃ σὺ τυγχάνεις αἰτούμενος. ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς τὰς τῶν γραμματιστοῦ φοιτῶν θύρας, ἀντὶ βολοίης δοῦναί σοι γραμματικὴν ἐπιστήμην, μηδὲν ἄλλο πραγματευσαμένῳ, ἀλλὰ ἰοῦσιν λαβὼν πρόσχημα καὶ δωσόμενα πρὸ τῶν γραμματιστοῦ ἔργα. Ταῦτα ἐμοῦ λέγοντος, ὁ Πρόδικος ἀντεμήχετο πρὸς τὸ μειράκιον, ὡς ἀμυνούμενος, καὶ ὅτι δείξων ταῦτα ἅπερ σὺ νῦν δή.

protinus inclamarũt quòd eodem ſermo reuolueretur: quoniam & medicina ſit cõſenſio quædã & artes reliquæ, & circa quid verſantur declarare queant. At verò tua hæc iuſtitia vel conſenſio, quò tendit ignorat, quódve opus ſit, latet. Eadem abs te tandem quæſiui Socrates: tu verò ſtatim iuſtitiæ opus eſſe dixiſti, prodeſſe amicis, inimicos lædere. Deinde verò viſus tibi eſt vir iuſtus nunquam lædere quenquam, ſed prodeſſe in omnibus vnicuique. Hæc non ſemel tãtùm ô Socrates, aut bis tẽtata ſunt: ſed quũ diu ſupplex vos ſequut⁹ fuerim, denique defeſſus ſum: exiſtimãs te ad inflammandos homines vt ſtudium virtutis capeſſant, cæteris eſſe vehementiorem. E duobus verò alterutrum neceſſe eſt. aut enim eatenus tantùm vales, vltra verò nihil, quod quidem in quauis arte contingere poteſt: ceu in arte gubernatoria fieri poteſt vt qui gubernare neſcit, excogitauerit aliquas eius artis laudes, quibus ad eã homines prouocet, quaſi digniſſima ſit: & in cæteris artibus eodẽ modo. Idem fortaſſe tibi quis tribuet, quaſi nihilo magis iuſtitiam ipſam cognoſcas, etſi præclarè eam laudas. Ego autem non ſic exiſtimo. è duobus enim alterum, inquam: aut neſcire te arbitror, aut nolle mecum cõmunicare. Quamobrem ad Thraſymachum, vt opinor, me conferam, & aliò quocunque potero, ſperaueróque à dubitationibus liberari. Neque verò aliò me conferrẽ, ſi velles ipſe exhortationibus iſtis quandoque facere finẽ. Porro quemadmodũ ſi me iã ſatis ad curã corporis quæ gymnaſticę eſt incitaſſes, poſt exhortationẽ huiuſ modi aperires mihi qualis mei corporis eſſet affectio, & quali curatione indigeret: ita in præſentia facito: pone, Clitophonem tibi cõcedere ridiculum eſſe vt in aliis rebus quis ſtudium ponat: animam verò, cuius gratia in cæteris laboratur, negligat, & alia quæcunque poſt hæc ſequuntur & dicta modò ſunt, retuliſſe me puta. Obſecro te Socrates, ne aliter facias, ne, quẽadmodum nunc, ita & poſthac coram Lyſia cæteríſque hominibus, partim quidem laudare te, partim verò vituperare neceſſe ſit. Ei nanque qui nondum ad virtutem ſit prouocatus, cõferre te plurimum aſſeram: perſuaſo autem contrà, impedimento eſſe te propemodum quominus ad virtutis finem perueniens, beatus efficiatur.

A τες, ἱκανοὶ ἦσθ' ὅτι πλήθη τε αὐτῷ, & λέγειν ὅτι οὐδεδράμηκεν εἰς ζωτὸν ὁ λόγος τοῖς πολλοῖς· καὶ ἔλεγον ὅτι καὶ ἡ ἰατικὴ, ὁμόνοιά τις ἐστὶ, καὶ ἅπασαι αἱ τέχναι, καὶ πρὸς ὅτου εἰσὶν, ἔχουσι λέγειν· τί οὖν σοὶ δοκεῖ λεγομένην δικαιοσύνην, ἢ ὁμόνοιαν, ὅπου τείνουσά ἐστι, διαπέφυγε, καὶ ἄδηλον αὐτῆς ὅ, τι ποτ' ἐστὶ τὸ ἔργον. ζωῦτα, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ τελευτῶν καὶ σὲ αὐτὸν ἠρώτων· καὶ εἶπες μοὶ δικαιοσύνης εἶ), τοὺς μὲν ἐχθροὺς βλάπτειν,

B τοὺς δὲ φίλους οὐ ποιεῖν. ὕστερον δ' ἔφαὶ ἡ βλάπτειν γε οὐδέποτε ὁ δίκαιος οὐδένα· πρὸς γὰρ ἐκ' ὠφελείᾳ πρὸς ἀρᾷν. ζωῦτα δὲ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς ἀλλὰ πολλοὶ δὴ ἐστομείνας χρόνον, καὶ λιπαρῶν, ἀπείρηκα· νομίσας σὲ ὃ μὲν πρόθυμον εἰς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν, καλλίς' ἂν ἀφθόπων ἀρᾷν· δυοῖν δὲ θάτερον, ἢ τοσοῦτον μόνον δυνάσθαι, μακρότερον δ' οὐδὲν, ὃ γοῦν ἂν καὶ πρὸς ἄλλου ἱκανῶς τέχνου· οἷ), μὴ ὄντα κυβερνήτου καταμελε

C τῆσαι τὸν ἔπαινον πρὸς αὐτῆς, ὡς πολλοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἀξία· καὶ πρὸς τῶν ἄλλων τεχνῶν ὡσαύτως. ζωτὸν δὴ καὶ σοι τὶς ἐπενέγκοι τάχ' ἂν πρὸς δικαιοσύνης, ὡς ἔστ μᾶλλον ὄντι δικαιοσύνης ἐπιζήμονι, διότι καλῶς αὐτῷ ἐξκωμιάζεις. οὐ μὴν τόγε ἐμὸν ὅτως ἔχει. δυοῖν δὲ θάτερον, ἢ ὄκ εἰ δέναι σὲ, ἢ ὄκ ἐθέλειν αὐτῆς ἐμοὶ κοινωνῆν. δρᾷ ζωῦτα δὴ καὶ πρὸς Θρασύμαχον, οἶμαι, πορεύσομαι, & ἄλλοσε ὅπη δυνάμαι, ἀπορῶν· ἐπεὶ εἰ γ' ἐθέλοις σὺ τούτων μὲν ἤδη παύσασθαι πρὸς ἐμὲ τῶν λόγων τῶν προτρεπτικῶν. οἷ), εἰ πρὸς γυμναστικῆς προτετραμμένος ἦς τὸ σώματος δεῖν μὴ ἀμελεῖν, ὃ ἐφεξῆς ἂν τῷ προτρεπτικῷ λόγῳ ἔλεγες, οἷον ὃ σῶμά μου φύσει ὂν οἵας θεραπείας δεῖται· & νῦν δὴ ζωτὸν μνημόνευσον. θὲς, τὸν Κλειτοφῶντα ὁμολογοῦντα ὡς ἔστ καταγέλαστον τῶν μὲν ἄλλων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, ψυχῆς δὲ, ἧς ἕνεκα πάντα πονοῦμεθα, ζωύτης ἠμεληκέναι. καὶ πάντα

E πρόθυμα οἷον μὲ νῦν ὅτως εἰρηκέναι τὰ τούτοις ἑξῆς, ἃ καὶ νῦν δὴ διῆλθον· καὶ σοὶ δεόμενος λέγω μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖν· ἵνα μὴ, καθάπερ νῦν, ζὰ μὲν ἐπαινῶ σε πρὸς Λυσίαν καὶ πρὸς ζεῖνους, ζὰ δὲ πῃ κ' ψέγω. μὴ μὲ γὰρ προτετραμμένῳ σὲ αὐθόφωνον, ὦ Σώκρατες, ἄξιον εἶ) τῦ πρώτου φήσω· προτετραμμένῳ δὲ, ἡδὺν καὶ ἐμπόδιον τῦ πρὸς τέλος ἀρετῆς ἐλθόντα, εὐδαίμονα ἡγέσθαι.

Γ'ΔΙΟΝ, ὃ κ τ̃ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὄν, καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον. Θεὸς, ζῶον ἀθάνατον, αὐτάρκες πρὸς εὐδαιμονίαν· οὐσία ἀίδιος, τ̃ ἀγαθοῦ φύσεως αἰτία. Γένεσις, κίνησις εἰς οὐσίαν· μετάληψις οὐσίας· πρόοδος εἰς τὸ εἶ). Ἥλιος, πῦρ οὐράνιον· ὃ μόνον ἀπ' ἠοῖς μέχρι δείλης τοῖς αὐγοῖς ὁρᾶσθαι ἐστὶν ὁραθῆναι· ζῶον ἀίδιον, ἔμψυχον· ἄστρον ἡμεροφανές, τὸ μέγιστον. Χρόνος, ἡλίου κίνησις, μέτρον φορᾶς. Ἡμέρα, ἡλίου πορεία ἀπ' ἀνατολῶν εἰς δυσμάς. Φῶς, τοὐναντίον νυκτί. Ἕως, ἡμέρας ἀρχή· ὃ πρῶτον φῶς ἀπὸ τ̃ ἡλίου. Μεσημβρία, χρόνος ἐν ᾧ τ̃ σωμάτων αἱ σκιαὶ ἐλαχίστου μήκους κοινωνοῦσι. Δείλη, ἡμέρας τελευτή. Νύξ, σκότος ἐναντίον ἡμέρᾳ· ἡλίου στέρησις. Τύχη, φορὰ ἐξ ἀδήλου εἰς ἄδηλον, ἢ ἐκ τ̃ αὐτομάτου· αἰτία εὐδαιμονίας πράξεως. Γῆρας, φθίσις ἐμψύχου ὑπὸ χρόνου γιγνομένη. Πνεῦμα, κίνησις ἀέρος πρὸς τ̃ γῆν. Ἀήρ, στοιχεῖον ὃ πᾶσαν αἱ κ τ̃ τόπον κινήσεις, κ τ̃ φύσιν εἰσίν. Οὐρανὸς, σῶμα περιέχον πάντα τὰ αἰσθητὰ, πλὴν αὐ τ̃ ὑ αἰωνίου ἀέρος. Ψυχὴ, τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν· αἰτία κινήσεως ζωϊκῆς ζώων. Δυνάμις, τὸ καθ' αὑτὸ ποιητικόν. Ὄψις, ἕξις φωτεινὴ σωμάτων. Ὀστοῦν, μυελὸς ὑπὸ θερμοῦ παγείς. Στοιχεῖον, τὸ σωματον ἐς διαλυόν τὰ σύνθετα. Ἀρετὴ, διάθεσις ἢ βελτίων ἕξις ἑνὸς ζώου, καθ' αὑτὴν ἐπαινετή. ἕξις, καθ' ἣν ὃ ἔχον, ἀγαθόν λέγε). Κοινωνία, νόμων δικαίων διάθεσις, καθ' ἣν τὸ ἔχον, διακείμενον ἐλεύθερος, εὐδαίμων λέγεται· ἕξις, ποιητικὴ δύναμις. Φρόνησις, δύναμις ποιητικὴ καθ' αὑτὸ τ̃ ἀνθρώπου εὐδαιμονίας· ὅπερ ἐστὶν ἀγαθῶν κ κακῶν· ὅπερ ἐστὶν ποιητικὴ εὐδαιμονίας· διάθεσις καθ' ἣν κρίνομέν τί πρακτέον καὶ τί οὐ πρακτέον. Δικαιοσύνη, ὁμοίωσις τ̃ ψυχ̃ς πρὸς αὑτὴν, καὶ εὐταξία τ̃ ψυχ̃ς μερῶν πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς ἄλληλα· ἕξις διανεμητικὴ τ̃ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων προαιρετικός ἐστι τ̃ φαινομένων αὐτῷ δικαίων· ἕξις ἐν βίῳ, νόμου ὑπήκοος· ἰσότης κοινωνική· ἕξις ὑπηρετικὴ ὀρθῶν νόμων. Σωφροσύνη, μετριότης τ̃ ψυχ̃ς περὶ τὰς ἐν αὐτῇ κ τ̃ φύσιν γιγνομένας ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονάς. εὐαρμοστία καὶ εὐταξία ψυχ̃ς πρὸς τὰς κ τ̃ φύσιν ἡδονὰς ἐς λύπας. συμφωνία ψυχ̃ς πρὸς τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. εὐδοξία κ τ̃ φύσιν. εὐταξία ψυχ̃ς, λογιστικὴ ὁμιλία ψυχ̃ς περὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν. ἕξις καθ'

SEMPITERNVM, est quod per omne tempus & priùs existens, etiam nunc non corruptum est. Deus est animal immortale, sese ipso contentum ad felicitatē: essentia sempiterna, naturæ boni causa. Generatio, est motus ad essentiā: assumptio essentiæ: progressio ad hoc vt sit. Sol est ignis cœlestis, qui solus ab aurora ad vesperā vsque, ab iisdem videri potest: animal sempiternū, animatū astrum, per diem conspicuum, maximum. Tempus est motus solis: mensura motus. Dies, est iter solis ab ortibus ad occasus. Lux est quod est contrariū nocti. Aurora est diei principiū: prima lux à sole. Meridies est tempus in quo corporum vmbrę minimę lōgitudinis participes sunt. Vespera est diei finis. Nox, tenebræ, quod est contrariū diei: priuatio solis. Fortuna est motus ex obscuro ad obscurū, & ex eo quod sua sponte fit: causa felicis successus. Senectus est imminutio animati, à tempore contingens. Ventus est motus aeris circū terrā. Aer est elementū cuius omnes secundum locum motus, secundum naturā sunt. Cœlū est corpus complectens omnia quæ sensibus exposita sunt, præter ipsum supremū aerē. Anima est quod ipsum seipsū mouet: causa motus vitalis animaliū. Facultas est id quod per seipsum efficiēdi vim habet. Visus est habitus discernendi corpora vim habens. Os est medulla à calore cōpacta. Elementū est quod cōponit & dissoluit cōposita. Virtus est affectio, aut habitus optimus mortalis animalis, per seipsū laudatus: habitus secundum quem id quod habet, bonū dicitur. Cōmunio, legum est iusta affectio, secundū quā id quod habet perfectè affectū, honestū dicitur: aut habitus qui æquitatis & cōcordiæ faciēdæ vim habet. Prudentia est facultas quæ per seipsam humanæ felicitatis efficiendæ vim habet: sciētia bonorū & malorū: scientia effectrix felicitatis: affectio secundum quam iudicamus quid faciēdū sit, & quid non faciendū. Iustitia est consensio animæ ad seipsam & partium animæ inter se bona compositio: habitus qui cuique pro dignitate distribuit: habitus secundum quē is qui habet amplectitur & eligit ea quæ sibi iusta videntur: habitus in vita legi obediēs: socialis æqualitas: habitus inseruiēs rectis legibus. Temperantia est moderatio animæ circa cupiditates & voluptates quæ in ipsa secundum naturam fiunt: concinnitas & bona animæ compositio ad naturales voluptates ac dolores: consensio animæ ad hoc vt imperet, & subdita sit: spontanea secundum naturam actio: bona animæ compositio: conuersatio animæ quæ de

honeſtis & turpibus rationẽ init:habitus ſecũdũ quem is qui habet eligit & veretur ea quæ oportet. Fortitudo eſt habitus animæ qui à timore non commouetur: confidentia militaris:ſciẽtia rerum militariũ:continentia animæ aduerſus horrenda & formidãda:audacia inſeruiens prudentiæ: fiducia in mortis expectatione: habitus conſeruans rectas ratiocinationes in periculis:robur ad æquatum periculũ: robur conſtãs ad virtutem: quies animæ circa ea quæ horrenda & audenda ſecundũ rectam rationẽ videntur: ſalus ſententiarũ obſcurarũ circa horrenda: experientia belli: habitus perſeuerãs in lege. Continentia eſt facultas quæ ſuffert doloré: ſequela rectæ ratiocinationis: facultas non excedẽs id quod recta ratiocinatione deprehenſum eſt. Contentũ eſſe,eſt perfectio adeptionis bonorũ: habitus ſecundũ quem hi qui habent ipſi ſibiipſis imperãt. AEquitas, eſt iuſtorũ & vtiliũ imminutio: moderatio in cõmerciis, bona cõpoſitio animæ rationalis ad honeſta & turpia. Tolerãtia eſt patientia doloris, honeſti gratia,patientia laborum,honeſtatis cauſa eſt. Confidentia eſt expectationis mali remotio,perturbationis ob mali præſentiã remotio. Indolentia eſt habitus ſecũdũ quẽ ſine dolore ſumus, & in dolores nõ incidimus.Induſtria eſt habit° q perficit id quod quis propoſuit,tolerãtia voluntaria,habitus inculpat° ad laborẽ. Pudor eſt audaciæ receſſio voluntaria iuſtè,& ad id quod optimũ viſum eſt: deprehẽſio optimi voluntaria: cuitatio rectæ reprehenſionis. Libertas eſt principat° vitæ:plena in omnibus poteſtas: licentia faciendi quod quis per ſe velit in vita: in vſu & poſſeſſione rerũ ſublata parſimonia. Liberalitas eſt habitus ad lucrandũ velut oportet: additio ſiue adeptio rerum prout conuenit. Lenitas eſt ſedatio motus ab ira concitati:temperamentũ animæ congruũ. Modeſtia,ceſſio volũtaria ad id quod optimum viſum eſt: bona compoſitio circa corporis motũ. Felicitas eſt bonũ ex omnibus bonis compoſitũ: facultas per ſe ſufficiẽs ad bene viuendũ: perfectio ſecũdum virtutẽ: vtilitas vitæ per ſe ſufficiens. Magnificentia eſt dignitas ſecundũ ratiocinationẽ rectam auguſtiſſimã. Sagacitas eſt generoſitas animæ, ſecundum quam is qui habet, coniectandi eius quod quemque decet vi præditus eſt:acumen intelligẽtiæ. Probitas eſt morũ ſinceritas cum benedicendo: morũ integritas. Dexteritas eſt habitus qui optima eligit & amplectitur. Magnanimitas eſt vſus prudens eorũ quæ contingunt: magnificẽtia animæ cũ ratione. Humanitas eſt habitus morũ blandus & ductu facilis ad hominis amicitiam:habitus benefaciens hominibus. Pietas eſt iuſtitia circa deos: facultas cultrix deorum: voluntaria de deorũ

A ἦν ὁ ἔχων, αἱρετικὸς ὅστι τῆ βὐλαβηλικὸς ὧν χρή. Ἀνδρεία, ἕξις ψυχῆς ἀκίνητος ὑπὸ φόβου. θάρσος πολεμικόν. ἐπιστήμη τ τῆ πόλεμον παραγμάτων. εἰκράτεια ψυχῆς περὶ τὰ φοβερὰ & δεινά. τόλμα ὑπηρετικὴ φρονήσεως. βὐθαρσία ὅτι θανάτου εὐδοκία. ἕξις διαφυλακτικὴ διαλογισμῶν ὀρθῶν ἐν κινδυνίοις. ῥώμη πρὸς κίνδυνον αὐτίρροπος. ῥώμη καρτερικὴ πρὸς ἀρετήν. ἠρεμία ψυχῆς περὶ τὰ δεινὰ & θαρσαλέα τῆ τ ὀρθὸν λόγον φαινόμενα. σωτηρία δογμάτων ἀδήλων περὶ τὰ δεινὰ, καὶ ἐμπειρία πολέμου. ἕξις ἐμμενητικὴ νόμου. Εὐγκράτεια, δυνάμις ὑπομονητικὴ λύπης· ἀκολούθησις τ ὀρθοῦ λογισμοῦ· δυνάμις αὐτοκρατὴς τ ὑπολυφθέντος τῷ ὀρθῷ λογισμῷ. Αὐτάρκεια, τελειότης κτήσεως ἀγαθῶν. ἕξις καθ' ἣν οἱ ἔχοντες, μόνοι αὐτῶν ἄρχουσιν. Ἐπιείκεια, δικαίων καὶ συμφερόντων ἐλάττωσις. μετριότης ἐν συμβολαίοις, βὐταξία ψυχῆς λογιστικῆς πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἱρετά. Καρτερία, ὑπομονὴ λύπης, ἕνεκα τ καλοῦ. Ὑπομονὴ πόνων, ἕνεκα τ καλοῦ. Θάρσος, ἀπροσδοκία κακοῦ· ἀνεκπληξία ἀφ' κακοῦ παρουσίαν. Ἀλυπία, ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπλωτοι ἐσμὲν εἰς λύπας. Φιλοπονία, ἕξις ἀποτελεστικὴ τ αἱρετοῦ. καρτερία ἑκούσιος. ἕξις ἀδιάβλητος πρὸς πόνον. Αἰδώς, τολμήσεως ὑποχώρησις ἐξουσία δικαίως, καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φανέν. καταλαβὴ ἐξουσίᾳ τ βελτίστου. βὐλάβεια ὀρθοῦ φόβου. Ἐλευθερία, ἡγεμονία βίου, αὐτοκράτεια ὅτι πρωτί. ἐξουσία τ καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ. ἀφθονία ἐν χρήσει καὶ ἐν κτήσει οὐσίας. Ἐλευθεριότης, ἕξις πρὸς ὃ χρηματίζεσθαι ὡς δεῖ. πρόσθεσις ἢ κτῆσις οὐσίας ὡς χρή. Πραότης, κατάσασις κινήσεως τῆς ὑπ' ὀργῆς. κρᾶσις ψυχῆς σύμμετρος. Κοσμιότης, ὑπείξις ἐκούσιος πρὸς τὸ φανὲν βέλτιστον. βὐλαξία περὶ κίνησιν σώματος. Εὐδαιμονία, ἀγαθὸν ἐκ πρώτων ἀγαθῶν συγκείμενον. δυνάμις αὐτάρκης πρὸς τὸ βῦ ζῆν. τελειότης κατ' ἀρετὴν, ὠφέλεια αὐτάρκης ζωῆ. Μεγαλοπρέπεια, ἀξίωσις τ λογισμὸν ὀρθὸν τὸν σεμνότατον. Ἀγχίνοια, βὐφυία ψυχῆς, καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστιν ἑκάστῳ τ δέοντος. ὀξύτης νοῦ. Χρηστότης, ἦθος ἁπλασία μετὰ βὐλογίας. ἦθος εὐσυναλλαξίας. Καλοκαγαθία, ἕξις προαιρετικὴ τ βελτίστων. Μεγαλοψυχία, χρῆσις τοῖς συμβαίνουσιν ἀρετία. μεγαλοπρέπεια ψυχῆς μετὰ λόγου. Φιλανθρωπία, ἕξις βὐαγωγὸς ἤθους πρὸς ἀνθρώπου φιλίαν. ἕξις βὐεργετικὴ ἀνθρώπων. Εὐσέβεια, δικαιοσυνὴ περὶ θεούς. δυνάμις θεραπευτικὴ θεῶν. ἑκούσιος περὶ θεῶν λι-

μῆς ἐπιστήμη τῆς περὶ θεῶν ἡμῆς. Ἀγαθόν, ὃ αὑτοῦ ἕνεκεν. Ἀφοβία, ἕξις καθ' ἣν ἀνεμποδίστως ἐσμὲν εἰς φόβους. Ἀπάθεια, ἕξις καθ' ἣν ἀνεμποδίστως ἐσμὲν εἰς πάθη. Εἰρήνη, ἡσυχία ἐπ' ἐλπίδος πολεμικῆς. Ῥᾳθυμία, ῥᾳστώνη ψυχῆς. ἀπάθεια τοῦ θυμοειδοῦς. Δφνότης, διάθεσις, καθ' ἣν ὁ ἔχων, σοφιστικός ἐστι τοῦ ἰδίου τέλους. Φιλία, ὁμόνοια ἐπὶ καλῶν καὶ δικαίων. προαίρεσις δίκαι τοῦ αὐτοῦ. ὁμοδοξία περὶ προαιρέσεως καὶ πράξεως. ὁμόνοια περὶ δίκαι κοινωνίαν, μετ' εὐνοίας. κοινωνία τοῦ ποιῆσαι καὶ παθεῖν. Εὐήθεια, ἀρετὴ εὐήθεσιν ἤθους. διαλογία ψυχῆς πρὸς λόγους καὶ πράξεις. Αἵρεσις, δοκιμασία ὀρθή. Εὔνοια, αἵρεσις ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον ἀσπασμός. Οἰκειότης, ἴσου ἤθους κοινωνία. Ὁμόνοια, κοινωνία τῶν ὄντων ἀπρώτων. συμφωνία νοημάτων καὶ ὑπολημμάτων. Ἀγάπησις, ἀπόδειξις πρωτελής. Πολιτικὴ, ἐπιστήμη καλῶν καὶ συμφερόντων. ἐπιστήμη ποιητικὴ δικαιοσύνης ἐν πόλει. Ἑταιρεία, φιλία κατ' συνήθειαν ἐν τοῖς καθ' ἡλικίαν γεγυμνωμένοις. Εὐβουλία, ἀρετὴ λογισμοῦ σύμφυτος. Πίστις, ὑπόληψις ὀρθὴ ὅτου ἔχειν ὡς αὐτῷ φαίνεται. βεβαιότης ἤθους. Ἀλήθεια, ἕξις ἐν καταφάσει καὶ ἀποφάσει. ἐπιστήμη ἀληθῶν. Βούλησις, ἔφεσις μετὰ λόγου ὀρθοῦ. ὄρεξις εὔλογος. ὄρεξις μετὰ λόγου κατὰ φύσιν. Συμβουλευτικὸς, παραίνεσις ἑτέρῳ πρὸ πράξεως, πίνα δεῖ τρόπον πράττειν. Εὐκαιρία, χρόνου ἐπίταξις, ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Εὐλάβεια, φυλακὴ κακοῦ. ἐπιμέλεια φυλακῆς. Τάξις, ἐργασίας ὁμοιότης τοῦ πρὸς ἄπειρα πρώτων ὄντων. συμμετρία κοινωνίας. αἰτία τοῦ πρὸς ἄλληλα πρώτων ὄντων. συμμετρία πρὸς τὸ μαθεῖν. Πρόοδος, συλλογία ψυχῆς πρὸς τὸ καταμαθεῖν. Εὐφυία, τάχος μαθήσεως. γόνιμος φύσεως ἀγαθῆ. ἀρετὴ ἐν φύσει. Εὐμάθεια, εὐφυία ψυχῆς πρὸς ῥᾴστης μαθήσεως. Δίκη, ἀπόφασις κυρία περὶ ἀμφισβητήσεως πράγματος. Νόμος, ἀμφισβήτησις περὶ τοῦ ἀδικεῖν, ἢ μή. Εὐνομία, πειθαρχία νόμων εὐτυδαίμων. Εὐφροσύνη, ἐπὶ οἷς τοῦ σώφρονος ἔργοις χαρά. Τιμὴ, δόσις ἀγαθῶν ἐν τῷ δι' ἀρετὴν πράξεσι διδομένων. ἀξίωμα ἀπ' ἀρετῆς. ῥῆμα σεμνότητος, τήρησις ἀξιωμάτων. Προθυμία, ἐμφανισμὸς προαιρέσεως πρακτικῆς. Χάρις, εὐεργασία ἐκτύπως. ἀπόδοσις ἀγαθοῦ ἐπουργίας ἐν καιρῷ. Ὁμόνοια, δόξα ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ὡς δεῖ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. Πολιτεία, κοινωνία πλήθους ἀνθρώπων, αὐτάρκης πρὸς εὐδαιμονίαν· κοινωνία πλήθους ἐννόμως.

cultu exiſtimatio: recta cultus deorum ſcientia. Bonum eſt quod ſuiipſius gratia eſt. Intrepidũ eſſe, eſt habitus ſecundum quem in timores non incidimus. Affectionũ exortẽ eſſe, eſt habitus ſecũdum quem in affectiones nõ incidimus. Pax eſt quies ad inimicitias hoſtiles bellicas. Secordia eſt requies animę affectionis: concitati animi exortẽ eſſe. Calliditas, affectio eſt ſecũdum quã is qui habet, coniectandi proprium finem vim habet. Amicitia eſt concordia de honeſtis & iuſtis: propoſitum eiuſdem vitæ: conſenſio de propoſito & actione: conſenſio circa vitæ ſocietatem cum beneuolẽtia: ſocietas beneficiorũ mutuorũ. Nobilitas eſt virtus generoſorum morũ: facilis animi ductus ad ſermones & actiones. Electio eſt probatio recta. Beneuolentia eſt electio hominis: hominis amplexus & ſalutatio. Familiaritas, eiuſdẽ generis ſocietas eſt. Concordia ſocietas & cõmunio rerũ omniũ: conſenſio ſentẽtiarũ & opinionũ. Dilectio eſt demõſtratio perfecta. Ars ciuilis eſt ſcientia honeſtorũ & vtiliũ: ſcientia effectrix iuſtitiæ in ciuitate. Sodalitas eſt amicitia per conſuetudinẽ inter coætaneos contracta. Conſilii pręſtãtia eſt virtus rationi inſita. Fides eſt recta opinio & perſuaſio cp res ita ſe habet, velut ipſi videtur: firmitas morũ. Veritas eſt habitꝰ in affirmatione & negatione: ſciẽtia rerũ verarũ. Volũtas eſt deſideriũ cum recta ratione: appetẽtia rationi conſentanea: appetẽtia cũ ratione ſecundũ naturã. Conſiliũ eſt admonitio alterius ante actionẽ, quomodo agere oportet. Opportunitas eſt tẽporis propoſitio, in quo quid pati aut facere oportet. Cautio eſt cuſtodia mali: cura cuſtodiæ. Ordo eſt officii & actionis ſimilitudo omniũ eorũ quæ inter ſe cõferũtur: proportio ſocietatis: cauſa omniũ eorũ quæ inter ſe conferũtur: ſymmetria & congruẽtia ad diſcendũ. Attentio eſt cõtentio & conatus animæ ad cognoſcendũ. Ingeniũ eſt velocitas diſcendi: natiuitas naturæ bona: virtus in natura. Docilitas eſt generoſitas animæ ad velociter diſcendũ. Iudiciũ eſt ſententia rata de re in diſceptatione ambigua. Lex eſt cõtrouerſia de iniuſtè factis, aut ſecus. Bonitas legũ, eſt obediẽtia legũ rectarũ. Lętitia eſt gaudiũ ex moderati viri operibus. Honor eſt exhibitio bonorũ quæ in actionibus per virtutẽ dãtur: dignitas ex virtute: habitꝰ autoritatis: obſeruatio dignitatũ. Alacritas eſt declaratio voluntatis ad agendũ. Gratia eſt beneficẽtia volũtaria: retributio boni ob miniſteriũ in tẽpore opportuno. Concordia eſt ſententia principũ & ſubditorũ, quomodo imperare & ſubditos eſſe oportet. Reſpubl. eſt cõmunio multitudinis hominũ, per ſe ſufficiẽs ad felicitatẽ: cõmunio multitudinis legitima.

Prouidentia eſt præparatio ad futura quędã. Conſultatio eſt conſideratio de futuris prout conducit. Victoria eſt facultas ſuperandi in certamine. Facilitas eſt diſtinguẽdi prõptitudo, quæ ſuperat ac obtinet id quod cõſideratur. Donũ eſt gratiæ permutatio. Occaſio eſt tẽporis vigor ad id quod conducit: tẽpus, quod bonũ aliquod cooperatur. Memoria eſt affectio animæ, quæ conſeruat eã quæ in ipſa eſt veritatẽ. Notio eſt cogitationis cõtentio. Intelligẽtia eſt principiũ ſciẽtiæ. Sanctimonia eſt euitatio peccatorũ aduerſus deos: honoris Dei ſecundũ naturam cultus. Diuinatio eſt ſcientia quæ priùs indicat rẽ abſque demonſtratione. Ars diuinandi, eſt ſcientia quæ ſpeculatur id quod eſt, & quod futurũ eſt mortali animali. Sapientia eſt ſcientia nullius certi argumenti: ſcientia eorũ quæ ſemper ſunt: ſciẽtia quæ rerũ cauſas ſpeculatur. Philoſophia eſt ſcientiæ eorũ quæ ſẽper ſunt appetẽtia, quę cõſiderat verũ quomodo verũ ſit: cura animæ cũ recta ratione. Scientia eſt apprehenſio animæ immutabilis à ratione: facultas exiſtimandi de quodã aut quibuſdã, immutabilis à ratione: ratio vera in mẽte immutabilis. Opinio eſt exiſtimatio cum perſuaſione à ratione: impetus ratiocinãdi: ſententia incidens in falſum & verũ à ratione. Senſus eſt impetus animæ: mentis motus: animæ per corpus renũciatio ad opportunitates hominũ: à quo fit animæ facultas rationis exors, quæ cognoſcit per corpus. Habitus eſt affectio animæ, ſecũdũ quã quales quidã dicimur. Vox eſt fluxus per os, de mẽte & cogitatione. Sermo, eſt vox quæ literis ſcribi poteſt, & ſingula quæ ſunt exponit: forma loquendi cõpoſita ex nominibus & verbis, abſque concentu. Nomẽ eſt forma loquendi incõpoſita, quæ interpretatur tum id quod de eſſentia prædicatur, tũ quidũ quod non per ſeipſum dicitur. Loquẽdi forma eſt vox hominis quæ literis ſcribi poteſt, & ſignum quoddã cõmune interpretandi, abſque cõcentu. Syllaba eſt humanæ vocis articulus, qui ſcribi poteſt. Definitio eſt ſermo ex genere & differentia compoſitus. Coniectura eſt demonſtratio rei non conſpicuæ. Demonſtratio eſt ſermo ex ratiocinatione verus: ſermo qui declarat per ea quæ priùs cognita ſunt. Elementũ vocis eſt vox incõpoſita, quæ cauſa eſt aliis vocibus vt voces ſint. Vtile, eſt cauſa vt cõmodo afficiamur: cauſa boni. Conducibile eſt quod ducit ad bonũ. Honeſtũ & pulchrũ eſt bonũ. Bonum eſt cauſa ſalutis his quæ ſũt cauſa cuiuſuis quod ad ipſum refertur: à quo contingit electio eorum quæ conueniunt. Modeſtum eſt animæ venuſtas. Iuſtũ eſt legis ordo, qui efficit iuſtitiam. Voluntarium idem eſt quod blandum & illectans: quod per ſeipſum eli-

A Πρόνοια, παρασκευὴ τῶν μέλλοντα τινά. Βουλή, σκέψις περὶ τῶν μελλόντων ὡς συμφέρῃ. Νίκη, δύναμις κρατητικὴ περὶ ἀγωνίαν. Εὐπετεία, εὐχρίνεια κρατητικὴ τοῦ λογιζομένου. Δωρεά, ἀλλαγὴ χάριτος. Καιρός, χρόνου ἀκμὴ τοῦ συμφέρον. χρόνος ἀγαθοῦ τινὸς σύνεργός. Μνήμη, διάθεσις ψυχῆς, φυλακτικὴ τῆς ἐν αὐτῇ ὑπαρχούσης ἀληθείας. Ἔννοια, στοχαστικὴ διάνοιας. Νόησις, ἀρχὴ ἐπιστήμης. Ἁγνεία, εὐλάβεια τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς ἁμαρτημάτων. τῆς θεοῦ τιμῆς καὶ κατὰ φύσιν θεραπεία.

B Μαντεία, ἐπιστήμη προδηλωτικὴ τῶν ἀφάνους, ἄνθρ ἀποδείξεως. Μαντική, ἐπιστήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζώῳ θνητῷ. Σοφία, ἐπιστήμη ἀνυπόδετος. ἐπιστήμη τῶν ἀεὶ ὄντων. ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῶν ὄντων αἰτίας. Φιλοσοφία, τῆς τῶν ὄντων ἀεὶ ἐπιστήμης ὄρεξις. θεωρητικὴ τοῦ ἀληθοῦς, πῶς ἀληθές. ἐπιμέλεια ψυχῆς μετὰ λόγου ὀρθοῦ. Ἐπιστήμη, στοχαστικὴ λῆψις ψυχῆς ἀμεταπτώτου ὑπὸ λόγου. δύναμις

C στοχαστικὴ τοιούτου ἢ τοιούτων, ἀμεταπτώτου στοχαστοῦ λόγου. λόγος ἀληθὴς ἐπὶ διανοίᾳ ἀμεταπτώτου. Δόξα, ὑπόληψις μετὰ πίστεως ὑπὸ λόγου. λογιστικὴ φορά· ἔμφυσα ἐμπεσοῦσα εἰς ψεῦδος καὶ ἀλήθες στοχαστοῦ λόγου. Αἴσθησις, ψυχῆς φορά. νοῦ κίνησις. ψυχῆς διὰ σώματος εἰσάγγελσις εἰς ὥρας ἀνθρώπων, ἀφ' ἧς γίνεται ψυχῆς ἄλογος δύναμις γνωριστικὴ διὰ σώματος. Ἕξις, διάθεσις ψυχῆς, καθ' ἣν ποιοί τινες λεγόμεθα. Φωνή, ῥεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ

D διανοίας. Λόγος, φωνὴ ἐγγράμματος, φραστικὴ ἐκ μέρους τῶν ὄντων. διάλεκτος στοιχεῖον ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἄνθρ μέλους. Ὄνομα, διάλεκτος ἀστοιχείωτος ἑρμηνευτικὴ τε καὶ τῆς οὐσίας καθηγορημένη, ἔπτωτος καὶ μὴ καθ' ἑαυτὸ λεγομένη. Διάλεκτος, φωνὴ ἀνθρώπου ἐγγράμματος· ἔστι σημεῖόν τι κοινὸν ἑρμηνευτικὸν ἄνθρ μέλους. Συλλαβή, ἀνθρωπίνης φωνῆς ἄρθρον ἐγγράμματον. Ὅρος, λόγος ἐκ διαφορᾶς καὶ γένους συγκείμενος. Τεκμήριον,

E ἀπόδειξις ἀφανοῦς. Ἀπόδειξις, λόγος συλλογιστικὸς ἀληθής. λόγος ἐμφανιστικὸς διὰ προγινωσκομένων. Στοιχεῖον, φωνῆς φωνὴ ἀστοιχείωτος· αἰτία ταῖς ἄλλαις φωναῖς τοῦ φωνᾶεῖν. Ὠφέλιμον, τὸ αἴτιον τοῦ εὖ πάσχειν τὸ αἴτιον ἀγαθοῦ. Συμφέρον, τὸ εἰς ἀγαθὸν φέρον. Καλόν, τὸ ἀγαθόν. Ἀγαθόν, τὸ αἴτιον σωτηρίας τοῖς ἔσι. τὸ αἴτιον πᾶσι τοῦ πρὸς αὐτὸ ἀφ' οὗ συμβαίνῃ ἀκρὴ αἵρεσις. Σῶφρον, τὸ κόσμιον τῆς ψυχῆς. Δίκαιον, νόμου τάγμα ποιητικὸν δικαιοσύνης. Ἑκούσιον, τὸ αὐτὸ προσαγωγόν· τὸ καθ'

αὐτὸ αἱρετὸν, καὶ αὐτάρκειαν ἀποτελούμενον. Ἐλεύθερον, ὃ ἄρχειν αὐτοῦ. Μέτριον, ὃ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως ἢ κατὰ τέχνην ἀρκοῦν. Μέσον, τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως. Ἆθλον, ἀρετῆς γέρας· ἢ ἑαυτοῦ ἕνεκα αἱρετόν. Ἀθανασία, οὐσία ἔμψυχος, καὶ ἀίδιος μονή. Ὅσιον, θεοῦ δόμα θεῷ, ἀρεστὸν θεῷ. Ἑορτή, χρόνος ἱερὸς κατὰ νόμους. Ἄνθρωπος, ζῶον ἄπτερον, δίπουν, πλατυώνυχον· ὃ μόνον τῶν ὄντων, ὅτι ῥήσεως τῆς κατὰ λόγους δεκτικόν ἐστι. Θυσία, θεῷ δόμα θύματος. Εὐχή, αἴτησις ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἢ δοκούντων παρὰ θεοῖς. Βασιλεύς, ἄρχων κατὰ νόμους αὐτοδύνους, πολιτικῆς καλοκαγαθίας ἄρχων. Ἀρχή, ὅτι μέλλει τοῦ πράττειν. Ἐξουσία, ὅτι ἐφ' ἡμῖν νόμου. Νομοθέτης, ποιητὴς νόμων καθ' οὓς δεῖ πολιτεύεσθαι. Νόμος, δόγμα πλήθους πολιτικὸν, οὐκ εἰς τινα χρόνον ἀφωρισμένον. Ὑπόθεσις, ἀρχὴ ἀναπόδεικτος. συγκεφαλαίωσις λόγου. Ψήφισμα, δόγμα πολιτικὸν, εἰς τινα χρόνον ἀφωρισμένον. Πολιτικὸς, ὅτι ῥήμων πόλεως καὶ κατασκευῆς. Πόλις, οἴκησις πλήθους ἀνθρώπων κοινοῖς δόγμασι χρωμένων. πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμον τὸν αὐτὸν ὄντων. Πόλεως ἀρετή, κατάστασις ὀρθῆς πολιτείας. Πολεμική, ἐμπειρία πολέμου. Συμμαχία, κοινωνία πολέμου. Σωτηρία, ἀβλαβὴς εἰσποίησις. Τύραννος, ἄρχων πόλεως κατὰ τὸ ἑαυτοῦ δόγμαν. Σοφιστής, νέων πλουσίων ἐνδόξων ἔμμισθος θηρευτής. Πλοῦτος, κτῆσις σύμμετρος πρὸς εὐδαιμονίαν. περιουσία χρημάτων εἰς εὐδαιμονίαν σῴζοντων. Παρακαταθήκη, δόμα μετὰ πίστεως. Κάθαρσις, ἀπόκρισις χειρόνων ἀπὸ βελτιόνων. Νικᾶν, χρατῆσαι διαφερόντως. Ἀγαθὸς ἀνθρωπος, ὁ τοιοῦτος οἷος ἀνθρώπῳ πάγαθα ὑπάρχειν. Σώφρων, ὁ μετρίας ὑπὸ θυμίας ἔχων. Ἐγκρατὴς, ὁ κρατῶν ἀντιτεινόντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων τοῦ ὀρθοῦ λογισμοῦ. Σπουδαῖος, ὁ τελείως ἀγαθὸς. ὁ ἔχων τὸν αὐτὸν ἀρετὸν. Σωφροσύνη, δόμοια μετὰ λύπης ἄνευ λόγου. Διδασκαλία, βεβαιωτικὴ ἐν μαθήσει. Διαστολή, ἀρχὴ αὐτοδύνους δικαία. Ἀφιλοσοφία, ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων, μισολόγος ἐστί. Φόβος, ἔκπληξις ψυχῆς ὅτι κακοδοξοδοκία. Θυμὸς, ὁρμὴ βίαιος ἄνευ λογισμοῦ. νοῦς τάξεως ψυχῆς ἀλογίστου. Ἔκπληξις, φόβος ὅτι κακοδοξία κακοῦ. Κολακεία, ὁμιλία ἢ κακοδοξία ἡδονῆς ἄνευ τοῦ βελτίστου. ἕξις ὁμιλητικὴ κακοδοξίας ἡδονὴν, ὑπερβάλλουσα τὸ μέτριον. Ὀργή, κακόληψις τοῦ θυμικοῦ εἰς τὸ ἀμυνεῖσθαι. Ὕβρις, ἀδικία κακοδοξίας ἀτιμίαν φέρου-

A gitur, & ſecundum mẽtem perficitur. Liberum eſt quod ſibiipſi imperat. Moderatum, eſt medium inter exceſſum & defectum, & quod ſecundum artem ſufficit. Modus eſt medium exceſſus & defectus. Præmiũ certaminis, eſt virtutis munus, quod ſuiipſius cauſa eligitur. Immortalitas eſt eſſentia animata, & manſio ſempiterna. Sanctum eſt cultus Dei, placens Deo. Feſtum eſt tempus ſacrũ ſecundum leges. Homo eſt animal ſine pennis, bipes, latos vngues habens: quod ſolum ex his quæ ſunt ſcientiam per ſermones ſuſcipere poteſt. Sacrificiũ eſt donũ victimæ Deo. Precatio eſt petitio bonorum, aut quæ bona videntur hominibus à diis. Rex eſt princeps ſecundum leges, quem nemo accuſare poteſt: ciuilis conſtitutionis princeps. Principatus eſt cura totius. Poteſtas eſt tutela legis. Legiſlator eſt conditor legũ, ſecũdũ quas in republ. viuere oportet. Lex eſt decretum multitudinis ciuile, non ad aliquod deſtinatum tempus. Argumentum eſt principium citra demõſtrationem: ſumma ſermonis. Suffragiorũ ſententia eſt decretũ ciuile ad definitũ quoddã tempus. Ciuilis vir eſt qui gnarus eſt ciuilis conſtitutionis & reipubl. conſtituendæ. Ciuitas eſt habitatio multitudinis hominum cõmunibus decretis vtẽtium: multitudo hominũ qui ſub eadem lege ſunt. Ciuitatis virtus eſt cõſtitutio rectę reipub. Ars militaris eſt peritia belli. Auxiliũ militare eſt ſocietas belli. Salus eſt adeptio ſine læſione. Tyrannus eſt princeps ciuitatis ſecũdum ſuam ipſius ſententiam. Sophiſta eſt iuuenũ diuitum illuſtrium mercenarius venator. Diuitiæ ſunt poſſeſſio congrua ad felicitatem: copia opũ ad felicitatẽ tendentium. Depoſitũ eſt donũ cum fide. Purgatio eſt ſecretio deteriorum à melioribus. Vincere eſt in contẽtione ſuperiorẽ euadere. Bonus homo, eſt talis qui homini bona perficere poteſt. Modeſtus eſt qui moderatas cupiditates habet. Continẽs eſt qui reluctantes rationi rectæ partes animæ ſuperat. Integer eſt qui perfectè bonus eſt: qui ſuam virtutem habet. Meditatio eſt cogitatio cum dolore, abſque ratione. Diſcendi difficultas, eſt ad diſcendum tarditas. Dominium eſt principatus iuſtus, quem nemo accuſare poteſt. Alienatio à philoſophia, eſt habitus, quem qui habet, eruditionis & doctrinæ oſor eſt. Timor eſt conſeruatio animæ ob mali expectationẽ. Animi cõcitatio eſt impetus violẽtus animæ irrationalis, abſque ratione & ordine mẽtis. Cõſternatio eſt timor ob mali expectationẽ. Adulatio eſt conuerſatio ad voluptatem, abſque eo quod optimum eſt: habitus conuerſandi ad voluptatem, modum excedens. Ira eſt prouocatio iracundiæ animæ partis ad vindictam. Contumelia eſt iniuria ad ignominiam tẽ-

dens. Incontinẽtia eſt habitus cogens, præter rectam rationem, ad ea quæ iucunda eſſe videntur. Pigritia eſt fuga laborum. Principium eſt prima cauſa vt aliquid fit. Timiditas eſt affectio quæ percipit impetum. Calumnia eſt diſſidium amicorum per ſermonem. Occaſio eſt in qua quiduis idoneũ eſt vt patiatur, aut faciat. Iniuſtitia eſt habitus contemnens leges. Indigentia eſt imminutio bonorum. Verecundia eſt timor ob ignominiæ expectationem. Arrogantia eſt habitus qui vendicat & oſtentat bonum, aut bona quæ non adſunt. Peccatum eſt actio præter rectam rationem. Inuidia eſt dolor ob bona amicorũ quæ aut ſunt, aut aliquãdo contigerunt. Impudentia eſt habitus animæ qui ſuffert ignominiam lucri cauſa. Temeritas eſt audaciæ exceſſus ad timores, vbi non eſt opus. Ambitio eſt habitus animæ qui profundit omnem ſumptũ abſque ratione. Malignitas eſt malitia in natura: peccatum ab eo quod eſt ſecundũ naturam: morbus eius quod eſt ſecundum naturam. Spes eſt expectatio boni. Inſania eſt habitus qui corrumpit veram opinionem. Loquacitas eſt incontinentia ſermonis, exors rationis. Contrarietas eſt eorum quæ ſub idẽ genus ſecundum differentiam aliquam cadunt plurimum diſſidium. Inuoluntarium eſt quod præter ſententiam perficitur. Eruditio eſt facultas curatrix animæ. Inſtitutio eſt eruditionis traditio. Ars legiſlatoria eſt ſcientia firma quæ facit ciuitatem. Admonitio eſt ſermo cum reprehenſione ex conſilio proficiſcens: ſermo peccati auertendi gratia. Auxilium eſt prohibitio mali quod eſt aut fit. Caſtigatio eſt curatio animæ, quę fit ob peccatum. Potentia eſt excellentia in actione, aut ſermone: habitus ſecundum quem id quod habet potens eſt: robur ſecũdum naturam, ſeruandi aut defendendi aliqua vt illæſa maneant.

σια. Ἀκρασία, ἕξις βιαστικὴ παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμόν, πρὸς τὰ δοκοῦντα ἡδέα εἶναι. Ὄκνος, φυγὴ πόνων ἀρχῆς. Δυσλία, ἀνελευθερωτικὴ ὁρμῆς προφάσει τοῦ εἶναι αἰτία. Διαβολή, ἀφάσεως φίλων λόγῳ. Καιρός, ἐν ᾧ ἕκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Ἀδικία, ἕξις ὑπερβατικὴ νόμων. Ἔνδεια, ἐλάττωσις τῶν ἀγαθῶν. Αἰσχύνη, φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ἀδοξίας. Ἀλαζονεία, ἕξις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ, ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων. Ἁμαρτία, πρᾶξις παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμόν. Φθόνος, λύπη ἐπὶ φίλων ἀγαθοῖς ἢ οἷς ἢ ποτὲ γεγηθυίοις. Ἀναισχυντία, ἕξις ψυχῆς ὑπερβατικὴ ἀδοξίας, ἕνεκα κέρδους. Θρασύτης, ὑπερβολὴ ὁράσεως πρὸς φόβους οὓς μὴ δεῖ. Φιλοτιμία, ἕξις ψυχῆς προσεπικὴ πάσης δαπάνης ἀνὰ λογισμόν. Κακοφυία, κακία ἐν φύσει, ἢ ἁμαρτία τοῦ κατὰ φύσιν. Νόσος τοῦ κατὰ φύσιν. Ἐλπίς, προσδοκία ἀγαθοῦ. Μανία, ἕξις φαρτικὴ ἀληθοῦς ὑπολήψεως. Λαλιά, ἀκρασία λόγου ἄλογος. Ἐναντιότης, τῶν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ γένους κατὰ τινὰ διαφορὰν πιπτόντων ἡ πλείστη διάστασις. Ἀκούσιον, ὃ παρὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον. Παιδεία, δυνάμεις θεραπευτικὴ ψυχῆς. Παίδευσις, παιδείας παράδοσις. Νομοθετικὴ ἐπιστήμη, ποιητικὴ πόλεως εὐπαγής. Νουθέτησις, λόγος ἐπιλυμπτικὸς ἀπὸ γνώμης. Λόγος, ἁμαρτίας ἀποτροπῆς ἕνεκεν. Βοήθεια, κακοῦ κώλυσις ὄντος ἢ γενομένου. Κόλασις, ψυχῆς θεραπεία ἐπὶ ἁμαρτήματι γεγενημένῳ. Δυνάμις, ὑπεροχὴ ἐν πράξει ἢ ἐν λόγῳ. ἕξις, καθ' ἣν τὸ ἔχον δυνατόν ἐστιν. ἰσχὺς κατὰ φύσιν σώζειν, ἢ ποιεῖν ἀβλαβῆ.

Hic interpr. aut ſect. ſequitur. ἰδεῖν uidelicet, ψυχῆς πάθων. Ἀορχή, πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Δυσλία, αὐτ. ετc.



IOANNIS SERRANI ANNOTATIONES, QVIBVS SVAE INTERPRETATIONIS rationem reddit neceſſariis in locis: & obſcuros quoſdam illuſtrat.

PAgina 15. verſu ὄφιν] Ex manuſcripto lego, ὄχ ωφέλιμον, ἀλλὰ φίλον πῖς θεοῖς: quemadmodũ & neceſſariò poſtulat ſententia, quæ aliter cohærere nullo modo poteſt. Præter vocem κεχαρισμένον, addit φίλον τοῖς θεοῖς, ad eandem rem exprimendam: vt videlicet ὁσίου definitionem inculcet, quam θεοφιλοῦς nomine ſæpe notauerat.

D.v. δεῖν φόνου] Senſus eſt, Fore vt Euthyphro deorum hominúmque metu reuocaretur à patre accuſando: ne rei periculoſæ aleam diſcrimenque ſubiret. Ita κινδυνεύειν coniungo cum μὴ οὐκ ὀρθῶς, eadem planè verbi ſignificatione: ſed liberius expreſſa ſententia.

P.17.v.ὃ] Καπὶ ζεύξις verti Ex illorum ſententia: propter verbum proximum λέγουσιν. vult enim ſignificare Socrates ſe non eſſe oratorem, ex aduerſariorum ſuorum hypotheſi, qui oratoris munus in phalerata quadam oratione collocabant: quum ipſe illud totum veritate definiret. Eſt autem figura ἀπὸ τῶ ἀπειρακις ὁδοκιμου. ſicuti illud in Timæo, Eos qui ἀπειρους id eſt infinitos, mũdos ſtatuerent, eſſe ἀπείρους, id eſt rerum imperitos. Eadem figura Iuſtinus Martyr in Apolog. fatetur, Chriſtianos eſſe ἄθεους, quòd ſuperſtitioſorum deos minimè agnoſcant.

P. 18. v. πιστύσαι] Nemo neſcit, τὸ μειρακιῶν ſæpe ſignificare adoleſcentem: quin verò & puerum tenellæ ætatis ſignificet, & vſus & ἐτυμον vocabuli ſatis ſupérque docet. μειρακιῶν enim quaſi ἔιρακιῶν, inquiunt Grammatici, ἀπὸ τὸ ἔρειν, ſicuti & annotauit Stephanus in ſuo illo vere aureo Theſauro. Loci autẽ circunſtantia poſtulat vt Puerulus exponatur. eſt enim αὔξησις in illis verbis, πάντες ὄντες καὶ μειρακια απηχθῶς. q d. inferiore etiam ætate quàm pueri. nam creduiam & ad perſuadendum faciliem ætatem vult notare, qualis eſt puerulorũ. quãto enim tenerior, eo facilius flecti poteſt ad perſuaſionem.

P.18. v. πῖ πάντες] Verti, Illi nuſquam comparent. Fic. *Sunt infiniti.* Maluit Stephanus, *Cum illis difficillimum eſt certamen.* Conatus ſum ex loci circunſtantia vocabulum πολύσημον interpretari. Cõqueritur Socrates ſibi huiuſmodi fieri iniuriam, vt ex tanta aduerſariorum ſuorum turba, pauci in medium prodirent, reliqui ſibi eſſent incogniti: qui tamen de ſuo capite laturi eſſent ſententiam. ſunt enim illa diſerta verba, ὅπ οὐδὲ ὀνόματα οἵόντε αὐτῶν εἰδέναι καὶ εἰπεῖν. &, οὐδὲ γὸ αὐτὰ διδάσασθαι οἵόντ' ὄντιν αὐτῶν ἀνέχεσθαι &c.

P.20. v. πάθος] Ex fide manuſcripti lego ἥδομαι, aſpiratè à verbo ἥδομαι, Delector. quemadmodum & Ficin. quod etiam melius videtur quadrare ſententiæ. Teſtabatur Socrates ſibi in magno pretio fuiſſe docendi munus, quanuis illud minimè vſurparit. ita opportunè ait, Gratam iucundámque ſibi fuiſſe ſophiſtarum illorum qui docendæ iuuentutis munus præſe ferebant, in vrbe commorationem.

V. κατ' ἀνδρα] Ἢ οὐκ ἔχω, legi ἤ, Certé.

P.24.v. δεν ὅπ] Illud τοῖς αὐτῆς poteſt ad rem vel perſonam nullo incommodo referri. In mea autẽ interpretatione deeſt particula *in.*

V. πὰν ὅπ] Ῥαδίως, *facilè* ſicuti in Euthyphrone: vt proiecta & ad ſcelus ſuſcipiendum expedita audacia efficacius ſignificetur. D. v. πειθῆ. Illud μᾶλλον γε σοὶ, ita verti, *Quum in animo tuo inſederit*, vt Cicero loquitur.

P.26.v. ὀκ πῆς] Placuit ita diſpungere hunc locum, ex fide mei manuſcripti, qui poſt ἀφιαμένοις addit πλαίν τιμιῶ. Quod quidem cõciſum dicendi genus χρησιμώτερον eſt, & vehementius, ac proinde refutationib⁹ aptius. Infinitiuus quoque pro imperatiuo in hoc etiam vehemẽti genere dicendi accommodatior videtur.

P.27.v. ἐμοὶ δ'] Interrogatio placuit mihi, ad maiorem vehementiam, nulla ſenſus iactura. In contextu reſtituendum eſt, Eiuſdémque operæ, vt annotatum eſt in erratis.

P.28.v. δέδοικα.] Ego malui ex Terentio, *Si in me uno hæc mutuméſtet lues.* Sic eadem p.v. ὦ ἄνδρ.

P.29. v. τὸ δὲ] Βελτίονα, *meliorem* vel *præſtantiorẽ*: ego malui ἀφελιμωτέρας, *Eũ qui nobis ſuperior præſit.* Βελτίων enim hoc loco eum ſignificat qui alicui autoritate & potentia antecellit. de cuius vocis ſignificatione differit Plato in Gorgia, & Νομοθετικά. Sic Melior pro potentiore apud Lat. Horatius, *Ceruus equum pugna melior*, & c. i. potẽtior & validior. & Optimates dicuntur qui maximam habent in republ. autoritatem atque potentiam.

P.30.v. ἀφ' ὑμῶν] Legi δέσιν ἢ ἐν ἐμοὶ, ex manuſcripto. Illud προσκείμενον τῆ πόλει, verti *adhibitus ciuitati*, ea forma qua Latini dicũt, *Adhibitus epulis, cœnæ.* & c. Addidi *præfectus*, vt modus ille πρὸς τοῦς νέους exprimeretur.

P. 31. v. ἀκμου] Malui retinere ἀπονοησμὸν, in *parcendi* vocabulo: quod quidem ſonat idem, ſed mollius.

P.32.v. πίκων] Ἅμα καὶ ἅμ' αὖ, verti *eadem opera.* quod genus dicẽdi Latinis auribꝰ familiare eſt. Illud autẽ, ἄλλως μὲν ἀρχὼ ευδεμίαν πώποτε ἦρξα ἐν τῆ πόλει, ἐβουλθσα δὲ, ita eſt diſtinguendum vt diſtinxi. Ἀρχῆς enim vocabulo Magiſtratũ ſignificat, quo Senatorius ordo, niſi impropriè ſignificari non poteſt. ideo diſertè etiã hæc opponebat, ἀρχὼ ἀρχὴν, πῶ βουλθσιν. Accipitur autem ὃ pro ὅμως.

V. γαρύα] Μεταπέμπεσθαι quidem eſt aliquando Mittere aliquẽ qui alium accerſat: aliquando eſt Mittere aliquẽ cum mandatis vel poteſtate, vt hoc loco: ſicuti oſtendunt hæc verba, προσεπέταξαν ἀγαγεῖν αὐτὸν Σωκράτους: & apparet ex VII Epiſt. vbi totam hanc hiſtoriam copioſè commemorat Plato.

V. θανάτου] Legi ex manuſcripto, ὡς μᾶλλον ἀπορον εἰπεῖν, eadem tamen ſententia.

P.33 v. δρες Ἀθην.] Ἐξελέγξαι verti, Quæ nullo negotio probari poſſint: ſicut & Ficinus, *Facilè arguenda.* Ἐλέγχειν quidem, & redarguere, & allatis argumentis probare ſignificat: quæ ſignificationes ex varia loci circunſtantia variè ſunt diſtinguendæ: at quum ἀληθῆ præcedat, cõſentaneum videtur, ἐξελέγξαι, non *quod refutetur*, ſed *quod probetur*, ſignificare: alioquin eſſet ἀσύστατα. non enim vera reſellũtur. Sic & in Hippia maiore, ἁπλᾶ δ' ἐξελέγξαι. Stephanus autem maluit exponere, Huiuſmodi quæ nullo negotio redargui poſſint, ſi vera non ſint.

V. οὐπω] Vocem πίνω verti Igitur: non vt quidem quasi concludi quidpiam existimem, sed narrationis filum connecti. In quo vsu est & *igitur* vel *ergo* apud Lat. Liuius, *Romanus igitur in acie stare*. Horatius, *Ergo aut adulta vitium propagine*, &c.

P. 38.v. χρεὼ] *Non longo temporis interuallo*, est ablat. causalis, vt loquuntur. veluti si dicerem, maximam iacturā fecit leuissimo commodo, i. ὀλιγοστοῦ ἕνεκα κέρδους. Breuissimæ autem vitæ vsuram intellexi ex sequentibus.

V. ὅπως.] Ἐπισχεῖν propriè est *comprimere*: δόξα νοεῖσθαι autem, est *Cogitare*. Ficin. supinè, *Si putatis per interfectionem hominum nos à vituperatione absoluere, numium erratis*. Iam & illud ζῆτε pro ζητεῖτε, nō sanè displiceret, & vera videretur esse sententia, nisi peculiaris obstaret circunstantia. agit enim Socrates de ratione qua se Athenienses ab opprobrio eximere deberent. De vita enim dixerat priùs, ἀπαλλάξεσθαι τῶ δι δόναι ἔλεγχον τῶ βίου. ita videretur hîc idem inculcari. Deinde, sequentia videntur postulare vt ζητεῖτε legatur.

P. 41.v. ἐρεῖς] Iuuenalis, *Si vis esse aliquid*.

P. 39. C.] Hæc sunt cōferēda cum his quæ recitantur à Laertio. Istius nimirum iudicii inuidiam atque acerbitatem in accusatorū capita fuisse deriuatam, & aureā statuā Socrati fuisse erectam, vt optimè de republ. merito: sicuti notat quoque Tertull. in Apolog. vt rescissa dānatio & exitus his verbis maximè respondeant.

In Critonem.

P. 51.v. ἄλειν] Malui figuram Græcam seruare, quæ in Latino quoque est venustior. veluti & in eadem p. v. αἵ τε δεῖξις, mihi rotundius visum est illud, Ad bellum, id est, vulnera præsentē. nque adeo mortem, proficiscendum.

P. 52. v. Ἀθηναίων] Nihil refert quo in loco po natur verbū καθαπόιντο: quum plana & perspicua sit sententia. Et p. 53. v. δη] Impunitatē verti ἀκολασίαν, propter iniuriæ inferendæ periculū, de quo Socratem monet Crito.

In Phaedonem.

P. 60. v. ἡδύ] Ἄτοπον verto *Absurdū*, & hac quidem de causa quòd res prorsus disparatæ atq; contrariæ, iucundum videlicet atque iniucundum, vnà componātur. Πεφυκέναι non existimaui satis exprimi illo dicēdi genere, Se habet: sed malui, *Natura comparatum est*. vt Cic. loquitur. Vel certè, *Natura sic se habet*.

P. 61. v. νύπνιον] Μουσικὴν ποιεῖν, verti *Musicam facere*, ea figura qua Latini dicunt, Medicinam facere. E. v. μέχρις] Legi ex fide mei manuscripti, Κατὰ δὲ τὸ: & sine interrogatione, vt articulus τὸ orationi vniuersæ apponatur. quod est Græcis frequentissimum: & ita postulare videtur verborum series. Idem genus dicēdi annotatur in ditissimo illo Thesauro Stephani, τὸ κῦ τὸν Γάλβαν, Quod ad Galbam attinet.

P. 62. v. ὁ Κέβης] Patria vocabula malui retinere ad venustatem.

P. 63. v. νυῶ γε] Sententia est, Si sapientes mortem reformidāt, ecquidnam aliud agant quàm vt dominos se meliores fugiant? Igitur, Fugere meliores dominos, est illud quod absurdè consequitur ex illo mortis metu. quam connexionis σκόλιωσιν expressi, & institi verborum Græcorum vestigiis.

P. 64. v. πρὸς θανατῶσι] Vox θανατᾶν, nō de mortis cupiditate (quanuis in ea significatione sæpe accipitur) sed de conditione quadā quasi mortī obnoxia hîc sumitur. q. d. philosophos in morte quodāmodo versari. sic enim describitur νέκρωσις philosophica. Et sequentia illa verba, videtur id innuere, θανάτου ἄξιοί εἰσι. Sic in X. πολιτ. hoc vocabulum vsurpatur: & apud Paulum, θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, doctiss. interpres vertit, *Occidimur*, id est, mortis periculum quotidie nobis impēdet & ob oculos obuersatur. Ita θανατᾶν, sumptum ἀμεταβάτως, lethalem conditionem denotaret.

P. 65. v. τὸ κάλλιστα] Ita verti, Quum ipsum nullus corporis sensus offenderit, Ciceronis vtens verbis.

P. 67. v. μαπρὸς] Interrogatione minimè sum vsus, ad exemplū probatorū autorū. Cicero, *Cadit in virū bonū mentiri, fallere?* &c. Item, *Possunt utiles aliquā esse angores, solicitudines, diurni & nocturni metus, vita periculorum insidiarúmque pleniss ma?* &c Crebra sunt huiusmodi exempla.

P. 69. v. πινα] Σωφρονίζειν exposui *Temperantes esse*. Eadem p. v. ἀλλήλων] Platonicæ dictionis γλαφυρότης melius & rotundius exprimi videtur per particulam *Ne* quàm per longiorem periphrasin. Cic. *Ne fuerit ille vir bonus*. Et καθαρμὸν verti *Purgationem*, quo nomine Cicero vtitur. Iam verò nō videtur posse sine pulcherrimī loci ruina demi negatio μή. Loci nimirum istius hæc est sententia: Vult Plato docere quódnam sit verū virtutis fundamentū, quod ait esse Sapientiā, sine qua omnes virtutes politicæ sint meræ laruæ. Iam & illius quoq; sapientiæ ἐπιτέχναν docet, videlicet Veritatē, quam omnium virtutum κάθαρσιν esse affirmat: ac proinde negat, politicas virtutes, videlicet Temperantiā, fortitudinem, ipsam denique ciuilē sapientiam esse καθαρμόν. quā doctrinā illustrat variis in locis, Theæteto, Alcibiade primo, Timæo, Gorgia, 6. De republ. 7. Epist. &c.

P. 70. D. & P. 71. E. In Pythagorea sententia περὶ μετεμψυχώσεως & ἀναμνήσεως quædā sunt scintillæ primigeniæ veritatis, quæ in illis tenebricosis commentis maligna quasi luce animaduertūtur. at quæ his de rebꝰ collegi, placuit referre in meos Commēt. de doctr. suo nimirum & opportuno loco: ne genera permiscеam.

P. 73. v. τὸ δὲ αὐτὸ] Marsilius Ficinus non percepit mentem Platonis, vt ex ipsa re perspicuū esse potest. Egerat hactenus Plato de ἀναμνήσεως doctrina, & suo quidem more, primùm παχυμερῶς: hanc modò accuratius retractat. Dixit igitur Simmias se à Socrate audiisse sæpenumero doctrinam illam ἀναμνήσεως: cui quidem fidē minimè deroget, optet tamen nosse rationes quibus illa doctrina stabiliatur. Sunt enim diserta verba, ἀπιστῶ μὲν ἔγωγ' οὔ. &, ποῖαί εἰσι τούτων αἱ ἀποδείξεις ὑπομνησόν με. Quod aliis verbis continuò explicat, & quidem eleganter, alludens ad institutum ἀναμνήσεως sermonem, αὐτὸ δὲ τοῦτο δέομαι παθεῖν οὗ ὁ λόγος ἀναμνησθῆναι. quod nos vertimus, In memoriam reuocari. Accipitur enim passiuè ab actiuo ἀναμνᾶν, quod idem est quod ὑπομνᾶν, apud hunc autorem tam frequens quàm quod frequentissimum. Non posse autem pro ipsa ἀναμνήσεως doctrina intelligi, & vniuersa sententia & ipsa verba ostendunt. dixisset enim, τὸ ἀναμνησθῆναι, cum articulo. μαθεῖν irrepsit in contextum scioli cuiusdam operā Platonis mentem minimè intelligentis.

P.81.v.γίας π]Μελετᾶν verti Cogitare. Ego aliquando verto Excœre. Cicero, *Cogitare proscriptiones, saxa, malas artes*, &c. Virgil. *Meditari*, seruatis vestigiis huius verbi μελεταν.

P.83.v.αυτὴ]Rei vocabulum in re philosophica planè augustum volui retinere, vt exprimat τὸ ὄν. sicuti Cic. sæpe vertit ex hoc autore. Plinio philosophiã tractanti frequens est dicendi genus, *Quicquid est rerum*. & Horat. *Abdita rerum*, res abditas & abstrusas dixit.

P.84.v.δὴ τῆς]Non videtur debuisse hæc verba, ταῦτα δὴ ὁπτηδεύουσα &c. includi parenthesi. Hanc verò planã perspicuámque esse sententiam, quam ego sum sequutus, ex ipso loco iudicaturos eruditos arbitror.

P.85.v.νουῦτας τὸν θάνατον]Rectè verti, *Vehementius canere*. optimus enim suiipsius interpres est Plato. quod enim ᾄδειν dixerat, mox exponit, ἄδειν διαφερόντως. Doctissimus Budæus hũc locũ interpretans, vertit *Decantare*, vel *Percantare*, id est, intenta voce cantare. δὲ enim augget significat. in hoc verbo, sicuti in verbis σὺν διδάσκειν, ξὺν ῥεῖν, ὁκοσάζειν, ὁκπίνειν: quorũ extat exempla apud hunc nostrum autorem: vt particula *De*, in verbis *Decãto, desæuio, demano*, &c. Quod etiã annotauit Stephanus in Thesauro suo, hunc ipsum locum citans.

V.παραφίσασθ]Illud ipsum verbũ verti Resilire, eadẽ figura qua Cic. dicit, *Resilire ab instituto*: & apud iurisconsultos, Resilire dicitur is qui pactis conuentis minimè stat. Mammæ etiam dicuntur Resilire, dum sterilescunt.

P.90.v.παυσῆσαι] Cõferatur ista lectio cũ superioribus, & iudicabunt eruditi bonámne operã in hoc loco restituẽdo nauarim. Suppleui ex fide manuscripti hæc verba, ζῶσιν ἐκπεσὼν ἀπορῶ: vt nũc plana sit sententia. De verbis nunc facilius restat certamẽ. Λόγοις verti *sermones* & *rationes*, ex ipsius loci circũstantia. disputatur enim aduersus ἀκαπαληψίαν, quæ variis verbis variarũ rationũ momentũ expendit. Ἀπειρίαν malui *inertiam* quàm *imperitiam*, quæ potius respondet voci ἀπειρίας. Ἀπωθεῖν αἰτίαν, Deriuate culpã dixi, ex Cic.

P.91.v.σῶμα]Legendũ est καταλείποισα in præsenti. & ita postulat sententia. nam de vltimo corpore agit, quod tunc, vt illi aiebant, deponitur quum interit animus. Hanc ego lectionẽ sum sequutus ex vet. cod.

P.97.v.ἐμαυτὸν]Locus emendãdus in mea interpretatione, & sic reponendus, Ex illius quidem ordinis institutique ratione & via. vt pag. 79.v.ὦ Σώκρ. ego verteram.

P.101.v.μείζω]κεφαλῇ σμικρᾷ οὔσῃ, verti, Capite, quæ res quidẽ parua est, ne cõfũderetur ἀνάλογία.

P.103. v.μαι δοκεῖ]Lego δεξομαι in futuro: vt legendum docent verba ἔσεσθ & ὑπάρχει ἡσιν.

P.104.v.δὴ] Ἰδέαν ex Cic. verti *Speciẽ*, aliquãdo *formam*.

P. 107. v. πῶς] Διαδικάζεσθαι est quide n Iudicio contẽdere, Disceptare: est etiam alia is expensísque rationibus iudicio aliquid definire. quã significationẽ peculiaris huius loci sen ẽtia efflagitat. Διαδικασταὶ δίκου enim hîc ait quod alibi δίκαδικασμὸν ὑπέχοντας dixit. Sic igitur placuit luculentius repræsentare Dei illã δικαιοκρισίαν (de qua etiam agit in Gorg. & 10 De republ., qua Deus iustus & ἀπροσωπόληπτος, antegresso veri iudicii perfectissimo examine, suum vnicuique reddet in die illo iudicij.

P.117. v. παρ'.] Non leguntur in meo manuscripto, nec ad rem faciũt. &, C.v.πιεικῆς]Ἐπιεικῆς variè exponi debet, pro loci circunstantia. Sic in Theæteto, ἐπιεικὴς πάλαι, Satis dudũ. Et ὀπιεικῶς πεπαιδευμένος, non infeliciter institutus. 3. De republ. Et ὀπιεικῶς πεφυκώς τὰ πρὸς τὰ πράγματα, non incommodus ad res gerẽdas. 4. De leg. Ita nec illud, *Satis supérque*, nec meum, *Quantum emi poteramus*, placet mihi. Rectiúsne ita? *In comprimendis lacrymis non mœmmodè*, vel *non malè conatus nobis succedebat*.

In Theagem.

P.122.v.δοκούντων] Οἱ δοκοῦντες dicuntur ii qui sunt in pretio & existimatione. i. οἱ ἔνδοξοι: & ita in hoc autore sæpe accipitur. Verisimile est patrem ad filium instituendum è tanta sophistarum turba nominatiorem celebriorémque quæsiuisse.

P.128.v. πλοῦ] Ἐρωτικὰ vocat τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, (sicuti & in Gorgia) rerum abstrusarum, quæ vel in naturæ sinu cõtinentur, vel quæ sunt præter naturam, cognitionem: sicuti Phædrum & Symposium, dialogos merè metaphysicos, hũc περὶ ἔρωτος, illum, περὶ καλοῦ inscripsit.

P.129.v.ἀνὴρ] Ἐνὴρ τῷ δαιμονίου exposui Aduersus dæmonii mandatum, sicuti ἀνὴρ τῷ δόγματος dixit in Alcibiade 2, Cõtra decretum. neque potest particula ἀνὴρ aliò referri: quemadmodũ docet constructio.

V.πρίνας]Ἐξ οὗ ἥκει ἀποθανούμενος, expressi sententiam. melius tamen, vt seruentur Græcorum verborum vestigia, Ad præsentem mortem contendebat: sed de industria verti, Mortem accersiuit, vt euitaret βαπολογίαν. idem enim mox repetitur.

V.Σαννίωνος] In manuscripto legitur τῷ Καλοῦ, maiuscula litera: vt proprium nomen significetur. quod quidem effecit vt Cali filium sim interpretatus: sicuti & Ficinus. Ἐνὴρ Ἔφεσον, malo Aduersus: sicuti suprà ἐνὴρ τῷ δαιμονίου. Asianorum enim bellorum ab Athenienſibus gestorum maxima pars fuit Ephesus.

V.νον ἢ ¦Ἢ ὁμοῦ π τούτῳ ἐλάν, ita exposui vt minimè dubia sit sententia, Illum videlicet Sannionem eãdem sortem subiturum, vel incursurum, quam Timarchus subierit. Sic illud πύτῳ ad superiorem narrationem referri quis non videt? De hac autem Theagis siue natura siue affectione, vide Pol. ε. p. 429.

In amatores, sive de philosophia.

P.132. v. καὶ] Particula ουῶ in narratione est vinculum. vt, *Ergo aut adulta vitium propagine*, &c. Horat. Ἐπιεικεστάτης ἰδέαν, Facie liberali, dixit Terentius *Bona forma*. &c. Duos autem peculiariter designari ostendit vniuersæ orationis tractus.

P.133.v.μάλα] Quæsiui vocabulum loci circunstantiæ aptum. vult enim significare, licet ille occupato esset animo, respondisse tamen constanter & obfirmato ore. Sic, φιλοτίμως τὶ ποιεῖν rectè vertitur Enixè aliquid agere. Certè φιλοπαιδίαν pro Studiosè aliquid moliri, frequẽs est, vt Ambire aliquando apud Latinos. Παιδικὰ autem, non de vno hîc accipi potest, sed de duobus saltem: sicuti ex tota oratione constat. Sic in Phædone pag. 73. D. παιδικὰ de pluribus amasiis dicitur.

P.134.v. *Δήπουθεν*] Ista dicuntur *εἰρωνικῶς*. non enim has difficultates afferunt moderati labores, sed immoderati, quod non continuò concedebat ille: quem idcirco ludificat.

P.135.v. *καὶ πῆς*] Ἔχεσθαι, commodius ita vertitur, quàm *pertinendi* verbo. *ξώσεων* cognitionē siue prudentiam verti, vt *τῇ χειρουργίᾳ* opponeretur: sicut *θεωρία* siue *γνῶσις, τῇ πράξει*. At *νόησις*, id est Intelligētia, philosopho nostro summum est *θεωρίας* fastigium. Ita religio mihi est, ista vocabula confundere. *Νόησις* igitur sit *intelligentia*: *ξώσεως, prudentia* siue *cognitio*, &c.

V. *Ἐπακολουθῆσαι*] Planius ita verteretur, Vt iis quæ ab artifice quolibet dicuntur percipiendis par omnino sit, & præter quidem cæterorū hominum vulgus eximia singularíque ratione. Eodem tamen sensus recidit.

P.137. v. *ἐσπουδακέναι*] *Κυπάζοντα* vertit Budæus *ὠθρωπίνοντα*. quæ mihi placuit interpretatio, & res ipsa propriam & genuinam esse docet: vt illa nimirum desultoria *πολυπραγμοσύνης* leuitas significetur: & *βαναύσου* nomen figuratè hîc plane intelligendum est, pro vulgari & sordido homine.

P.138. v. *μήτε*] *Ξυμβάλλεσθαι* pro Iudicium aliqua de re statuere, eleganter accipitur. qua in significatione hîc accipio. *Ὑπακροῦ* autem voco eum qui sit summo artifici inferior, id est, *ὁ μὴ πρωτοπλάστης ἀλλὰ τὰ δευτερεῖα ἔχων*: Secūdariæ sortis virum vocat alicubi Plinius.

IN THEAETETVM.

P.142. v. *μιῶ*] Ex manuscripto lego *ἔλεγ*. quod magis conuenire videtur, quàm vt pro Vexare vel Premere accipiatur.

P.143.v. *πεπεῖσθαι*] *Διαπρίεσθαι* etiam accipio pro *versari*, sed propter *δεῦρο* (qua particula motus ad locum significatur) malui vertere Commeare. Q.d. Huc sæpe ventitaui, commotandi causa. *Δέομαι* autem ita exponi potest hoc loco, vt ex ipso linguæ vsu docet quoque Thesaurus. *Ἐρινεὸν* autem locum esse Athenis proximum existimo, & idem vocabulum idcirco seruandum esse. Locum autem, *τὸ μὲν δὴ βιβλίον*, malui ita vertere, expressa (opinor) sententia, & rotundius quàm si verborum vestigiis insisterem. B. *πῆς οὖ*] Legendum est *Ἐλίσσου*, ex manuscripto: & vitiosè scribitur in mea interpretatione *Eleij*. Elissum fluuium esse agri Atheniensis cognitum est. quàm enim durè *ῥόθια ἐλαίου ῥέοντας* quis dixerit? agi enim de fluuio, voces illæ *ῥεῖν* & *αὐλῶνι* ostendunt. Horat. *Fluminis ritu cum pace labentis*. C. *δώσου*] *Ἀναδύεσθαι* esse puto *Detrectare* non Retractare, quod vocabulo *παλινῳδεῖν* exprimitur. *Ὁμολογούμενα*, sunt Res certæ & confessæ. Huius verò ipsius etiam loci hæc verba in suo verè aureo Thesauro sic Stephanus interpretatur. Nemo refellet eius testimoniū. est enim idem dicendi genus cum illo, *ὑποσκήπτεσθαι μάρτυρίαις*, quod Budæus vertit Testimonia falsi accusare. i. *κατηγορεῖσθαι ψευδομαρτυριῶν*. Ego liberiorem adhibui periphrasin ad rem plenius repræsentandam. Est autem elegans paronomasia in verbis *σκηπτόμενον* & *ὑποσκήπτων*.

P.146.v. *χόρους*] Legi ex manuscripto, *γιγομένους*: eámque lectionem vt magis aptam sum sequutus. E. *πεοῦ*] *ὁπόσαι τινὲς*, non satis, *quot essent*, sed. *quot quantæque essent*.

P.147 v. *ἴσως*] Assequutum me esse Platonis veram sentētiam, omnes eruditos, re bene perpensa, iudicaturos arbitror: ne in re perspicua immorer.

P.149. v. *μοῦ, ὅτι*] *Ἄτοπον* verti *importunum*, ex Cic. qui importunum gladiatorem, ingenium, vultum, importunam naturam, & similia dixit. quod dicendi genus Terentius & Plinius sæpe vsurpant. Iam verò prudentem illam *πρὸς ἐρωτᾶν* & *τὸ ἀποκρίνεσθαι* rationem, qua rerum veritas in lucem eruitur, *μαιεύεσθαι* vocabulo eleganter exprimit Plato, vt *διαλεκτικῆς δυνάμεως* vim & efficacitatem repræsentet. quemadmodum enim infans est in matris vtero, & obstetricis opera in lucem certius & opportunius emergit, quum alioqui maximum & matri & infanti periculum immineret: sic rerum semina sunt quidem in animis nostris, at ordinis & disciplinæ beneficio veniunt in lucem: quum nō possint non rudes & impolitæ esse rerum notitiæ, ordinis lumine destitutæ. Idcirco *δυμέλοδον* illam prudentémque *ἑρμηνείαν*, eleganti metaphora *εἰλήθαμεν λόγου*, & solidam certóque ordine constantem cognitionem, *πέκον ἐν καλῷ* vocat in Phædro. C. *καὶ μιῶ*] Ego ex omnium exemplarium fide, & ex ipsius sententiæ venustiore gratia, lego cum interrogatione. *Νέον* autem pro *νεογνὸν*, rarum: sed tamen reperitur.

P.153.v. *κεῖ*] Expressi sentētiam, testibus & iudicibus, vt opinor, eruditis.

V. *Ὑπόλαβε*] Non dixit *τὰ κατὰ τὰ ὄμματα*, vt vertatur, Ea quæ ad oculos pertinent: sensus tamē eodem penè recidit. D. *αὖ καὶ κάτω*, *Sursque déque* dixit Plautus, metaphoricè quidē, sed tamē respondet Græco illi dicendi generi.

P.154.v. *ἴδοι*] Idē prorsus, verbis tātùm cōmutatis, dici puto. D. *ἐκ περιουσίας*] Ita verti ex Bud.

P.156.v. *Ictus*] Deest in mea interpret. *frigidi*. C. *Μῦθος* vel *λόγος*, sicuti & *ῥῆμα*, accipitur pro ipsa re. idcirco significationem ipsam nouo vocabulo volui explere. *Ἀποτελεῖν* est Cōficere. i. ad exitum perducere. Sic *conficiendi* vox accipitur apud Cic.

P.157.v. *πᾶ*] *Παντῖον* verti ex Cic. & Virgil. Varium. i. multiplicē. Cic. *Varij hominis ingenij animadvertere*. & *varios mores*. &c. Virg. *Varium & mutabile semper fœmina*. &, *-varióq; ira rū fluctuat æstu*.

P.158.v. *λείπεται*] *Λόγον* sic accipi commodè, vt ego exposui, & *ἀμφισβητῶν* ex consequenti (vt aiūt) ita exponi debere puto. C. *ἐμιῶ*] Me sententiam assequutū esse, ex ipso loco perspicuū est. opinionē enim insomnio assimilabat. ideo ait non esse *ἄτοπον ὁμοιότητα*.

P.159.v. *παύω*] Verti *λέξωμεν, dicamus*, pro dicere possimus: vt in illo, *-nideas & flumina siccā*. i. videre possis: in potētiali modo, vt aiunt.

V. *ἄλλον*.] Tertiā personā, *ἐξυπνοῦντα*, verti de industria per primam, propter Socratem loquentem, vt studerem perspicuitati.

P.161.v. *πῶς δεῖν*] *Τόλμα σον*, ita interpretatus sum, vt postulare sentētia videtur. nō enim affirmat illū fœtū esse Theæteti, sed quærit an exponendus sit, si eius sit reuera. Legi autem ex manuscripto *πρωτότοκον* passiué: vt cū *αὐτὸ* cōiūgatur.

P.162.*τῶ*] Malui sine interrogatione.

V. *πρὸς*] *Ἀξιοῖ* hoc loco pro *uelle* accipitur simpliciter. *Λέγεσθαι* autē *εἰς ἀνθρώπους* ita libuit interpretari, ex Cic. *Μεταπίπτειν* autē simpliciter pro *recidere* hîc accipiēdum ostendit ipsum dicendi genus. ita illud, *dilapsum est* vel cōcidit, idē esse videtur cū meo, *In contrariā partē subijt*.

V. *τὰ ταῦτα*] Ὡς malui interpretari, *Quasi uerò*, quàm *Nam*: vt & locus, & communis signifi-

catio vocabuli innuit.

P. 163. v. ταῦτα] Illud τὸ αὐξανέσθαι refertur ad cognitionem. idcirco hæc adiunxi ad perſpicuitatem. E. Θεαιτ.] ἢ καὶ μύσας, non refertur ad μέμνηται, ſed ad ἐπιλανθ. res enim contrariæ opponuntur.

P. 164. v. πηδήσαντες] Elegans metaphora, qua præcox & incerta victoria ſignificatur. Ἀποπηδᾶν τῶν λόγων, eſt A ſermone deſilire, id eſt, deſultoria leuitate vagari, neque finem expectare diſputationis. Ita incerta illa tẽpeſtas vagę diſſertationis repræſentatur. Ideo malui Deſilire, quàm R ſilire, quia in eodẽ ſemper verſatur argumẽto, quanuis varié. C. λόγου] Ἀγωνιστὰς verti Forenſes rabulas, ex Cic. qui hunc locum videtur imitatus in Acad. Ἀγὼν certè de forenſi certamine eleganter dicitur.

P. 165. v. λέγω, In manuſcripto, & nõnullis etiam exemplaribus impreſsis legitur ὅπη καὶ, nõ ἢ: vt non poſſe videantur aliter hæc verba exponi, quàm *peræquè ac.* vt in Apolog. ὅπη μέλλῃ ἄριστα ἔσεσθαι καὶ ἡμῖν. Illa, ὀξὺ & ἀμβλύ, accipio vt ἐγγύθεν & πόρρωθεν, & alia, nimirum vt aduerbia.

P. 166. v. ἀγωνίαι] Placet longior verborum circunductus ad perſpicuitatem. Κατηγορεῖν autem non eſt ſimpliciter Dicere, ſed Certis argumẽtis euincere. vnde Κατηγορίας expreſſo proprióque vocabulo appellauit Ariſt. claſſes, quibus deſignantur rerum attributiones, id eſt, αἱ κατά τινος ἀγορεύσεις.

P. 168. v. πλίζοντες] Præpoſitio πρὸς, in illo genere dicendi, πρὸς μεγέθη notat comparationem.

P. 169. v. μὴ] Coniungenda eſt particula μὴ cum verbo ὑποδύεσθαι: quaſi dicat, non ad pugna n me accingere. illud enim ſignificat verbum ὑποδύεσθαι, cuius tamen gemina ſignificatione elegans eſt παρονομασία. nam ὑποδύεσθαι, eſt & veſtes exuere, & aliquid aggredi: ſumpta videlicet à luctaturis metaphora, qui deponunt veſtes, vt ad pugnãdum ſint expeditiores. Illud κατ' ἄνπαγον expreſſeram, vt quidem arbitror.

P. 169. v. οὖ, Legi ex manuſcripto συλλεκύφασιν, à verbo συλλυφῶ, non à συλλύω, ſicuti habent impreſsi codices. quod mihi quidem non ſatis congruere videtur, propter Antæi ἀπεπαίσαν, quem non pugnis aut cæſtibus interemit Hercules, ſed luctando. Itaque nec illud, *verberibus contuderunt* placet, nec meum, *Animis conciderunt*, ſed malim, *Vndique me incubuerunt*: qui eſt geſtus luctantis.

P. 172. v. λαμβάνει] Ex loci circunſtantia malui & malo ſic interpretari. Ingreſſurus enim longum ſermonem, poſt prolixas tamen variarum diſputationum ambages, præfatur ſe nondum quieſcere. Ideo legi Οὔκουν, negatiué. Inde capit occaſionem agendi περὶ τῆς ὅλης φιλοσοφικῆς. quaſi dicat, non iam impoſitus eſt huic noſtræ diſquiſitioni modus. C. φθαν.] Prima verba aliter diſtinxi, ex manuſcripto. Προκείμενον λόγον, primarium ſermonem intelligo: φρόμον, forenſem ſermonem. Significat porro oratorem à iudicis arbitrio pendere. ὃν ἀεὶ δίκλω ἔχειν, dixit eadem figura, qua Heſiod. χρυσέας βασιλῆας.

P. 173. v. τῆς] Vitioſè ſcriptum eſt in mea interpretatione Et pro Nec. eſt enim οὐκ οἶδεν.

P. 176. E. Difficilis locus, & ſpinoſam doctrinam complectens: in qua nequis inſaniendi anſam arriperet, malui ipſa verba craſſius interpretari. vult docere Plato, hominum inter ſe diſcrimen: quorum alii, pietatem Deíque ſimilitudinem (quam virtutis ſtatuit verũ fundamentum) amplexi, felices: alii impietatem, infelices euadant. Has duas conditiones, quibus omnes homines continentur, vocat παραδείγματα ὧν τῷ ὄντι ἑστῶτα. Ipſam igitur hominum conſtantem communitatem, id eſt, communẽ omnium hominum vitam, vocat τὸ ὄν, nimirũ ὑπάρχουσαν κοινωνίαν: in qua geminæ illius conditionis diſparitas perſpicua eſt. omnes enim homines vel boni ſunt vel mali. Idcirco nolui vertere In rerum ordine, vt Ficinus: nec In rerum natura: nequis inde ſtatuat duo principia, vnum boni, alterum mali: ſicuti faciebat inſanus Manichęus. quod eſt periculoſum mendacium contra primæuam veritatem, quæ docet, peccatum eſſe accidens, & vnicum eſſe omnipotentem Deum, boni non mali cauſam. Repugnat quoque hoc commentum doctrinæ Platonis, qui negat vllam eſſe ἰδέαν κακοῦ, quum malum ſit ἀνάρμοστον πάθος, & Deus ſit omnino αἴτιος κακοῦ, vt diſertè ait in III. De repub. & in Protagora, & ſuprà, θεὸς οὐδαμῶ οὐδαμῶς ἄδικος.

P. 177. v. Σ Ω. Repetitum συχὶ in fine clauſulæ propter longiorem orationis tractum, oſtẽdit priùs οὐκοῦν ſumi affirmaté: & hoc poſtulat dicendi genus Platoni familiare.

P. 179. v. μέτρῳ] Malo πιοῦσιν ad λόγον quàm ad hominem referre: & planior videtur ſententia.

V. περὶ ὃ τὸ παρὸν ἑκάστῳ πάθος] Sententiam non malè opinor ita exprimi, Prout vnuſquiſq; in præſentia eſt comparatus, vel affectus.

V. διακρούονται] Cõmutaui verba ad perſpicuitatem.

V. γὲ καὶ] Rem ipſam, vt arbitror, ex ipſorum verborum veſtigiis repræſentaui. Eſt autẽ totus hic locus perpetuo ioco cõditus. Scripta enim illa quæ πρὸ φερομένην οὐσίαν inuehebant, eleganter φέρεσθαι ait, non modò vt ipſam doctrinam damnet, ſed totam diſputandi rationem quam illi ſequebantur, vt vagam & diſſolutam, quippe quæ nullis demonſtrationis legibus cõtineretur. ſic illos poſtea ῥοῖς ῥέουσι vocat. De Parmenidis autem & Meliſſi in doctrina Vnius immobilis controuerſia, vide ea quæ annotauimus in dialogum cui titulus eſt, Parmenides.

P. 180. v. χεῖται] Legi εἶπον. de his enim egerat priús. Αὐτοὶ autem ad ipſos illos, de quibus agit, ἀκαταληψίας aſſertores refero. ita eſt tertiæ nõ primę perſonæ, vt ex tota oratione apparet.

P. 182. v. αὖ που] Οἷα ἄπλα ῥεῖτα φερόμενα ita expreſsi deinduſtria. & οἷα ἄπλα ita eſſe accipiendũ, varij loci in hac diſputatione oſtendunt.

P. 183. παῦ] Malui ζωπεῖν quàm ζωπεῖν, ne ſit Ταυτολογία in his quæ ſequuntur. illam enim importunam differẽdi rationem ἐπισκωμάζειν vocabulo deſignat. quanquam res eodem planè recidit.

P. 184. v. φοβοῦμαι] Deeſt *non* in mea interpretatione. Totum illud dicendi genus, τὸ ἐπισκωμα. &c. exiſtimo à me fuiſſe expreſſum. Hæc autem ὑπολαβέσθαι τῆς ἀποκρίσεως ita intellexi, Tractare vel perpendere illam reſponſionem, vt nævus comperiatur: & ſimpliciùs eſſe ita arbitror quàm pro Reprehendere. licet & in ea ſignificatione ſæpe accipiatur. ſed conſideranda eſt loci circunſtantia. Durios equos dixi, ea forma qua & Durateus dicitur. Durii etiam equi voce vtitur Plinius. Iam verò de

hac tota animasticarum (vt aiunt) facultatum ratione, vide quæ annotauimus in Comment. de doctr. vbi omnia quæ variis in locis hac de re comperiuntur apud Platonem, collegimus.

P. 186. v. πρὸς] Debui ita vertere, vt distincta instrumentorum vis significaretur. singulis enim sensibus singula sunt κεκτημένα, quorum ministerio, pro subiecta rerum sensilium natura, animus abutitur. Hanc quoque ἀναλογίσματος explicationem ad eosdem illos Comment. referendam censui, ne φιλοσοφικὰ cum γραμματικοῖς confundam.

P. 188. v. οἷσπερ] Deest in mea interpretatione, *ab ijs*.

P. 189. v. rem] Ita emendandum, Ficíne posset vt velox &c. sibi ipsi contrariũ fiat. Illud ῥέοντες ἦ &c. legendum esse sine interrogatione, sicuti ego legi, docet vniuersa oratio.

P. 191. v. ἀδυνάτων.]Idem planè dicit. Οὐκοῦν est legendum affirmatè, vt legi.

P. 195. v.] Ἀλλοτειρομεῖν vocabulo innuit mirabilem illam sensuum efficacitatem in ipsis imaginibus accommodatò vnicuique rei attribuendis: cuius rectæ δηλονοίας (de qua aget in Cratylo) contrarium, ἀλλοτειρομεῖν verbo explicat. Sed hac de re in Comment.

P. 196. v. ὑποφαίνειν] Παραλλαγὴ διανοίας πρὸς αἴσθησιν, est quidem discrepantia cogitationis à sensu: non satis tamen propriè genus illud dicendi explicatur, quod cogitationis cum sensibus ἀναρμοσίαν ob oculos repræsentat. Malim, Cogitationis à recto sensuum obiecto discessionem, vt illud πρὸς & παραλλαγὴ exprimatur.

V. ἐν ᾧ ἔπ] Interpretatio mea veram germanámque sententiam mihi notare videtur: vt ex inferioribus constat, πάλαι πόνων &c. Est ergo perinde acsi dixisset, Quin igitur his vocabulis liceat nobis abuti? ideo ex v.c. legi χρώμεθα, nõ κεχρήμεθα: quam quoq; lectionẽ agnoscit Ficin.

P. 197. v. οὐδένα] Est planè legendum ᾧ, in tertia persona: nec aliter sensus cõstare videtur.

P. 200. v. SOCR.] Haud mendosè legitur pro *ergo*.

P. 204. B. Παρακινδυνεύειν non incommodè vtroque modo exponi potest.

P. 206. v. ΣΩΚΡ.] Sequutus sum ipsa verborum vestigia.

P. 209. v. λοιπ] Non potest ἄλλοπ esse interrogatio: & vetus codex legit ἄλλό π. refertur autem ad verbum ἐδόξαζον, quod debet repeti ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

IN SOPHISTAM.

P. 216. v. ἴνα] Λέληθας ἄγων verti, Præter sententiam adducis: idem, opinor, quod insciens vel inscienter. B. αἰδρεῖ] Παντοίως sic verti ex Hippia: vbi luculentam vide παντοίης istius eruditionis descriptionem.

P. 217. v. λεων] Significat Sophistæ definitionem non satis explicatam esse: sed maiorẽ operam ad illud præstandum efflagitari. quod est futuræ de Sophista definitionis προοιμιόν.

P. 219.]De illa μεταβλητικῇ copiosè agit lib. 7. De legib.

P. 221. v. ἡσυ.] Expungendum est δεῖν, vt ex manuscripto & ex ipsa maximè sententia apparet. Θήρᾳν autem placuit *prædam* exponere ex consequenti. ita enim venantur Sophistæ vt prædam sibi proponant.

P. 226. v. κει] Verba δηλεύειν & καθαίρειν actiuè accipi ostendit vniuersa sententia: nec durius apud Atticos illud est quàm παρέχειν hîc pro παρέχειν, πειθὼ pro πείθειν, & cætera innumerabilia. Certè & Stephanus annotat in suo Thesauro δηλεύειν accipi actiuè, citatis ex Herodiano, & epistolis Iudę & Iacobi, exẽplis.

P. 227. v. τέτταρα] Expressi equidem sententiã, nisi planè fallor. Vult docere vim illam δηλευτικὴν. vt hoc faciat, substernit προγύμνασμα suo more, affirmátque nihil esse incommodi, rei leuissimæ exemplo maximam illustrari. Ita μέθοδον vócat rationem & viam doctrinæ. quasi dicat, quantum attinet ad docendi rationem. vtrobique enim de purgatione agitur. D. λεχθὲν] Legi etiã καθ' ὁτιοῦν, & Quãcunque aduerbiũ nónne idem significat quod *per quæcunque*? & ὦ γὲ] Est planè συνώνυμος. nam *animi* vox ex proximis verbis facilè intelligitur: & Improbitas in animo sedem habet.

P. 229. C.] Χαλεπὸν εἶδος, malui *difficilẽ*, quàm *molestam* exponere. λιπὴς] Legi ex manuscripto, παραπλοπὴ: cuius vocabuli frequens est vsus apud nostrum hunc philosophum, ad differentiarum discrimem notandum. non incommodè tamen legitur ἀπαναίδοντα.

P. 234. v. ναίπτα] Non potest participium ἀφεσῶτας ad sophistas referri, sed ad νεοὺς. E. μεθ'] Veritas enim est princeps disciplinæ finis.

P. 235. v. γοήτων] Ex fide manuscripti legi ᾖ, non ᾗ. & videtur hæc lectio contextui optimè quadrare.

P. 236. v. εἰδὲ] Legendum esse, non εἰκόνα, sed εἰκαστικὸν, ostendunt proximè sequentia verba.

P. 239. v. εἰπὼν] Est legendum εἰδὲ, non ἤδη: vt rectè etiam legit Ficinus.

P. 240. v. γ' εἰκὼν] Nullo modo potest interrogatiuè accipi, sicuti vniuersa verborum series perspicuè docet. est enim superiorum conclusio. & ita legit vetus codex.

P. 243. v. σκεπτέον] Abest interrogatio in manuscripto.

V. ὑπολαβὼν] Facilè intelligitur illud ὑπολαβεῖν, vt non visum fuerit necesse ipsum exp. imere.

P. 244 v. ᾠόμεθα] Potest etiam, mea quidẽ sententia, verbum γινώσκειν non incommodè subintelligi.

P. 246 v. ἔπῃς] Disputat aduersus illos qui corpus statuebãt esse ναῦν, quos ait reiicere eos omnes qui contrà sentiunt. Idcirco vertendũ fuisse videtur vt ego verti, testibus & iudicibus eruditis.

P. 248. v. ἦος, ᾗ] Sequutus sum vet. cod. lectionem, quæ & rectè annotatur.

P. 249. v. ξε.] Ὅτε καὶ ἠρώμην αὖ, debui vertere, *esse aut fuisse*. non enim est ἐσόμενον. Videtur Ficinus de suo illa verba interseruisse.

P. 251. v. πῶ] In præsenti constanter legitur in manuscripto.

P. 255. v.] Legi ex vet. cod. sine interrogat. & ita sententia videtur mihi postulare.

P. 257. v. ᾗ] Vet. codex hanc dispunctionem vsitatam non agnoscit, quæ tamen cum ea quam sum sequutus in mea interpretatione est prorsus συνώνυμος.

P. 263. v. ὄντων.] Sensus est, Ea tibi attribuit quæ minimè tibi quadrare possunt. Id significat illud dicendi genus, ὄντα λέγειν ἔπεσα. Cur ergo commodè non legatur ὄντως? Repetendum enim est λέγῃ è superiori interrogatione: & nisi legatur ὄντως, erit ἀπλογία: vt ipse verborum contextus satis docet.

In Evthydemvm.

P. 275. v. ἀξιν] Ἐπίδειξις vocabulum ſophiſtis proprium, idem quod ἀπόδειξις philoſophorum. Ita variis in locis variè, Specimen edere eruditionis, Oſtentare ſe: hîc placuit Demonſtrandi vox, quia agitur de ſophiſtica demonſtratione.

P. 280. v. πιεῖ] Meliorem ſequutus ſum (vt quidem arbitror) lectionem ex manuſcripto, σοφία in nominandi (vt aiunt) non in dandi caſu, σοφίᾳ: quæ eſt in contextu. Senſus eſt, Certã ſolidámque alicuius rei cognitionem nunquã aberrare, ſed conſtanter eſſe ἐπιθολον: ſicuti alibi loquitur.

P. 282. v. φίλ] Malui ἐραστὰς *ſtudioſos* quàm *amatores*: quia de amicitia non de amore agitur.

P. 285. v. ρῳ] Ὑπέχειν τὸν λόγον, eſt quidẽ & ſubire iudicium alicuius rei, & conuinci de aliqua re: ſed magis arridet prior ſignificatio: quia ſenſus eſſe videtur, Rem futuram perſpicuam, dummodo ad diſputationem veniatur. Quaſi dicat, Dummodo mecũ velis differere. Loquitur enim de ſe Dionyſodorus in tertia perſona. ὑπέχειν τὸν λόγον, eſt excipere ſermonem .i. reſpõdere interroganti. quod & ὑπολαβεῖν τὸν λογον. ita, ὁ ὑπέχων τὸν λόγον & ἐρωτῶν, ſunt ὁ πῖς ἀποκρ π.

P. 288. v. ὁ λόγος] Pro παλαιὸν, quod *prtidem* exponitur, legi πυρέπτον, ex manuſcripto. Illud autem παλαιὸν, deturbata genuina voce, in contextum irrepſiſſe videtur: & optimè mihi quadrare videtur ſententiæ.

P. 293 v. ἐγὼ] Nõ legi πολλά, quòd Socrati parũ quadrare videretur huiuſmodi reſpõſio, qui ſe hoc vnũ ſcire aiebat, q̃ nihil ſciret. & quãuis πολλὰ & σμικρὰ poſsint de vno dici (ſunt enim res multæ numero, paruæ qualitate) hæc tamẽ interrogationi reſponſio non aptè videtur cõuenire. Quærit enim ſophiſta à Socrate aliquid ne ſciat. Reſpondet Socrates, ſe quidem ſcire, ſed pauca. Ita intelligo hunc locum.

P. 298. A & B.] Legi ſine interrogatione ex fide vet. cod.

P. 299. v. πίνων] Legi ἐαὶ ἢ γ' ὁ πίνων, ὅσπερ αὐδριὰς: non ὁ σὸς, duobus vocabulis. quid enim attinet agere de ſtatua Sophiſtę: quæ an Delphis fuerit, écquis nouit?

P. 305. v. πι] Vox ἀνομοιότητος non ſatis exprimitur *ueriſimilitudinis* vocabulo. Pag. quoque 306. notæ eandem planè ſententiã quam mea interpretatio completi videntur. ego liberius verti, ſtudio perſpicuitatis.

In Protagoram.

P. 309. v. φαίνῃ] Vtut Cicero ita aliquando vertat, δηλαδὴ tamen ſignificat videlicet.

V. κεφτε] Certè illud, ὃν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρῆσθαι, in ea ſignificatione quæ hîc notatur, legi nunquam: & priorum poſteriorúmque verborum collatio fecit vt ita exponctem. εἰς ἀνδρας ergo εἰρῆσθαι intelligo eodem dicẽdi genere quo illa, εἰς ἀνδρας ἐγγεγραφεσθαι, δυνμαθῶναι, σωπλεῖσθαι, &c. Videtur autem eſſe formula loquendi de medio petita.

V. παπ] Ἄκαιρον potui etiam &, vt opinor, debui, Importunum exponere: quòd videlicet importuna ſit obliuioſa illa amantium ἔκπαισις, cuius luculẽta extat deſcriptio apud Sapphonẽ.

P. 310. v. πᾶς] De habitatione hæc intelligo. neq; abſurdum eſt, in ædibus Callię Prot goram diuertiſſe, & in Hippocratis tamen vicinia habitare. Sic dicimus Gallicè, *il s'eſt arreſté près de moy*, Id eſt, Prope meas ædes ſubſtitit.

P. 311. v. ὡς πνι ὄντ.] Ita verti vt dicendi genus emollirem. Iuuen. *ſi uis eſſe aliquid.*

P. 312. v. αὖ εἰ] Hæc nota non videtur à mea differre, vt nec proximæ duæ.

P. 313. Cic. ſic loquitur, *In eo meæ omnes res uerſantur*: &, *Brunduſii omne certamen uerſatur*: &, *Momentum negotij tui in eius procuratione uerſatur*. Sic Quintil. *Cauſæ cardo in eo uertitur.*

P. 323. B.] Ad locum ſubobſcurum illuſtrãdum interpretationem liberiorem adhibui, expreſſa, ni fallor, ſententia.

P. 327. v. οὐδένα] Ἰδιωτεύειν τῆς ἀρετῆς, verti ita, vi ipſius ſententiæ adactus: quæ etiam vertere coẽgit Ficinum, *Virtutis curam non ad unum duntaxat, ſed ad omnes ſpectare oportere.* Ita hîc ſignificare videtur ἰδιοποιεῖσθαι .i. Vindicare, ſibi proprio quodã iure tribuere, ἀπολαμβάνεσθαι. Quæſtio eſt, Virtúſne doceri poſsit. quod inſtituit demonſtrare Sophiſta, ſed ineptiſſimis argumentis, & quæ cõtra ſeipſum faciant. inde delabitur ad illam quæſtionem de illuſtrium virorum liberis, qui ſæpenumero peſsimi euadũt: cuius tractandæ primordium illud facit, Minimè eſſe exiſtimandum, ſingularibus quibuſdam hominibus virtutis curam propriè conuenire, ſed ad omnes peræquè pertinere: quippe quæ ad ciuitatis ſalutem incolumitatémq; ſpectet. idcirco non eſſe mirum ſi heroum filii à virtutis via ſæpenumero deſciſcant. Ita illi dicendi generi opponit illud, παίπς διδάσκαλοι εἰσὶν ἀρετῆς, &c.

E. χαπίσωμς] Ἀγαπᾶν pro *acquieſcere, gratum acceptúmque habere*, hîc accipitur.

P. 328. v. αὖ εἰς] Locus obſcurus, in quo explicando nõ mihi mea quidem ſatisfacit interpretatio, nec Stephani: ſed ipſam rem expendamus, vt inueſtigata tandem prodeat veritas. Significat, virtutis curã cognitionémq; omnibus hominibus natura eſſe ingenitam, ac proinde præceptorem nullum virtutis exiſtere. ſiquis tamẽ emergat, illum eſſe accuratè amplectendũ vt ſingularẽ virũ: è quorũ numero primariũ ſe eſſe Sophiſta profitetur. Rem autẽ ſuo more exẽplis illuſtrat. Quemadmodũ (inquit) nemo artẽ illam de induſtria factitabit, vt patriam vernaculámq; linguam doceat, vel patria quædã inſtituta, quæ gentili quodã more inolerũt: ita de virtute cæteriſq; rebus innumerabilibus conſtituendum eſt. Quocirca vocem ἀπείρων non video quî *imperitorum* exponi poſsit. & deeſt hîc negatiua particula, vt legatur οὐκ ἀπείρων παντάπασι ῥᾴδιον. quæ repetitio eſt Atticis ſcriptoribus frequens. Sic igitur totum locum expono, dum aliquid commodius in mentem veniat: Quemadmodum ſi quæreres écquis linguæ Græcæ cognitionẽ vſúmque docuerit, ne vnus quidem prodiret, neque porro, mea quidem ſententia, ſi quæreres écquis docuerit opificum filios eam ipſam artem quam à parentibus ſuis quaſi per manus accepiſſent, quãtum quidem illius facultate, & pater & patris amici eiuſdem opificii communitate coniuncti valerent: écquis, inquam, illos docuerit: non facilè eſſe arbitror, Socrates, quemquam proditurum, qui illarum rerum [.i. vernaculæ linguæ & patriorum inſtitutorum] ſe præcepto rem profiteatur, neque huiuſmodi rerum innumerabilium omnino facile eſt præceptorem reperiri. &c. Eſt autem tota hæc oratio intricata & inuoluta. quod deinduſtria affectauit

Plato, vt ſophiſticam ἀδολεσχίαν repræſentaret, impropriis verbis complicatam. Illud πάντων v. 7. ad Ἑλληνισμὸν illum & παροπαιδεύσεις πόλεως refertur, non ad ipſos homines. eſſe enim neutrius generis puto.

P. 328. E. & 329. A. *τοῦτο*] ἐκδιδάσκειν nō eſt ſimpliciter docere, ſed exquiſitè & copioſè docere. quod competit huic loco. vult enim Plato deſcribere indiligentem diligentiam ſophiſtarū.

P. 330. v. ᾧ] Ex manuſcripto ita ſum interpretatus hunc locum. lego enim, τὸ μὲν ἄλλα. id eſt, vocem illam, ἄλλα. & ita poſtulare videtur loci ſententia. Diſputatur de virtutis partibus, ſintne inter ſe aliæ ac diuerſæ, οἷον τὸ ἕτερον, οὗτε τῷ ἄλλα. Iſta quidem verba vſurpauit Socrates, ſed ita vt Protagoras reſponderet: ac proinde affirmaret ſe non hæc dixiſſe, ſed Protagoram. eius enim qui reſpondet ſententia pronuntiatur in hoc genere diſputationis, ſicuti docebit in Gorgia. Quanuis igitur hæc ipſa verba ipſe protuliſſet, negat tamen ſe hæc dixiſſe, ſed ad Protagoram illa refert, qui reſponſione ſua annuebat rem ita habere, quum Socrates percontando illius ſententiā exquireret.

P. 331. v. οὗ] Aliam quoque lectionem ſum ſequutus, &, niſi fallor, commodiorem ea quæ remanſit in contextu. Ita lego, εἰ οὗ εἶπον ἀληθῆ ὄδε, λέγε ὦ Πρωταγόρα. Deinde, ipſius Protagoræ ſententia refertur. Τὰ αἰσ &c. Iſta enim non lego cum interrogatione: nec vlla vrget neceſsitas vt ita legatur.

P. 333. v. κοσμίως] Quum velit ſignificare idémne ſint Virtutes ipſę inter ſe, an aliquid habeāt definitum atq; determinatum quod certis ſpeciebus diſtinguatur, nihil eſt incommodi σωφροσύνην *temperantiā* ſiue *prudentiā* interpretari.

P. 334. v. πάντων.] Quod de oleo affert, & importunè dicitur & diminutè: quum non vbiq; id verum ſit. Ita proditur inepta ſophiſtarum garrulitas, qui res etiam alioqui optimas obſcurāt & contaminant. Quæ exempla idcirco quæſiuit Plato, vt τὸ ἀπροσδιόνυσον ſophiſticum demonſtraret.

P. 361. v. νεῶ] Ex vet. cod. lego ὅπισθεν ἄλλο τι οὖσα. idcirco deeſt in mea interpretatione *aliud*, & vitioſæ lectionis veſtigia apparent, ὃν ὡς σύ: quæ verba propter viciniam vocis ἄλλο τι à librario facilè fuerunt commutata.

In Cratylvm.

P. 392. v. ἦ]Legi ἦ. idcirco verti Etenim.

P. 396. v. δηλοῖ] Ex fide vet. cod. ita legi, ᾧ δὴ προσήκειν φαμὲν ὄνομα οἷόντε εἶ) τὸ εἶ) ἀπραγίζεσθαι. quæ mihi quidem certè genuina eſſe videtur lectio. Illud εἶ) videbatur fruſtra repeti, & τὸ articulus irrepſit ad vocem ὄνομα. Inde vitium in germanam ſcripturam irrepſit.

LOCI AB IPSO AVTORE RECOGNITI,

inter quos ſunt etiam aliquot à typographicis mendis purgati.

Litera P *pagnam indicat*, V *uerſum*: N *notas quæ ſunt ad marginem. & literæ etiam contextus diſtinguuntur.*

Pagina 15. Nota C. verſu 27. volūtate. p. 16. v. 32. Huic, *lege* Hac. p. 24. A. 9. in eorūdē. p. 25. A. 13. at *pro* &. p. 27. E. 10. eiuſdémque operæ. p. 28. E. 4. collocarant. p. 36. D. 12. *poſt* uocem ratione, *adde* ſtatuat. p. 39. B. 13. *dele* vobis, *poſt* quæ. p. 42. v. 30. illúdne. p. 52. A. v. 1. *dele* Res. *Ibidem*, A. v. 12. *pro* omnes, *lege* ciues. p. 55. v. 20. *pro* duas *lege* geminas. *Ibidem* v. 33. per mortem. p. 62. C. 2. *dele* minimé. p. 75. C. 6. æquali. p. 83. D. 10. *dele* vnaquæque. p. 97. B. 6. *Hunc locum ita reſtitue*, Ex illius quidem ratione & via. p. 98. B. 6. *dele* mihi. p. 109. C. 11. at *pro* &. p. 111. A. 5. *ita reſtitue*, facultas præbeatur. p. 129. C. 9. *dele* liceat, *poſt* audire. p. 144. b. 10. Eliſi, *pro* Elci. p. 134. A. *in marg.* Bene ſē habere. p. 153. D. 4. Súſque. p. 169. A. 9. *dele particulam* μή. Eadem pag. D. 10. ὡμολόγη. p. 173. E. 2. Nec *pro* Et. p. 177. B. *in marg.* conuerſationem. p. 189. D. 2. *Reſtitue*, Fierine poſſet vt velox. p. 196. E. 7. *dele* quidem. p. 200. A. 11. *dele* haud. p. 201. A. 6. *pro* ſcientia, *lege* ars. p. 211. v. ſtes, *lege* concertandi. & *ibidem*, illius *pro* illorum. p. 216. HOSPES ELEENSIS, & in N. A. Eleenſis. p. 224. D. 9. *dele*, quàm. p. 226. N. C. 18. incommodi. p. 234. E. 10. *dele* hoc. p. 246. A. 5. *poſt* agitatur, adde *controuerſiam*. N. B. 7. aiūt. *& ibidem*, diſparatas. p. 260. A. 9. *dele* ratio: & *lege* conſtituendum eſt. Eadem pagina, E. 7. habeat. p. 264. A. 2. nullúmne. Eadem pag. B. 3. πρότερον. p. 265. N. A. 2. Sophiſtæ. p. 266. B. 8. *dele* quidem. *& proximo uerſu lege* natæ. p. 272. C. 2. *dele* videlicet. p. 273. B. 1. mihi *pro* ad me. p. 276. N. B. *dele illam notam*. p. 285. E. 7. repugnare. p. 331. N. A. 3. commonſtratione. p. 357. A. *Locum hūc ita reſtitue*, Quum quæpiam ſit ars paris & imparis, aliámne eſſe cenſes quàm ea quæ in numeris verſatur? p. 372. D. 7. *dele hæc uerba*, contrarium diuerſúmque, *& lege* contrá. p. 379. v. 36. reſciſcere. p. 384. N. A. 2. ſimulat. p. 385. B. 6. vera. p. 406. E. 8. *dele* impoſitum. & 12. *lege* nam, *pro* ſiquidem.

HENRICI STEPHANI ANNOTATIONES IN PLATONEM.

LECTORI.

ANTEQVAM iis quæ in margine annotaui quicquam addam, pauca de iis quibus vſus ibi ſum notis præfabor. Ex interpretationibus igitur margini interiori (rarò exteriori) à me adſcriptis, nonnullæ ſunt quæ præfixâ habent literâ M. qua ſignificare volui Malim: quũ in altera interpretatione aliquid deſiderarẽ, ſic tamẽ vt non omnino mihi diſpliceret. Verùm iis quas in contextu emendaui ex ingenio, id eſt ex cõiectura, aliquãdo præfixi literam Π. qua ſignificatur Πότερον, id eſt Vtrum: (vſus autem ea nota & priùs in mea Græcorum oratorũ editione fueram) quaſi lectorẽ quid de illa emendatione ipſi videretur, interrogarẽ. Alicubi etiã emẽdationibus literã *F.* vel *For.* præfixi, id eſt Fortaſſe. Iam verò diuerſis lectionibus iis quæ ex aliquo exemplari aut aliquibus exemplaribus petitæ erant, hanc præpoſui notã ϛ', quæ & antiquis librariis in vſu erat, ad ſignificandũ γράφεται. Alicubi verò ſcripſi *In vet.* id eſt, In vet. libro, aut In veteribus libris. Vbi verò dixi, Affertur & hæc lectio, de aliqua loquutus ſum quæ ex aliis libris ſumpta eſſet quàm iis vnde cæteras habui: & quidẽ ita vt interdũ dubitauerim an veteri libro an coniecturæ accepta eſſet ferenda. Hæc quoq; *In præced. edit.* ſæpe tibi occurrẽt, id eſt, In præcedẽtibus editionibus, vel *In vulg. edit.* id eſt, In vulgatis editionibus. Vtrobiq; autẽ intelligo de Aldina, & Baſilienſi, quæ ex Ioannis Valderi officina prodiit, cum Simonis Grynæi præfatione: alicubi autẽ & de Louanienſi editione librorũ De legibus. Quoniã autẽ rarò lectionis illius mentionem facio quæ in præcedẽtibus extat editionibus, diuerſa ab ea quam in iſta habes, caue putes illos tantùm diuerſam à præcedẽte, & quidẽ ea longè melioré, lectionẽ habere. in aliis enim præterea locis quãplurimis, & propemodũ infinitis, lectionẽ quæ hîc eſt, ab ea quam illæ habent differre, ſi cõferre libeat, cõperies: neq; tantùm emendata plurima vocabula, ſed interdũ omnino etiã diuerſa in locũ eorũ quæ antea erãt, ſubſtituta: atq; adeo multos huius editionis locos multis vocabulis quæ in illis quas nominaui deſiderabantur, aliquos verò & periodis integris auctiores eſſe, vt de maximo aliorum taceã locorum numero, qui ob præpoſterè poſitas interpunctiones in illis editionibus, omnino deprauati erant: qui quantum mihi negotii exhibuerint, vix credi poteſt. In his autẽ Annotationibus meã, ſi nõ de omnibus qui emendandi ſuperſunt, at de eorum pleriſque ſaltem ſententiam exponam.

Pag. 2. v. ὑ γάρ που ὀκ.] Platonem ſcripſiſſe puto, ὑ γὰ σοῦ ὀκεῖνό γε καταγώσεμαι. Hanc enim paſsim hoc verbum cõſtructionem habet, propter præpoſitionem κατ' eo incluſam. Occaſionem autem errori præbuerit qui valde paruo interuallo præcedit locus. quũ enim ibi ὑ γάρ που ſcripſiſſet librarius, hîc autem ὑ γὰ σοῦ ſcribere deberet, illa verba, quorum recens adhuc erat memoria, per imprudentiam eum repetiiſſe dicendum fuerit. Talem omnino errorem, id eſt, cuius talis ſit origo, paulo pòſt eſſe puto, in ὀρθῶς pro ὀρθός.

V. γίγεσθαι.] Si poſt ἰῶμεν omittas interrogationis notam (vt in Baſil. edit. omiſſa eſt) erit hîc ſoloeciſmus, ἰῶμεν οὐκ ἀηδονῆ ἔμοιγε δοκεῖ, pro ἆρ' οὐκ ἀηδονὴς ἔμοιγε δοκεῖ. At verò ἰῶμεν; nihil vetat dici pro ἐρωτᾷς ἰῶμεν;

V. πρῶτ. πολ.] Pro ὀρθῶς, poſteriore loco, nõ dubito quin ſcribẽdum ſit ὀρθόν. Sic enim & alibi Plato dicit ὀρθόν ὅτι, ſequente infinitiuo, de eo quod facere vel dicere rationi conſentaneũ eſt. Quòd ſiquis, illud aduerbium retinere volens, cum infinitiuo ἐπιμελεῖσθαι iungendum cenſeret, quam huic loco aptam ſignificationem inuenire verbo ὀρθῶ poſſet? Errorem autem cuius ſimilis vel potius eadem eſt origo, indicaui modò in prima annotatione.

P. 3. v. καὶ ὡς] Qui βλαβολῶν ſcripſerunt (vt eſt in Baſil. etiam edit.) ita emendandam Aldinam lectionem putarunt, quæ eſt βλαβαλῶν. Sed dum emendare locum hunc vellent, deprauarunt, quòd non animaduerterent, à βλαβάω non ſolùm eſſe participium βλαβαλῶν, ſed etiam βλαβαλῶν.

P. 4. v. οἰκείων] Melius fortaſſe ſcriberetur ἢ ἄλλα δή; de quo loquendi genere, & de eius vſu, familiari Platoni, vide quæ annotaui in principium Protagoræ.

V. εἶπε] Scribendum dico δεῖν, quod iungi poſsit cum οἴει. At verò paulo pòſt pro δεῖν autor fuerim vt ſcribatur δέον: vt ita dicatur δέον (poſitum imperſonaliter & abſolutè, eodem modo quo illa, ἐξὸν, ἐνὸν, προσῆκον) ſicut paulo antè οὐδὲν ὄν πρᾶγμα, pro οὐδενός ὄντος πράγματος: & duplex ſit negatio pro vna. Atque hi quidem duo loci valde vicini in vna eadémq; voce deprauati ſunt in omnibus editionibus, quæ quidem in manus meas venerunt: at verò in Baſil. tertius etiam quidam, in loco qui eſt pag. 8. ibi enim in Baſil. legitur, ὡς ὑ τὸν ἀδικοῦντα δίδοναι δίκην, pro ὡς οὐ τὸν ἀδικοῦντα δεῖ δίδοναι δίκην.

V. vlt.] Non video quomodo ferri poſſit διαφέροι: ideóque muto in διαφέροιμι, vt cõueniat cum εἰδείλω: hoc ſenſu, Neque quicquam ego Euthydemus antecellerem vulgo hominum, niſi omnia quæ huiuſmodi ſunt exactè cognita haberem. Alioqui, retinendo διαφέροι, ſcribendũ eſſet εἰδείη: vt ille de ſe vtrobiq; loqueretur in tertia perſona. Qui tamen ſubitus à prima (nam dixit οὐδὲν γὰ ἄμοι &c.) tranſitus ad tertiam, duriuſculus eſſet.

P. 5. v. καὶ τὸ] Vide annon ſcribendum ſit potius πάντως ἐναίσιον.

V. ἀέσιόν τ.] Aptius fuerit μέλλη. Occurrit verò & aliis in locis talis error, huius Optatiui (vt vocãt) modi pro illo, vel illius pro hoc poſiti. qua de re ſemel te monuiſſe contentus ero.

P. 6. v. μασ.] Scriptum eſt in præc. edit. ἃ οἱ λοιποὶ οὐκ ἴσασι: ſed in vet. cod. legitur οἱ πολλοὶ, necnon apud Euſeb. Præpar. Euang. lib. 13. Hanc autem lectionem Fic. quoque ſequitur, ſed malè interpretatur, Quæ multis occulta ſunt: quũ debuerit vertere, Quæ vulgo occulta ſunt, quãdoquidẽ nõ πολλοῖς ſed ὑῖς πολλοῖς ſcriptũ eſt.

V. τῶν ποιητ.] Scribendum puto ἢ οἷς ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γεγραφέων τὰ πάλαι ἢ τὰ ἱερὰ ἡμῖν καταπεποίηται. Poteſt tamen & al era lectio defendi, modò οἷς inter ἢ & ὑπὸ ponatur. At in ſuperioribus edit. verba hæc τὰ πάλαι &c. ſeparantur à præcedentibus. Quam interpungendi rationẽ ſequutus eſt & Ficinus: à quo etiam γεγραφέων appellatione malè fuiſſe intellectos ſcriptores, quum de pictoribus dicatur, alibi admonui.

V. Σ Ω.] Vide annon ſcribendum ſit potius μέμνησο οὖν ὅτι, vt legit aut certè legendum cenſuit & Fic. qui vertit *Recordare igitur*, abſque interrog. nota.

P. 9. v. ἔρχον] Quum reſpondeat Socrates, Intelligo me tibi minus docilẽ videri ipſis iudicibus, mihi ſit veriſimile ſcriptum fuiſſe, ἐπεὶ οὐ πάνυ γε σαφῶς &c.

V. λέγω] In vet. eſt ὀννενόηκα, non ὀννενόημαι, quanuis γέγραπται initio huius dialogi bis ponatur actiua ſignificatione, & aliæ itidem paſſiuæ voces in aliis huius ſcriptoris locis actiuarum vſum præſtent.

V. ἐρ᾽ τοῦτο] Vel ἆρα ἐπαπορῶμεν, vel ἆρα ἐπανορθούμεθα interrogatiuè legendum cenſuerim.

P. 10. v. ὦ Εὐθ.] Ita & Fic. vertit quaſi legeretur, ἆρ᾽ ὅτι φιλεῖται ὑπὸ τῶν &c. At pro λέγομεν videri poſſet λέγεται potius ſcribendum ἐπορημαπικῶς: ferri tamen & lectio illa poteſt.

P. 11. v. μὴν δ᾽] In præc. edit. ἐπανορθώμεθα: ſed veteris exemplaris lectionem ὑπανορθώμεθα confirmat vetuſtiſſimum ὑπανθάνοις, quod non multo pòſt habemus. Vtitur alioqui & ſimplici ἀνθάνει inter hunc & illum locum.

P. 13. v. θεῶν] Ante θεῶν interpungo (ſicut & poſt) ne iũgatur cum ὁσιότης καὶ ἀνοσιότεια, ſed cum θεραπεία, ſubaudito ex præcedentibus.

V. Οὐκοῦν] Malim θεραπεία γε πᾶσα &c. Et poſt τοιόνδε interpungẽdũ eſſe puto, vt ſequẽtibus verbis oſtendat quomodo θεραπεία πᾶσα τῶν ὁμοιοπαθῶν ὠφελεῖ. Vtitur autem & alibi verbis illis οἷον τοιόνδε, vbi ſubiungit exemplum: vt modò ſubiunxit poſt οἷον φαμέν. Quum verò præcedat ὠφελοῦσα εἶναι, rectius ſcribetur ὦσι, vt in marg.

V. ἔρχου] Lubentius hîc & aliis pleriſque in locis huiuſmodi ſcripſerim δῆλον ὅτι. Vide annot. in pag. 309.

P. 15. v. γε. Σ Ω.] Rectius hæc ἐρωτηματικῶς leguntur. Intelligentur autem ex pag. 11. referũtur enim ad ea quæ ibi iocatus eſt Socrates in Euthyphronem. Sic verò & in Critone, pag. 48, εἰ ἔπειμι ἡμῖν ἢ οὔ [ὁ λόγος] itémque ſtatim pòſt, aliquoties.

P. 17. v. μαὶ καὶ] Si mendo caret παιέμαι, ita videtur eſſe dictum vt lib. 1. De republ. πρὸς ταῦτα καὶ κούρῃ καὶ συκοφαίνει, εἰ δύναται. οὐδὲν σοὶ παιέμαι. Id eſt, οὐδὲν παραιτοῦμαι.

P. 18. v. μαχεῖν] Verã lectionẽ eſſe arbitror, ἀπολογούμενόν τε καὶ ἐλέγχοντα, μηδενὸς ἀποκρινομένου.

P. 19. v. vlt.] Pro participio πείθοντι ſubſtituendum eſſe puto infinitiuum πείθειν, (margini à me adſcriptũ) qui iungatur cum οἷός τ᾽ ὦσι. Admonitum autem velim lectorẽ, pronomẽ τούτοις nõ hîc ſolùm ſed & in aliis huiuſmodi ſcriptoris huius locis πλεοναζειν. (quod & de quibuſdã aliis pronominibus dici fortaſſe poteſt) Intell. igitur, οἷός τ᾽ ὦσι πείθειν τοὺς νέους, οἷς ἔξεστ &c. πείθειν, inquam, σφίσι ξυνεῖναι.

P. 21. v. σαφῶς] Malim ſcribere, ἢ (ὅπερ λέγω) μὴ φοβεῖσθαι. Sic enĩ ſæpe Plato vtitur his verbis ὅπερ λέγω, vel ὃ λέγω, de eo quod paulo antè à ſe dictũ repetit. ſicut quod ad locũ hunc attinet, modò dixerat (circa finem pag. proximè præcedentis) καίμοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ θορυβήσητε μηδὲν αὐ δοξῶ ὑμῖν μέγα λέγειν. Exempla autem illius parẽtheſeωs habes in Critone, pag. 45, ὥσπερ (ὅπερ λέγω) μήτε, τοῦτο φοβεῖσθαι, ἀποκάμῃς σῶσαι σαυτόν, &c. Item in Hippia maiore, Tomi tertij pag. 284, ἀλλ᾽ (ὃ λέγω) ὁ νόμος. Et 286, ναὶ σωῖ (ὃ λέγω) εἰς καλὸν ἥκεις. Sic verò & ὅπερ εἶπον, in hac ipſa Apologia, pag. 29, εἰ σωῖ με (ὅπερ εἶπον) ὅτι θύσεις ἀφίσεσθε, &c. Niſi verò in eo de quo nũc agitur loco legamus itidem ὅπερ λέγω tanquam παρεπιθέτ, dutiuſcula eſt hæc conſtructio & ſuſpecta, φοβεῖσθε ὅπερ λέγω. potius enim dicitur φοβεῖσθαι τοῦτο, vel ὅτι οὕτω, vel τοῦτου ἕνεκα, aut certè ὅτι φοβεῖσθαι τοῦτο, quàm φοβεῖσθε. Iã autẽ tertiò ἢ φοβεῖσθαι deprecatur Socrates. nã dixerat circa finẽ primæ pag. huius Apologiæ, μήτε θορυβεῖν τοῦτου ἕνεκα. Dicet verò & pag. 30, μὴ θορυβεῖτε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀλλὰ ἐμμείνατέμοι οἷς ἐδεήθην ὑμῶν, μὴ θορυβεῖν ἐφ᾽ οἷς ἂν λέγω, ἀλλ᾽ ἀκούειν.

V. σὺ δ᾽ ἐμέ] Nihil mendi ſubeſſe huic loco ſuſpicabimur ſi hæc verba ὥσπερ γε μοῦ σοφώτερος, σὺ δ᾽ ἐμὲ ἔφησθα, accipiamus tanquam verba μιμικῶς poſita: id eſt, repræſentantia ipſius Socratis ſermonẽ, quo vteretur apud ipſum χρησμόν, ſiue μαντεῖον. Particulę autem ὅτι pleonaſmus præfixę orationi μιμικῇ (vt quidam vocarunt) frequẽtiſſimus eſt cùm apud alios ſcriptores, tum verò Xenophontẽ, & hunc: apud quem exemplũ vnum inuenies in hac ipſa Apologia, pag. 34, verſu 32: alia autem duo ſuppeditabit pagina 279 huius primi Tomi, in valde vicinis locis. Cæterùm quũ hîc dicat ἐλέγξων τὸ μαντεῖον, pag. ſequente legimus, αὐ ἐλεῖσθε ἡ μαντεία: adeo vt vel ἐλέγξων τὴν μαντείαν ibi ſcribendum eſſe dicendum ſit, vel potius inter μαντείαν & μαντεῖον nihil diſcriminis poni.

P. 22 v. ὅς, ἵνα] Pro ἵνα μοι καὶ αὐ ἐλεῖσθε, nõ ſolùm ſcribi poſſe videtur ἵνα μὴ αὐ ἐλεῖσθε (vt annotaui in marg. ex coniectura) ſed etiam, pronomẽ ωοι retinendo, ἵνα μή μοι αὐ ἐλεῖσθε: quinetiam vt particula καὶ ſimul retineatur, ἵνα μή μοι καὶ αὐ ἐλεῖσθε. Operæpretium eſt (inquit) vobis oſtendere quantum obtrauerim ne comperiretur oraculum eſſe eiuſmodi quod à me refelli non poſſet. ſicut pag. præcedente dixerat, ἐλέγξων τὸ μαντεῖον. Nã vt auderem margini illam meam coniecturam apponere, fecerunt iſta verba: de quibus & in Annot. præcedente aliquid dictum eſt.

P. 23. v. μθοι] In præc. edit. ſcriptum eſt οὐχ αὐτοῖς: quã lectionẽ aliquis fortaſſe defendi poſſe dicet: ſequitur tamẽ & Fic. alterã, vet. exẽpl. οὐκ αὖθις: quam etiam eſſe genuinam puto. Intell. autem, οὐκ αὐτοῖς τοῖς ἐξεταζομένοις: vt nunc dicit, οἱ νῦν αὐτῶν ἐξεταζόμενοι, & modò dixerat, ἔστι δὲ προσοῦσιν ἄλλοις ἐξεταζειν. imputabant enim Socrati præceptori illum diſcipulorum eius ἐξετασμόν.

V. χρῆσιν] Verbũ ζητεῖ non agnoſcunt præc. edit. & quũ à Ficino quoq; nõ agnoſcatur, minimè ex vet. exẽpl. adieciſſem, niſi pag. 19, vbi eadem de re agitur, idem verbum vel eius participiũ extare vidiſſem. Nã ibi legitur, ζητῶ τὸ τοῦ χρῶ. Hîc autem pro τοῦ χῆς in quodã exẽpl.

eſt ὑπὸ γῆ, ſicut & in illo præcedente loco. ſed ille potius ex hoc aliiſque multis huiuſmodi emendandus fuerit: quum ἀηθικώτερον dicatur ὑπὸ γῆς. Vocat porro hîc τὸ μετέωρα, quod illic τὸ ἐπουρανία.

P. 27. v. ᾗ οὐ] Vel ὅπη ponitur θαυμαστικῶς, vel particulæ ἔτι locum occupat.

P. 29. v. φθύξομαι] Turbare te, lector, poſſit particula ᾗ, tanquam ſuperuacanea: præſertim quum Fic. quoque talem eſſe iudicauerit: at ego ellipſin huic loco ſubeſſe puto, qualem & alibi obſeruaui: vt perinde ſit acſi dictum eſſet, ὥςπερ οὐδὲ εἴ με ναῦν ὑμεῖς ἀφοίητε (nam ita ſcribendũ eſſe monui in marg.) θέλοιμι ἂν ὑφ' ὑμῶν ἀφιεῦναι, vel ἀξιώσαιμι ἄν &c. Sed orationem eadem forma nõ continuari fateor: ſicut & alibi eius formam mutari & velut curſum interrumpi videre eſt. Cæterùm pro ἀπιὼν ἅπαντας apud Euſebiũ legitur ἀπισπασαντες.

P. 32. v. ὑπείκοιμι] Legitur & ὑπεικάθοιμι: quod Atticum eſt, ſicut pag. 15, circa finem Euthyphronis, διωκαθεῖν, pro διώκειν. necnõ in Gorgia, pag. 483, ἐδιώκαθες. Sed ſcribendo ibi ὑπεικαθοίμι, videri poſſet ſcribendum fuiſſe itidem paulo pòſt ὑπεικάθων, non ὑπείκων. Cæterùm & pro δέον inuenitur etiam ſcriptum δέκαιον.

V. πείκων] Non video cur repetendum ἅμα fuerit: ideóq; ſcribendum puto vel, μὴ ὑπείκων ᾗ, ἅμα αὖ καὶ ἀπολοίμην (vt adſcripſi margini) vel, μὴ ὑπείκων ᾗ, ἢ ἅμ' αὖ ἀπολοίμην.

P. 37. v. ημήτε θαυ] Rectius fortaſſe ita ſcribetur, ἢ δείσας; ἢ, μὴ πάθω &c. vt poſt ἢ ſubaudiatur δείσας repetitum.

P. 39. v. λοις] Scribendum eſt αὐτὸν, (licet αὐτὸν ſit in præced. edit.) ſiue dicamus ἕκαστον deſiderari, ſiue hac voce nihil opus eſſe putemus: vt ſit tranſitus à plurari ad ſingularem: quem certè haberemus etiam legendo, ἕκαστον αὑτὸν παρασκευάζειν, ſed molliorem: quòd ἕκαστον vocis collectiuæ vim habere dicere poſſimus.

P. 43. v. ῥᾳ] Vide annon τῷ μὴ aptius legetur.

P. 48. v. ὅμοιος] Pro τοῦ ἑτέρου in præc. edit. ſcriptum eſt τοῦ ἑτοῦ πόλους: ſed Fic. noſtris exẽpl. vetuſtis hîc aſſentitur.

P. 52. v. νόμων] Apud Euſebium ſcriptũ eſt ὑπηχρεῶν ἡμᾶς διαφθείραι: ſed hoc pronomen ſubaudiri poteſt.

V. πις] Pro ἄλλο ουῶ apud eundem legitur ἀλλὰ ὦ ουῶ. verùm fidẽ eius exemplari nequaquã habendam puto, ſed ex duabus lectionibus faciendã eſſe vnam: hanc videlicet, ἄλλο ὦ ουῶ.

V. vlt. Habemus apud eundem βαρβαεικῶν. Ac certè quanuis Attici ſcriptores βάρβαρος & βάρβαρον paſsim adiectiuè dicant potius quàm βαρβαεικὸς & βαρβαεικὸν, Platonem tamen his quoque aliquoties vti videmus. Legimus enim in Cratylo, pag. 416, βαρβαεικόν: & rurſus βαρβαεικῇς, pag. 437.

P. 53. v. πόλις τε, καὶ] Vereor ne hæc verba οἱ νόμοι δηλονότι, ex ſcholio irrepſerint, ſiue ex gloſſemate, vt vulgò loquuntur.

V. πάσις] Non præſens ἔσῃ ſed futurum ἔσται apud eundem legitur: alio etiam ordine verborum: hoc nimirum, ἆρα ἄξιόν σοι ζῆν ἔσται. Quum autem hæc interiecta ſint inter futurum φθύξῃ, & futura πλησάσῃς & ἀναμιμνήσῃς, malo ἔσται.

V. ῥύπων] Pro πόλεων lubenter ſubſtituerim πόπων, quod apud Euſebiũ legitur. Alioquin nõ itidem plurale πόλεων ſcripturus fuiſſe videtur, ſed numero ſingulari vſurus, hoc modo, ἐκ μὲν ῥύπης τῆς πόλεως ἀπαρεῖς. Neque enim ita defendi poteſt lectio illa πόλεων, vt dicatur Socrates ſolitus vicinas vrbes frequentare: quũ illi contrà obiiciatur initio huius paginæ, ἀλλ' ἐλαφρῶς αὐτῆς ἀπεδήμησας ἢ οἱ χωλοί τε καὶ τυφλοί, καὶ οἱ ἄλλοι ἀνάπηροι.

V. μοις] Alia eſt lectio apud eundem, ἐδείς σε ἐρεῖ. potius autem σοὶ quàm σὲ conuenire huic loco videtur.

V. αὖ μὴ] Non immeritò (meo quidem iudicio) ſuſpecta fuerit hæc ſcriptura, εἰ δὲ μὴ, ἀκούσῃ &c. Neque enim dubium eſt quin primo aſpectu ſe offerat futurum λυπήσῃς, ex præcedẽte λυπῇς ſubaudiendum: & tamen repugnat huius loci ſententiæ, εἰ δὲ μὴ λυπήσῃς. Videndum igitur an μὴ mutari in δὴ & poſsit & debeat: an potius cum εἰ δὲ μὴ aliud ſubaudiendum ſit, nõ tam ex præcedentibus verbis quàm ex eorum ſenſu petitum. Cuiuſmodi fuerit ſi dicamus, perinde eſſe acſi præceſſiſſet, ἐὰν φυλαξῃ μὴ ἄνω λυπῇς. vel, ἐὰν φυλαξῃ μὴ λυπῖν ἄνω: (id eſt, ſi caueris ne quenquam offendas) his enim verbis aptè ſubiungeretur, εἰ δὲ μή.

P. 58. v. primo. Plutarchus hunc locum citans legit ἐπυθόμην.

P. 62. v. ῥώπῳ] Nullo ferri modo poteſt ῥώπῳ, quod tamen habent & præced. editiones: at ῥώπῃ & ferri poteſt, & Fic. quoque ita legiſſe videtur. Quinetiam talem vſum habet cùm alibi, tum verò initio pag. 72, ὁμολογῆται ἄρα ἡμῖν καὶ ῥώπῃ. item in primo pag. 73, verſu, ὥςπερ καὶ ῥώπῃ ἀθάνατόν τι ἔοικεν ἡ ψυχὴ εἶναι.

P. 67. v. κα ἡ] Pro παρόντι inuenitur ſcriptum & παρελθόντι: quam ſcripturam & Fic. agnoſcit. Sed quanuis vna, præſens, altera præteritum tempus declaret, ferri vtraque poteſt: vt hæc reſpiciat ad eos qui iam ex hac vita migrarunt, illa ad eos qui nondum. In fine autem huius pag. eadem de re loquens dicit, εἰ μὴ ἄρα οἱ ἐκεῖσε ἴοισεν οἷ ἀφικόμενοις ἐλπὶς ὄφιν ἢ ἄλλο βίου ἥρων τυχεῖν.

P. 69. v. τὸ.] Aliquid hîc deſiderari putet quiſpiam: quum tamen nihil deſideretur, ſed ellipſis ſit illi ſimilis quæ occurrit paulo pòſt, nimirum verſu 18, huius paginæ, μὴ σκιαγραφία ᾖς ἢ ἡ τοιαύτη ἀρετή. Occurrunt certè & alibi frequenter: pro loco autem exponere oportet, Videndum ne, vel Animaduertendum ne: aut Cauendum ne.

V. χρὴ δὴ] Includenda parentheſi cenſui hæc verba, φασὶν οἱ ποδὶ ταὶ πλεπαὶ, quòd prouerbium hoc ῥῖς ποδὶ ταὶ πλεπαὶ familiare fuiſſe veriſimile ſit: at verò οἱ ποδὶ ταὶ πλεπαὶ cum ναρθηκοφόροι non aptè iungatur: præſertim quum in verſu prouerbiali ſuis conſtãte numeris nulla πλεπθῖ mẽtio fiat cum voce ναρθηκοφόροι. Eſt enim hic, Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, βάκχοι δέ γε παῦροι, vel δέ τε παῦροι: aut παῦροι δέ τε βάκχοι.

P. 73. v. ἔφη] Alia eſt huius loci lectio, eodem tamen ſenſu, πῖαι σοὶ ῥύπων &c. In Ald. autem manifeſto errore ſcriptũ eſt, ποιῆσαι ῥύπων.

P. 75. v. ταὶ ῥοδᾶ] Vox ῥοδᾶ eſſe ſuperuacanea videtur: præſertim quum abſque illa eandem ſentẽtiam habeamus quam & in principio huius paginæ, vnde hæc manarunt.

P. 76. v. παύτας] Suſpicor addendam vocũlam τὰ ante αὐτά: quæ vocula adiectio aliam ſententiam, & quidem aptiorem (meo iudicio) affert: vt dicat Simmiæ Socrates, Non igitur tibi eadem omnes ſcire videntur. Nam & ſine interrogatione legendum eſſe puto hunc locum.

P. 79. v. πέρῳ] Eadem emendatio annotatur & pag. 82, non procul à principio.

P. 87. v. δος] Vide annon potius ſcribendũ ſit οὐκ αἰσχύνομαι : cui verbo ſignificationem huic loco valde aptam tribuit hic ſcriptor (ſicut & alij quidam, ex quibus eſt Xenophon) cùm alibi, tum in Gorgia, alia tamen conſtructione, καὶ ἔγωγε ἐθέλω, πρὸς ὑμολογημένων ἔστι σοὶ δοκεῖ μὴ καλῶς ὡμολογῆσθαι, αἰσχύνεσθαι, εἰ μὴ σὺ βούλῃ. Videtur certè & Fic. hanc lectionẽ ſequi: quippe qui vertit, Haud equidem retracto quin beliſſimè dictum fuerit.

P. 90. v. λόγοις] Scribendũ potius, πρὸς δὲ ὄντων: pro quibus mendoſè in præc. editionibus ſcriptum eſt πρὸς δεόντων.

P. 94. v. πες καὶ] Locus hic poſtulare videtur non infinitiui ſed indicatiui præſens, ἔλκει.

P. 97. v. πθένα] Non πθένα apud Euſeb. legitur, ſed ἀθένητα. quod participium tamen vt recipi poſſet, expungẽda eſſet copulatiua particula ante ἕκαστον.

P. 104. v. δοκεῖ] Scribendum αὐτῆς, quum intelligendum ſit πρὸ ἑαυτῆς ὀνόματι. In ſequente autem verſu poſt ἀριθμεῖ malim interpungere, hoc modo, καὶ πρὸ τῆ ἀριθμεῖ, ὄντως οὐχ ὥσπερ τῆς περιάδος. Exiſtimo enim ὥσπερ referre ὄνομα: vt dicat ternarium numerũ nõ ſolùm ſuo ſed imparis etiã nomine eſſe appellandum: quanuis hic impar non ſit idem quod nomen ternarii. Vt autem ſignificaretur, Quanuis impar non idem ſit quod ternarius: ſcribendum fuiſſet οὐχ ὥσπερ ἡ περιάς. Hunc tamen ſenſum ſequitur & Fic. miniméque ab eo de quo agitur eſt alienus.

P. 105. v. μβύων] Videndum annon ſcribendum ſit, ᾧ αὐ ἀ σώματι ἐγχρύπτει, aut certè ᾧ αὐ σώματι ἀ ἐγχρύπτει, vt paulo poſt legitur: qua etiã forma poſtea, ᾧ αὐ ἀριθμῷ ἀ ἐγχρύπτει). Mutato autem dũtaxat accẽtu, ſi ſcribamus, ὃ αὖ ἀ ὂν πρὸ σώματι ἐγχρύπτει, videndum an ita defendi poſſit vt dicamus implicitas eſſe has particulas: & dictum eſſe ὃ αὖ τι ὂν πρὸ σώματι ἐγχρύπτει, pro ὅτι αὖ ὂν πρὸ σώματι ἐγχρύπτει. Sedenim potius ſcripſiſſet, vt opinor, τί ὃ αὖ ὂν σώματι ἐγχρύπτει: (id eſt, ἀ ἔστιν ὀνείνο ὃ αὖ ἐγχρύπτει σώματι) ideo vel hãc lectionem vel primã illam, genuinã eſſe arbitror.

P. 109. v. νὸς γλυκύθυμος] Non dubito quin ſcribendum ſit καπιδεῖν αὖ αἰσχυναι : vt καπιδεῖν αὖ ſit pro καπίψαι. Incipiens autem participiũ à ſyllaba αὖ fecit vt omitteretur illa vocula αὖ.

P. 121. v. Δ Η Μ Ο Δ.] Præced. editiones habent hîc Δημόδικος: ſed tamẽ in vno tantùm (ſi bene memini) ipſius dialogi loco lectionem illam habẽt, in cæteris alteram.

P. 130. v. Λεις.] Affertur alia lectio, ὁ Λισιμάχου, ἡοῦ τοῦ Λεισιδου. Itidémq; paulo pòſt, τὸν Μελησίᾳ ἡοῦ τῦ Θουκυδίδου. Sed quẽadmodũ ὁ Λισιμάχου dici poteſt, & τὸν Μελησίου, ſine adiectione, vt illic ἡός, hîc ἡὸν ſubaudiatur, ita cum τοῦ ſubaudiri poteſt ἡοῦ.

P. 132. v. Ε Ρ Α Σ Τ Α῀] A Diogene Laertio nõ Ἐρασταὶ vocatur hic dialogus, ſed Ἀντερασταί: à quo dicitur etiam eſſe ἠθικός. Videtur autem inſcriptio illa Ἀντερασταὶ cõfirmari poſſe vel ex iſto pag. ſequentis loco, ἀντιθόμβος εἰς τὸν ἀντέρασταν.

P. 136. v. τὸν φιλ.] Niſi dicamus abeſſe hinc debere articulum τὸν, vt legatur, τὸν ὄντως ὀνείρον φιλόσοφον, intelligendum erit τὸν ὄντως ὀνείρον, ὅς ἐστι φιλόσοφος.

V. μολογεῖν] Vt locus qui proximè præcedit habet articulũ qui videri poteſt ſuperuacaneus, ita viciſsim in hoc deſiderari articulum, mihi fit veriſimile: vt legamus, τί οὖν; τὸ μετὰ τοῦτο ἔρωμαι; hoc ſenſu, Quid ergo? téne interrogem de eo quod ea quæ diximus cõſequitur? Vel, de eo de quo deinceps nobis ſtatuendum eſt?

P. 144. v. πῶς] Nõ ſatis conſpicua erat in vet. codice ſcriptura vocis eius pro qua hîc quidẽ ἑλέου legitur, Ficinus autem ἐλαίου legit.

P. 146. v. ναῦν δή] Si hîc σκυπικὴν rectè ſcripſit librarius, ſicut & pag. ſequente, rectè item σκυτοτομικὴ paulo antè, vnum idémque Platonẽ vtraque voce ſignificare voluiſſe dicendum erit.

P. 158. v. πᾶσαι] Particulam δ῀, quam mihi ſuſpectã eſſe, in annotatiũcula margini adſcripta oſtendi, potius tamẽ ante διωλάμην, quàm poſt ὀνειρώττοντες habere locum poſſe dixi: tandem ex vet. cod. comperi irrepſiſſe pro ϗ: vt ita legatur hic locus, οὐκ ἂν διωλάμην ἀμφισβητῆσαι ὡς οἱ μαινόμενοι, ἢ οἱ ὀνειρώττοντες, ϗ ψευδῆ δοξάζουσιν: intelligẽdo tamen οὐ δοξάζοιεν ψευδῆ.

V. λέγεσθαι] Pro ὅταρ ſubſtituẽdum eſſe puto contrariũ ὕπαρ: (quanuis in ea quam margini adſcripſi interpretatione lectionem illam, non hanc, ſim ſequutus) & tunc verum fuerit quod modò dixit, πάντα γὰρ, ὡς ὥσπερ ἀντίστροφα, τὰ αὐτὰ ἀκολουθεῖ. Nã (inquit) & ea quæ nunc diſſeruimus, nihil prohibet quominus ſomniãtes diſſeruiſſe videamur: & viciſsim quũ vigilantes, [vel, inter vigilandum] nobis videmur ſomnia commemorare, mira eſt horũ cum illis ſimilitudo.

P. 179. v. ωσπ.] Apud Euſeb. perperã legitur, ὑδὲν γὰ μᾶλλον οἴονται διαλεχθῆναι: ſed quod habet ſtatim pòſt, ἀπεχῶς γὰ χ῀ τὰ συγκέμματα φέρονται, nõ immeritò fortaſſe cuipiã placuerit. Apud eundẽ ſtatim pòſt pro ἡσυχῶς ſcriptũ eſt ἡσύχως,

P. 180. v. ξη καινῶς] Nõ καινῶς ſed κενῶς legitur apud eundem: verùm librarii errore fortaſsis.

V. πλλοις] Genitiuus πλλῶν apud eundem Euſebiũ non extat: nec video certè quis hîc ſit eius vſus: præſertim quũ Socrates antea (in fine pag. 152) recitato Homeri verſu iſto, Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν, ſubiunxerit, πάντα ἔρρειν ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως: dicens πάντα, non τὰ ἄλλα πάντα.

P. 196. v. Σιωνέναι] Pro ὡς ωσοῆκον crediderim οὐ ωσοῆκον ſcribendum eſſe, vt ea ſit huius loci ſententia quam margini adſcripſi. Quod autem attinet ad hæc verba, εἰ ᾧ βούλει, à me admonitus lector multis ea locis adhibita obſeruet, vbi quod dictum eſt, ſecũdo quopiam exẽplo confirmatur: ac præſertim quum id velut è re nata ſumptũ eſt, aut certè è re peruulgata. Vbi verò quis exemplũ vel exempla afferre incipit, ſæpe dicitur, οἷον, εἰ βούλει. vt in hoc ipſo dialogo, pag. 208, verſu 31. Verùm vt ad illum locum à me emendatum redeam, mihi in mentem etiam venit ſuſpicari, ſcriptum quidem fuiſſe à Platone ὡς ωσοῆκον αὐτοῖς χρῆσθαι, ſed ſubiuncta hæc verba, καίτοι οὐ ωσοῆκον, εἰ ὥσπερ σεσώμεθα τῆς ὀπτικῆς: vt hic ſit totius loci ſenſus, Atque adeo, ſi aliud vis à me afferri exemplum eius quod dico, (nimirum nos ſubinde ſermone minimè ſincero vti) ecce, iam nunc vſi ſumus his verbis Ignorare & Intell gere, quaſi par ſit illis vti: quanquam minimè par eſt, ſi ſcientia deſtituimur. Malim tamen alteram emendationem, quòd verear ne hæc ex nimium audaci coniectura peti videatur: licet tales omiſsiones vocum quæ & inter ſe ſimiles & contiguæ aut ſaltẽ valde vicinæ ſint, non rarò occurrãt.

P. 201. v. vlt.] In locum huius aduerbii ἤδη non dubito quin ſuſtituendum ſit verbũ ἔδῃ.

P. 202. v. νον. ὄνομα] Sicut circa finem paginæ præcedentis me nõ dubitare dixi quin verbum ἔδοξε in locum aduerbij ἤδη ſubſtituendum eſſet, ita hîc idem aduerbium in nomen εἶδη mutandũ cenſeo. Suprà autem, nimirũ pag. 187, ver. 24, vbi habes εἰδέοιν malè in præced. edit. eſt ἰδέαιν. Alioqui & εἶδος & ἰδέα ſimul ponuntur pag. 205, circa finem.

P. 209. v. διαν.] Malè in Ald. editione ἀλλ' λεγομένων Μουσῶν ἔφαμεν : quum τὸ λεγόμενον paſsim præfigatur ijs quæ prouerbialiter dicuntur.

P. 227. v. νόματα] Non immeritò fortaſsis aliquis inter hæc Theæteti verba μάλαγε, & illa hoſpitis, Παντάπασι μὲν οὖν, deeſſe nonnulla ſuſpicetur. Alioqui, ſi nihil deeſſe dicendum ſit, hoc παντάπασι erit approbantis illum Theæteti conſenſum, quem declarauit illis verbis μάλαγε.

P. 232. v. γε παί γε] Pro δῆνοι legitur etiam δώματι : ac mihi certè placet vtrobique eandem eſſe vocem. id eſt, vel ita legi hunc locum, ξυμπεσὼν ὡς αὐτί τε αἰτιατέον δώματι, τοῖς τε ἄλλοις ὅτι ποιοῦσιν ἄφρονι αὐτὶ δώματος : vel ſic, ξυμπεσὼν ὡς αὐτί τε αἰτιατέον δῆνοι, τοῖς τε ἄλλοις ὅτι ποιοῦσιν ἄφρονι αὐτὶ δῆνος.

P. 234. v. Τί δαί;] Niſi dicamus cum articulo τῷ ſubaudiri nomen aliquod, nullum hîc locum habere fatendum erit: quum ad παιδιαὶ ferri non poſsit. Videndum igitur annon ſubaudire oporteat ποίησον, ex præcedentibus.

P. 236. v. δαί;] Locũ hunc Ficinus ita ſcriptũ legit. vertit enim, Quod apparet quidem pulchro ſimile, quũ non ſit pulchrũ. Sed nemini Græcæ linguæ perito perſuadebit, verba illa, δῆλα τῷ οὐκ ὂν καλοῦ δόξαν, id ſignificare. Ac minus reprehẽdi poſſet hæc interpretatio, Quòd nõ ibi fuerit vnde commodè id cõtẽplari poſſet. Libẽter autẽ καλοῦ mutarẽ in ἱκανοῦ, (ob ſequẽs aduerbiũ ἱκανῶς) ſed cũ illo adiectiuo quomodo hîc aptè ſubaudire ſubſtantiuũ χρόνου poſsimus nõ video: nihilóq; magis quomodo ſubaudiri queat πόπου, ſi retineatur καλοῦ. Fortaſſe igitur aliquod occultius mendũ huic loco ſubeſt. nã ne id quidem locum habere hîc poteſt quod cùm ab aliis tum verò ab Horatio dicitur, quædam eſſe in pictura quæ ſi propius cõſpiciantur, magis delectent: alia, quæ magis te capiant ſi longius abſtes.

P. 242. v. κἄζει] Apud Euſebiũ legimus, παρ' ἡμῖν pro παρ' ἡμᾶς : quinetiam poſt ἔθος habemus ἄπαν. & ita ſcripſiſſe Platonem arbitror.

P. 244. v. νόμα] Cùm præcedat ἤ μηδενὸς ὄνομα αἰαλκαθήσεται λέγειν, vſitata ſermonis forma poſtulabat vt ſequeretur in altera parte, ἢ εἴπερ αὐτὸ φήσει. Alioqui retinendo εἰ δὲ πνος, nullus eſt illius particulæ ἤ vſus ante μηδενός.

P. 245. v. vlt. Apud eundem ſcriptum eſt ἰδιωμοῦσι &c. quam ſcripturam malo.

P. 264. v. Πῶς] Pro πρᾴοτερον alia etiam eſt lectio πρόσπορον. Quanuis autem prima fronte durum videri poſsit illud πρᾴοτερον, & ab hoc loco alienum, magis tamen ſequentibus conuenit (meo quidem iudicio) quàm πρόσπορον: quũ ſignificare velit ſe via quadã faciliore minúſque aſpera quàm putabant ad id quod quærebant peruenisſe. Ficinus quidẽ certè lectionem hanc, πρᾴοτερον, (quam etiam ſuperioris temporis editiones habent) non illam πρόσπορον, agnoſcit: quippe qui vertat Facilius.

P. 293. v. φέρει] Hæc vt ἐρωτηματικῶς dicta, accipienda eſſe puto, & ponendã interrogationis notam poſt ὄντα. Sic in fine huius paginæ, & in principio ſequentis, πάντ' ἄρα ὁπόσα ὄντα, εἰ δὴ ἄφρ ὧ ὁποιῶν.

V. κεἶνον γε] Hæc quoque niſi ita intelligamus vt ἐρωτηματικῶς dicta, neceſſe erit οὐδέν τι interpretari Nihilominus, vt etiam Ficinus reddit: quum tamen hæc interpretatio minimè ferri poſſe videatur. Nam pro Nihilominus nõ οὐδέν vel οὐδέν τι, ſed οὐδὲν οὐδέν dicunt. At ſi cum interrogatione illa legamus, non aliam verbis illis οὐδέν τι ſignificationem dare neceſſe fuerit, quàm quæ paſsim eſt in vſu: ſic exponẽdo, An minus propterea dicendus es eſſe non ſciens? quaſi dicat, Haud ideo certè minus es nõ ſciẽs.

P. 296. v. ὡς ἀγαθοὶ] Rectè hîc legitur ἄδικοι (ſicut & in principio paginæ ſequentis) rectè viciſsim ſtatim poſt ſcriptum eſt οὐκ ἀδίκως, quũ hoc ſe ſcire fateatur, illud ſe ſcire neget. Iam igitur nihil in hoc loco mutandum eſſe puto.

P. 309. v. φαίνῃ;] Vnus hic eſt locus ẽ multis huius philoſophi in quibus hæc vox δηλαδὴ pro duabus δῆλα δή eſt poſita: vt etiam δηλονότι non rarò pro δῆλον ὅτι. Ad hunc autem locũ quod attinet, in eo Ciceronis interpretatio quod dico comprobat. vertit enim, An quidem dubium non eſt quin ab Alcibiade? Comprobant etiam ij loci in quibus ἢ δῆλον δὴ ſcriptum eſt: quorum vnus eſt in Lachete, Tomi ſecundi pag. 190, v. 34, & 35, Ἆ οὖν αἱ περιελοίμεθα τὴν τῆς ἀρετῆς μερῶν; ἢ δῆλον δὴ ὅτι τοῦτο εἰς ὃ τείνειν δοκεῖ ἢ ὀρθῶς ὄπλοις μάχησις; Sic autẽ & alibi: & quidem ſæpius ſine particula δή: vt in Hippia maiore, pag. 283, Tomi tertii, σὺ αὖτος πλεῖον πλεῖστον ἀργύριον εἰργάσω τὴν πόλεων εἰς αὐ ἀφικνῇ; ἢ δῆλον ὅτι ὀκ Λακεδαίμονος; Alicubi etiam cum ἤ, non ἢ: vt in Apologia, pag. 36, non procul à principio. Ex his igitur locis emendandi ſunt cùm alij, tum verò quidã quẽ habes in principio Menexeni, Τί μᾶλιστα οὐ περὶς βουλευτέον; ἢ δηλαδὴ ὅτι παιδεύσεως ἓξ φιλοσοφίας ὀρθὴ πλεῖ ἡγεῖται); Quidam etiam initio Phædri (ita enim ſors tulit vt multorum dialogorum principijs hoc loquẽdi genus adhiberetur) Τίς οὖν δὴ ἰὼν διατρίβῃ; ἢ δηλονότι τὴν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἰσία; Sic & in Euthyphrone, pagina 4, ἢ δηλαδὴ, pro ἢ δῆλα δή; Ex horum autem locorum inter ſe collatione animaduertere mihi videor talem eſſe vſum huius generis loquẽdi, vt ab eo dicatur cui, poſtquã de aliqua re quẽpiam interrogauit, ſtatim venit in mentem (vt quidẽ arbitratur) id ipſũ quod ex eo ſcire volebat. Q. d. An potius de hoc non es interrogandus, quum ego coniectura poſsim aſſequi? vel, Quum rationi conſentaneum ſit vt credam te ea de cauſa veniſſe? vel, te illinc venire: vel, te hoc feciſſe: vel, tales ſermones habitos fuiſſe: & ita ſupplendo ellipſin (eſt enim dicendi genus ellipticon) in cæteris locis, pro re de qua agitur. Simul autem ſtatuendum eſt ἢ ſcribendum eſſe non ἤ: ideóque oportere illum pag. 36 locum, & alios qui eãdem ſcripturam habent, emendare. Quemadmodũ autem & δηλονότι ſæpe occurrit pro δῆλον ὅτι apud hunc philoſophum (ſicut & antea monui) etiã non præcedente ἢ, ita & δηλαδὴ pro δῆλα δή, etiã vbi non præfixa eſt illa particula. vt in Phædone, pag. 80, non procul à principio, Ποτέρῳ οὖν ἡ ψυχὴ ἔοικε; Δηλαδὴ ὦ Σώκρατες, ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ &c. vbi rectè redditur Nimirum: poſſet verò & aliter eodẽ ſenſu reddi.

V. κρατεῖς] Verba hæc. ὥς γ' ἂν αὐτῖς ἡμῖν εἰρῆσθαι. notis parẽtheſeos includẽda cenſui, cp talẽ infinitiui vſum qualem margini adſcripſi, alibi obſeruaſſe mihi viderer. Neq; verò abeũdũ lõgi-

fuerit, quum in hoc ipſo dialogo vnum exemplum extet: pag. 339, in fine, ἔπειτα, ὥσχε φεύς σε εἰρῆσθαι πάλιν ἵνα μοι χρόνος ἐκχύνηται τῇ σκέψει &c. vbi itidem parentheſeωs notis vtēdum cenſui. Talis vſus infinitiui, ſed in orationis principio, non per parēthesin, extat & in Hippia minore, pag. 366, Ὡς ἐγὼ καφαλαίῳ ἄρα εἰρῆσθαι, οἱ ψεύδεῖς εἰσὶ σοφοὶ πᾶσι καὶ δυνατοὶ ψεύδεσθαι.

P. 315. v. πόλεων] Vide quàm vbique obnoxia ſint deprauationi (& quidem vni eidémque interdum) quædam vocabula. Hîc pro κηλῶν legitur καλῶν in Ald. editione, aliiſque ſuperioris temporis: itidémque in loco qui eſt pag. 328, ver. 34, vbi habes κεκηλημένος, in illis eſt κεκαλημένος, tanquam à καλοῦμαι: quinetiam alibi eadem illius verbi in hoc mutatio reperitur.

P. 329. v. πρεσ] Idē error hîc qui & libro De legibus octauo, in ſuperioribus quidem certè editionibus. Nam & ibi δολιχὸν habent, pro δόλιχον: quum tamen nō parum ſit inter hæc diſcriminis, & hoc ſit ſubſtātiuū, illud, adiectiuū. Locus ille eſt pag. 833, huius editionis, circa principiū, ᾧ δὴ ᾧ πεπαρπος ὁ τὸν δόλιχον. Sed ibi facilius animaduerti potuiſſet error à lectore quàm hîc: vbi tamē non dubiū eſt quin itidem δόλιχον ſcribere oporteat: quum eſſe ſubſtātiuū neceſſe ſit, & dici δόλιχον τῷ λόγου eadem metaphora qua diceretur στάδιον τῷ λόγου. qualis etiam eſt in verbo ἀναμετρεῖσθαι quum de oratione dicitur.

V. ὡς αὐτά] Scribendum eſſe ὡς αὐτὸ δηλοῖ, & hoc loquēdi genus alibi apud hūc etiam ipſum ſcriptorem extare puto.

P. 338. v. ψαυτα] Non ſolùm pro ῖσι ſcribendū hîc eſſe puto ᾖ (vt margini à me adſcriptum eſt) ſed etiam ἀμφοτέρου pro ἀμφοτέροις: vt intelligamus Quod ſit medium inter vtrunque. Duo enim propoſuit, quum dixit, μήτε σὲ τὸ ἀκριβὲς τοῦτο εἶδος πρὸς διάλογον ζητεῖν τὸ κῆ βραχυλίαν &c. deinde, μήτ αὖ γραμματόραν, παντα καλων ὀκτεἰναντα, &c.

P. 342. v. πεελεισιν] Expungendum eſſe puto articulum ῖσι poſt ἔλεγε. Parum autem placet quæ margini adſcripta eſt diuerſa lectio: in qua etiam παρείσιον mendoſum ſit neceſſe eſt.

P. 346. v. ἡλικίων] Pro ἄπειρος γλυκέλα ſcribēdum puto ἄπειρος ἀ γλυκέλα: vel certè mutandum accentū in hoc ſubſtantiuo: vt ſit γλύκελα à γλύκελον.

P. 349. v. σαι. ὡς] Quanuis & alibi ὑπὸ λόγον legatur, diſiunctè ſcriptum, in eadem ſignificatione, ſed cum verbo πειθεσθαι, non dubito quin hîc coniunctè ὑπόλογον ſcribere oporteat, vt in margine admonui. Locus autem in quo itidē ὑπὸ λόγον habetur, eſt in Lachete, pag. 189, Tomi ſecūdi: λέγ' οὖν ὅ, τι σοὶ φίλον, μηδὲν πρὸ ἡμετέραν ἡλικίαν ὑπὸ λόγον ποιούμενος. Sed quæ ratio hîc ad iſtam ſcripturam tuendam afferri poteſt, non poſſet & illic afferri. hîc enim duo ſunt accuſatiui, illic vnicus. Cæterùm & Fic. illo in loco οὐδὲν σοὶ ὑπὸ λόγον ἔθεμαι, vertit Nihil imputabo: ſed poſſit etiā reddi fortaſſe, Nō poſtulo vt rationem mihi reddas eius quod dixeris: vel, mutatæ ſententiæ.

P. 352. v. προέπειν] In præced. edit. ſcriptum eſt, ὥστε ἄλλ' ἄττα προέπειν ἢ αὖ ὑπισχνεῖσθαι κελεύοι: in qua lectione malè ἢ pro ἢ, & αὖ pro ἀ αὖ ſcriptum eſt. Cuius erroris aliud exemplum afferam (ne lector de hoc loco dubitare poſsit) ex principio Hippiæ minoris: nimirum particulæ αὖ pro ἀ αὖ ſcriptæ. Ibi enim ita legitur in illis ſuperioris temporis editionibus, Καὶ μὰ ὦ Εὔδικε ἔστι γ' αὖ πυθοίμαν Ἱππίου ὧν νυῶ δὴ ἔλεγε περὶ Ὁμήρου. quum Platonem ſcripſiſſe, ἔστι γ' ἀ αὖ πυθοίμαν Ἱππίου, nemo negaturus ſit: vel (vt in veteri) ἔστι γ' ἀ ἡδέως αὖ πυθοίμαν.

P. 357. v. καὶ Σώκρ.] Vide annon ſcribendum ſit, εἰ μὴ ἔστι τοῦτο πάσχειν, τὸ ἡδονῆς ἡττᾶσθαι: ſicut & in alio loco admonui, qui eſt pagina 353.

P. 364. v. πεσμῷ] In Ald. editione ſcriptum eſt ἄδικος. quæ lectio quanuis primo aſpectu eiuſmodi videatur quæ nullo modo defendi poſsit, cogitet tamen lector an omnino à ratione alienum ſit, Ἄδικος pro Εὔδικος dictum eſſe, immutato per iocoſam paronomaſiam nomine.

P. 366. v. ἆρ' οὐχ] Scribendum potius fuerit, ὡς αὖ οὕτως ἔχει. Vt autem hic Optatiuus modus locum Subiunctiui occupat, ita viciſſim paulo pòſt ab hoc locus illius occupatur, πάντων ἥκιστα καὶ μάλιστα αὖ εἴπῃς, pro εἴποις: vt oſtendunt etiam præcedentia ἔροιτο & βούλοιο, in priore huius ſententiæ membro. Tales autem errores in huius philoſophi exemplaribus ſæpe occurrere, alibi quoque admonui.

P. 369. v. δρων.] Vide annon potius interpūgendum ſit poſt Ἀχιλέα quàm poſt λέγων.

P. 371. v. ὅτι λέγων] Alii interpungunt poſt ὕστερον, non poſt λέγων: ſed vtrocunque modo interpungatur, mendi ſuſpicio abeſſe non poteſt, & quidem omiſſionis aliquot verborum.

V. Οὔκουν] Hîc, ſicut & in aliis ſexcētis locis, (de quibus ſemel lectorem monuiſſe ſit ſatis) habent ſuperiores editiones οὐκοῦν pro οὔκουν: alicubi verò & οὔκουν viciſſim pro οὐκοῦν.

P. 388. v. ὡκῶς] In præced. editionibus ſcriptum eſt, διδασκαλικῶς δὲ, ὀνόματ. καλῶς σ' ἔδει διδασκαλικῶς. ſed omnino neceſſarium eſt aduerbium poſt ὀνόματ etiam, ſubaudiendo κεχρῆσθαι. vt dixerat, χαριέντως καλῶς κεχρῆσθαι. deinde καλῶς σ' ἔδειν ὑφαντικῶς, ſicut hîc, καλῶς σ' ἔδει διδασκαλικῶς: vt vocem καλῶς illic quidem idem valere intelligendum ſit quod ὑφαντικῶς: hîc autem, idem quod διδασκαλικῶς. Non malè autem parentheſeωs notis incluſa fuiſſēt illa verba, καλῶς σ' ἔδειν ὑφαντικῶς.

P. 398. v. δρνοι] Nullam aliam hîc lectionem inuenio quàm iſtam, καὶ διαλεκτικοὶ, ἐρωτᾶν ἱκανοὶ ὄντες: quum tamen alibi ſcribat Plato, (nimirum in alio huius ipſius dialogi loco, qui eſt pag. 390) τὸν δὲ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ὀπτάμενον, ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν; quum inquam hîc ita ſcribat, non verebor annotare quod mihi locum illum primò legenti in mentem venit: nimirum ſuſpicari, poſt ἐρωτᾶν deeſſe καὶ ἀποκρίνεσθαι: vt ita legatur ille locus, καὶ διαλεκτικοὶ, ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἱκανοὶ ὄντες. perinde acſi diceret, καὶ διαλεκτικοὶ, ἅτε δὴ ἐρωτᾶν &c. Id eſt, Et dialectici: quippe qui interrogandi pariter & reſpondendi facultate valerent. Vel, Interrogandi & reſpondendi periti eſſent. Neque verò mouere nos debet quòd poſtea dicit tantùm ἐρωτηματικοὶ, non addens ἀποκριματικοί. neq; enim neceſſe putauit ibi vtroq; vti, ſed ſatis eſſe id ponere in quo ad etymum reſpicitur. Hæc eſt mea de iſto loco ſiue ſuſpicio ſiue coniectura. interim tamē non me fallit

posse illi opponi, quum verba Interrogare & Respôdere, correlatiua sint, quod ad διαλεκτικὸν ὄνησιν attinet, nõ absimile vero esse contentũ hîc altero fuisse Platonem, (quanuis in illo paginæ 390 loco vtrunque posuisset) in quo ad etymum respicitur: vt de nomine ἐρωτηματικοὶ modò dixi.

V. ῥήτορές τινες] In præced. editionibus scriptũ est, ῥήτορές τινες καὶ ἐρωτικοὶ συμβαίνουσιν: illa verò lectio quam habes hîc, ex veteri libro petita est, cui fidem habendam hîc censeo: præsertim quũ Ficinus quoque illam eius lectionem agnoscere videatur: quippe qui locum hunc ita sit interpretatus, Quare vt modò dicebamus, Attica voce heroes, rhetores quidam & disputatores & amatorii videntur. Nam ἐρωτηματικοὶ reddit vocabulo Disputatores: sed tamen non tam id quod sonat ἐρωτηματικοὶ interpretans, quàm id quò Plato respicit, eo vtens. dixerat enim modò, καὶ ὅπου τοῦτο λέγει τοὺς ἥρωας, ἢ ὅτι σοφοί ἦσαν, καὶ ῥήτορες, καὶ δεινοί, καὶ διαλεκτικοὶ, ἐρωτᾶν ἱκανοὶ ὄντες. Malè autem dicit, Et amatorij, pro Aut etiã amatorii. Neque enim coniungi hæc possunt, quũ Rhetores & disputatores dicantur, petendo etymum à verbo εἴρειν: (dixit enim τὸ γὰρ εἴρειν, λέγειν δεῖ) at verò Amatorii, etymo à nomine ἔρως petito. Sed dicet quispiã fortasse magis verisimile esse Platonẽ ἐρωτητικοὶ quàm ἐρωτηματικοὶ scripsisse. Qua ego de re ἐπέχω: hoc tantùm addo, ἐρωτητικοὶ ob maiorem cum ἐρωϊκοὶ affinitatem prætermitti facilius potuisse.

V. βαίνουσιν] Aliquid omissum hîc videri posset post συμβαίνουσιν, nisi legeremus in hac ipsa pagina, aliquanto antè, καὶ ἐν γε τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ σημαίνει τὸ ὄνομα. Quod verbũ neutro in loco rectè interpretatur Ficinus: qui hîc vertit, Et ex nostra ipsud prisca lingua nomen existit. In illo autem altero loco pro συμβαίνουσι ponit Videntur.

P. 399. v. μετὰ] Non dubito quin omissa hîc sit præpositio ὅτι ante ἄλλων: vt legatur, ἐπ' ἄλλων δὲ &c. Quinetiã aduerbiũ ὀξέως, quod habes in sequente versu, omissum est in præced. edit.

V. πῶ οὖν] Suspicor scribendum πῶ οὖν; πῶ μετὰ τοῦτο ἔρωμαί σε; Talem autem de tali loco suspicionem meam, siue coniecturam, habes suprà à me annotatam. At si τὸ expungeretur, & ita legeretur, πῶ οὖν μετὰ τοῦτο ἔρωμαί σε, ὃ ἡδέως αὖ πυθοίμην, similis videri posset illi qui est pagina 397, circa finem, πῶ οὖν αὖ μετὰ τοῦτο σκοπεῖωμεν; ad quam interrogationem respondetur, δῆλον δὴ ὅτι δαίμονάς τε καὶ ἥρωας καὶ ἀνθρώπους. Imò verò aliquid tum quoque restaret quod (vt opinor) hunc locum ita legi non permittit. De eo autẽ loquor quod his verbis, πῶ οὖν τὸ μετὰ τοῦτο ἔρωμαί σε, subiungitur. Neque enim rationi consentaneum est vt quis vna eadémque interrogatione ostẽdat dubitare de quo sit interrogaturus, & sibi in animo esse de certa quadã re interrogare. Quorũ tamẽ vtrunque diceretur, vertẽdo locum illum vt verba sonant, simúlque τὸ μετὰ τοῦτο ita interpretando quasi præfixus non esset articulus. Quum igitur Ficinus quoque hæc non satis inter se conuenire animaduerteret, hanc orationem in duo membra diuisit, ita interpretans, Quid post hæc quæram? an videlicet quod libenter perciperem? Sed tantum abest vt τὸ in huiusmodi locis vacet, vt hîc magnum sit inter μετὰ τοῦτο & τὸ μετὰ τοῦτο discrimẽ: quẽadmodũ ex iis etiam quæ in alia annotatione dixi, animaduertere potest lector. Legamus igitur vti dixi, πῶ οὖν; τὸ μετὰ τοῦτο ἔρωμαί σε, ὃ ἡδέως αὖ πυθοίμην; id est, Quid igitur? an te de eo interrogem quod consequitur illa de quibus disseruimus, & cuius audiendi valde sum cupidus? Quum enim dictum esset de etymo δαιμόνων & ἡρώων, necnon ἀνθρώπων, deinceps disserendum putat de etymo ψυχῆς & σώματος (addit enim, ὡς σοφὸν τοῦτο μοὶ δοκεῖ τοῦτο εἶναι τῆς ἕξεως εἶναι) τὸ χρῆμα, pro χρῆμά τι δοκεῖ μοι εἶναι τοῦτο ἐξῆς τοῦτο εἶναι), id est, velut ea sequi, si ruando ordinem) quum ψυχὴ & σῶμα habeant tam δαίμονες & ἥρωες quàm ἄνθρωποι. Quum tamen dixisset τοῦτο ἐξῆς, referens ad illa tria, postea respiciens ad vltimum duntaxat, addit, ψυχὴ γὰρ που καὶ σῶμα καὶ λοιδορία τῷ ἀνθρώπου. Libuit autem, lector, de hoc loco paulo latiꝰ disserere, vt quàm periculosum esset interdum vel articulum spernere, declarare: sicut & antea, malè οἱ πολλοὶ, cũ πολλοὶ à Ficino confundi ostendi.

V. διελεῖν] Post ἔμοιγε δοκεῖν interrogationis nota minimè est opus.

V. vlt. Si pro τοῖς ἀμφὶ Εὐθύφρονα legamus τῷ ἀμφὶ Εὐθύφρονα, vt sit τῷ à nominatiuo τὸ, superuacaneus erit (meo quidem iudicio) genitiuus τοῦπου. ac Ficinus certè lectionem hanc sequitur, τοῖς ἀμφὶ Εὐθύφρονα, deducens τοῖς à nominatiuo οἱ, & iungens hunc datiuum cum πιθανώτερον. vertit enim, Videor mihi aliquid inspicere probabilius apud eos qui Euthyphronem sequuntur.

P. 405. v. μοκέλθον] Malim καὶ πῶ ὁμόκοιτον: vt dixit τὸν ὁμοκέλθον: at sequentibus non præfigũtur articuli. idem verò & alibi ab eo fieri videbis.

P. 407. v. εἶπ ὅδε] Videndum annon scribendum sit ἆρα τό γε ἔοικε.

P. 408. v. εἴρειν] Aliter legit Ficinus, aut certè legendum censuit. vertit enim, Sæpe verò de hoc Homerus ait ἐμήσατο.

V. τὸν τὸ] Ex vet. cod. affertur alia lectio, τὸν τὸ λέγειν τε καὶ τὸν λόγον μισοτάμνον, τοῦπον τὸν θεὸν ὡς πρεὶ ἐπιτίθει &c. Sed non libenter nostram lectionẽ cum hac commutauerim.

P. 412. v. θεούσης] Lectio margini adscripta extat in vet. codice: eam autem quæ est in contexu (vt vulgò vocatur) habent superioris temporis editiones. Sed initium paginæ 437, vbi de hac voce iterum disseritur, illam veteris exemplaris lectionem confirmare videri potest.

V. ἐσύθη] Vel hîc φασὶ, vel paulo antè λέγουσι, dicere satis erat: sed talem pleonasmum, vel potius eundem, habuimus in hoc ipso dialogo, pag. 408, τὸ δ' οἷον καὶ Σίμπος πλαχοῦ λέγει, ἐμήσατο φησὶ. τοῦπο δέ, μηχανήσασθαι ἔοικεν.

P. 415. v. ἀκριβολ.] Si velimus ita scribere vt stare possit versus, cuius hîc est prior pars, scribendum fuerit μή μ' ἐπεγμώσῃς μθμέος. Sunt autem Hectoris verba ad matrem, Iliad. ζ,

Μή μοι οἶνον ἄειρε μθμφόρον, ἀπτύσια μήτηρ,
Μή μ' ἐπεγμώσῃς μθμέος, πάλκης τε λαθωμαι.

V. ἐγὼ] In præced. editionibus legitur, ἐγὼ δὲ φημὶ ὃ ἔμοιγε δοκεῖν εἶπον, absque voce ἔγωγε post φημὶ, quæ ex vet. exempl. petita est. Affertur verò & alia lectio, nimirum ista, ἐγὼ δὲ φημὶ, ὃ ἔμοιγε δοκεῖν εἶπον εἰ ὀρθῶς ἔχει. est autem idem sensus.

P. 416. v. αὖτε Non immeritò fortasse aliquid huic loco deesse videtur. inuenio autem annotatum infinitiuum διαφέρειν post μόνον, sed ex cõiectura. At Fic. ita hunc locum vertit, vt nihil deesse videatur existimauisse. Eius enim hæc

verba ſunt, Hoc cognitu difficilius. quanquam ipſum ita deducitur vt harmoniæ duntaxat & longitudinis gratia ipſum α ſit productum.

P.420.v.πες] Maius aliquod mendum ſubeſt huic loco, πλος γὸ ἡδν θεῷ, quàm primo aſpectu ſubeſſe videatur. Eius tamen emendationem cõiectura mihi videor aſſequi: quam proferam vbi quid alii de illo ſentiant declarauero. Fic. igitur ita interpretatur, Quare finis iam ſit fauente Deo. Quidam verò ita, Finem enim iam video. Quæ poſterior interpretatio nullo admitti modo poteſt: quum inauditum ſit(vt opinor)θεῶ(nam ita legit)à θεάω, pro θεῶμαι à θεάομαι. Prior autem illa vſum dat datiuo, quem dubito an habere comperiatur abſque particula σύ. fortaſſe igitur illã præfigendam eſſe cẽſuit. Quod verò attinet ad lectionem θεῶν, quã margini adſcripſi, ideo minus placet quòd lõgo interuallo præceſſerit diſſertatio de nominibus deorũ: præterea etiam quòd nõ ſatis apte hæc ratio addi videatur, finẽ iam eſſe impoſitũ nominibus deorũ. Tandẽ igitur ad illã meam cõiecturam venio, quam lectori probatũ iri ſpero. Primùm in eo ſequor Aldinam editionem, quòd hæc verba, πλος γὸ ἤδη, & proximè ſequentia, Socrati adſcribit, non Hermogeni: deinde præpoſitionem εἰς nomini πλος præfigo, & pro θεῷ, ſeruatis iiſdem literis ſcribo θεῶ: adeo vt nõ multum lectionem alterã immutem, quod ad ipſa literarũ elementa attinet, & ſenſum tamẽ valde diuerſum efficiam: ſed aptum, ni fallor. vt Hermogeni, dicenti Socratem vocabula quorum etyma afferebat, nimis alia aliis addenſere (quaſi non ſatis in ſingulorum explicatione immorantem) reſpõdeat Socrates, Ad finem enim propero. Q.d. Mirũ tibi videri non debet quòd illa ſic addẽlo, quum ad finem properem. Quibus addit, ſe, quanuis feſtinantem, velle tamen operam impendere enarrationi nominis ἀνάγκη. quod etiã facit. At verò vt collocatæ ſunt in omnibus editionibus perſonarum notæ(id eſt, literæ quæ perſonas indicant) non Socrates ſed Hermogenes ſe id velle facere dicit, quod tamen non ipſe facit, ſed Socrates.

V. εχ πω] Scribendum cẽſeo, πρὸς τοῦτ' πω ἁμαρτάν &c. ſubaudiendo δεδηλωμένον: vt modò dixit δεδηλωμένον αὖ εἴη τοῦτο πρὸ ὀνόματο τῆς χ' πω βεβαιοῦσθαι γιγνομένῳ.

V. αὖ εἴη] Pro τῆ χ' τὰ ἄλκιν πορεία, in præced. edit. ſcriptum eſt τῆ χ' ἀκάλκιν πορεία quam mendoſam lectionem in illis eſſe non miror: ſed Ficinum eam agnoſcere, id certè valde miror.

P.421.v.θεια] Emẽdationem margini adſcriptam confirmat quod ſequitur, ὡς θεία οὖσα ἄλη.

V. πὶ ὀνόματα] Inter ἀποφαινόμεθα & λέγεις, quædam deeſſe ſuſpicor. Volui autem lectionẽ Ald. editionis repræſentare, ideóque poſt λέγεις notam interrogationis non poſui.

P.434.v. θηρῶντων] Legitur etiam φαρμάκια.

V. ῥθμα] Affertur etiam alia lectio quæ habet ὅμοια ante ἐκείνοις: ſed non video quid voce illa ſit opus, quũ iam præcedat ante ὄντα. Verùm is à quo diuerſa hæc lectio affertur, non animaduertit, illa verba ὑπῆρχε ὅμοια ὄντα iungi cum ἐκείνοις: & traiecta eſſe(vt vulgò loquimur) vocabula: quum alioqui futurus eſſet hic eorum ordo, εἰ μὴ φάρμακα, ἐξ ὧν σωπῆται τὰ ζωγραφούμενα, φύσει ὑπῆρχεν ὅμοια ὄντα ἐκείνοις ἃ μιμεῖται ἡ γραφική. Illã igitur quæ affertur lectionem ſequendo vacare ὅμοια alterutro in loco neceſſe eſſet.

P.436.v. πὶ οὐσ.] Scribendum puto ἔστιν ἢ. In ſequente autem verſu poſt σφόδρα videtur eſſe interpungendum.

P.437.v. κε σημ.] Neminem de hac mea emẽdatione, ἔοικε σημαίνονπ, (licet profecta ex coniectura) dubitaturum puto: nõ auſus ſum tamen recipere in contextum.

P.455.v. π πέρι] Nõ dubito quin ſcribẽdum ſit πιστικος: ſicut dixit, δημιουργὸς πιθοῦ: addens tamen πιστευτικῆς.

P.464.v. πίστροφον] Sicut hîc pro δικαιοσύλη legitur δικαστικὴν, ita & pag. ſequente: vbi vide annotationem.

P.465. v. πρὸς δικ.] Fabius non δικαστικὴ legit ſed δικαιοσύλη. illa tamen quæ hîc affertur ex vet. cod. lectio, in ſimili præcedentis paginæ loco inuenitur, ἀντ' ἐροφον ὂ τῆ ἰατρικῆ πὶ δικαστικὴ. quem locum Ficinus ita reddit quaſi vtrunque legerit, & δικαστικὴν & δικαιοσύλη. Eius enim verba ſunt, In ciuili verò nomotheticã, ſcilicet conditricem legum, póno correſpondentem gymnaſticæ: & iuſtitiam ſcilicet iudiciariam, medicinam quodammodo referentẽ. Sed Fabius vocem δικαιοσύλη agnoſcit(vti dixi) in hoc loco libri 2, capite 16, Plerique autem, dum pauca ex Gorgia Platonis à prioribus imperitè excerpta legere contenti, neque hoc totum, neque alia eius volumina euoluunt, in maximum errorem inciderunt: credúntque eum in hac eſſe opinione vt rhetoricen, non artem ſed peritiã quãdam gratiæ ac voluptatis exiſtimet: & alio loco, ciuilitatis particulæ ſimulacrum. Et paucis interiectis, Adulationem autẽ medicinæ, vocet coquorum artificium: & exercitatricis, mãgonum, qui colorem fuco, & verũ robur inani ſagina mentiantur: legalis, cauillationem: iuſtitiæ, rhetoricen. Hæc ſunt eius verba: vbi intellige, Exercitatricis adulationem, artificium mangonum. Conferẽda autem ſunt poſteriora verba cum toto hoc Platonis loco, incipiendo ab initio huius paginæ, vbi ſcriptũ eſt, τῆ ἀδ' οὑτωὶ ἰατρικῆ (ὡς ἔφ' ἐγὼ) ἡ ὀψοποιικὴ κολακεία ὑπέκειτο· τῆ δὲ γυμναστικῆ, χ' τὸν αὐτὸν τρόπον, ἡ καπηλική. &c.

P.472.v. δικος] Vel ἁπάντως, ſi dici poſsit pro πάντως, vel hoc ipſum πάντως ſubſtituendum pro ἁπάντων cenſeo.

P.475.v. λόγῳ] Poſt παρέχων deeſſe crediderim pronomen σεαυτὸν.

P.477.v. γάρ.] Scribendum puto, ἢ αὖ ἀριθμῶ πὸν ὄχ: vt ἢ ſit Quatenus. Datiuum autem βλάβῃ pertinere puto ad participium ὑπερέχον. Neque enim aliter intelligo hunc locum, quàm ſi eſſet hic verborum ordo, Οὐκοῦν ἢ αὖ ἀριθμῶ πὸν ὄχ, καὶ ἀριθ ὑπερβάλλον, ἢ βλάβῃ, ἢ ἀμφότερα, ἆρα ἄσχημον τοῦτ' ὄχ;

P.483.v. γειν] Scribendum videtur, ὡδὶ καὶ σὺ, vel ὧδε καὶ σὺ, aut οὕτω δὴ καὶ σύ.

P.506. v. τὸ αὐτὸ] In præced. edit. notantur hîc per vices perſonæ Socratis & Calliclis: vt ille interroget, hic reſpondeat. Nam ante Οὐ ταυτὸν, Calliclis perſona ſignatur: ante Πότερον, Socratis: ante Τὸ ἡδὺ, Calliclis: ante Ἡδὺ δέ ὄχ, Socratis: & ita deinceps. Sed præterquam quòd in illo primo loco cui præfigitur perſona Calliclis, patet nõ poſſe Calliclis eſſe verba: (quum dicatur, Οὐ ταυτὸν, ὡς ἐγὼ καὶ Καλλικλῆς ὡμολογήσαμεν) videmus conueniſſe priùs inter eos vt ita fieret. Dixerat enim Callicles circa finẽ pag. præcedentis, Αὐτὸς δὲ οὐκ αὖ δύναιο διελθεῖν τὸν λόγον, ἢ λέγων χ' σαυτὸν, ἢ ὑπομνήσω σαυτῷ; Cui tandem aſſentiẽs Socrates circa huius pag. principium, dicit, ἐπειδὴ δὲ σύ, ὦ Καλλίκλεις, οὐκ ἐθέλεις σωδιαπε-

ἐᾶσαι τὴν λόγον, ἀλλ' οὕτω ἐμοί γε ἀκούων ὅπη λαμβάνου, &c.

P. 536. v. καὶ ἐπ.] Videri posſit deeſſe π, niſi ex ſequentibus aſſumere velimus μέλος.

V. Ὅμηρος] Affertur alia lectio pro λέγει, in poſteriore loco, videlicet λέγεις: & quidem ex coniectura. Miror autem, quum Ficinus quoque ſenſum valde commodum ex ea quam habemus lectione eliciat (vertit enim, Neque tamen priùs quàm mihi reſpõderis, ex iis de quibus Homerus dicit, quæ potiſsimum bene dicat) eius tamen margini adſcribi, legendum videri λέγεις.

IN DIALOGOS TOMI SECVNDI.

P. 11. v. γεύσαι] Quia præceſsit ζώοις (dixit enim ἀγαθὸν εἶ) φησὶ τὸ χαίρειν πᾶσι τοῖς ζώοις) ideo hîc dicit ξύμπαντα ὅσα τοῦτο, neutro genere.

V. λόγ] Legitur etiam Δεῖ δὴ τοῦτο περὶ πάντων γε αὐτοῦ τοῦτο &c.

P. 12. v. σὺ δή] Sic & alio in loco (qui eſt in Protagora, ni me fallit memoria) vtitur his verbis αὐτὸς γνώσῃ: ideóque minimè ſuſpectus hic eſſe debet.

V. Πειρατ.] Ficinus quoque ita vertit acſi legeretur ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ ἀρξαμένους. vel πάλιν ἀρξώμεθα πάντα ἀρξάμενοι, ſiue λαβόντες. Sic verò paulo pòſt legitur, ἀπ' ἐκείνης ἡμᾶς ἀρξομένους.

V. κείνη] Non dubito quin ταύτῃ ſubſtituere oporteat pro ταύτῃ: præſertim quum & alibi ταύτῃ reddatur illi ὅπῃ. Sic autem & Ficinus legiſſe videtur, qui vertit, Quemadmodum ipſi gratum eſt, ſic appello.

P. 15. v. γομφίοις] Legitur διεσπαρμένῳ in Baſil. edit. at in Ald. διεσπαρμένῳ. Fic. vertit Diſperſa. Hanc autem potius lectionem quàm illam cõprobant duo qui ſequuntur in hoc dialogo loci, in quorum vno eſt ἐγκεχυμένον & διεσπασμένον: in altero, διέσπασας & διέχεας.

P. 23. v. μετὰ] Vnus hic eſt ex iis locis quos in præcedente annot. attuli, vbi Plato voces illas coniungit: ſed ante πολλά non dubitò quin omiſſa ſit præpoſitio εἰς.

P. 34. v. μᾶλλον] Stare non poteſt hæc lectio: videat igitur lector annon ita legẽdum ſit, parua cum mutatione, τὸ δὲ ὂν ἑνὶ πάθει περὶ πολὺ ψυχῇ & τὸ σῶμα κοινῇ μεγόμφιον, &c.

P. 45. v. φύσομεν] Emendationem margini adſcriptam confirmare poteſt & locus hic paginæ 61, παύου μὲν οὖν ὀρθῶς.

P. 48. v. ἄγροια] In Ald. edit. perperam ſcriptũ eſt, κακὸν μὲν αἴτια, itidémque in Baſil. ſed huius margini eſt adſcriptum, ἄτοια, ἢ ἄγροια. Quanuis autem αἴοια ex vno veteri libro annotatum inuenirem, malui ἄγροια, ſicut & Ficinus legit. quũ ſequatur, τῆς ἀγροικοτάτων αὐτοῖς. Sic tamen & pag. ſequẽte, αἴοια γὲ, ἦ μὴν τῆς ἰσχυρῶν, &c. non ἀγροια illæ edit. habent, ſed manifeſto errore.

V. μα] Subſtituendum puto αὐτοῖς pro αὐτῆς.

P. 93. v. δέξαι] In vno ex dialogis nothis, cui titulus eſt, Περὶ ἀρετῆς, ἢ Διδακτόν, idem narratur: ac legitur ibi, ἐπίδειξον χρῶν ὅτι τὸν ἵππον ὀρθὸς ἕστηκώς. ſed tamen ſequitur ibi quoque genitiuus pluralis, non ſingularis: καὶ ἠκούσαζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθός.

P. 105. v. ἐγὼ περ.] Mendoſus hic locus nõ eſt, vt quidam eſt ſuſpicatus: ſed ita dicitur ὃν τρέμομον ὁπηνίκα ἐάσῃ, vt diceretur, τρέμω σε ὁπηνίκα ἐάσεις, pro τρέμω ὁπηνίκα σὺ ἐάσεις.

V. ἐλπ.] Scribendum potius ὀνήσεσθαι, vt ſequitur δωνήσεσθαι, quod pendet ab iiſdem verbis, ἐλπίδας ἔχεις: & rurſum, ἐλπίζω δωνήσεσθαι.

V. αὐτῇ] Poſt ὅτι ſubaudienda ſunt hæc verba (ex præcedentibus repetita) αὐτὴ παντὸς ἄξιος εἶ. Verùm ſatis erat dixiſſe, ὀνήσιμος δέ: ideóq; non immeritò ſuſpicetur quiſpiam à librario per imprudentiam repetitam fuiſſe particulam ὅτι, recordante præcedentium verborum, ὀνήσεσθαι ὅτι αὐτῇ &c.

P. 132. v. μυελοῦ] Articulus τῷ videtur debere hinc abeſſe, quum præcedat οὗ: talem tamen eius ſiue vſum ſiue abuſum habemus & alibi apud hunc ſcriptorem.

P. 144. v. μετὰ τοῦτο] Suſpicor legendum eſſe, ἄτοπον ἴσως οὐκ ἄν σοι δόξειεν εἶναι. Omnino enim negatiua particula opus eſſe videtur: quam etiam agnoſcit Ficinus.

P. 147. v. ἀλλ' ὅσῳ] In Ald. editione eſt ὀνηδεδυκέναι, vt hîc: in Baſil. autem ὀνηδεδηκέναι, præfixa aſteriſci nota. Fic. autem hunc locum ita vertit, Surſum enim deorſumque iactatus, nuſquam ſanè conſiſtis: ſed quod olim aſſeuerabas, nunc damnas. Quid ſi verò ὀνηδεδηκέναι fictum putemus, vt dicatur aliquid ὀνηδεδηκέναι ei cui δηκεῖν, vt antea, deſierit? Sic verò & αἰθυχόμφος paulo pòſt videri poſsit fictum: quanuis & alibi eo vtatur, ſi bene memini.

P. 157. v. ἔχειν] Quum margini adſcripſiſſem, pro ἐπᾷσαι Ficinum quoque legere ἀπώσαι: (vertit enim, Nam ſi voles, ſecundum hoſpitis præcepta animam tuam priùs incantationibus omnibus Thracis illius ſubiicere) neque tamen diſplicere mihi alteram illam lectionem ἐπᾷσαι: vbi ventum eſt ad finem dialogi inueni locum qui fecit vt illud ἐπᾷσαι mihi non ſolùm nõ diſpliceret, ſed multum etiam placeret. Ita enim ſcriptum eſt pag. 176, ἀλλ' (ἔφη ὁ Κελτὴς) ὦ Χαρμίδη, εἰ ἀφαῖς ἔσται, ἔμοιγ' ἔσται τοῦτο πεπμένον ὅπως σωφρονεῖς, ἵν' ἐπᾴδειν παρέχῃς Σωκράτει. Quinetiã paulo antè in principio eiuſdem paginæ dicitur, ἀλλ' ὅσα εἰ ἔχεις γε, καὶ μηδὲν δέῃ τῆς ἐπῳδῆς. Et paulo pòſt, ἐγὼ ἐμαυτὸν, ὦ Σώκρατες, πάντυ οἶμαι δεῖσθαι τῆς ἐπῳδῆς· καὶ πάνυ ἐμὲν οὐδὲν κωλύει ἐπᾴδεσθαι ἕνεκα σοῦ ὅσαι ἡμέραι.

P. 176. v. ἔσαι] Idem quod de alio quodam loco hîc quoq; dico, primo aſpectu videri deeſſe σαυτὸν ante παρέχῃς: addens tamen fieri etiã poſſe vt pronomen hoc & hîc & illic ſubaudiẽdum reliquerit: eodem modo quo dicitur, Χρή, πενίλω φθέγγεσθαι, καὶ ἐς μεγακλεᾶ πόντον Ῥιπεῖν, καὶ πετρῶν Κυρνέ κατ' ἠλιβάτων, pro ῥιπτεῖν ἑαυτόν.

P. 189. v. δὲν πω] In Ald. edit. ἔστω λόγον ſcriptũ eſt, at in Baſil. ἔστω λόγου: quæ lectio ferri nullo modo poteſt. At in Protagora, pag. 349, Tomi primi, dicit οὐδέν σοι ἔστω λόγον ἄγεσθαι, vbi ἔστω λόγον potius ſcribendum cenſui.

P. 207. v. καμψούς] Vt πεσοῦσιν hîc legamus cogere videtur participium πεσοῦσας, non ſolùm in loco qui eſt tertio abhinc verſu, ſed etiam in alio qui eſt in fine paginæ 210.

P. 208. v. Ἀλλὰ] Quum ad interrogationem illam ἀλλὰ τίνα μοι, reſpondendum eſſet, ſeruata eadem orationis forma, ἰώλοχον ἴνα, τοῦτο τὸ παρὸς μισθὸν φέροντα, mutatur ſermonis facies, vt ita dicam: quod & in aliis locis videre eſt: quos ſuſpectos eam ob rem habere non debemus.

P.231.v.μὸν] Non dubito quin ἥμισυ hîc ſcribere oporteat, quum σαθμὸν neminem neutro genere dixiſſe putem.

P.238.v. πῇ αλ.] Scribendum puto ἡδονίας.

P.246.v. ωεσγ.] De lectione quam adſcripſi margini, dubitare me vetat AEliani quidam locus, vbi illo genere loquendi vtitur. κάκλω autẽ poſtea in duobus aliis tribúſve huius philoſophi locis inueni.

P.265.v.ποῖον ;] Non aptè ad interrogationẽ illam τὸ ποῖον, reſpondetur aduerbio ὅπ. vide igitur annon ſcribendum ſit ὅ,π, id eſt ὅωφ.

P.266.v. σωῦμετὰ] Mihi tandem coniectura videor aſſequutus genuinam huius loci ſcripturam: vt nimirum ex μεμφῆς faciamus non μεμφῆς, ſed (ſunt enim δεύτεραι φρονίδες σοφώτεραι) με φθῇς: ita legendo hunc locum, ἵνα μή με φθῇς ἐρωτήσας. &c. Ac ne quis huic meæ coniecturæ aſſentiri recuſet, afferam locum in quo ἔφην itidem participio ἐρόμενος iungit: cuius eadem eſt quæ & illius ἐρωτήσας ſignificatio. Is eſt in hoc ipſo dialogo, pag. 293, in vltimo verſu, Σμικρόν γε ἔφης με ερομένος, ὦ Σώκρατες.

P.271.v. κῦ γῆν] In iis quæ margini adſcripſi, dixi θεῖοι fortaſſe iungi poſſe etiam cum δαίμονες: ſed fateor iam exemplis melius defendi adiectiui θεῖοι cum ſubſtãtiuo νομεῖς quàm cum illo altero coniunctionem. nam itidem poſtea θεῖον νομέα non vno in loco dicit.

P.280.v.πλημκλῶ] In Ald. editione & Baſil. πολιτικὴν ſcriptum eſt: ſed Baſilienſis margini adſcriptum eſt κολλημκλῶ, ex alicuius coniectura: mali quidem certè hac in re coniectoris, quum non κολλημκὴν ſed πλημκὴν ſubſtituendum eſſet, vt à me ſubſtitutum fuit.

P.284.v.ξιν] Vt hîc τὸ deeſſe puto poſt ωεὸς, ſic etiam in quodã loco pag. 274, deeſt in præced. edit. poſt δέῳ: verſu cuius principium eſt ὀλιγαμθμοί πω.

P.287.v. ζῆτο] Non poteſt ferri hæc lectio, ὅπ γὲ οωῦ &c. videat igitur lector annon mihi velit aſſentiri ὅπ mutanti in ἔστ, quod iungatur cum δοκεῖν: vt ita intelligatur hic locus, ἔστ γὲ οωῦ (vacare autem poteſt οωῦ) εἰπόντα ὡς ἔστιν ἑνός γε πνὸς τῶν ὄντων ὄργανον, δοκεῖν &c.

V.κεῖν] Legitur etiam coniunctè ἑτερονοωῦ: ſed videndum annon ἕτερον ὂν potius quàm ἑτερονοωῦ aut ἕτερον οωῦ legi debeat: quum οωῦ pleriſque in locis πλεοναζειν comperiatur, ſed non & in talibus fortaſſe.

P. 310. v. θειότερον] Pro θειότερον legitur etiam θειότατον: item dativus φύσῃ pro genitiuo φύσεως: qui certè procul ablegandus eſſe videtur.

P.313.v.δοκεῖ] Pro Ἀλλ' ὅμοιον νῶ ἐφάην, legendo Ἄλλο μοι νῶ ἐφάην, (quæ adſcripſi etiam margini) non magna cum mutatione habes valde diuerſum ſenſum, ſimúlque multo aptiorem, meo quidem iudicio. Neque verò diuerſum duntaxat tibi ſenſum exhibent illa verba, ſed contrarium. quem tamen genuinum eſſe facilè perſpicies. Interrogauerat Socrates, an νόμος eſſet ἄλλο quàm τὰ νομιζόμενα: reſpondet Minos, ἄλλο μοι νῶ ἐφάην, id eſt, ἐφάην ὁ νόμος ἄλλο ἢ τὰ νομιζόμενα. Ita autem eſſe legendum pariter & intelligendum hunc locum, oſtendunt & quæ ſtatim ſequuntur.

P.314.v.πότερον] Includenda parentheſeos notis cenſuerim hæc verba, ὥςπερ τὰ μανθανόμενα μανθάνεται δηλούσῃ τῇ ὑπθήκῃ. vt relicta parẽthefi ita dicamus, πίνι ὅτῳ νόμῳ νομίζεται, πότερον αἰσθήσει πνὶ, ἢ δηλώσει; ἢ ὑρέσῃ τνί; Perinde acſi diceret, νόμος ᾧ νομίζεται, πότερον αἴσθησίς ἐς, ἢ δήλωσις; ἢ ὕρεσίς ἐς; Atque ita fuerit ὅτῳ repetẽdum cum datiuis ſequentibus: hoc modo, πίνι ὅτῳ νόμῳ; πότερον ὅτῳ αἰσθήσει πνὶ, ἢ ὅτῳ δηλώσει; ἢ ὅτῳ ὑρέσῃ πνί;

V.Ναί.] Pro αὐόμμοι & hîc & paulo pòſt inuenitur ſcriptum ἄνομοι: quam lectionem eſſe genuinam puto. Interim tamen vulgaria lexica non alîus quàm huius loci autoritate nituntur ad nominis ἀνόμμος aſſertionem.

V.μόῆοι] Scribendum puto νόμον τῖ): alioqui vereor ne ſit ſolœciſmus.

V. δῆτα] Malim αὐτῷμοι quàm αὐτός μοι. Atqui (inquit) lex mihi quoque ipſi opinio quædã eſſe videtur. Quum autem lex non ſit ea opinio quæ mala eſt, nónne perſpicuũ eſt eam eſſe quæ bona ſit? Ita enim exponenda hæc ſunt ad exprimendam vim articulorum.

P. 315. v. ἐξεύρεσις] Legitur etiam, ὁ νόμος ἄρα βούλεται τὸ ὄντως τῖ) ἐξεύρεσις. In præced. autem edit. non leguntur quæ ſunt inter ἔστ γὲ, & πῶς οωῦ.

V.πε οἱ] Quanuis vni οὔτε alterum οὔτε in altero mẽbrõ ſæpe reddatur (ſicut & paulo pòſt videre eſt) interdum tamen in poſteriore ſẽtentiæ parte pro ὅτε ponitur vel καὶ vel π, vt hîc: οὔτε οἱ αὐτοὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ νόμοις χρῶνται, οἵτε ἄλλοι γε ἄλλοις. vel, vt in quibuſdam vet. libris, ἄλλοι πε ἄλλοις. perinde acſi diceretur, οὐ μόνον οἱ αὐτοὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ νόμοις οὐ χρῶνται, ἀλλὰ κὴ ἄλλοι ἄλλοις. Siquod igitur vetus exemplar habet hîc, οὔτε ἄλλοι γε ἄλλοις, omnino fides ei deroganda eſt.

V.τοῖς] Legitur etiam, ἔνιοι αὐτοῖσι καὶ τοῖς αὐτοῖσι ὑμῖς &c. ſed in poſteriore loco notandum fuerit pronomen ſpiritu aſpero. Paulo pòſt in eodem libro Αυκμια ſcriptum eſt: itidémque infrà pro ἐν Καρχηδόνι καὶ ἐν Αυκίᾳ, ibi legitur ἐν Καρχηδόνι καὶ ἐν Αυκμίᾳ.

V.νων] Inuenitur & particula ἔτι ante ωρότεροι. Malè autem interpungitur poſt αὐτὸ in ſuperioribus edit. Sed quomodo conuenire poteſt ἐκείνων cum pronomine primæ perſonæ ἡμᾶς; quod præcedit? Exiſtimo ſubiungi ἡμῶν quòd per ἡμᾶς intelligendum ſit τοῖς ἡμῶν ωρεσβύτοις: ita vt ἐκείνων videri poſsit referre τῶν ωρεσβύτων. Aliter verò poſtea prima perſona vtitur, quum dicit, ἡμεῖς δὲ τούτων οὐδὲν ποιοῦμεν.

P.317. v. μὸν οωῦ] In vet. exempl. extat lectio quæ noſtræ longè videtur anteferenda, πολιτικὰ ἔρα ταῦτα συγγράμματα ὄῆν, οὓς οἱ ἄνθρωποι νόμους καλοῦσι, βασιλέων τε &c.

V.ὀῆ τὰ] Legitur etiam καὶ πῶ ἀξίαν νεῖμαι;

P.318.v. μῦθον] Margini adſcripſeram, mendoſam videri hanc ſcripturam, οὐ ταῦτα δέ ἃ λέγεται τῷδὶ Μίνω; non immeritò autem mihi fuiſſe erroris ſuſpectam oſtendit vetus liber, in quo longè aliter legitur: ita videlicet, ἃ δαί; οὐ ταῦτα λέγεται &c.

P.320.v. βασιλ.] In eodem vet. libro ὑπηρετοῦσαν quidem legitur, ſed τῇ βασιλικῇ, non πῶ βασιλικῶ.

V. ὑλακῆς.] Pro ὑλακῆς εἷης in eodem vet. exempl. eſt ὑλακήσῃ, quod aptius eſt cum infinitiuo.

P.321.v.νόμμος] Particulam καὶ ante ὥςπερ deſiderari admonui in iis quæ margini adſcripſi: vt legatur, καὶ (ὥςπερ ἐν τοῖς ωρόσθεν ἐλέχθη) νομεῖς ἀγαθὸς, &c. Talem autem omnino formam orationis habes pag. 344, huius Tomi, καὶ (ὥςπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον) τὸ μὸν τῶ κρείττονος ξυμφέρον &c.

V.κεῖς μοι] In vet. exempl. ſcriptum eſt εἰρηκέναι: quæ lectio magis mihi placet.

V. ὡς ἡμ.] Rectius in vet. ſcriptum eſt, ὁ πῶ σώμαπ ἀγαθὸς νομοθετης πε καὶ νομεὺς, &c. In ſeq. autem verſu videri poſſet ſcribendum ἵνα ὃδ τοῦτα: ſed particulam ἅ ſic poſitam, exemplo apud hunc ipſum ſcriptorem non carere dico: ſicut exemplo non caret traiectio qua hîc vtitur (ob quam poſt ἔροιτο interpungendum cenſeo) alioqui enim hic futurus erat verborum ordo, εἰπὲ ἡμᾶς ἔροιτο, ἅ ὅδι τοῦτα ἀ ὁ πῶ σώμαπ ἀγαθὸς νομοθέτης πε καὶ νομεὺς δῆμενέμων ὅδι τὸ σῶμα, &c. Non minus autem fortaſſe verba hæc vocare implicita quàm traiecta poſſumus.

V. δέ, γυμν.] Nihil hîc inuenio quò pertinere poſsit genitiuus αὐτῶν: ideóque malo ſcribere αὐτὸ, vt in vet.

V. αὖ ἠχ.] In eodem eſt οὐκ αὖ αἰχμωδεῖλμ καὶ ἰαχῶ &c. Quam ſcripturam ſequi neceſſe puto: quum οὐκ αὖ ἠχμώδη·μ ſonet, Non erubuiſſemus: locus tamen poſtulet vt dicatur, Non erubeſcamus: quod ſignificatur illis verbis οὐκ αὖ αἰχμωδεῖλμ.

V. χῇ ἡιῶν] Non ἑαυτᾶις, ſed ὦ αὐτᾶις habet idem exemplar. quam etiam lectionem eſſe genuinam puto: vt dicat Socrates, Atqui animis vtriuſque noſtrûm turpe fuerit, comperiri ignaros eorum quæ in ipſis ſunt, in quibus ſuum & bonum & malum illis ſitũ eſt: at quæ ſunt corporis & aliarum rerum, perſpecta exploratáq; habere. At Fic. quum in lectione illa haberet τὰ μὲν ἑαυτᾶις φαινεσθαι μὴ εἰδύιας, ita vertit hunc locũ quaſi ſcriptum eſſet, τὰ μὲν ἑαυτᾶις ἀγαθὰ καὶ φλαῦρα φαίνεσθαι μὴ εἰδύιας, τὰ δὲ τῶ σώματος &c. Vertit enim, At turpe nimium vtriuſque noſtrûm animis eſt, ſi quæ ſibiipſis bona maláve ſunt, ignorare, quæ verò ad corpus & ad alia pertinent, cognoſcere videantur. Ita duo membra in vnum commiſcuit, vt aliquam interpretandi illius pronominis ἑαυτᾶις rationẽ iniret. Vnde perſpicere eſt quanti ſit momenti eorum etiam errorum qui leues videntur emendatio. Cæterùm ideo pluralis αὐτᾶις ſubiungitur quòd præcedat ψυχῇ ἡμῶν ἑκατέρου. nam hic ſingularis propter id quod adiungitur, plurali ἑσπόμενοι.

P. 327. v. ΓΟΙΣ ΠΟΛ.] Hoc opus nomine Πολιτείας potius quàm Πολιτειῶν à veteribus appellari, in margine adſcripſi. Qua de re ſiquis mihi fidem non habet, is videat apud Plutarchum πρὸς Κολώτῃ hæc verba, Πλάτων δὲ καλοὺς μὲν ἐν γράμμασι λόγους περὶ νόμων καὶ πολιτείας ἀπέλιπε, &c. Videat & apud Athenæũ iſta, libro Δειπνοσοφ. nono, Κλέαρχος ὁ Σολεὺς ἐν τῶ ὑπογραφομένῳ, περὶ ἧς ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτεία μαθηματικῶν εἰρημένων. Quinetiam legat apud Diogenem Laertium, Πολιτεία ἢ περὶ δικαίου, πολιτικός. vbi animaduertẽdum etiam eſt omnes huius operis dialogos pro vno cenſeri. nam cum πολιτικὸς ſubauditur διάλογος. Suidam quoque numero ſingulari non plurali appellare ſciat iſtud Platonis opus. Quòd ſi & ad noſtros veniẽdũ ſit, Iuſtinus Martyr ἐν τῶ πρὸς Ἕλληνας παραινετικῶ, non ἐν τῶ πρὸ τοῦτο ἢ πολιτειῶν λόγω, ſed ἐν τῶ πρὸ τοῦτο τῆς πολιτείας λόγω dicit: eodémque Euſebius modo primum vel ſecundum vel tertium (&c.) πολιτείας paſsim dicit, non πολιτειῶν. Iam verò & ex multis ipſius Platonis locis (quod caput eſt) ita nominari debere, facilè oſtendere poſſem, niſi aliquid ipſius lectoris diligentiæ reſeruandum putarẽ: quem etiam conſiderare velim quàm diuerſum ſenſum hæ diuerſæ inſcriptiones, Πολιτεία & Πολιτεῖαι, efficiant.

P. 329. v. ἔφη] Pro αὐτὸ ſcribendum eſt αὐτὰ, vt referat Ἀφροδίσια: vel αὐτὸ intelligendum, τὸ γυναικὶ συγγίγνεσθαι.

P. 331. v. primo, γλυκεῖα ἐλπὶς legit Iuſtinus Martyr, locum hunc afferens. Quanuis autem diuerſum minimè ſenſum hæc lectio efficiat, quia tamen & apud ipſum Pindarum extare puto, dignam duxi quæ annotaretur. Paulo poſt in edit. præcedentibus ſcriptum eſt ἀπάλοισα ἢ γηροτρόφος: quum apud eundem legatur (& quidem in vetuſtiſsimo etiam exemplari, quo ſum vſus) ἀππάλλουσα γηροτρόφος. ſed ἀππάλοισα pro ἀππάλλουσα Doricum fuerit: ſicut Doricam formam habet ἀπάλοισα. At verò ἢ ante γηροτρόφος nullo ferri modo poteſt.

P. 337. v. χὸ εἶ] Cogitet lector annon ſcribi poſsit, πρὸς τὸ μαθεῖν: vt intelligatur, ἕνεκα τοῦ μαθεῖν. Nã μαθεῖν nõ libenter in παθεῖν mutauerim: quum dictum ſit, nihil aliud ignaro προσήκειν παθεῖν, quàm τὸ μαθεῖν πρὸς τὸ εἰδέναι: minimè autem rationi conſentaneum videatur vt alter reſpondeat, Præterquam quòd has pœnas es paſſurus, quòd diſces, etiam pecuniam pendito: ſed potius ita, Verùm vt diſcas, (q.d. quandoquidem non aliud te pati dignum putas, quàm vt diſcere cogaris) pecuniam pendito. At verò Ficinus, veluti tertiam quandam lectionem ſequens, ita vertit, Verùm præter hoc quod dicis, etiam pecuniam tribues.

V. πων] Deeſſe videtur particula εἰ ante ἀπειρημένον. neque enim εἰ quæ eſt ante, εἶ & cum εἴεται & cum ἀπειρημένον ἔῃ iungi poteſt.

P. 339. v. σὺ δίκαιον] Perperam in præced. edit. poſt οὕτως interpungitur: & malè Ficinus τοὐναντίον ita vertit acſi nomen eſſet: quum aduerbialiter (vt multis aliis in locis) ponatur, pro τοὐναντίως. Nam τοὐναντίον ἢ ὃ σὺ λέγεις, ſonat Contrà quàm tú dicis: at ille vertit, Contrarium facere eius quod tu dicebas.

P. 340. v. πυρήσης] In Ald. ὁ Κλειτοφῶν, at in Baſil. ὦ Κλειτοφῶν. ſed illa ſcriptura, recta eſt: hæc, vitioſa. Fortaſsis autem deprauauit aliquis, dum emendare vellet, quòd implicita eſſe verba nõ animaduerteret, pro ἐαὐτύ γ' αὐτᾶ μαρτυρήσης, ἔφη ὁ Κλειτοφῶν ἐπολαβών. Eodem tamen modo implicitis eum verbis in pleriſque talibus locis vti videmus: & quidem in proximè præcedente verſu aliud exemplum habemus.

P. 346. v. φελ.] Eandem hîc eſſe articuli τὸ omiſsionem puto ante infinitiuum quæ & alibi à me eſt annotata. Siquis tamen nolit articulũ illum τὸ ante τὸν ſcribere, vt legatur, φαιδὼ δέ γε τὸ τὸν μισθὸν ἀρνυμένοις ὠφελεῖσθαι τοὺς δημιουργοὺς, poterit etiam illum ipſum articulum τὸν mutare in τό: quum minime ante μισθὸν ſit neceſſarius.

P. 349. v. κέναι] In Ald. edit. ſcriptum eſt, ὁ δὲ μὴ, ἐοικέναι; poſita hypoſtigme poſt μὴ: in Baſil. autem, ὁ δὲ, μὴ ἐοικέναι; In vtra rectè? Imò in neutra rectè. legendum enim eſt ita vt bis ponatur particula μὴ: hoc modo, ὁ δὲ μὴ, μὴ ἐοικέναι; Nónne omnino futurum eſt (inquit) vt qui talis eſt, ſit ſimilis talibus? qui verò non talis, non ſit ſimilis?

P. 363. v. κοῶπ] Non video quomodo ſingularis γίγνεται locum poſsit hîc occupare qui debetur plurali γίγνωνται.

P. 364. v. vltimo. Pro καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν ſcribendum puto καὶ παιδιᾶς καὶ ἡδονῶν: ſicut dixit μετ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν.

P. 372. v. μάξαιτις] Videtur deeſſe καὶ ante μάζαι, quanuis interdum omittatur inter duo participia.

P.381.v.μίου] Pro βιοδώροις affertur alia lectio, βίου δῶρα.

P.399.v.ἢ οὐ] Inuenitur lectio multo aptior, ἢ εὖ πᾶ πολυχρόνιόπατα: sed quid si mutandum etiam πολυχρόνιόπατα in πολύχρονα dicamus?

P.405. v.vlt. Neminem inficias iturum puto quin ὁπόπαθέντα hîc scribere necesse sit.

P.413.v. τῶ παρ'] In præced.edit.scriptum est, τῶ παρ' αὐτῆς δίκματος, τοῦτο ὃ αὖ τῇ πόλει &c.qua in lectione manifestum est aliquid deesse ante τοῦτο. quum igitur ex vet. annotatum esset, ποιητέον τοῦτο, id vocabulum inserui. Postea autem & aliam lectionem afferri comperi (sed cuius idem sit sensus) τοῦτο ποιεῖν δεῖν ὃ αὖ τῇ πόλει &c.

P.416.v.παντὶ] Videri posset deesse particula ἂ post διοῦσιν, vt scriberetur διοῦσίν ἂ: (præsertim quum Fic.etiam ita legerit, aut certè legendum putauerit: quippe qui verterit, Omnino itaque nobis cauendũ ne quid tale aduersus ciues efficiant) sed moneo lectorem, si locus hic suspectus eo nomine esse debeat, multos alios apud hunc extare scriptorem quos suspectos habere itidem oportebit.

V.λοιπὸν] Lectio hæc, πρὸς τὸ ἥμερον εἶ), quomodo ferri possit non video.cur enim. Præterquam quòd mites futuri sunt, diceret? Legendum igitur arbitror, parum mutata scriptura, multum tamen mutato sensu, εἰ μέλλοιτο τὸ μέγιστον ἔχειν πρὸς τὸ ἥμερον εἶ) αὐτῆς τε καὶ τῆς φυλακοειδοῦς ὑπ' αὐτῆς. Intelligit enim (vt arbitror) Si futurũ est vt habeant quod maximè confert ad reddendos ipsos mites & sibi inuicem & iis quos custodiunt.

V.vltimo. Inter ἀδικεῖ & τοὺς nõ dubito quin particula τὸ sit omissa: (de cuius & in aliis locis omissione dictum fuit) & legere oporteat, παρὰ τὸ τοὺς πολλοὺς νόμισμα.

P.419. v.ἀνδρας] Mihi venit in mentem aliquando suspicari scribendum esse, καὶ τοῦτο δή, αὐτῆς ὧν ἕνεκα &c. Fic. quidem certè lectionem illam δι' ἑαυτὴς non agnoscit.quippe qui vertat, Quid ô Socrates afferes, inquit, si quis te dicat non multum hos viros beatos efficere? quum tamen ipsi sint quorum re vera est ciuitas. Si tamen illam retinere oporteat, videndum an hæc verba, ἃ δαίμονας δι' ἑαυτὴς, significare possint, Felices illis bonis quę suo labore suáque industria comparare possunt.

P.423.v.λίγοις] Mutandam esse puto particulam ὡς in ἑως: vt dicat maximam fore ciuitatem quantisper illa moderatione vtetur: vel, ita moderatè se geret. Fic.tamen non aliter legisse videtur quàm ὡς: qui vertit, Et quatenus ciuitas ita vt nuper ordinata est, temperata existet, maxima erit.

V. χώσειν] Persuasum habeo deesse verbũ ἐᾶν ante vel post χαίρειν. quid enim χαίρειν solum significare huic loco aptum posset? At verò χαίρειν ἐᾶν passim apud Græcos scriptores extat, & quidem apud hunc non minus est frequens. Sic infrà, in fine pag.471, πᾶ δ' ἄλλα χαίρειν ἐῶμεν.

P.424.v.κτίσιν] Post ὡς interpunxi, vt ostenderem non iungi cum proximè sequente participio γεγονυίας, sed cum illis verbis, ἀδυώατον ὄν. Sic autem & in aliis plerisque locis, vel huic vel alii particulæ hypostigmen subiunxi, ne lector falleretur.

P.425. v. ταὐτὸν.] Perperam ita legi puto, ἃ γὰρ; Οὐκ, ἦδ' ὅς: & negationem cum ἃ γὰρ iungendam hoc modo, ἃ γὰρ οὐκ; ἔφη.

V.ἔκαστοι] Nõ immeritò diceret aliquis particulam ἃ sua sede motam esse, & ante κατ' ἀρετὴν positam à Platone fuisse: nisi alii plurimi loci talem verborum collocationem exhiberent.

P.426. v. τευόμθμαι] Quanuis in præced. edit. scriptum sit πεσαμορβύοισι, & alia ex vet. exempl. lectio allata non fuerit, nemo Græcæ linguæ peritus πεσαμορβύοισι scribendum esse negauerit. Sic etiam, quod attinet ad participium ἀποθανούμθμον, ita scribere, non ἀποθανούμθος, sermonis Græci consuetudo cogit: quum manifestum sit vel accusatiuo vel genitiuo absoluto esse opus: multo autem vicinius sit ἀποθανούμθος accusatiuo ἀποθανούμθον, quàm genitiuo ἀποθανουμθόου: quinetiam ἀτεχνικώτερος existimetur hac in re illius quàm huius vsus.

P.430.v.φαίνονται] Quãuis deprauatus sit hic locus, sensum tamen eius assequi, non difficile esse videtur. In quodã vet.exempl.legitur, κρείττω δὲ αὐτοῦ λέγοντες, ἃ οἶδα &c.sed non cohæret quod sequitur verbum λέγεται. Affertur verò & alia lectio, κρείττω δὲ αὐτοῦ ἀποφαίνονται: quod certè verbum multo aptius est quàm φαίνονται: nec solùm aptius est multo, sed eiusmodi quod recipi posset, nisi obstaret illud sequens verbum λέγεται. etenim ne cum hoc quidẽ cohæret. Quare videndum annon ἀποφαίνονται retinẽtes, mutare debeamus λέγεται in λέγοντες. Sed alia præterea hîc sunt examinanda, quæ negotium possunt facessere. ad quod enim nomen ex præcedentibus dicemus hæc verba κρείττω δὲ αὐτοῦ referri? nihilo enim magis ad ἐπιστήμια quàm ad σωφροσύνη referre possumus. Quid? an dicemus, quanuis σωφροσύνη dixisset, hæc subiũxisse nõ aliter quàm si voce σώφρονα vsus esset? Vereor ne hoc dicere necesse sit: & subaudiendo τὴν σώφρονα, ex φαίνονται facere φαίνεσθαι: perinde acsi ita scriptum esset, κρείττω δὲ αὐτοῦ φαίνεσθαι τὴν σώφρονα. Talem certè quampiam lectionẽ Fic. sequutus est: quippe qui verterit, Dum verò temperatum hominem seipso potentiorem suíque victorem nescio quo modo esse dicunt, & quædam similia, tanquã vestigia nonnulla temperantiæ signant.

P.431.v.μοι βούλ.] Affertur alia lectio, quæ habet, ὡς δυοῖν ὄντοιν ἀμφῶ &c. Sed nullũ hîc vsum præstat particula ὡς, quum sequatur infinitiuus, cõtrà autem sequi oporteat indicatiuum.

V.τὸ λέγειν] Legendum puto ἐπαινεῖν.

P.437.v.ὥς τοῦ] In quodã vet. pro ὁρῶντες scriptum est ἐρωτῶντες. quæ lectio affertur & ex Galeno, lib. sexto De dogm.Plat. & Hippocr. Ex libro autem sexto ἐρῶντες: quam lectionem & Fic. sequitur.

V.ἅπαντα] Magis placet, καὶ εἰς ἅπαντα ταυτὰ πάντα ἡγούμθη, vt apud Galenum. Talis vsus verbi ἡγεῖσθαι extat & pag 477, v.39. ἢ εἰς τὸ ἦθος ἄγης;

V.ἢ καὶ] Pro ὃν ὀλίγῳ inuenitur & alia lectio aptior, ἑνὶ λόγῳ. Sic autem & in alio huius operis loco verba illa pro his posita comperiuntur. At pag.439, circa principium, rectè, ὅδε ἑνὶ λόγῳ πιοῦ ἄνδρός.

P.439.v. καὶ δίψος] Post hæc verba καὶ δίψος ex quodam vet.adduntur hæc, οὐ δῆτα.

V.Οὐκοῦν] Legitur etiã ἔπειτ' ἂν καθέλκει αὐτὰ.

V.Ὡς τοῦ] Vide annon scribendum sit, τοῦτ' ἐν τῷ ξόπου. Alioqui dicendum fuerit omnino vacare αὐτοῦ: vt perinde sit acsi dictum esset οὐ καλῶς ἔχει λέγειν ὅτι τὸ ξόπου κῶμα αἱ χεῖρες &c.

P.441.v.δι' αἰσχ.] Pro οὕτω scribendum puto αὖτη, aut αὐτή: (sed οὕτω vicinius est illi αὖτη) & ante τούτῳ expungendam particulam καί: vt legatur ita hic locus, καὶ ᾧ αὕτη, καὶ τὸν ἰδιώτην τούτῳ σοφὸν

σοφὸν εἶ). Intellige autem καὶ ὦ αὖτη ἰὼ σοφή.. alioqui, iungendo cum εἶ), accusatiuo esset opus.

P.442. v. τοῦ τύπων ;] Nemo negauerit, vt opinor, quin hîc scribere oporteat τό, τε ἀρχὸν καὶ τὸ ἀρχόμενον ὁμοδυξῶσιν: & ὡς δεῖ, non ὡς δεῖν: aut certè δεῖν absque ὡς.

V. ἡμῶν] Modò δεῖ pro δεῖν reponendum dixi: hîc contrà δεῖν pro δεῖ, simúlque δικαιοσυίλω pro δικαιοσυνη. Alioqui legi etiam posset ὡς ἀλλὰ τὰ δικαιοσυίλω δεῖ εἶ).

P.444. v. τῇ αὖ] Platonem scripsisse puto ἀνεπισαπῦσαν. nullum enim hîc vsum habere potest vocula αὖ: eóque magis audacter ex αὖ & ὕπισαπῦσαν faciendum esse vnum vocabulum ἀνεπισαπῦσαν dico: simul etiam respiciens ad ὕπισαπῦσαν, quod proximè præcesit. vt quemadmodum σοφίαν dixit τῷ ὕπισαπῦσαν ταύτῃ τῇ ροπῇ ὕπισήμιλω: ita ἀμαθίαν (quæ σοφία est contraria) dicat τῷ ταύτῃ ἀνεπισαπῦσαν δόξαν.

P.445. v. ὅμως] Vide annon ὅσον mutare in ὅθεν oporteat.

P.451. v. δ' με] Vel ante δ' ponenda est negatiua particula οὐκ, vel hæc vt ironicè dicta sunt accipienda.

V. πείμενα] Deesse puto τοῖς μὲν ante ὡς ἀσθενεστέραις: vt sequitur τοῖς δὲ ante ὡς ἰσχυροτέροις.

P. 452. v. ῥᾳδ] Ex iis quæ antea annotaui, perspicere poterit lector, hîc quoque scribendum esse ἢ δῆλα δὴ ὅτι &c.

V. τοῦ ἄρρ.] In præced. edit. scriptũ est κατυδάζει, non ἢ κατυδάζειν: sed hanc lectionem agnoscit & Fic. ac manifestum est cum κατυδάζειν repetẽdum esse ὑπὸ χειρῶν, quod positum fuit cum illius contrario χλωποτιεῖν.

P.454. v. τοῦτο δὴ] Inuenitur alia lectio, in qua est δὴ pro μὴ, & interrogationis nota post ἀποδιδόναι. Fic. tamen lectionem nostram videtur agnouisse, nisi quòd & ipse interrogatiuè legit: vertit enim, Nónne & genus virorũ mulierúmque gen', si in arte aliqua aut studio nihil inter se differãt, hoc vtriq; assignandũ esse dicemus?

P.455. v. vlt.] Alia huius loci affertur lectio, quæ habet, καὶ γυμναστικὴ· ἢ δὴ ἄρα καὶ πολεμικόν. ἢ δέ, Πολέμιος, καὶ οὐ φιλογυμναστική; Οἶμαι ἔγωγε. Τί δέ; φιλόσοφός τε καὶ θυμοειδὴς ; ἢ δέ, μισόσοφος καὶ ἄθυμος; Sed quædam in nostra editione melius scripta esse videtur: ideóq; fortasis ex duabus lectionibus facienda vna fuerit. Quæ autem ibi margini adscripsi, sunt ex coniectura: vbi οὐ priore loco est interrogatiuum. Sed lubentius lectionem quam modò attuli, sequor, in priore parte, vt dicatur, καὶ γυμναστικὴ, subaudi δεῖ γυμνὴ: nec verò γυμναστικὴ solùm, sed etiam πολεμικὴ: est contrà quæ nec sit πολεμικὴ, sed contrà ἀπόλεμος, nec γυμναστικὴ, siue φιλογυμναστικὴ. (nam hoc in illius significatione vtitur) Sed in altero membro minimè necesse videtur aliam quàm quæ in hac editione est quærere verborum collocationem.

P.459. v. κεῖν] Paulo antè adscripsi margini, videri redundare εἶ) (& meritò certè, quum satis sit, ἡμῶν δεῖ ἄκρων τοῦ ἀρχόντων, vt dicitur δεῖ μοι τούτου, pro δέομαι τούτου) sed hîc quoque de eodem infinitiuo redundante admonere debueram: quum satis sit ἐξαρκεῖν, absque εἶ). Nisi fortè putemus non ἐξαρκεῖν sed ἐξαρκῆ Platonem scripsisse: nam post ἐξαρκῆ (aut ἐξαρκὴν, si ita potius scribendum est) aptè adderetur εἶ). Verùm & pro ἐθελόντων scribẽdum videtur ἐθέλουσι. nisi dicamus non ad præcedẽs σώμασι referri, sed intelligẽdũ esse σώμασιν ἀνθρώπων ἐθελόντων δι' αἰτὴν ὑπακούειν: sed ita scripsisse Platonẽ, minus mihi fit verisimile.

V. ὀρθὸν] Omnino opus est particula αὖ post γιγνέσθαι, vt γιγνέσθαι αὖ accipiatur pro γιγνήσεσθαι. quãuis Ficinus interpretetur Fieri, perinde acsi legisset γίνεσθαι.

V. φειν] Quanuis ἀκρόπαιν agnoscere videatur Ficinus, qui interpretatur, Si armentum futurum sit excellẽtissimũ: suspectũ tamẽ habeo: & vereor ne pro ἀκραιόπαιν aut ἀκραπαπαν irrepserit. Dicit certè paulo pòst, ἕπερ μέλλει καθαρὸν τὸ γένος τῶν φυλάκων ἔσεσθαι. In eo qui proximè sequitur versu non dubito quin scribẽdum sit πάντας.

P.462. v. εἰ τῶ] Aliam tandem huius loci, quẽ suspectum habere me dixeram, inueni lectionem, in qua aliquot etiam sunt verba quæ hîc desiderantur. Ita enim legitur hic locus, ἆρ' οὖν (non ἆρ', vt sit interr.) οὐκ ὧδε τὸ ζιόνδε γίνεται, ὅταν μὴ ἅμα φθέγγωνται ὡ τῇ πολει τὰ διάδερήματα, τό, τι ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν· καὶ περὶ ἀλλοτρίου τῷ ταυτά; Καὶ μάλα γε. Ἐν ᾗπινι οὖν πόλει οἱ πλεῖστοι ὡσὸς ταυτὸ τῷ τοῦτο λέγουσι, τὸ ἐμὸν, καὶ τὸ οὐκ ἐμὸν, αὐτὸ ἄριστα διοικῆται. Minimè autem cuiquam esse dubium potest quin Fic. in exemplar inciderit in quo hæc ipsa esset lectio. ita enim totum hunc locum vertit, Ex hoc autem tale quid prouenit, quando non simul in ciuitate hæc verba vulgantur, Meum scilicet ac non meum. ac de alieno eodem modo. Valde. In quacunque igitur ciuitate complurimi ad idem secundum eadem hoc dicunt, Meum, & non meum, hæc optimè gubernatur.

V. vltimo. Vide annon pro ὅτῳ & hîc & in duobus qui proximè sequuntur locis scribere oporteat ἑᾳ.

P.463. v. σις τῷ] Scribẽdum est potius ex vet. ὡσὲ τε τοῖς ἄλλοις καὶ ὡσὲ τοῖς πατράσι.

P.466. v. ιωῖ δὲ] Ex vet. πιῶμεν affertur: sed legendum itidem fuerit πλάττωμεν pro πλάττοιμεν.

P.467. v. δαξ.] De hoc loco vide annot. in pag. 537.

P.469. v. φασιν] Non ὡσὲ ἂν μαχόμενον scribendũ esse puto, vt in præced. editionibus: sed ὡσὲ τὸ μαχόμενον.

V. εα ταὶς] Sic legisse Ficinũ quoq; arbitror, quãuis sensum horũ verborũ nõ expresserit, sed longè aliud Latinè quàm Plato Græcè dixerit. vertit enim, Quare à rapinis huiusmodi abstinẽdum est. victoriæ nanque obsunt. Quum tamẽ Plato intelligat nõ esse obstandum quominus hostes possint suorum cadauera tollere. S.c νεκρῶν αἰαίρεσις & apud historicos passim (ficut & νεκροὺς αἰαιρεῖσθαι) & in alio Platonis loco.

P.470. v. γῆς τε] Non dubito quin desideretur hîc præpositio περὶ post τιμήσεως.

V. λαμέτρ.] Post εἶ) deesse puto verbum ἡγοῦντο, vel νομίζουσι: aut aliud eiusdẽ significationis.

P.471. v. τῇ ἄμαχοι] Non malè fortasse hæc verba ἃ ὠφελεῖται ita acciperentur quasi per parenthesin posita.

P.473. v. ὠφελῆ δόξαν] Magis placet quæ affertur lectio, χαλεπὸν γὲ πείθειν ὅπ οὐκ αὖ &c.

P.474. v. θεῶν] Margini adscripsi μελιχόοις, siue μελιχόου. quod itidem per talem ὑποκοισμὸν qualem hîc indicat Plato, dictũ inuenitur: sed multo vicinior est vox μειλιχλώροις illi μειλαγχλώροις quam hîc habemus. Legimus autem μειλίχλωρον ita à blandiente dictũ τῇ ἐρωμένῃ, apud Theocritum idyllio 10,

Βομβεῖ καὶ χαλέπτα, Σύραν καλέοντι τὸ πάντες,
Ἴχνα', ἀλιόκαυσον· ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.

Sed genitiuus μελαγχλώρου videtur aptior futurus, vt τοιῶμα μελαγχλώρου intelligamus ipsam μελαγχλώρου appellationem.

P. 475. v. πο δή] De lectione quam margini adſcripſi, ἆρ' οὖ᾽ ὦν αὖ ἄνδρὸς ὅτι μαθηματικὸν λέγομεν, ideo etiam minus dubito, quòd antea dixerit itidem, ὅτι ὦν αὖ φαμὲν φιλεῖν ἄ, δεῖ ταυτὶ αὐτὸν, καὶ &c. Adde quòd à particula οὖ᾽ facilè abſorberi ὦν, ob ſimilem ſonum, potuit: & errorū qui ex ea re originē habuerunt exempla in aliis harum etiam Annotationum locis extant.

V νῶν] Si mendo caret hæc ſcriptura, dicēdum erit μαθηματικοὺς non alios eſſe quàm μαθητικούς. quos nimirum & φιλομαθεῖς videtur appellare. Sic autem ἐρωτηματικὸς antea nō aliud quàm ἐρωτητικὸς ſignificare vidimus.

P. 476. v. ζων] Poſſunt hæc verba, ὅτι ἡ γῆ σῶν αὐτὸ, vel præcedentibus vel ſequentibus iungi, eodē manente ſenſu. Quod autē hîc ἐγκεῖσθαι, alibi ἄχθαι dicit, de eadē re ſiue de eodē hominū genere loquēs: circa finē huius libri, αὐτὸ δὲ τὸ καλὸν μὴ ὁρῶντας, μηδὲ ἄλλῳ ἐπ' αὐτὸ ἄγοντι δυναμένοις ἐπεσθαι.

P. 477. v. ἄνα] In Ald. exempl. eſt ἄναξ, quod nullū habere hîc locū poteſt: ſed nihilo magis cōuenit huic loco πνὸς, quod tamē in Baſil. editione pro illo πναὶ ſubſtitutū fuit. Cæterùm pro nomē αὐτὼ negotiū lectori faceſſere nō debet, quū & alibi talis eius pleonaſmus inueniatur. In iis verò quæ proximè ſequūtur deeſſe videtur vox ἄλλο: vt ita legatur, ἢ ἐς ἂ ἡμῖς ἄλλο ἢ ἡμῖς;

P. 478. v. δὲ φανερ.] Legi poſſe videtur, vel ἢ δ' ἀμφοῖν μεταξὺ κεῖται; vt margini adſcripſi: vel, ἃ δέ; ἀμφοῖν &c.

V. ἆρα] Potius fortaſſe ſcribēdum ἄρα, quo ſignificetur Itáne: vt poſt δέξα interrogationis nota ponatur.

P. 479. v. ὁ χρηστός] In Ald. editione ita ſcriptū eſt vt hic, ὃς αὐτὸ μὴν &c. in quodam autem veteri libro, καὶ αὐτὸ μὴν &c. at in illis Baſil. exemplaribus Valderi malè αὐτὸς ſcriptum eſt pro αὐτό, etiā neutra vocula id eſt, nec ὃς, nec καὶ, præfixa. Videtur autē vocula ὃς à ſyllaba ſimili, qua claudit nomen χρηστὸς, fuiſſe ibi abſorpta, vt alibi contigiſſe paulo antè docui.

V. τῆ βουλῆς] Minimè dubiū eſſe poteſt quin βουλῆς ſcribendū fuerit pro βουλῆς, quod præced. editiones habent. Verùm & ὡδὲ expūgendum, aut poſt τῆς ponendum videri, in iis quæ margini adſcripſi. (ibi enim verba illa Ante τῆς, pro his Poſt τῆς, malè irrepſerunt) te admonitum volui. Sed multo ſanè fuerit ſatius omnino expungere. Libet autem lector, vt tibi gratificer, magna te quærēdi huius ænigmatis moleſtia liberare, & tātùm vt attentas aures præbeas, à te petere. Hoc enim illud eſt, Αἶνός ἐς ὃν ὡς ἀνὴρ τε κὰκ ἀνὴρ ὄρνις θά τε κὰκ ὄρνις ἰδὼν τε κοὐκ ἰδὼν ὅτι ξύλου τε κοὐ ξύλου καθιδρύω τε κοὐ καθιδρύω, λίθῳ τε κὰ λίθῳ, βάλοι τε κὰ βάλοι. Atq; vt tibi plenè gratificer, non contentus id ænigma tibi propoſuiſſe de quo intelligenda ſunt illa noſtri Platonis verba, etiam ſoluam. Primùm igitur, Ἀνὴρ κοὐκ ἀνὴρ, id eſt Vir & nō vir, eſt eunuchus: Ὄρνις κοὐκ ὄρνις, id eſt Auis & nō auis, eſt veſpertilio: Ξύλον, κὰ ξύλον, Lignum & nō lignum, eſt ferula: Λίθος, κὰ λίθος, Lapis & non lapis, eſt pumex. At verò ἰδὼν τε κὰκ ἰδὼν exponitur θεασάμενος καὶ οὐ θεασάμενος. Deinde καθιδρύω intelligendum exiſtimatur, κυρίως ὑφ' οὗ καθιδρύω, ἄλλως δὲ καθιδρύω: (quoniā aues ſedere dicuntur quum non volant) In illis denique, Βάλοι, κὰ βάλοι priore quidē loco βάλοι eſſe dicitur, ἀφήσοι, πέμψοι, ῥίψοι: at in poſteriore, κὰ βάλοι, eſſe φὰ ἀστοχήσοι, φὰ ὀπτύχοι. ſiue βάλοι μὲν ἢ μόνην ῥῖψιν ἢ ἄφεσιν ποιήσεως, οὐ μὴν ἢ βάλοι ὀπτυχῶς καὶ ἀστόχως. Cæterùm apud Athenæum afferentē hūc Platonis locū (quē memoria lapſus dicit eſſe ex libro quinto De legibus) ſcriptum eſt ᾧ δ' ἀφ' ᾧ, nō ὡς ἐφ' ᾧ. Ego verò ex parte mutandā eſſe lectionē noſtrā puto, ex parte retinēdā. nam pro ὡς legere malim ᾧ (vt intelligamus λίθῳ τε ᾧ οὐ λίθῳ) at ἐφ' οὗ retinere: & intelligere, ὅτι ξύλου τε καὶ οὐ ξύλου.

P. 485. v. ἐρῶσιν] Nec poſt ὅσα, nec ante vel poſt genitiuos ſequentes quicquam deſiderari puto. Nam ante ὅσα ſubaudire ἀνὸς ἐκείνων (vt intelligamus non aliter quàm ſi dictum eſſet μαθήματος ἐρῶσι ἀνὸς ἐκείνων ὅσα) minimè nouum eſt: cum illis autem genitiuis ſubaudiit & Fic. accuſ. φύσιν (neque enim in vllo exemplari legiſſe puto) quippe qui locum hunc ita reddiderit, Hoc itaque inter nos primùm conſtet de philoſophorum ingeniis, quòd ſemper eam diligunt diſciplinam qua illis notior fiat natura illa quæ ſemper eſt, neque generatione & corruptione mutatur. Sed cur accuſatiuum hunc relinquere ſubaudiēdum licuit? non aliam cur hoc ſibi licere putauerit cauſā eſſe puto, quàm quòd præcederet genitiuus pluralis φύσεων, licet non de eadem re dictus.

P. 490. v. κολουθῆσαι] Ab eadem perſona fortaſſe continuari hæc poſſent, πῶς γὰρ; ἀλλ' ὑγιές τε &c.

P. 492. v. τοιούτῳ] Affertur & alia lectio, τὸν λεγόμενον: ſed mendoſam eſſe puto. Sic ſuprà τῷ λεγομένῳ, pro illis ipſis verbis τὸ λεγόμενον quæ prouerbiis præfiguntur, irrepſiſſe oſtendimus.

V. τοιούτου] Ex quodam vet. affertur particula οὐκ ante οἰχήσεσθαι: verùm vt hæc locum habere poſſet, loco ſuo pellenda eſſet fortaſſe quę eſt ante κατακλυσθῆσαι. nā duas quidē negationes apud Græcos in multis loquēdi generibus magis negare non ignoro: verùm hæ non diuerſis eodem tamen pertinentibus verbis iungerentur, ſed vni eidémque οἰχήσεσθαι. neque enim οὐ quæ eſt ante participium κατακλυσθεῖσαν cum ipſo iungitur, ſed cum οἰχήσεσθαι: quanuis non ſcribatur, οὐκ, ſed οὐ.

P. 493. v. ξάπω] In præced. edit. ſcriptum eſt ἕκαστος, quum tamen ſequatur παιδεύειν & καλεῖν. At Fic. quum deberet ἕκαστον mutare in ἕκαστος, maluit, retinendo ἕκαστος, ex παιδεύειν & καλεῖν facere παιδεύει & καλεῖ. vertit enim, Quiſque eorū qui priuatim accepta mercede homines eruditūt, quos quidem ſophiſtas & æmulos artium appellant, nihil aliud docendum putat, quàm multorum ſententias, in quibus conſentiunt, quoties congregantur: atque hanc ſapiētiā vocat. Genuina tamen lectio eſt ἕκαστον cum illis infinitiuis, quia pendent hæc à verbo δεξάπω.

V. νων γίγνεται] Torſit me hic locus tū propter ἕκαστος, & οἷς, quod ad verborum ἀκολουθίαν ſeu orationis ſtructuram, tum propter φθέγξεσθαι, quod ad ſenſum attinet: tandem verò ſuſpicatus ſum ἕκαστος quidem in ἕκαστον, & οἷς in αἷς, at φθέγξεσθαι in θέλγεσθαι mutari debere. vt ſit hic loci huius ſenſus, Et voces quas quum effert vnūquodque illorum animalium (quāuis ſingulari antea vſus fuerit) ſolet demulceri. Id eſt, Quas quum effert, indicant ipſum demulceri. Sic tamen & Fic. vertit quaſi legeretur, καὶ φωνὰς δὴ ἃς ἕκαστος ἐφ' ἑκάστοις εἴωθε φθέγγεσθαι. nā ἕκαστος etiā retinet: quāuis nō habeam[a] (vt opinor) quò referre poſſimus. Verùm ita ille, Voces itē quas in ſingulis quiſq; ſolet exprimere. quū tamē hæc præceſſerint, Veluti ſiquis vaſti cuiuſdam animalis bruti, robuſti admodū, & ab homine enutriti,

iras & cupiditates ſingulas obſeruauerit, quáve ratione adire hoc deceat, qua attrectare: item quando vel ferocius eſt, vel mitius: & ex quibus cauſis tale fiat. Quòd ſi extaret in quopiam exemplari hæc lectio, καὶ φωναὶ αἱ ἐφ' ἑκάστοις ἕκαστον ἴσως θέγγεσθαι, minimè reiiciendam cenſerem.

V. ροῦταί τε] Hîc particulam καὶ in ἢ mutandam eſſe, aut ſaltem pro ἢ accipiendam, fateri neceſſe eſt. nam ἡμεροῦταί τε καὶ ἀγριαίνει, non aliud eſt quàm quod modò dixit, χαλεπώτατον ἢ ὠμότατον.

P. 494. v. καὶ ἑαυ] Legitur etiam πρὸς φερὴς τῇ ψυχῇ: quam lectionem alteri præfero.

V. πλεῖν] Vide annon ſcribendum ſit ἐξαρεῖν, ſicut præcedit infinitiuus πληρωθῆναι.

V. καὶ ἑταιρ.] In vno vet. exemplari legitur καὶ, non οὐ, ante πᾶν μᾶλ: ego tamen noſtram lectionem malo, ſed ita vt ſequendo illã deſiderari infinitiuum dicam: cuiuſmodi fuerit ἐξαπατέσειν, vel ᾗ παύσεται: vt legamus, οὐ πᾶν μᾶλ ἔργον πᾶν δ' ἔπος λέγοντάς τε καὶ πρᾶττοντας, ᾗ πεῖσαι &c. καὶ ἰδίᾳ ὀπτεύουλθύοντας καὶ δημοσίᾳ εἰς ἀγῶνα καθιστάντας ἐξαπατέσειν; vel (vti dixi) οὐ παύσεσθαι. hoc enim verbum, præfixa negatiua particula, illi alteri eſt ἰσοδυνάμων. Quòd ſi loco nihil deeſſe vellemus dicere, ad verbi alicuius ex præcedente membro repetitionem confugiendum eſſet: quum tamen nullum ſit quod repeti queat. Nam dixit quidem, ἃ οἰόμεθα δράσειν, ſed poſt οὐ πᾶν μᾶλ ἔργον πᾶν δ' ἔπος λέγοντάς τε καὶ πράττοντας, haud aptè repeteretur δράσειν. vt omittam, etiam πᾶν illi addi neceſſe fore: quod iam duobus participiis iunctum fuit. Aliquid certè & Fic. extrinſecus attulit, ſiue in aliquo exemplari inuentum, ſiue (quod mihi ſit veriſimilius) à ſe excogitatum. vertit enim, Nónne & loquendo & agendo, omni ſtudio certaturos vt nec adoleſcens monitis pareat, nec exhortator ille aliquid perſuadeat, eum tam priuatis inſidiis quàm publicis accuſationibus inſequentes? Vbi etiam aſtipulor illi poſt hæc verba ὅπως αὖ μὴ οἵοσ τ' ᾖ ſubaudienti πείσαι, quanuis non actiua vox præceſſerit, ſed paſſiua πεισθῇ. alioqui certè aliquid deeſſe dicendum eſſet. Sedenim illi nequaquam aſſentior (vt de hoc quoque lectorem obiter moneam) de proximè præcedentium verborum interpretatione: horum videlicet, ἃ οἰόμεθα δράσειν ἐκείνοις τοὺς ἡγουμένους ἀπολλύειν αὐτοῦ τὴν χρείαν τε καὶ ἑταιρείαν; ita enim vertit, Quid eos facturos exiſtimamus, qui putãt monitoris illius vſu & conſuetudine adoleſcẽtem corrumpi? Planè ſiquidem diuerſum eſſe horũ verborũ ſenſum exiſtimo, ἀπολλύειν nõ ad ipſum adoleſcẽtẽ referẽs, ſed ad illos qui malũ adoleſcenti dant conſilium: ideóque ita reddendum eſſe hunc locum, Quid facturos putamus illos qui putãt ſe vtilitatem quã ex eo percipiebant, eiúſque ſodalitatem amittere? Cui meæ interpretationi non dubito quin lector, vbi ſingula attentè expenderit, ſit aſſenſurus.

P. 495. v. τὸ ὅρισον] Non malè fortaſſe poſt ὀπτήσθυμα expungetur interpunctio, vt intelligamus γιγνομένης ὀλίγης εἰς τὸ ὅρισον ὀπτήσθυμα.

P. 496. v. πόνης] Locum hunc mendo carere, mihi nemo perſuadere poſsit: nec certè ſenſus, quem Fic. habet interpretatio, elici ex eo ita ſcripto queat. Vertit enim, Vel quum magnificus quidam animus anguſta in vrbe natus, ſpretis reipubl. ipſius muneribus, ac multo magis contemptis reliquarum artium opificiis, pro naturæ dotibus ad philoſophandum ſe cõfert. Nam, vt omittam datiuum Muneribus ab eo addi, tanquam ſub articulo τοῖ ſubaudiendũ, ſequentia ita vertit acſi legeretur, πολὺ δὲ μᾶλλον τὸ τῶν ἄλλων πόνων (vel πας ἄλλας πόνας) ἀπμάσαν, καὶ τὸ ἄφυες ἐπ' αὐτῷ αἱέλθοι. ſub. τῷ φιλοσοφίαν. hãc autem lectionem, à noſtra adeo diuerſam, cum in exemplari nullo inueniſſe exiſtimo, ſed hæc aut alia huiuſmodi, ex coniectura tantùm petita, in ſua interpretatione ſequutum eſſe. Nunc autem vide lector, hunc locum mecum examinans, annon multo minore cum mutatione ſenſum ex eo commodè elicere poſsimus. Primùm cum βραχὺ intelligo μέρος: ſicut etiam ſubaudiendum erat paulo antè cum σμικρόν: vbi dicebat, πάνυ σμικρὸν δή τι λείπεται τῆσ καθ' ἀξίαν ὁμιλούσησ φιλοσοφίᾳ. Deinde ante ἀπ' ἄλλης πόνης ſuſpicor deeſſe articulum τά: vt quemadmodum dixit de vna parte illorum qui ſe ad philoſophiam conferunt, ἀπμάσασα τὰ τῆς πόλεως, ita hîc de altera, vel potius de tertia, dicat, ἃ ἀπ' ἄλλης πόνης δικαίως ἀπμάσαν. Poſtremò vt ponatur hypoſtigme ante ἄφυες, qua oſtendatur ad ſequentia, non ad præcedentia, pertinere. Alioqui certè, paulo alium ſequendo ſenſum, dicerem etiam poſſe legi, καὶ τὸ ἐπ' ἄλλας πόνας δικαίως ἀπμάσαν ἄφυες, ἐπ' αὐτῷ αἱέλθοι. vel potius αἱέλθῃ, ſicut dixit ἐκφύσῃ: quum itidem iungi cum ὅταν debeat. Eorum porro qui, vt hîc loquitur (ſequendo quidem certè illam lectionem) ἀπὸ τῶν πόνων ὅτι φιλοσοφίαν αἱέλθον, exempla ſunt apud Diogenem Laertium.

P. 497. v. πεῖσαι πύτου] Pro αὐτῇ in præced. edit. ſcriptum eſt αὐτῆς: quæ lectio ferri nullo modo poteſt: adeo vt vel αὐτῇ vel αὐτοῖς ſcribere neceſſe ſit, vt legit Ficinus. Sed aptius eſt αὐτῇ, quum præcedat φιλοσοφίας nomen: alioqui dicendum erit ita ſubiunctum eſſe αὐτῆς, acſi non φιλοσοφίας ſed φιλοσόφων appellatio præceſſiſſet.

P. 498. v. σὺν ἀκροατᾶ] Pro ἡγοῦνται verbũ aliud affertur ex coniectura, valde diuerſum: nimirũ ἀγάμενται: item aliud, ἀρνοῦνται. vt ſit ſenſus, Si etiam aliis hoc facientibus, inuitentur vt auditores eſſe velint, valde auerſantur. At verò Ficin. retinens μεγάλα ἡγοῦνται, ita vertit, Deinde verò ſi ab aliis id agentibus acciti, auditores fieri patiantur, magnum quid cogitant, exequendúmque obiter putant. Ego verò ab vtroque diſſentio. etenim nec cum illo priore mutandum cenſeo ἡγοῦνται in ἀγάμενται (quo Platonem vti mirarer) vel in ἀρνοῦνται: nec, retinẽdo ἡγοῦνται, eius ſequor interpretationem cuius à me poſteriore loco facta eſt mentio: ſed μεγάλα ἡγοῦνται expono, Rem magnam ſe præſtare arbitrantur.

V. γυμνάσια] Vide ne tibi negotium faceſſant ea exemplaria quæ hîc λέγῃ habent pro λήγῃ.

P. 500. v. ὠνὰ μηχ.] Non ἀγάιδος ſed ἀγράιδος in præced. edit. legitur: inter quæ duo participia, vna litera differentia, magnum eſt ſignificationis diſcrimẽ. Multo autem aptiorem huic loco ſenſũ habet illud quàm hoc: ideóq; veteri libro de eo in cõtextum recipiendo ſum aſſenſus. præſertim quum & Fic. agnoſcat: qui vertit, An putas fieri poſſe vt illud non imitetur aliquis cui cum amore admirabundus adhæret? Fortaſsis autem aliquis (vt hoc obiter dicam) hîc legens ἀγάιδος, miretur quod modò dixi.

mirum mihi apud Platonẽ viſum iri vſum verbi ἀγαίεσθαι: ſed is ſciat quanuis magna ſit, quod ad ſcripturam attinet, affinitas verbi ἀγαίεσθαι cũ ἄγασθαι (cuius participium eſt ἀγάμενος) illud tamen apud ſolutæ orationis ſcriptores tam eſſe inuſitatum, quàm hoc eſt vſitatum: licet ποινηπὼν ſit & ipſum, aut ſaltem ποινηφότερον.

P. 501. v. αὖ.] Videndum an hæc lectio οἶδ' ὅτι ferri poſsit, quum nullum hîc vſum habeat particula ὅτι, ſequente infinitiuo. Aut expungenda certè fuerit, aut dicendum eam, ſicut poſt οἶδα vel δοῦ οἶδα, & poſt ἴσθι vel δοῦ ἴσθι, ita etiam poſt οἶδα poſſe πλεονάζειν.

V. ὦ δ'] Mutandum cenſeo in πείθομαι.

P. 502. v. φθονος] Quum antea margini adſcripſiſſem, me legendum exiſtimare, ἢ παντελῶς ἀληθής: (mutãdo ἢ in ἡ) & intelligere, Ea quidem certè quæ omnino vera eſt: ac veram dici exiſtimare πῶ ἀκριβῶ & γναίαν: quũ, inquam, illa margini adſcripſiſſem, poſtea annotatam inueni aliam lectionem: hanc videlicet, εἰδότα ὡς ὀδηφόνα πε καὶ χαλεπὰ γίγνεσθαι, ἢ παντελῶς ἀληθῆ. νῶ γὰρ οὐδὲν ἧττον ἐπῆλθε τὸ δεῖν αὐτὰ διελθεῖν. Fortaſsis autem hanc lectionem (quam ex coniectura, non ex vet. exempl. petitã eſſe arbitror) illi alteri à me margini adſcriptæ præferendam aliquis cenſebit, quòd vt ea habet membra pluralia ὀδηφόνα & χαλεπὰ, & ἀληθῆ, ſic etiam ſequatur αὐτὰ διελθεῖν. Hanc igitur lectionem ſequendo videndum erit annon ἢ mutari poſsit in ε. neque enim video quis ex illa particula ἢ huic loco aptus ſenſus poſsit elici. quanuis & Fic. eam agnoſcat, qui locum hunc ita vertit, Haud quaquã ſapiẽter à me actum eſt, quum in ſuperioribus reliquerim matrimoniorum difficultatem atque moleſtiam, filiorúmque procreationem, & conſtitutionem principum. noſcebam enim quàm inuidioſa res eſſet, factúque difficilis, vel omnino vera. Nunc autem nihilominus tranſigere hæc cogimur. Vbi hoc etiã diſplicet quòd particulæ γὰρ ſuam ſignificationem nõ relinquit, ſed pro ea ponit Autem: quũ tamen his verbis reddatur ratio eius quod dixit, οὐδὲν τὸ σοφὸν μοι ἐγίνετο &c. Huius enim loci hunc (quod Ficini pace dixerim) eſſe puto ſenſum, Haud ſanè prudentiæ fuit antea prætermittere quæ ad coniugia & ad prolem ſuſcipiendam, præſertímque illa quæ ad magiſtratuum conſtitutionem pertinent, quòd hanc & odioſam & difficilem eſſe ſcirem, eam quidem certè quæ omnino genuina eſſet (vel, quæ exacta eſſet) nunc enim eò ventum eſt vt mihi de illis antea prætermiſsis diſſerere neceſſe ſit. Atq; ita ne verbũ quidem ἦλθε mutare in ἐπῆλθε (quod ſignificaret, In mẽtẽ venit) neceſſe fuerit. Quod autem ad priorem huius loci partem attinet, in hac expoſitione eã lectionem ſequor quam margini adſcripſi: atq; iis omnibus quæ antea de illa dixi, hoc addo, non videri à ratione alienum, vt hæc, ὀδηφόνός τε καὶ χαλεπὴ γίγνεσθαι, ἢ παντελῶς ἀληθὴς, non de tribus illis rebus dicantur, videlicet περὶ τῆς δυσχρείας quæ eſt circa πῶ περὶ γυναικῶν κτῆσιν, & περὶ παιδοποιίας, & περὶ τῆς περὶ ἀρχόντων καταστάσεως: ſed de hac tertia duntaxat.

P. 503. v. ως] In præced. edit. διεπασωθῆν: alteram autem lectionem agnoſcit & Fic.

P. 508. v. ὡμὴς] Aut μὴ expungendum eſſe, aut potius aliquid deeſſe dicendum eſt.

P. 509 v. σν] Non video quid poſt εἰ μὴ ἃ ſubaudiri poſsit: ideóque legendum cenſuerim (donec aliquid melius ex aliquo vet. exẽplari emergat) παύσῃ, εἰ μή τι ἄλλο, πῶ περὶ τὸν ἥλιον &c. aut certè ita, παύσῃ ἐμοὶ ἕτι ἄλλην πῶ περὶ τὸν ἥλιον &c. Quin etiam pro ἕτι ἀπολείπεις legi fortaſſe poſſet ἔτι ἀπολείπεις: ſed illa lectio defendi poſſe videtur.

P. 510. v. Τύπτεις] Quum præcedat Τύπτεις μὲν χεώμενοι, non dubito quin ſequi debeat ζητοῦντες δέ.

P. 515. v. βλέπειν] Niſi recorderis, lector, præceſsiſſe verba ἐκ οἴει, quæ cum his infinitiuis ſint repetenda, hærere hîc poſsis.

V. καὶ μὴ] Scribendum eſt αὐῇ, quod eſt ab αὔημι: at verò αἰῇ ab αἴειμι, lõgè diuerſam ſignificationem, & huic loco minimè aptam habet.

P. 518. v. γῆς] In Ald. editione hæc verba, Τίνα τρόπον ὡς ῥᾷστά πε &c. alii perſonæ tribuũtur: in Baſilienſi autem, hæc quidem verba, Τίνα τρόπον, veni, illa autem, Ὡς ῥᾷστά πε &c. alteri aſsignantur: aucto certè errore (cuius occaſionem editio illa præbuit) quum ab vna eadémq; perſona hæc omnia dicantur, Τοῦτο τίνων, ὦ δ' ἐγὼ, αὖτε πέρι αὖ ἔφη τῆς πελαργῆς, ἵνα τρόπον ὡς ῥᾷστά πε &c.

P. 521. v. ἀδάμ.] Ex quodam vet. libro annotatur alia lectio, quam ſatis mirari nõ poſſum, ζωῆς ἅπερ ἀγαθῆς τε &c. Quid enim hîc ἅπερ aget? quid aliud quàm præclaram ſententiam corrũpet? In illa enim (inquit) ſola dominabũtur (vel principatum tenebunt) qui reuera ſunt diuites, non auri, ſed eius rei cuius diuitem oportet eſſe virum bonum, vitæ nimirum probæ pariter & prudentis. Nihil aliud (inquam) illud ἅπερ quàm præclaram hanc ſententiam, corrumpet, meo quidem iudicio. Sed tamen ne hanc quidem γραφὴν διάφορον celare te volui, ſi fortè ipſe aliquid in ea perſpicere poſsis quod meorum oculorum aciem fugiat: alioqui hinc diſcas, in bonis etiam libris aliquãdo valde malas γραφὰς interdum inueniri. Ex eo enim vnde ſumpta eſt illa exemplari, non paucorum emendationes locorum ſunt profectæ.

V. Ὠγαθὸν] Nullo modo lectio hæc ferri poteſt, vt opinor. Videndum igitur an legere oporteat οὗ ὅτι, ſeruata ſtigme quæ eſt poſt ὅτι: vt ſequatur, πολεμάχητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον, &c. At Fic. legit quidem οὗ ὅτι, non οὐκ ἔστι, ſed hæc verba ſequentibus iungit: vt poſt ἐνταῦθεν οἰόμενοι δεῖν ἁρπάζειν ſit finis ſententiæ: quam ſequantur hæc, οὗ ὅτι πολεμάχητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον. Hunc enim locum ſic interpretatur, Sin autem inopes boniſque propriis vacui ad publica aductaeuerint, bona illinc rapere cupientes, ciuitas illa felix eſſe non poterit. Nam vbi de principatu cõtenditur, quum proprium hoc ſit & inteſtinum bellum, tum eos qui ita pugnãt, tum reliquam ciuitatem perdit. Quid igitur hac de lectione dicemus? Duriuſcula certè eſt hæc verborum collocatio, οὗ ὅτι πολεμάχητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον, (quòd particula γὰρ tam procul remoueri nõ ſoleat) fortaſſe tamen exemplo non caret.

V. μᾶλλον] Suſpectum eſt πέπυχε: ſed multo tamen minus placere poteſt πεπύκασι, quod apud Euſebium loco eius legitur. Apud eundem ſcriptum eſt, καὶ γυμναστικὴ μὲν που: quæ particula aptam hîc ſedem habere videtur.

P. 522. v. λόγοις] Emendationem inſignem (niſi fallor) afferam, quæ Euſebio debetur. apud eum enim vera lectio inuenitur, vbi hunc locũ affert. Ea autem eſt ἔφη pro ἔφη. Cui emendationi cõfirmatione opus non eſt, meo quidem iudicio: præſertim quum præcedat, ἔδεσι παρδεύουσα τοὺς φύλακας.

V. πὸν ἃ] Pro ἀγαθὸν apud eundem ſcriptum

est ἄμεινον, quod participium multo magis quàm nomen illud, mihi placet. Legit tamen & Fic. ἀγαθόν: quippe qui verterit, Cognitio verò talis cuiusdam boni quale tu nunc inuestigas, in ea nulla existit.

P. 523. v. μοῦ γὲ] Vide annon potius ἐσήμανε scribendum sit.

P. 524. v. καὶ παρ.] Crediderim προσαγγέλλει mutandum esse in προσαγγέλλει.

V. ζητεῖν] Alia etiam est lectio, κινοῦσα ἐν αὐτῇ πῶς ἔννοιαν: sed ἐν ἑαυτῇ retineamus necesse est.

P. 527. v. ἀφέξονται] Quomodo quis tueri possit genitiuũ αὐτῆς nõ intelligo, quũ genitiuo opꝰ sit qui πρὸ τῆς γεωμετρίας dicatur, cuius nomen præcesserit. Nec verò dubito quin scriptum ita fuerit in Fic. libro: qui hunc locũ ita vertit, Quammaximè igitur præcipiendum est vt qui præclarissimam hanc habitant ciuitatem, nullo modo geometriam spernãt. nam & quæ præter ipsius propositum quodammodo esse videntur, haud exigua sunt. Vbi etiam obserua illum lectionem margini à me adscriptam sequutum esse, καλλίστη πόλει.

P. 529. v. αὐτὸν] Videndum annon scribendum sit νοεῖν, vt sequitur θεωρεῖν.

V. τῆς βλ.] Lectionem hanc νέων minimè mutandam esse puto in νέον, id est nouum: neque etiam exponendum νέων, Habitãs: (vt quidam tamen vertit, Habitans in terra, aut mari: quum pro Habitare nõ dicatur νέειν, sed ναίειν: hoc autem omnino poeticum sit) sed Natans, quũ hæc sit vocis huius significatio. Sed tamen ne Fic. quidem (quod miror) illam significationẽ ei dedit: qui locum hunc ita vertit, Quòd siquis sursum inhians, nunquam conuersus deorsum, sensibile aliquid percipere studet, discere ipsum nequaquam affero. scientiam enim adipisci hunc nego, & eius animũ non sursum sed deorsum aspicere censeo: etiamsi resupinus in terræ littore vel maris æquore iacẽs quicquam perceperit.

P. 530. v. καὶ οὐκ] Pro ἀφήκειν apud Eusebium legitur αὐήκειν, quinetiam πάντας pro πάντα. Sed αὐήκειν quidem recipi potest, at πάντας non item.

P. 531. v. πᾶς] Apud eundem legitur ποιοῦσι, sicut & in præced. editionibus: sed minimè dubium est quin πονοῦσι, lectio sit genuina: quam & Fic. sequitur, in his verbis, Irrito labore, quemadmodum astronomi, tempus conterunt. Sæpe autem hic error occurrit, verbi ποιεῖν pro πονεῖν positi. Sed hîc occasionem errandi præbere librario potuit & verbum idem ποιοῦσι, quod paucissimis verbis interiectis præcedit. Cæterùm ne hoc quidem omittendum est, pro ἀστρολόμοι in quodam vet. libro legi ἀστρολόγοι.

V. ὡς ὅμοιον] Hîc verò videndum an Eusebianæ lectioni assentiri debeamus: ea autem est ἀμφότερα, pro ἀμφότεροι, quod hîc habemus. Primo quidem certè aspectu placere posit ἀμφότερα, vt iungatur cum ὧπα: sed quum de duobus hominum generibus (vt ita dicam) verba fecerit (dixit enim, οἱ μὲν φασὶν ἐπὶ κατακούειν &c. οἱ δὲ, ἀμφισβητοῦντες &c.) magis placet ἀμφότεροι.

V. γματα] Apud eundem post βασανίζοντας nõ est hypostigme: iungitur enim cum sequẽtibus: & ante προελομῶτας est particula καί: hoc modo, καὶ βασανίζοντας ὅτι κολούπων καὶ προελομῶτας.

V. ἐκείνοις] Apud eundem legitur, οἷς ἔφαμεν τοῦ δὴ περὶ ἁρμονίας εἰρῆσθαι.

V. λάμεθα] Non necesse est αὐόνητα, quod est ante πονεῖσθαι, mutare in αὐήνυτα: quanuis præcesserit αὐήνυτα πονοῦσι, in tertio huius ipsius paginæ versu. vtrunque enim dici potest: multo tamen est vsitatius αὐήνυτα πονεῖν.

P. 532. v. καὶ τὸ τῶ] Non dubium est quin depraua tus sit hic locus: quem etiam in iis quæ margini adscripsi, aliqua ex parte restituere conatus sum. Postea autem hanc eius expositionem inueni, Et illic quidem visus ad animalia, & plantas, & solis lumẽ: in videndi verò debilitate, ad spectra in aquis: eíq; expositioni subiunctam hanc lectionem, καὶ ἐκεῖ μὲν ὄψις πρὸς τὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ, καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς· ἐπ' ἀδυναμίᾳ δὲ τοῦ βλέπειν, πρὸς τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα. Ego autẽ legẽs μὴ βλέπειν, iungebam cum præcedẽtibus, πρὸς μὲν τὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, tanquã ἐπ' ἀδυναμίᾳ seorsum positum esset. Fic. verò locum hunc ita vertit, Ibíque animalium & plantarum inspectio, solísque & siderum in aqua propter imbecillitatem oculorum intuitus. Ex qua eius interpretatione perspicimus genuinam lectionem incognitam illi fuisse.

P. 533. v. δαμῆ] Rectius fortasse διῃρεισίον scribetur, vt mox dicet διῃρείζεσθαι.

P. 537. v. εἰ] De hac lectione minimè dubitandum est: quum libro 5, pag. 467, circa finem (qui locus is est cuius hîc mentionem facit) dicat itidẽ, ἐφ' ἵππων ἀκτέον ὅτι πρὸ θέαν. Quin potius locus hic ex illo est emendandus, quum malè ἐφ' ἵππων iungatur cum ἱππεύειν. Totus enim locus ita est legendus, ὅτι τοὺς ἵππους (ὧν δὴ ἕνεκα) ἀναβιβαστέον ὡς νεωτάτους, καὶ διδακτομβύους ἱππεύειν, ἐφ' ἵππων ἀκτέον ὅτι πρὸ θέαν. id est, Iam inde à prima pueritia tollendi sunt in equis: ducendíq; in equis ad belli spectaculum, vt eos equitare doceamus. At Fic. nec eadem verba repræsentat, & participium illud aliter legit: ita reddens, Equitare consuescant primis ab annis pueri: quumque hoc didicerint, equis ad spectaculum belli ducentur. Neque enim hîc διδαξαμβύους sed διδακτομβύους scriptum est. Quòd si tamen legerat διδαξαμβύους in suo exemplari, vertere potius debuerat, Postquam docuerimus illos equitare. Ad nostræ autem paginæ 537 locum vt redeã, videri posset infinitiuus εἶ ante ἀκτέον irreptitius esse, quum eo minimè sit opus: sed tali loco adhibitum & alibi me obseruare memini. At verò γευστέον Fic. ita vertit quasi esset à γεύομαι, quum sit à γεύω, quod non Gusto, sed Gustum præbeo significat.

V. μία] Pro ἥς legitur etiam πῖός ἧς. In præced. autem edit. scriptum est πεὶς pro ἥς.

P. 539. v. κων] Vide annon potius scribendum sit αὐτοί.

P. 540. v. τὰ ὄ] Inuenitur & hæc lectio, δίωσπὰ δέ πη, καὶ ὑ κακῶς εἴρηται;

P. 544. v. ἀμελετ.] Ita quidẽ & in præc. edit. legitur καὶ τοὶ ἐκείναις ἀνομοίοις: sed non dubium est quin substituẽda sit lectio ex vet. libro petita, καὶ τοῖς ἐκείναις ἄνδρας ὁμοίοις. Pro κάκιστον autẽ quod habes statim pòst, perperam in iisdem scriptum est κάλλιστον.

P. 546. v. ἰσάκις] Huius loci alia etiam affertur lectio: hæc nimirum, πλὴ ὃ ἰσυμήκη μὲν οὖ, πεσεμήκη δ', ἑκατὸν μὲν ἀριθμῶν, ἀπὸ δ[illegible]μέτρων ῥητῶν πεμπάδων δεομένου ἑνὸς ἑκάστου. In sequentibus autem, ante δυοῖν & antè πειάδος ponendæ hypostigmæ fuerint.

P. 554. v. ὧδε] Post ἡμέρᾳ λόγῳ videri posit aliquid deesse: sed puto subaudiendum partici-

pium κατέχων, quòd præceſſerit, ὑπεικεῖναι ἑαυτῷ βίῳ καὶ ἀλλας κακὰς ὀπιθυμίας ἐνούσας. Neque verò mouere nos debet alterum quod ſequitur participium: quum ita ſæpe duo participia ponãtur, nulla interiecta copula. Hîc autem πρέμων τοῦ τῆς ἄλλης οὐσίας, perinde eſt acſi dictum eſſet ἄπρεμων.

P. 555. v. Θιούτων] Putet fortaſſe quiſpiam mutandum hoc participium in aliud valde vicinum ἐκδανείζοντες. quod tamen nõ temerè faciendum fuerit.

V. ἔντες] Vel expungenda vel in καὶ πα mutãda videtur particula καί: quum ὡιέντες ad accuſatiuum præcedentem ὑπείκοντες ferri nullo modo poſsit. At ſi legamus, τοῦ δὲ λοιπῶν τὸν ἀεὶ ὑπείκοντα, ἐνιέντες ἀρχύειον, καταπτρώσκοντες [vel ὑπτρώσκοντες] καὶ τοῦ πατρὸς &c. duo fuerint participia non interpoſita connexiua particula: qua de re dictum fuit in proximè præcedente annotatione. Senſus autem erit, τὸν ἀεὶ ὑπείκοντα καταπτρώσκοντες, vel πτρώσκοντες, δέξ τοῦ ὀιέναι ἀρχύειον. ita enim reſoluendum illud eſſe participium arbitror.

P. 558. v. οὐδ' ὁπ.] Poſt σμικρολογία libẽter αὖ ἢ ſecerim ex αὐτῆς. Huius autem loci ſenſum minimè videtur aſſequutus Ficinus: qui vertit, Indulgentia verò ipſius nimia, & ſine vlla obſeruatione negligentia eorum quæ nos dicebamus, rem ipſam honeſtantes, quando ciuitatem conſtituebamus. Ego autem ſignificari exiſtimo, Quòd talis venia illis detur, id non fieri certa quapiam de cauſa, omnibus rationum momentis ſubtiliter expenſis, ſed ex contemptu eorum quæ dicta fuerunt, &c.

V. ὧδε] Poſt ὧδε videtur ſiſtenda eſſe oratio, poſita ibi interrogationis nota, nõ poſt ἥδιον. neque enim ſatis interrogationi conuenire puto particulam οἶμαι.

P. 559. v. ἐνοῦσαι] In præced. edit. πάσας πάντας, quum ſcribendum ſit, vt hîc, πᾶσαι πάντας, quãuis multo maioris & occultioris mẽdi ſuſpectus hic locus fuerit. Nolim autẽ αἰαλκαίους per errorem huc irrepſiſſe putet lector (quanuis αἰαλκαῖαι bis ſcriptũ ſit in fine paginæ præcedẽtis) quum itidem initio pag. 561, αἰαλκαίοις ὀπιθυμίαις & αἰαλκαίους ἡδονὰς legamus: quinetiam pag. 572, ταῖς δὲ μὴ αἰαλκαίους. Quem locum ideo etiã iuuabit cũ hoc paginæ iſtius 559, conferre, quòd eadem de re vtrobique agatur.

V. πε καὶ] Rectius fortaſſe ſcriberetur καὶ αὖ τοῦ ὅπου. Mirum autem videri poſsit cur, poſtquã dixit ἢ τοῦ φαγεῖν [ὀπιθυμία] μέχει ὑγιείας πε καὶ ἀνεξίας, addat, καὶ αὐτῦ [vel αὖ τοῦ] ὅπου πε καὶ ὄψου: quum verbo φαγεῖν mentio includeretur (vt ita dicam) τοῦ ὅπου καὶ ὄψου: aut ſaltem ὅπου. Videndum igitur an intelligi debeat de iis qui etiã prouiſa cupiunt habere ea quæ ad victũ pertinent. ſicut dicebat ille, *Sit mihi prouiſæ frugis copia*: ſed addens, *in annum*. Paulo pòſt autem αἰαλκαίως non dubium eſt quin mutandum ſit in αἰαλκαίων, aut certè in αἰαλκαία. Sed ſatius fuerit in αἰαλκαίων mutare, cui vicinius eſt αἰαλκαίως: vt intelligatur, Ex neceſſariorum numero.

V. vlt.] Non dubito quin ſequenda ſit lectio quam margini adſcripſi, πῶ ὡι αὐτῷ ὁλιτρχικῶ. Non parum autem ad intelligendum hunc locum, qui longè eſt elegantiſsimus, cõferet quidam locus paginæ 550, vbi ἀρχῶ vocare videtur quod hîc τὸ ὁλιτρχικόν: vbi ſcribit, καὶ πῶ ὡι αὐτῷ ἀρχῶ παρέδωκε τῷ μέσῳ πε καὶ φιλοτείχῳ καὶ συμμειδεῖ. Tali autem loquendi forma dicitur & libro ſequente, pag. 575, circa finem, ἐκεῖνον ὃς αὖ αὐτῷ μάλιστα αὐτὸς ὡι αὐτῷ μέγιστον καὶ πλεῖστον ὡι τῇ ψυχῇ τύραννον ἔχει. Quinetiam pag. 577, circa finem, legimus, ἡ τυραννουμένη ψυχή.

P. 562. v. Θ· Θῦπε] Non dubito quin ſcribendum ſit γίγνεσθαι ὑπὸ πλουτε.

P. 568. v. πθύονται] Quum præcedat συγχωροῦσιν, ſcribendum eſſe dico ὅτι οὐ πᾶσα δεχόμεθα.

P. 575. v. ὑπὸ] Non malè videtur legi ὑπὸ, licet non itidem ὑπὸ ſed ἀπὸ præcedat.

V. πλεῖστον] De hac Platonica loquendi forma lege annotationem, vel potius vnam ex annotationibus in paginam 559.

V. πάλαι] Deeſſe videtur particula ὡς, ſiue ὥςπερ, ante κρῆτες: quanquam & ita poni φασὶ abſque ὡς vel ὥςπερ, exiſtimo.

P. 578. v. αὖ] Ideo exiſtimaui deeſſe huic loco (nimirum ante τυραννικὸς) negatiuam particulam, quia poſtquam illa de tyrannico homine finita eſt diſſertatio, hic non aſſentitur alteri dicenti illum tyrãnicum longè omnium eſſe miſerrimũ: ſed ſe aliũ velle proponere dicit qui illo ſit miſerior. Interrogatus quiſnã ille ſit, reſpõdet, eſſe eũ qui quãuis tyrannico ingenio minimè præditus ſit, tyrannidem exercere cogitur. At ſi diceret τυραννικὸς ὤν, non autem μὴ τυραννικὸς ὤν, de eodem loqui videretur de quo alter modò loquutus fuerat, quum tamen ſe de alio loqui velle oſtendat. Locus tamen quidã in iis quæ ſequuntur, lectionem alteram videri cuipiam poſsit vtcũque defendere. quod ſi ita eſt, dicendum fuerit vtrunque quidem eſſe τυραννικὸν, ſed diſcrimen in eo eſſe quòd alter nõ ſponte tyrannidem capeſſat, ſed coactus.

P. 579. v. αἰαλκ.] Malim αὖ τοῦ δούλων.

V. μᾶλλον] Scio multos ὡι παυῖ κακῷ legendum exiſtimaturos: ſed mihi videor & alibi talem genitiuum inueniſſe.

V. ἦν, ἔφη] Nõ eſſe vnde pẽdeant hi dativi τοῖς Θιούπις κακοῖς, iam admonui in iis quæ margini adſcripſi: vbi etiam dixi videndum eſſe an legere oporteat ὀπὶ τοῖς Θιούπις, vel ὡσεὶ τοῖς Θιούπις. Nunc autem addo aliam coniecturam, quę eundem quidem ſenſum efficit, ſed ob maiorem mutationem audacior videri queat: vt nimirum legatur, τοῦ Θιούτων καὶ κῶν πλείω καρπῦται.

V. λιτθυόμωρος] Rectius (vt opinor) ſcriberetur, οἷον νωῦ δὴ &c. Loquitur autem de priore illo, de quo dictum fuerat, μακρῷ ἀθλιώτατον εἶ τοῦ ἄλλων: quo alium eſſe ἀθλιώτερον, dictum poſtea fuit.

V. πασιν] Non debẽt fortaſſis ſuperlatiui ὁμοιότατα & ἀληθέστατα cum παντάπασιν iungi.

P. 581. v. ἡγεῖται] Scribo ὅ,τι: & implicita eſſe verba puto, non aliter intelligens quàm ſi ita collocata eſſent, κατὰ δὴ καὶ φυλαρέαν οἰόμενος μάθημα, ὅ,τι μὴ ἐμοὶ φέροι. Sic autem & alibi φλυαρέας appellatione vtitur.

P. 582. v. μᾶλλον] Non puto deſiderari aut ſubaudiendam relinqui particulam πῶ: ſed intelligendum eſſe, ἐ ἢ τοῦ φιλοθύμου διαφέρει, hoc verbum διαφέρει ex præcedentibus repetendo. Poſſet autem fortaſsis & ita legi, ἡ δὲ; τοῦ φιλοπόμου; ſubaudiendo itidem διαφέρει: quaſi dicat ἐ δέ; πότερον ὥςπερ τοῦ φιλοκερδοῦς, οὕτω καὶ τοῦ φιλοθύμου διαφέρει; Sed tũc ἄλογα perinde fuerit acſi diceretur, An potius dicendum fuerit? vel, An contrà dicendum fuerit?

V. ἐκεῖνος] In illa Baſil. editione pro ἐμοὶ (quod in Aldina etiam eſt) legitur ἐμοιῶ: ſed

de altera illa lectione, quin genuina sit, nec præcedentia nec sequentia dubitare sinunt.

P. 584. v. ⲏ τὸν.] Rectius ὀρθὸν ὃν legetur. Sic autem ὀρθῶς pro ὀρθὸν in alio positū esse loco, in harum Annotationum principio docui.

P. 588. v. που] Non dubium est quin mendosè scriptus sit hic locus. Inuenitur autē hæc lectio diuersa, πολὺ δὲ μέγιστον ἔστω τὸ πρῶτον, ⲥ δεύτερον, τὸ δ' ὕστερον. quam lectionem sequendo, expungenda fuerit vox δεύτερον quæ est in priore loco. At verò Fic. locum hunc ita vertit, Et amplissimū quidē primum sit, angustius verò secundum atque tertium.

P. 589. v. ὁ ἀνὴρ] Vide annon scribere satius sit ἐσκαπέστερος.

P. 590. v. αὖ δωῶ.] Scribendum est potius αὐτῷ.

V. θωπεύματα] Quum præcedat, ὥσπερ μὴ αὖ δωώσαθαι, quid verbum δωώσηται hîc agit?

V. αὐτῷ] Non ἐφεστῶτες sed ἐφεστῶτα scriptū ab ipso autore fuisse existimo, participium ἔχοντες repeti volente.

P. 591. v. καὶ πότε] Se non ἀφίεμεν, sed ἀφᾶμεν legisse aut certè legendum putauisse ostendit in sua interpretatione Ficinus.

P. 595. v. πρὸς ὑμᾶς] Non εἰρῆσθαι, sed εἰρήσθω, legitur apud Eusebium, afferentem hunc locū: sed ex iis quæ antea protuli exemplis huius generis loquendi, scribendum esse εἰρῆσθαι cōstat. Neque tamē mirum est interim si deprauatum non illic solùm sed alibi etiā fuit, vtpote multis insolens & peregrinum.

P. 596. v. διμηθ.] In præced. edit. scriptum est καταμάνεται: cuius vocabuli quidam sequētes vestigia, substituendum putauerunt καταμανθάνεται: sed multo est aptior vet. exempl. lectio, καταφάνεται.

P. 597. v. των] Quidam vet. τούτων.

V. σαθαι] Affertur & alia lectio ἢ ἕνα ἄλλον: sed alteram, quæ habet interrogationem, retinendam esse ostendit etiam responsio, Οὐδένα. Quanuis autem hæc ἢ ἕνα ἄλλον & ἢ ἕνα ἄλλον, non aliter quàm accentu differant, quod ad scripturam attinet, valde tamen diuersum sensum efficiunt. Nam ἢ ἕνα ἄλλον esset dubitantis, & alium quempiam non minus existimantis potuisse idem efficere (quod ineptè subiungeretur post illa verba, ἰὼ φαῖμεν ἄν, ὡς ἐγὼμαι, θεὸν ἐργάσασθαι) at verò ἢ ἕνα ἄλλον, est existimantis non debere alium censeri eius autorem. Quasi dicat, Alioqui enim, quem, nisi deum, illam fecisse diceremus? Quòd si scriberetur, ἢ τινὰ ἄλλον, subiuncta interrogationis nota, sensus esset, An alium quempiam? sub. censes eam fecisse?

P. 599. v. παιδείας] Apud Euseb. scriptū est ἀνθρώπων: nec dubium est quin ita scribendum sit, quum etiam paulo post dicatur παιδεύειν ἀνθρώπους.

P. 601. v. ἴσθι δὴ] In præc. edit. ὁ scriptum est ante μιμητὴς: quam lectionem sequendo, hæc velut per parenthesin dicerentur, ὁ μιμητὴς φαμέν. Locus autem in quo id dictum fuit, est in fine paginæ præcedentis, πάντας τοὺς ποιητικοὺς, μιμητὰς εἰδώλων ἀρετῆς εἶ).

P. 602. v. εἶεις] Malo ποιήσῃ, quod margini est adscriptum. Sic enim & pag. sequēte, ἡ δὲ τοῦ ποιήσεως μιμητικὴ. & initio pag. 605, ὁ δὴ μιμητικὸς ποιητής.

P. 605. v. κέγε] Affertur alia lectio, ἀρέσκειν πέφυκεν: sed parum huic adhibeo fidei, quòd iam habeamus πέφυκε, in versu qui proximè præcedit. Alioqui suspectum mihi esse πέπηχθ, non dissimulaui in iis quæ margini adscripsi.

V. ἔοὖτ'] Pro ᾠρέφει Ficinus quoq; legit ᾠρεφει: quod substituendum censeo.

P. 606. v. λίθοις] Quod margini adscriptum est ἀπολαύειν, scriptum est, licet mendosè, vt in Ald. editione. Qua de re moneo, nequis typographicum mendum esse arbitretur.

P. 607. v. μὴν] Alia lectio affertur pro ἤρει, nimirum ἤτει. sed & alibi ὁ λογος αἱρεῖ inuenitur. In quodam tamen huius philosophi loco, pro ὁ λόγος αἱρεῖ, legebatur antea ὁ λόγος ἐρεῖ. Quinetiā libro De leg. 2, pag. 663, vbi hæc nostra editio (sicut Aldina & Basil.) habet ὡς καὶ ταῦ αὐτὸ ἤρηκ' ὁ λόγος ἔχειν, in Louanienſi eodem errore scriptū est εἴρηκ' ὁ λόγος ἔχειν. Sed λόγος αἱρεῖ, cum accusatiuo pronominis, vt in isto quo de agitur loco, multo rarius est.

V. λεγέτ.] Scribendum puto, οἱ ποτέ τιν ἐξαθένησε.

P. 614. v. ληφῶς] Non dubito quin ἀκοῦσαι ex præcedente versu irrepserit, expungendúmque sit: quum elegans hæc sit simúlque ὠφελὴς oratio, ἑκάτερος ἀπειληφὼς ἢ ἔδει τὸ τοῦ λόγου ὀφελόμενα.

V. πως] In Ald. quidem exempl. mendosè scriptum est δέγκελθύειν τὸ οἱ ἀκούειν τε &c. sed hoc mendum statim in oculos incurrit: at in Basil. editione, non minore errore, sed minus (primo saltem aspectu) aperto, est scriptum, δέγκελθύειν τὸ οἱ ἀκούειν τε &c. Qui autem Aldinam lectionē ibi sic mutarunt, duobus modis, dum emendare illam vellent, peccarunt: primùm, quòd verbo Græcis scriptoribus ignoto vti Platonem voluerint (quanuis enim κελθύω dicatur, in cōpositione tamen non δέγκελθύω sed δέγκελθύομαι est in vsu) deinde articulo τὸ locum qui nullo modo ei conuenire potest dederint. Quanto igitur satius erat Aldinam lectionem retinere, quæ illius quam esse sinceram manifestum est, vestigia retinet? quis enim in lingua Græca aliquantum exercitatus non videat, ex δέγκελθύειν τὸ οἱ faciendum esse δέγκελθύοιντο οἱ? Nec verò hîc tātùm sed aliis pleriſque in locis editio illa Basilienſis errores Aldinos, dum emēdare vellet, eorum loco alios occultiores ideóque periculosiores substituit. Cæterùm quanuis lectio illa vocari in dubium non possit, δέγκελθύοιντο οἱ, tamen quidam ex Aldina & Basilienſi quandam tertiam fecit, δέγκελθύειν οἱ, animaduertēs quidem articulum τὸ ibi ferri non posse, sed vnde irrepsisset, id verò nō perspiciens. In eo porro quod dico, δέγκελθύειν apud Græcos scriptores non extare, tiuiales excipiendos censeo: non quòd tamen apud quenquam illorum me id legere meminerim, sed quòd puri sermonis Græci consuetudinem illos sæpe negligere aut etiam ignorare non sim nescius.

V. πω] Alia inuenitur lectio, quam sequendam censeo, vel potius quam sequi necesse est: ὁ ἐξῆν δὴ τοῦτ' ἢ καθ' ἕτερον μοῦ τὸ χάσμα &c. dicet enim mox, κᾆτ' ἐκ τὸ ἕτερον, ἐκ μοῦ τοῦ &c.

P. 620. v. αὖτως] In quodam vet. inter ὁ & λαχοῦσαν scriptus est accusatiuus δεύτερον: quem tamen Eusebius non agnoscit.

V. εἰεῖσαν] Non ἰδιώτου ἀπραγμονος, sed ἰδιώτου καὶ ἀπραγμονος apud eundem legitur: quæ mihi lectio multo magis arridet.

V. ἐπειδὴ] Non hîc solùm inuenitur ἐπειδὴ cum infinitiuo (ne quis hunc locum mendi suspectū habeat) sed aliquot aliis locis: ex quibus

vnum exhibebit dialogus qui Sympoſium eſt inſcriptus, pag. 174, Tomi tertii, ἐπειδὴ ὃ γενέσθαι ὅλη τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, &c.

P. 621. Ἀ Α Α. v.] Ne hãc quidem loquendi formam, αὖ ἐμοὶ πιθώμεθα, exemplo apud hunc ſcriptorem carere ſcio: idcóque minimè ſuſpectam habeo.

P. 624. v. ὑμῖν] Legitur etiã ἡμῖν: ſed rectius ὑμῖν, quod hîc ſonat Veſtro iudicio.

V. κεἰ.] Ante vel poſt φάναι opus eſt particula αὖ, vt ſignificare poſſit Dicturos eſſe.

V. ἐκείνου] Ne ſuſpectus ſit hic locus facit alius in hoc ipſo libro, vbi legitur, ὑμῖν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν.

P. 626. v. κωδώνων] Mutandum eſt fortaſſe γίγνεσθαι in γίγνεται: niſi φιλεῖ, vel ἔωθε, vel aliud quodpiam verbum ante illum infinitiuum omiſſum eſſe dicamus. nam quod ex præcedentibus ſubaudiri queat nihil video. Imò verò (dicet fortaſſe quiſpiam) ſubaudiri poteſt αὐδυρήσῃς, ex longiculo interuallo repetitum. At ego ne repeti poſſit obſtare puto quæ interiecta ſunt, mutata etiam facie orationis: præſertim quum hęc, πάντα ὃ ἔφη νικωμένων &c. cum proximè præcedentibus cohæreant, & veluti ex illis pendeant: perinde acſi dictum eſſet, ὡς ἡττάλλων οὐδενὸς οὐδὲν ὄφελος ὤν, (&c.) αὖ μὴ ταῖς πολεμω ἄρα κρατῇ ἢ ς· πάντα ὃ ἔφη νικωμένων ἀγαθὰ, ἡττῶ νικώντων, γιγνόμενα. pro ὡς πάντων γιγνομένων, ſicut οὐδὲν ὂν pro οὐδενὸς ὄντος, præceſſit. atque adeo hæc lectio (ſi à noſtra diſcedamus) non minus quàm illæ à me in principio huius annotationis propoſitæ, recipi poſſe videtur. Tale porro huius loci examen lectori ad alios etiam quãplurimos proderit.

P. 627. v. νον ααφ.] Malim ex vet. ὡς ἔποτε πολῖται &c. ſimúlque expungi velim καὶ paulo pòſt ante ἴσαν.

V. vlt.] Particulam μήτε in μήποτε mutandam cenſeo, quum nihil ſit quod illi aptè ſubiungatur.

P. 628. v. ποτε] Vox iſta πολιτικὸς ex vet. exẽpl. ſumpta eſt: à quibus tamen fortaſſe diſſentiendum potius hoc in loco fuit, retinendo πολεμικός. Quinetiam poſt ὀρθῶς, quàm ante, malim interpungere.

P. 629. v. ὠκωῦ] Vide annon potius ſcribẽdum ſit οὔκουν.

V. vlt.] Inuenitur etiam ὁμολογῶ ſequente interrogationis nota.

P. 630. v. διαβ.] Ne miretur lector iſtud vocabulum, ipſum quoque Tyrtæi eſſe ſciat, canentis,

Ἀλλὰ ἴὼς θὺ βήσας μυέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι,
Στιβαρῇσι δὴ χερσὶ, χίλιος ὀδὺσσι δακών.

Vtitur verò idem poëta illo participio ſolo etiam (id eſt, abſque particula δὴ) vbi canit,

Ξυνὸν δ' ἐσθλὸν ὅτε πόλεί τε παντί τε δήμῳ,
Ὅστις αἰὴρ βήσεται ἐν προμάχοισι μένῃ Νωλεμέως.

V. λος] Niſi dicamus ſcribendum, οὐ πρὸς ἄλλο ἢ πρὸς τὸ μεγίστω &c. in vno eodémque loco duæ erunt participii βλέπων conſtructiones. Sed præpoſitioni πρὸς id iungit paulo etiã póſt: inferius autem, præpoſitioni εἰς.

V. πέρ γε] Poſt δεῖας aut deeſſe aut relinqui ſubaudiendum πολιτείας fatendum eſt: illud verò potius quàm hoc dixerim.

P. 632. v. λύσῃς] Fortaſſe καθ' eſt ſcribendũ, quod ſit pro ἢ εἶπε. In præcedente autem verſu ante πᾶσι δύοιν ſubaudire oportet præpoſitionem ἐν: quam alioqui omiſſam eſſe nõ immeritò quis ſuſpicetur.

V. ἑκάσων] Legitur etiam ἑκάσοι: in ſuperioribus autem edit. ἑκασος.

V. πειθέσθω] Nónne τῷ νόμῳ vel τοῖς νόμοις ſcribendum eſſe dicendum eſt?

P. 633. v. ρκ. πτ.] Ante Τέταρτον inuenitur nõtata perſona Athenienſis, & ante ἔπειτα perſona Megilli.

P. 634. v. ἀμφ.] Hic locus eſt cuius exemplo confirmari poſſe dixi lectionem illam initio huius libri, ταῖς πόλεσιν ὑμῶν. In iis autem quæ proximè ſequuntur non puto Ficinum legiſſe χυόμβα, ſed χώνια (quod hîc rectè redditur) confudiſſe cum χυούμβα: ſicut antea illum χευστέον à χέω, malè interpretatum eſſe monui, tanquam à χέομαι.

P. 636. v. Θουρ.] Alia etiam eſt huius loci lectio, παλαιῶν νόμων δοκεῖ &c.

P. 637. v. που] Suſpicor ſcriptum fuiſſe αἰεῖται, ea forma qua quædam impẽrſonaliter dicuntur: perinde acſi ita loquutus eſſet, ὅπου ἄνεσίς ἐστι, vel, ὅ που βίος ἀειμβύος ἐστί.

P. 638. v. γύναιά τε] Quidam hunc locum perinde videtur intellexiſſe acſi Plato ſcripſiſſet, διὸ φανερῶς ὅρον ἔθυμεν οὐκ αἴ ποτε λέγομεν ἀναμφισβήτητον (vel ἀναμφισβήτητον) τῷ καλῶν ἥδιστα θυμάτων ἢ μὴ, νίκην τε ἢ ἥτταν λογους μάχης. Sed non video quid obſtet quominus lectioni noſtræ acquieſcamus. Quod autem attinet ad βλέποντες, quod margini adſcriptum eſt pro λέγοντες, illud certè quàm hoc malim: & Fic. quoque illam non hanc lectionem ſequitur: qui hunc locum ita vertit, Quare non certum ſed ambiguum argumentum ingnúmque de honeſtis officiis & cõtrariis in vita ſumemus, ſi ad victoriam belli fugámque reſpexerimus, præſertim quum minores ciuitates &c.

P. 640. v. Κ Α. Τ/] Videtur rectius ſcriptum iri ζημή: Eiuſdem tamen erroris & alii multi loci ſuſpecti eſſe poſſunt, niſi ζημιῶ poni etiam pro ζημή dicamus.

V. φοντα] Legitur etiam καθεσάναι, eodem manente ſenſu.

V. φοιτα] In quodam vet. αὐτῷ τῷ πράγματι.

P. 641. v. δὲς] Elegãtius eſt quod habet vet. liber, ὕστατ' ἤδη.

V. νὸς] Vide an malis βεαχὺ τῇ πόλει, vt in vet.

P. 642. v. νοι] In præced. edit. magno errore ſcriptum eſt ἄνοια pro δύνοια. In iiſdem clauditur ſententia ſeu periodus poſt πάλιν, quum ibi τελεία ſtigme ponatur: at ego hypoſtigmen tantùm poſui, quoniam alioqui ſuſpenſa poſt illos dictiuos πᾶσι τοῖς παισὶ maneret oratio: poſt quos ſubaudiẽ ſum eſt ἐγγίνεται, ſumptum ex ſequẽte ἐγγένοιτ'. Sed vereor ne ἡμῶν quod eſt poſt ἕκαστον expungere oporteat, quum turbare potius orationem quàm illi vſum aliquem præbere videatur.

P. 643. v. πράγμ.] Videtur fuiſſe dicendum ἐν τοῖς πράγμασι ἑκάστου πεφυκόσιν. Niſi putemus illa poſſe ita intelligi acſi dictum eſſet ἐν ἑκάστοις τοῖς τοῦ πράγματος πεφυκόσι.

V. χεἰ θύπο] Niſi parentheſi includamus hęc verba ὅσαπερ εἶπον, inepta erit peritſſologia, quũ ſequatur τὸ λεχθέν. Refertur autem ὅσαπερ εἶπον ad illa verba εἰ ἀρέσκει: quoniam antea dixit, circa huius pag. principium, σκέψασθε αὖ εἰ ἀρέσκει τὸ λεχθέν. De tali autem vſu horum verborum, ὅσαπερ εἶπον, & ὅσαπερ λέγω, ſiue ὃ λέγω, dictum antea fuit.

V. παῖ] Vel, ὀνειδίζοντες ἢ ἐπαγανοῦντες ἑκάστων παῖδας ἢ φαῦλα.

V. ὁπόσοι]

V. ὠίοπ] Si lectionem hãc retineamus, εἴς τε καπνιλείας, cum hoc genitiuo, ſicut & ſequentibus, videtur fore ſubaudiendus accuſatiuus τέχνιν.

P. 646. v. vlt.] Mutandum puto præſens δοξάζεσθαι in futurum δοξάσεσθαι, aut δοξασθήσεσθαι.

P. 647. v. primo. Articulus τὸν expũgẽdus & hîc videri poſſet (ne diceretur ὃν τὸν φόβον pro ὃν φόβον) niſi talis pleonaſmi eius alia apud hunc ipſum ſcriptorem extarẽt exempla. Qua etiam de re antea monui.

P. 658. v. πάμπολυ] Interpungendo poſt ἔπη, ita accipietur τὸ μετὰ ταῦτα vt antea quoque accipiendum eſſe monui.

P. 660. πλουτῇ] Hæc ἐπεὶ δ' ἄρα πλουτῇ μὲν Κινύρα τε καὶ Μίδας μᾶλλον, ſumpta ſunt ex Tyrtæo, non tamen ea quæ proximè ſequuntur, vbi eſt ὃ quæ illi μὲν reſpondet, ἦ δ' ἄδικος, ἄθλιός τ' ὢν καὶ ἀνιαρῶς ζῇ. Tyrtæi igitur verba ad id de quo agit accommodat, & priùs quidem quàm eius mentionem fecerit. Statim poſt autem, mentionem eius faciens, primum poematii cuiuſdam verſum affert, alia deinde ex eiuſdem principio non ſeruatis numeris interſerens, rurſumque eius verba ad ſuum ſermonem accommodans. nam quũ dicit, ὃς μὴ πάντα ταῦτ' λογισθῇ καλὰ μετὰ δικαιοσύνης παρέσθαι καὶ κτῆσθαι, addit de ſuo illa, μετὰ δικαιοσύνης: & ſubiungens, ἄδικος δ' ὤν, μήτε ταλαιφρανῶν φόνον αἱματόεντα, adiicit illa, ἄδικος δ' ὤν. Sed ſatius fuerit, opinor, pulcherrimos illius poetæ verſus afferre, vt quæ à Platone inde ſumuntur, poſſint cum iis conferri. Audi igitur:

Οὔτ' ἂν μιμησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην,
Οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαισμοσύνης·
Οὐδ' εἰ κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε,
Νικῴη δὲ θέων Θρηίκιον Βορέην·
Οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη,
Γλουτοῖσιν δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω πλέον·
Οὐδ' εἰ Ταντα λίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη,
Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι·
Οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θυμαλγέος αἰκῆς.
Οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,
Εἰ μὴ τετληώη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα,
Καὶ δηίων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἰστάμενος.

Ludit igitur hic quem Plato inducit ita detorquentem aliò quæ à Tyrtæo de fortitudine dicuntur, quam in verſu proximè ſequente, appellatione generis vtens, θρέπτιλλον nominat.

P. 663. v. δίκου] Non ἑαυτῆς, (quod nullum hîc locum habet) ſed αὐτῴπου ſcriptum fuiſſe ſuſpicor, & quidem compendiaria ſcriptura: hoc modo nimirum, αὐοῦ: ſicut ἄνος pro αὐτῷπος in vet. libris ſæpe occurrit, itidémque in cæteris caſibus ſeruatur eadem forma compendii: quod & in Ald. editione alicubi viſitur. Facilis autem fuerat ex αὐοῦ in αὐτῆς, ex hoc deinde in ἑαυτῆς, lapſus.

P. 664. v. primo, ὡς videri poſſit expungendum: & à Ficino quidem certè non agnoſcitur, qui refert ὅπῃχρῆ ad νομοθέτου: ſed ſciendum eſt, nõ aliter debere intelligi hunc locum quàm ſi dictum eſſet, μέγα γὰρ δεῖ νομοθέτῃ παράδειγμα τοῦ πείσειν ἕνα ἕκαστον, ἢ αὖ ὅπῃχρῆ πείθειν &c. atque hũc illius voculę ὡς vſum exẽplo minimè carere. Senſus igitur erit, Quod ille fecit vt res adeo abſurda & incredibilis fidem impetraret, exemplo eſt legiſlatori, poſſe quempiam animis iuuenum quicquid velit perſuadere.

P. 665. v. μων τοῖς] Non puto ſcripſiſſe Platonem καὶ ἡδονῶ, ſed potius τῆς ἡδονῆς, iungentem cum ἀπλησίαν, ἡδονῆς verò cum ὕμνων. Sic autem legendo, ita intelligendus hic eſſet locus acſi dictum eſſet, ἀπλησίαν ἡδονῆς τῆς ἐν τοῖς ὕμνων.

P. 667. v. ἑκάστοτε] Ex ἑκάστοτε lubenter fecerim ἑκάστων, quod iungatur cũ τοῖς τοὺς φερομένων. Niſi fortè dicendum ſit deeſſe articulum τὸ ante ὑγιεινὸν, & τὸ ὑγιεινὸν cum genit. τῶν τοὺς φερομένων, ſubſtantiui vſum habere. Pro ἰῶ autem, quod præcedit tertio abhinc verſu, ante accuſ. ἡδονῶ, iegitur etiam ἰῶν: quod nullũ hîc locũ, vt opinor, habere poteſt: quum ſubaudiendum ſit παραγορεύομεν (ex præcedente παρεσόμεθα) cum illis accuſatiuis ὀρθότητα & ὠφελείαν: perinde acſi diceret, Quod autem attinet ad ea quæ vocamus ὀρθότητα & ὠφελειαν.

P. 670. v. ὡς ἔοικεν] Non plurali αὐτὰ ſed ſingulari αὐτὸ opus hîc eſſe arbitror.

P. 671. v. κης] Pro vocula εἰ, quæ hîc nobis negotium facceſſit, ſubſtituendum puto aduerbium ἀεὶ, quod apud Euſebium extat: ſicut & ἔτι μᾶλλον pro ὄντι μᾶλλον: item γιγόμενος, pro γιγνόμενος. vetùm in his duabus lectionibus non itidem ſequendum eſſe illum puto, præſertímque in poſteriore. De hoc quoque moneo, verba hæc, παρεῖσθαι τῆς πόσεως, interpunctione vtrinque poſita à præcedentibus & ſequentibus eſſe ſeparanda.

V. τοῖς τιῶ] Non γιγνομένων ſed λεγομένων habet idem.

P. 672. v. τες] De hac lectione ἀφηρῆντο οἱ νήφοντες, quæ ſubſtituta fuit in locum huius, ἀφίκοιντο οἱ νήφοντες, dubitare nos non ſinit hic paginæ præcedentis locus, ὡς ἀπορρύοις καὶ νήφοντας, τοῖς μὴ νηφόντων ὀραπτηρίς.

P. 674. v. ἀλλ'] Apud eundem eſt ὑδροποσίας.

P. 677. v. καμὸν] Pro ὁμοιοῶ ου affertur alia lectio, ὁτῳοῶ abſque ου: ego verò libenter retinuerim ὁμοιοῶ, ſed itidem abſq; τὸ, vt in quodam vet. legitur. Agnoſcit tamẽ & Fic. ὁτῳοῶ.

V. ἄρα] Poſt πότε inuenitur ſcriptum δῆλόν γε: quæ verba niſi addantur, ſuſpenſa poſt ὅτι manet oratio. Cæterùm apud Fic. hæc dicuntur à Clinia, ὅτι μὲν δὴ &c. qui (legens etiam ὁτῳοῶ) totum hunc locum ita reddit, Quomodo enim, ô vir optime, ſi hæc in ſempiternum ita ſe vt modo habentia permanſiſſent, nouum quicquam alicui eſſet inuentum? C L. Nempe quia innumerabilis quædã multitudo annorum ignorabatur ab illis. mille autẽ anni vel duo millia interceſſere ex quo &c.

V. οὕτω] Legitur etiam λέγομεν. de qua lectione dicetur & in proximè ſequente annotatione.

P. 678. v. Α Θ.] Hîc οἰόμεθα, at decimo huius paginę verſu οἰώμεθα præcedente ἄρα: in quarto autem verſu, rurſus οἰόμεθα in modo indicatiuo, præcedente tamen itidem ἄρα. Ego vbique eodem eſſe legendum modo exiſtimo, nimirum vel οἰώμεθα, vel οἰόμεθα: quanuis ſubiunctiuum τῇ διαπρησις iunctæ interrogationi conuenire nõ ignorem. Sic autẽ in fine pag. præcedentis duplex eſt lectio, & λέγομεν & λεγόμεν.

P. 679. v. τοὺ πάλιν] Inuenitur etiã αὖτε pro αὖτις.

P. 680. v. Κ Λ. Καλῶς] Non à Clinia ſed à Megillo dicitur Καλῶς in quibuſdam libris, quos & Fic. ſequutus eſt. Sic verò & in iis quæ ſuperſunt in hac pagina, necnon in duabus ſequentibus, 681 & 682, quæ à Clinia dicuntur,

in illis Megillo tribuuntur.

P. 681. v. ἀρέσκειν] Deesse vocem προφάσεις post vel ante ἑκάστοις persuasum habeo, quum sequatur, ὅτι ἦν ἄλλων, ὑστέροις.

P. 683. v. ἐξ ὧν] Nisi pro ἐξὰ legamus ἔξα, dicendum est esse ita loquutum ἐλλειπτικῶς, relinquendo verba quæpiam subaudienda in fine huius periodi: cuiusmodi fuerint hæc, ἀγαπητὸν ἔδοξε. Ita certè Fic. vertit quasi illa aut illis ἰσοδυνάμια inuenerit in aliquo exemplari, aut subaudiuerit. Vertit enim, Ex quibus omnibus si intelligere potuerimus quid bene vel contrà in habitatione sit institutum, & quænam leges ipsorum conseruant ea quæ conseruantur, & quæ corrupta corrumpunt, & qualis institutionum ciuilium commutatio beatam, ô Megille & Clinia, efficit ciuitatem, satis nobis factum putabimus.

V. χάδειν] Post χάμεσινὰ non placuit interpungere, quòd εἰς τὰ χάμεσινὰ necesse sit iungi cum τρεπομένου. quanuis (inquit) ea sit dies qua sol ab æstiuis ad hyemalia se conuertit.

P. 686. v. ὡς ἔοικε] Legendum est, meo quidem iudicio, πλὴν οὔπερ εἴπομεν νῦν δὴ σμικροῦ μέρους: vel, si retinere velimus ὥσπερ, ita scribendum, πλὴν (ὥσπερ εἴπομεν νῦν δὴ) σμικροῦ μέρους. &c.

V. δῆ γε] Alius est locus qui quū suspectus meritò esse videretur, ab hoc confirmatur, habente itidem ἐχόντως νοῦν pro νουνεχόντως.

P. 689. v. ἦπται] In vno vet. scriptum est, ὅταν ἀρχοισι καὶ νόμοις μὴ πείθηται τὸ πλῆθος, ζωπὸν· καὶ δὴ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς, ὁπόταν &c. sed nostra lectio retinenda est, vt ζωπὸν, à quo alterum orationis mẽbrum incipit, aduerbialiter ponatur, pro κατὰ ζωπόν: sicut lib. 4. pag. 713, ζωπὸν ἄρα καὶ ὁ θεὸς δὴ καὶ φιλανθρωπος ὤν, &c. quã significationẽ agnoscens & Fic. vertit Similiter.

P. 690. v. ἄμεινον] Post ὄν ponenda fortasse fuerit hypostigme, vt non aliter intelligamus quàm si dictum esset, πότε τὸ μέτριον, ἄμεινον ὄν, ἡγήσατο πλέον τοῦ ἀμέτρου, χείρονος ὄντος.

P. 694. v. πάντα] Magnum errorem (ni fallor) vnius literæ mutatione, ex hoc loco eximam, substituendo videlicet ἐπέδωκεν pro ἀπέδωκεν: inter quæ verba, alioqui scriptura adeo similia, magnum fuerit significationis discrimen. Quanto autem sit huic loco aptior significatio verbi ἐπέδωκεν quàm alterius ἀπέδωκεν, te lector, mecum velim expendere. Persæ (inquit) quum sub Cyro maiorem seruitutis & libertatis mediocritatem tenerent, liberi primùm ipsi, deinde aliorum multorum domini extiterunt. Nam quum imperantes libertatis participes facerent eos quibus imperabant, & quandam iuris æquabilitatem illis tribuerent, magis amici ducibus milites, & ad subeunda pericula prompti erant. Quinetiam siquis inter eos prudentia valebat, & consilium dare poterat, ab eo communis facultas prudentiæ in medium afferebatur, quum rex minimè inuidus esset, sed loquendi libertatem concederet, atque adeo illos qui aliquid consilii dare ipsi possent honoraret. Hæc autem postquam commemorauit, tandem addit, καὶ πάντα δὴ τότε ἐπέδωκεν αὐτοῖς (vt quidem lego) δι' ἐλευθερίαν &c. Id est, Tunc igitur illis omnia progressus habuerunt, propter libertatem amicitiámque & mentis communionem. At Fic. ita. Cuncta igitur tunc illis libertate, amicitia, mentísque communione facilia reddidit. In qua interpretatione illi alteri verbo ἀπέδωκεν nouam quandam tribuit significationem, & huic loco tamen, præ illa quam habet verbum ἐπέδωκεν, parum conuenientem. Potest autẽ hoc & aliter exponi, manente tamen eodem sensu. nam πάντα ἐπέδωκεν reddere etiam liceat, Melior fuit illis rerum omniũ suarũ status: vel, Omnia illis incrementum ceperunt: vel, In rebus omnibus promouerunt: vel, Suas res omnes in melius prouexerunt. Hæc est mea de loci huius emendatione sententia: quam confirmare videtur etiam quod sequitur ἀπώλετο, velut illi ἐπέδωκεν oppositum. Cæterùm τοῦ κοινωνίαν (vt de hoc quoque obiter moneam) audaculo genere loquendi vtens, vocat quod dixit κοινωνὸν τῷ τοῦ φρονεῖν δυνάμεν: ego, vt illud repræsentarem, vẽrti, Mentis communionem: quum alioqui dicere possem, Prudentiæ communionem, aut Prudentium consiliorum communionem. Iam verò quod hîc dicit ὅπῃ τὸ ἴσον ἄγειν, aliquanto pòst dicet ἰσότητα ἢ κατὰ κοινωνίαν εἰσφέρειν. Iam verò & quod ad verba illa attinet, quæ, Græcorum verborum vestigiis insistens, ita sum interpretatus, Quum sub Cyro maiorem seruitutis & libertatis mediocritatem tenerent: eorum velut expositionem habes in principio pag. 698. nam ei quod hîc vocatur τὸ μέτριον δουλείας τε καὶ ἐλευθερίας possumus dicere opponi quam ibi appellat πολὺ σφόδρα δουλείαν τε καὶ δεσποτείαν.

V. λιν] Apud Gellium scriptum est ὀρθῶς, libri 14. cap. 3, cuius initium est, Qui de Xenophontis Platonísque vita & moribus pleraque omnia exquisitissimè scripsere, non abfuisse ab eis motus quosdam tacitos & occultos simultatis æmulationísque mutuæ putauere. Aliquanto post enim hæc subiungit, Id etiam esse non sinceræ neque amicæ voluntatis indicium crediderunt, quòd Xenophon inclyto illi operi Platonis quod de optimo statu reipubl. ciuitatísque administrandæ scriptum est, lectis ex eo duobus ferè libris, qui primi in vulgus exierant, opposuit contrà conscripsítque diuersum regiæ administrationis genus, quod παιδείας Κυρου inscriptum est. Eo facto scriptóque eius vsqueadeo permotum esse Platonem ferunt, vt quodam in libro, mentione Cyri regis habita, retractandi leuandíq; eius operis gratia, virum quidem Cyrum nauum & strenuum fuisse dixerit, παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἥφθαι προσῳκάπαν. Hæc enim verba sunt de Cyro Platonis. Hactenus Aulus Gellius, siue (vt nunc à quibusdam vocandus creditur) Agellius: qui certè fieri potest vt ita scripserit, οὐκ ὀρθῶς, quum in exemplar quod hanc lectionem haberet, incidisset: sed ego quandam esse παιδείαν dico quam Plato non hîc solùm sed alibi etiam vocet ὀρθὴν, & quidem duobus aliis in locis, nisi me fallit memoria. Vnũ saltem illa repræsentare potest, ex libro De republ. tertio, non procul à fine, Καὶ ἔγωγ' εἶπον, Τοῦτο μὲν οὐκ ἄξιον διϊσχυρίζεσθαι ὦ φίλε Γλαύκων· ὃ μέντοι ἐγὼ ἐλέγομεν, ἄξιον, ὅτι δεῖ αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς τυχεῖν παιδείας, ἥτις ποτ' ἔστιν, εἰ μέλλοιτο τὸ μέγιστον ἔχειν πρὸς τῷ (vel potius πρὸς τὸ, vt legendũ mihi videri, ibi admonui) ἥμερον εἶδος αὐτούς τε καὶ τῆς φυλακῆς ὧν αὐτῶν. Ex hoc certè loco (cuius scriptura minimè vocari in dubium potest) ipse quoque Gellius, vt opinor, ὀρθῆς in altero etiam legendũ esse fateretur. De hoc autẽ meritò quis ambigat an sit μνημονικὸν ipsius Gellij ἀμάρτημα, locum qui est in opere De legibus

afferentis tanquam ex opere quod ſcripſit περὶ πολιτείας, (ſicut Athenæus memoria lapſus quendam in quinto De legibus extare dicit, qui in quinto non huius ſed illius operis inuenitur) an vna eadémque appellatione comprehendi poſſe vtrunque exiſtimauerit, quòd ad rem vnam eandémque pertineant. Iam verò hæc verba, περὶ πολιτείας, ſic ab eo reddi miror, De optimo ſtatu reipubl. ciuitatíſque adminiſtrandæ: miror, inquam, illa verba ſic ab eo reddi, quòd duæ interpretationes in vnam miſceri quodammodo videãtur: quum dicendum eſſet De optimo ſtatu reipubl. vel De optimo genere adminiſtrandæ reipublicæ, ſiue De optima ratione reipubl. adminiſtrãdę. Hæc autem omnia lectori conſideranda relinquo, atque hoc in primis, an Gellium ita ſcripſiſſe veriſimile ſit. Nam ad ὀρθῶς quidem quod attinet, non abſimile vero fuerit eum in exemplar (vti dixi) incidiſſe, quod hanc lectionem haberet.

P. 695. v. παπαῖ] Non video quomodo retineri poſſit ὡς ante τοῦ Κύρου. quod tamen agnoſcit Ficinus: qui vertit, Sed te nunc iure appello Dari, qui Cyri malo commonitus non fuiſti, ſed in eiſdem Xerxem moribus educaſti, in quibus Cambyſem Cyrus nutriuerat. Sed fieri non poteſt vt hæc verba, Ὦ Δαρεῖε, εἰπεῖν ὅτι δικαίοπαν, ſignificent quod dicit, Sed te nunc iure appello Dari. In altera autem lectione, id eſt legendo ὡς, nihil eſt impeditum.

P. 696. v. τῆς ἧς] Hîc quoque (ſicut & in Ald. editione) multa Cliniæ tribuuntur, quæ in aliis exempl. Megillo adſcribuntur: & quidem initio facto ab hac interrogatione, Πῶς τοῦτο ὦ ξένε λέγεις; ea videlicet omnia quibus deinceps in hac pagina & in ſequente Cliniæ perſona præfigitur.

P. 698. v. πὶ πασῶν] Legi etiam μέζον admonui: ſed videndum annon altera lectio confirmari poſſit autoritate cuiuſdam loci qui extat pag. 694, in principio, Πέρσαι γὰρ ὅτε μὲν τὸ μέτριον μᾶλλον δουλείας τε καὶ ἐλευθερίας ἦγον ὅτε Κύρου, &c. Quid verò de his verbis ὑφ' ἑτέρων, dicemus? an aliquid mendi hîc latere ſuſpicabimur? Ego certè mendo carere puto, & Platonem ſignificare voluiſſe, Sub aliorum poteſtate, ſiue Sub aliorum dominatu.

P. 699. v. ἕνεκα] In aliis exempl. poſt verba hæc, ὃ λέγω σ' ἕνεκα, ponitur tantùm hypoſtigme, tanquam cum ſequentibus cohæreant. quod fieri tamen nullo modo poteſt, propter ὑφ. nam vt expoſitio quam & Fic. dat huic loco (hæc videlicet, Cuius autem gratia iſta dicam, videte) ei conuenire poſſet, oporteret dictũ eſſe, ὃ λέγω σ' ἕνεκα, ὁρᾶτε γὰρ, pro ὁρᾶτε γὰρ ὃ λέγω ἕνεκα, vel λέγω σ' οὗ ἕνεκα, ὁρᾶτε: quorũ neutrũ admitti poteſt. At cum præcedentibus iungendo illa verba, οὗ λέγω σ' ἕνεκα, & ſenſum aptum, & nihil ab vſitata ſermonis forma alienum habemus. οὐ γὰρ μώδων ἕνεκα (inquit) διεξέρχομαι, οὗ λέγω σ' ἕνεκα. id eſt, Non enim hæc confabulandi gratia dico, ſed ad confirmandum id de quo ſermo eſt inſtitutus.

P. 701. v. νοις] Ante hæc verba, ὅτι τὰ αὑτὰ, deeſſe crediderim ὥσπ, quod iungatur cum μὴ λῆξαι.

P. 704. v. δίοις] Quum mihi ſuſpecta eſſet hæc lectio, ἢ τοῦτο αὐτῆς, incidi in Euſebium afferentem hunc locum, & ſcribentem, κατ' αὐτῆς: ſed ne hæc quidem lectio mihi fatisfacit.

V. ὃ αὐτῆς] Apud eundem rectius ſcriptum eſt αὐτῇ: ſed dubito an à Platone adiectum fuerit aduerbium πλησίον. quid enim illo ſit opus non video. Niſi fortè dicendum ſit poſſe εἶπον vocari eam quoque ciuitatem quæ non ſit πλησίον, ſed longiculo interuallo remota.

P. 705. v. πόλεμον] Nõ malè poſt ὡς interpũgeretur, quum nõ dicatur ὡς ὅτι per pleonaſmũ, (poſitis videlicet his duabus voculis ὁπ τροχαμή λῳ) ſed ad diuerſa verba tendant: ὡς ad ἔχει, & ad ξωνεχώρουν: at ὅτι ad βλέπει. perinde acſi ita eſſent collocata verba, εἶπον ὡς καλῶς μὴ ἔχοι (ſubaudiri autẽ videtur λέγω) ὅτι εἰς ἀρετὴν βλέπει &c. οὐ ξωνεχώρουν ὃ ὅτι πρὸς μέρος &c.

P. 706. v. βαίνειν] Scribendum cenſeo coniunctim πολλαπλασίων: idémq; de aliis aliquot dico locis.

P. 710. v. Πῶς] In præced. edit. (præterquam in Louaniẽſi) hæc verba, Εἰ τύραννος &c. adſcribuntur Athenienſi, vnà cum illis, πρεσθὲς μὴ κατ' ἄλλο, & iis quæ ſequuntur: quorum poſtrema verba ſunt, ὅσῳ σ' ἐναντίον, ἐναντίως. Sed minimè dubium eſt quin contrà, hæc, Πῶς λέγεις; εἰ τύραννος γένοιτο, φὴς, νέος, &c. dicantur à Clinia: illa autem, Πρόσθες μὴ κατ' ἄλλο &c. ab alia perſona, videlicet ab Athenienſi, reſpiciente ad poſtremum Cliniæ verbum δυτυχής. quaſi dicat, ἀλλὰ κῇ δ' οἴει δεῖν αὐτὸν εἶ δυτυχῆ; πρόσθες, μὴ κατ' ἄλλο &c.

P. 713. v. μίμημα] Pro ἥλις νῷ νεῶ ἀειτοκρατεῖται, indicaui legi in vet. ἥλις νῷ νεῶ ἄειτα οἰκεῖται, & in altera non videri opus eſſe genitiuo. niſi fortè ſuſpicandum eſſet Platonem ſcripſiſſe, ἥλις ἄειτα νῷ νεῶ ἀειτοκρατεῖται. Quòd ſiquis durum putet ἄειτα, quum ſequatur ἀειτοκρατεῖται, non minus veriſimile fuerit ſcriptum ab eo fuiſſe ἥπις νῷ νεῶ βέλτιτα ἀειτοκρατεῖται. Alioqui ſi intelligamus Platonem non de quadam ariſtocratiæ præſtantia, ſed de quauis republ. loqui voluiſſe quæ ἀειτοκρατεῖται, intelligendum erit νῷ νεῶ, ex numero earum quæ hodie ſunt.

P. 720. v. vlt.] Videndũ annon potius ſcribendum ſit πλὼ τοῦ ῥωέσεως ἀρχὼ &c.

P. 727. v. πρᾴγματα] Non ἡγούμενος ſed ἡγουμένῃ & τῇ ψυχῇ legiſſe videtur Fic. Vertit quidem certè non aliter hunc locum quàm ſi eum ita ſcriptũ inueniſſet, κακὰ ἡγουμένῃ τῇ ψυχῇ ἔτι ὑπείκει. Eius verba ſunt, Nam animo exiſtimanti omnia apud manes mala eſſe, protinus aſſentitur, neque reſiſtit, docens ipſum atque redarguens, quaſi ignoret vtrum contrà, quæ apud deos inferos ſunt, omnium bonorum nobis maxima ſint.

P. 728. v. χευσὸς] Inuenitur & tertia lectio, ὡς σ' εἰπεῖν ξυλλήθδην.

V. Τοῦτ] Aliter etiam legitur hic locus, ψυχῆς οὖν ἀνθρωπίνης κτῆμα οὐκ ἔτιν ἀφυέτερον.

V. πόνημα] Magis mihi placerent comparatiui gradus, σωφρονέτερα & ἀσφαλέτερα.

P. 730. v. παγνος] Pro ἀνοϊκαὶς inuenitur etiam ſcriptum ἀλιωίοις; quę vox ſignificationem huic loco longè habet aptiſſimam. atque adeo Fic. quoque illam in ſuo exemplari vel in ſuis exempl. inuenit. vertit enim ita hũc locũ, Qualis verò quiſque quod ad ſeipſum eſſe debeat, qui optimè viuere velit, nunc iam exponamus: vt non lex, ſed laus & vituperatio ſingulos docens, reſiænet magis & obtemperantiores

ferendis legibus faciat. Sed duriuſculè (vt de hoc obiter moneam) pro τοῖς πεισθεῖσι μέλλουσι νόμοις dicit Ferendis legibus: ſignificare volēs, Legibus quæ ferentur.

V. κούσιον] In præced. edit. poſt ἀκούσιον legitur, αὖ οἷς ὧν, ἑκάτερον ζηλωτόν. In qua lectione poſſet quidem ſubaudiri Viuit, ex illo præcedente βέβιωται ſumptum: ſed tum quoque, vel ὧν ἑκάτερον ζηλωτὸν, vel ἑκάτερον ἢ ζηλωτόν, legendum videretur. Ideo longè præferenda eſt altera lectio, ὅτῳ δὴ ἀκούσιον, αὖ οἷς. ὧν ἑκάτερον ζηλωτόν. in qua cum nominatiuo αὖ οἷς non aliud ſubaudiēdum verbum fuerit quàm quod paſsim ſubauditur, ὄντι.

P. 731. v. μοιρίδη] Ex his duobus infinitiuis alterum non immeritò (meo quidem iudicio) quis dixerit eſſe expungendum.

V. πως φύσει] Hîc non expungendum è duobus infinitiuis vnum ſed cōtrà duobus addendum tertium ſuſpicor. vt dicat, ὀρθῶς ἔχει τὸ λέγειν, τοιοῦτον εἶναι δεῖν. Credibile tamen eſt ita loquutum eſſe Platonem vt tres infinitiui non concurrerent.

P. 732. v. παύτ'] Scio Platonem alibi quoq; hæc duo adiectiua coniungere, ſed interiecta connexiua particula: vt aliquanto pòſt, ὥσπερ τὸν ἔχοντα αὐτὸν, ζῆν δυσδαιμονέστερον ἀφαιρήσεται τοῦ ἀναιτίου τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ: quem locum, ſicut & alios quoſdam ſequendo, putet fortaſſe quiſpiam ferri poſſe & eius de quo nūc agitur loci lectionem, præfigendo voculam καὶ accuſatiuo πᾶσαν: ſed præterquam quòd illa particula ter ponenda eſſet, ita legendo, καὶ ὅλῃ θεραπείαι δὲ πᾶσαι ἀποκρυπτόμενον ἢ θεωδικίαν, atque hæc eius ἐπαλληλία (vt ita dicā) dura hîc eſſet: non videtur ſolitus duo illa adiectiua talibus locis adhibere. Puto igitur te meæ coniecturæ ſubſcripturum, qua in locum nominis ὅλῳ ſubſtituo ex eo factum aduerbium ὅλως.

P. 733 v. δ' αὖπ'] Lectionem ſequitur Fic. quæ valde diuerſum ſenſum efficit, quòd negatiuam particulam, quæ hîc eſt ante ὡς, ponat ante βουλόμεθα. Quum enim hîc ſit, ἴσα δ' αὖ ἴσων ἑκάτερα τούτων, οὐχ ὡς βουλόμεθα, ἔχομεν αὖ διαφθεῖν, ille ita vertit acſi legeretur, ὡς οὐ βουλόμεθ' ἔχοιμεν αὖ διαφθεῖν. eius enim verba ſunt, Pari autem modo vtrunque horum habere nos nolle, poſſumus declarare. Sequendam verò hanc eius lectionem cenſeo.

P. 736. v. πόνος] Dubium mihi non eſt quin ſcribendum ſit περὶ τὸ σῶμα τε καὶ ψυχάς.

P. 737. v. γε ὀρθόν.] Nemo mihi perſuaſerit locum mendo carere: quem ita ſuæ integritati poſſe reſtitui arbitror, ὀρθότερον εἶπε, μὴ ὀξεφθύγγῳ, &c. ſed hîc ὀξεφθύγγῳ ſcribendo, videri poſsit & in præcedente verſu eadem ponenda eſſe ſcriptura.

P. 740. v. ναί τε] Fortaſſe τὲ τῆς ἡμέσεως ſcribendum fuerit. Illi autem ἐλλείπει τὲ τῆς ἡμέσεως cui non contingit vt maſculam etiam prolem ſuſcipiat.

P. 742. v. λης] Fortaſſe poſt αἰαλκαίας ἄλλης deeſt ſubſtantiuum πραξεως.

P. 745. v. περὶ πάντων] Non dubito quin ſcribendum ſit ὅσα: id eſt, omnes lites de iis quæ ad pecunias pertinent.

V. τοὺς αὐθρ.] Sic & in aliis huiuſmodi locis omiſſam videbis præpoſitionem εἰς.

P. 747. v. σιν] Poſt φύσιν interpungitur in præced. editionibus: at Ficinus hæc verba πρὸς τὸ αὐτὸ φύσιν iungit ſequentibus. vertit enim, Quódque maximū eſt, ſomnolentos etiam & natura rudes exſuſcitat: & dociles, memores ſolertéſque facit, præter naturam ſuam diuina arte proficientes. Ego de induſtria locum hunc ſine interpunctione reliqui, vt liberum lectori iudicium relinquerem: quod & in quibuſdam aliis feci.

P. 751. v. γου] Non videtur debere ita legi hic locus, quum non intelligat Plato, τὸ πόλιν δεῖ παρεσκευάσθαι ἀρχὰς αἰεπιπόνους ὀρθῶσαι τοῖς δὲ κειμένοις νόμοις, eſſe μέγα τῆς νομοθεσίας ἔργον: (abſurdè enim hoc diceretur, quanuis primo aſpectu occurrat) ſed velit ſignificare, quum legum latio res ardua ſit, ſi tamen contingat vt ciuitas quæ legibus alioqui bene ſit inſtructa, magiſtratus minimè idoneos illis præficiat, futurum eſſe vt non ſolùm nihil proſit bonas leges eſſe ſancitas, & vt ludibrio exponātur, ſed etiam vt maxima damna & maximas calamitates illi importent. Quum autem hunc eſſe iſtius loci ſenſum conſtet, videndum eſt quomodo emendari poſsit. mihi certè alia emendatio non ſuccurrit, quàm vt præpoſitio ἐκ præfigatur illis verbis, τοῦ πόλιν δεῖ παρεσκευάσθαι &c. vt intelligamus dictum eſſe ἢ μόνον ἑνὸς πλέον δεῖ πόντων, ἐκ τοῦ πόλιν ὀρθῶσαι, pro ἐὰν πόλις ὀρθώσῃ. quæ tamen emendatio non planè mihi ſatisfacit. Quod autem ad locū illum attinet, οὐδ' ὅπ γέλως &c. ſuſpectum non debere eſſe puto, ſed οὐδ' ὅπ eodem dici modo pro οὐδὲ μόνον qua οὐχ ὅπ pro οὐ μόνον dicitur. Quum autem præceſsiſſet iam οὐ μόνον, noluit μόνον repetendo, dicere οὐδὲ μόνον, ſed pro his vocibus vſus eſt illis οὐδ' ὅπ.

P. 752. v. ἔστιν] Non dubito quin πρὸς τὸ βλέπων ſcribendum ſit, vt ipſe quoque alibi loquitur.

P. 754. v. γε μὴν] Putauit Ficinus poſſe dici, δύπορᾶ ἐνὸς εἰπεῖν: quod ego vix crediderim, ſed hîc εἰπεῖν iungi cum ἀναγκαίου καὶ συμφέροντος dixerim: interim tamen locum ſine interpunctione reliqui, ſimul liberum lectori iudicium relinquens: vt de quodā alio modò dixi.

V. ὧν αὖ] Legendum eſt fortaſſe δι' ὧν αὖ &c. quum ſequatur & alius caſus, videlicet accuſ. τὸ πλῆθος.

P. 759. v. δεινὸ] Particulam negatiuam hinc debere abeſſe arbitror: & Platonem ſcripſiſſe ἢ ἔασιν ὀλιγίστοις καθεστῶσι, vel ὀλιγίστοισι. fuerit enim facilis lapſus ex ὀλιγίστοισι in ὀλίγοις οἷς: nec difficilis ex ὀλιγίστοισι (quæ terminatio paſsim his in libris occurrit) in ὀλίγοις οἷς μὴ fuerit. Nec Fic. certè illam ὀρνιθικὴν voculam agnoſcit: qui hunc locum ita reddit, Et ſacerdotia quidem quæ à parētibus per ſucceſsionem ſeu viris ſiue mulieribus tradita ſunt, nequaquam mouenda: ſi verò aut nullis aut paucis aliqua huiuſmodi ſunt (quod accidere par eſt illis qui in nouæ ciuitatis habitationem conueniunt) vbi hęc deſunt, ſacerdotes tam viri quàm mulieres & æditui conſtituendi ſunt. Cæterùm quod ad ſuperlatiuū ὀλιγίστοις attinet, quem huius loci emendationi adhibeo, eo ipſe quoque vtitur cùm alibi, tum verò in principio paginæ proximè præcedentis.

P. 761. v. σῶμα τε] Hic locus, alter eſt eorum de quibus mentionem feci in iis quæ his Annotationibus præfixi: quem me multum torſiſſe nō diſſimulaui, neque tamen eius emendandi rationem mihi in mentem veniſſe priuſquam pagina in qua eſt prelo commiſſa eſſet: ſed tādem

certè eam mihi videor inueniſſe, de qua mihi omnes ſint aſſenſuri. nõ enim magna eſt, quod ad ſcripturam attinet, mutatio, ex his duobus verbis, ἡ ἕξις, in iſtud δεῖξις: quanuis longè alium hoc verbum quàm illa duo ſenſum efficiat. Quod tamen quum dico, de hoc loco non intelligo: quum hîc nullus planè ſenſus ex illis vocibus ἡ ἕξις poſsit elici, atq; adeo ne ſaluã quidẽ eſſe ſinant orationis ſtructurã. Vnũ eſt in quo hæreo, quòd ſcribendo δεῖξιν, vereorvt inuenire hîc aut etiã extrinſecꝰ poſsim ſubaudire verbũ à quo pẽdeat hic infinitiuus. Ideóque peto vt ex δεῖξιν ad δεῖξαι trãſire mihi liceat, quod à verbo χρή, ex præcedentibus repetendo, pendeat. dixit enim, παντὶ δὲ τοῖς πιοῦσι γυμνάσια χρὴ κατασκευάζειν πρὸς νέοις αὖ πρὸς τοῖς γέροσι, γυμνικὰ λουτρὰ θερμὰ παρέχοντας. atque formam orationis eandem ſeruãs, aliis participiis vtitur, hoc modo, ὑλίῳ προσκειμένας αὖ χρὴ ἀφθόνου, ἐπ' ὀνήσει καμόντων τε νόσοις, καὶ πόνοις πεφυμένα γεωργικοῖς σώμασι δεχομένους ἀμαρῶς (vel potiꝰ ἀμφῶς, quã lectionem margini adſcripſi) ἱκανῶς δεῖξαι μὴ πάνυ σοφοῦ βελτίονα ψυχήν. id eſt, efficere illa (corpora nimirum) multo magis vegeta quàm à quopiam medico poſſent effici: quopiam, inquam, ex eorum numero qui ſuæ artis parum ſunt periti. At Fic. qualemcunque poterat ſenſum ex loco ita deprauato eliciens, ita hunc locum (altius autẽ repetam) vertit, Vbique autẽ in his gymnaſia iuuenes tam ſibi cõmoda quàm ſenibus præparent, calidis balneis conſtitutis, & copioſè ſiccis appoſitis lignis, vt & remedium ægrotantibus, & lenimen labore defeſſis beneuolè (agnoſcit enim & ipſe ἀμφῶς, non ἀμαρῶς) afferatur. quæ ſanè curatio lõgè melior eſt quàm medici parum periti medela.

P. 770. v. ΚΑΕΙΝ.] Idem hîc dico quod antea de alio dixi loco, pro ἕως μὲν legendum ἕως μὴν videri: niſi ἕως μὲν illam quoque ſignificationem interdum habere putemus.

P. 774. v. δεῖ] Non video quomodo πρέπον hîc potius quàm πρέπειν ſcriptum fuiſſe credi poſsit, quum ſequatur δυνήσεται & πείσει.

P. 781. v. μένειν] Locus hic ex eorum eſt numero qui ὕπουλον ἕλκος habent. quis enim hîc latere mendum putet? Latet tamen: atque id ex alio eiuſdem ſcriptoris conuincam loco. Libro enim nono operis præcedentis, quod de optima reipubl. adminiſtratione ſcriptum eſt, pag. 579, poſtquam de tyranno dixit, ἆρ' οὖν οὐκ ὃν τοιοῦτον μὲν δεσμωτηρίῳ δέδεται ὁ τύραννος, φύσει ὢν οἷον δεδηλώθαμεν, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν φόβων καὶ ἐρώτων μεστός; & poſtquã hæc ſubiunxit (qualia & in Xenophontis Hierone de tyranno itidem dicta legimus) λίχνῳ δὲ ὄντι ἀπὸ τούτου τοῦ ψυχοῦ, μόνῳ δὴ ὂν τῇ πόλει οὔτε ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε, οὔτε θεωρῆσαι ὅσων δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπιθυμητὰ ἐστί: tandem hæc addit, καταδεδυκὼς δὲ ὢν τῇ οἰκίᾳ ταπολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ, καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ. Ita igitur & in loco illo de cuius nunc emendatione à me agitur, legendum eſſe dico, εἰθισμένον γὰρ καταδεδυκὸς καὶ σκοτεινὸν ζῆν, ἀχρόνως ἡ εἰς φῶς βία, &c. Fic. tamen vulgarem lectionem ſequitur: qui locum hunc ita vertit, Vnde igitur quiſquam non ridiculè ad manifeſtam cibi potúſque aſſumptionem mulieres cogere poſſet? nihil eſt profectò quod moleſtius laturum genus hoc videatur. Nam quum timidè & obſcurè degere conſueuerint, latorẽ legis in lucẽ conantẽ educere omni reluctatione repellẽt. Non de timore autẽ loqui Platonẽ, ſed tantùm de latebris ac tenebris quas quærunt, oſtendunt & quæ præcedunt & quæ ſequuntur. quum illis latebris atque tenebris opponatur in præcedentibus φανερὰν θεωρεῖσθαι πᾶσιν καὶ παντῶν αἰσθάνεσθαι: in iis autem quæ ſequuntur, illis opponat, ἀχρόνως ἡ εἰς φῶς.

P. 782. v. λοις] Rectius, vt opinor, legetur, ὅτι οὐδὲ βοὸς &c.

P. 783. v. πε πρέπ.] Aptius fortaſſe legeretur, πρὸς τὸ λεγομένου ἡδίστου.

P. 788. v. σμικρ.] In Baſil. editione ſcriptum eſt ὀπὴ ζημία: quum tamen in Ald. ſit ὀπιζήμια, vt hîc. Nec verò ex aliquo exemplari ſumptam eſſe lectionem illam ὀπὴ ζημία puto, ſed profectã ὀκ πρὸς διορθώσεως alicuius cui vox iſta ὀπιζήμια, quæ mulctas ſignificat, inaudita eſſet: quæ tamẽ in aliis etiam huius operis extat locis. At verò illa verba ὀπὴ ζημία ſignificationem ab hoc loco planè alienam habent.

P. 793. v. ψυχῆς] Mutandum eſſe puto δέον in δέοντα, quum non ſit infinitiuus ad quem tendere illud δέον poſsit, præcedat autem ταῦτα. At Fic. ita hunc locum vertit quaſi legerit πρὸ δέον αὖ ἔτη. hæc enim ſunt eius verba, Atq; id ingenio eorũ qui tres & qui quatuor & quinque & ſex agunt annos conueniens erit.

P. 794. v. λῶν] Non dubito quin ἦν mutare in ἦν oporteat: præſertim quum Ficin. quoque hanc lectionem agnoſcat. Nam quum natura (inquit) ferè ad vtranque partem æquè ſe habeat, ipſi per conſuetudinem non rectè vtẽtes, differentiam fecimus.

P. 795. v. ὅτι] Rectius ſcribetur ὁ μαθὼν, vt ſequitur ὁ γυμνασάμενος.

V. ὑφιστερῶν] Non intelligit hunc χωλαίνειν & ἐφέλκειν πλημμελοῦντα: ſed hæc à præcedente negatione pendent: perinde acſi dictum eſſet, οὐκ ἀδυνάτους ὄντας μάχεσθαι ὑπὸ τῶν ἀεισερῶν, καὶ οὐ χωλαίνειν. Interim tamen nihil mutare in hac lectione neceſſe eſt, χωλαίνει δὲ &c. poteſt enim illa ſtructura orationis in iſtam quoque reſolui, ὄντας ὑπὸ τῶν ὑφιστερῶν ἀδυνάτους ἂν μάχεσθαι, χωλαίνει &c. negationem vtroque referendo. Hæc autẽ ideo dico quòd ſciam aliam ex cõiectura lectionem afferri: hanc videlicet, ὅδε χωλαίνει.

P. 801. v. ἐπανερ.] Poſt παντάπασι μὲν οὖν interpũgendum fortaſſe fuerit. talis autem & de quibuſdam aliis locis eſt dubitatio.

P. 803. v. ἔξελ.] Non poteſt ferri hæc orationis ſtructura, ἵνα οὖν ὀρθότης παίζοντα δεῖ διαβιωτέον: videndum autem an veram lectionem hac coniectura ſim aſſequutus, ἵνα οὖν ὀρθότητα παίζοντα δεῖ διαβιωτέον.

P. 806. v. vltimo. Pro μετὰ δὲ ταῦτα, καθίσαντας, in præced. edit. ſcriptum eſt μετὰ δὲ ταῦτας, πείσαντας. in qua lectione (quam & ipſe mẽdoſam eſſe ſtatim fateberis) volui te cernere quantam depraua tionem afferat interdum litera ex vnius vocis fine ad principium alterius tranſiens.

P. 807. v. ἧς εἰς] Affertur alia lectio pro ἀπόδοσιν, videlicet ὀπίδοσιν, ex coniectura: ſed hanc minimè probo. neque enim diſplicet eum dici τῷ σώματι ὀπὰς δόναι πόνους καὶ τροφῶν, qui tribuit corpori quæ illi debentur quod ad exercitationes & quod ad nutritionẽ attinet. Apud Ficinum tamen nullam illius verbalis nominis ἀπόδοσιν habes interpretationem: qui hunc locum, ſicut & alios plurimos, ita vertit vt partem duntaxat aliquam verborum Platonis poſsimus agnoſcere. Nihil enim (inquit) exercitationis corporeæ, nihil doctrinarum animi morũm-

que, propter alia negotia, negligendum est.

P.808.v.διδάσκοισι] Ante hæc verba καὶ μαθήματα interpungendum est, ne iungãtur cum διδάσκοισι. Legimus autem & pag.10, μανθάνειν δὲ ὧν τύπους τοῖς χρόνοις δὴ ἴσως ποτὲ δεῖ τοὺς νέους καὶ διδάσκειν αὖ τοὺς διδασκάλους. Et paulo pòst, περὶς δὲ δὴ μαθήματα ἄλυρα ποιητῶν κείμενα ἐν γράμμασι &c.

V.εἶναι] Ita scribendo, αὖπαῦ intelligetur περὶ ὕπνου: at si scribatur αὖπαῦ, ad τὸν ἐγρηγορότα referendum erit.

P.810.v.μήτ' ἐλ.] Datiuos πατρὶ & αὖπαῦ multum negotii mihi facessere nolo dissimulare: sed pro αὖπαῦ quidem quin scribendum sit αὖ πᾷ, minimè dubito: πατρὶ autem præcedentibúsne an sequẽtibus iungi debeat ambigo. Iunxit Ficinus præcedentibus, qui locum hunc ita reddidit, Et qui tres ac decem egerunt annos, lyræ similiter tres annos incumbant: nec liceat aut patri plus vel minus in his liberos detinere, aut liberis, siue tædio affectis, citra id tempus, siue desiderio compulsis, vltra, his rebus, contempta lege, vacare. In qua interpretatione videmus etiam vel legi vel subaudiri datiuũ παιδί: perinde acsi scriptum esset, μήτ' αὖ τῷ φιλομαθοῦντι παιδὶ, μηδὲ μισοῦντι, &c. Ac post πατρὶ quidem aptè subiungi videtur μήτ' αὖ τῷ φιλομαθοῦντι, siue datiuus παιδὶ deesse siue relinqui subaudiendus dicatur: πατρὶ autem iungere cum sequente verbo ἐξέσω necesse erit. Quoniam tamen verba illa καὶ μήτε πλέω τούτων μήτ' ἐλάττω cũ præcedẽtibus melius cohærẽt, (præsertim quũ, si in eadem periodo ponantur hæc, & de eadem re dicantur, primùm, μήτε πλέω τούτων μήτ' ἐλάττω, deinde μήτε μείζω ἢ καὶ ἐλάττω διαφερόντως, futura sit perissologia) videndũ est annõ aptior futura sit hæc lectio, μηδὲ πατρὶ, μήτ' αὖ τῷ φιλομαθοῦντι &c.

V.πολλ.] Hîc quoque πολλαπλασιονείοις scribendum est, itidémque paulo pòst πολλαπλασίονοι.

P.813.v.πολλῷ μᾶλλον] Particulam καὶ ante καθαπερ necessariam esse puto.

V.ἡμῶν] Consultò hîc scriptum fuit μὴ δὲ, non autem μηδὲ coniunctim, vt alibi passim: quia illæ voculæ μὴ δὲ non sonant Neque; sed Sinminus: respondentes illis, οὔ μᾶλλ. quum enim dixisset ὡς οὔ μᾶλλ' προφέντων &c. subiunxit, μὴ δὲ, perinde acsi repetendo superiora diceretur, μὴ προφέντων δὲ οὔ. Eo autem libentius de hoc particularum μὴ δὲ vsu te moneo, quòd alicubi nõ obseruatum interpretes in errorem induxisse animaduerterim.

P.814.v.νὸς ἕνεκα] Post μηδενὸς deesse videtur ἄλλου, vt legatur, εἰ μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα, ἀλλ' εἰ δεήσει &c. Quòd si ἄλλου post ἕνεκα scriptum à Platone fuisse putemus (quæ collocatio non inusitata est, & sensum eundem efficit) ob particulam ἀλλ' illi genitiuo ἄλλου proximã lapsum faciliorem fuisse dicemus.

V.νας, αὶ.] Vnde infinitiuũ ἀφήκειν pendere dicemus? an à verbo δεήσειε, quod ex superioribus repetatur? atqui cum infinitiuo quidem γραπτέον conueniebat, at cum hoc nequaquã. Quid igitur? an desiderari aliquod verbum putandum est quò ἀφήκειν referatur? video quidẽ certè aptissimum fore verbum συμβῇ, præfixa particula ἐαὶ: vt legatur ἢ καὶ ἄμεινον, ἐὰν συμβῇ, vel ἢ καὶ ἄμεινον (ὧν οὐδὲν ἀπώμοσαν) ἐὰν συμβῇ ἔξωθεν πολεμίους (&c.) ἀναίτιον ἀφήκειν &c. ac pro his ἐὰν σύμβῃ, inueniri etiam participiũ συμβαὶ scio, posito accusatiuo absoluto, genitiui loco: sed potius Platonem ellipsin talem in hoc loco reliquisse crediderim, præsertim quum eiusmodi sit vt non modò lectorem non remoretur, sed ne deprehendatur quidem ab eo, primo aspectu. Nec verò latentium eodem modo aliis in locis ellipseon exempla desunt. Hîc autem addo etiam, perinde esse acsi talis foret orationis structura, ἢ καὶ ἄμεινον, εἰ ἔξωθεν πολέμιοι εἰς τοσοῦτον ῥώμην ἥκουσι μεγάλην καὶ βίᾳ, βάρβαροι ὄντες Ἕλλησιν ἀναίτιον ἀφήκειν &c.

V.πάνυ διαμ.] Verba hæc, πολλή που κακία &c. seiungit à præcedentibus Fic. & tanquã ἀπ' ἀλλης ἀρχῆς legit. quod tamen quomodo fieri possit non video: alioqui illi de quo nunc querebar incommodo, (quod ad structuram orationis attinet) aliud accedet, vt maneat suspensa post infinitiuum γίγνεσθαι oratio. Sed quomodo ille huic incommodo medetur? repetendo ex superioribus ἱκανοὶς εἶναι. hæc enim sunt eius verba, totum hunc locum interpretãtis, Mulieres autem castra mouere, ordines struere, & arma sumere atque deponere, si nullius rei alterius gratia, attamen si res cogat vt in militiam viri omnes proficiscantur, possint ipsæ interim si quid aduersi acciderit, ciuitatem defendere: vel si tanta hostium multitudo agros inuaserit vt necesse sit mulieres quoque pro ciuitate arma capere. quorũ nihil est quod non facilè euenire possit. Magno certè reipubl. vitio dãdum est, ita ignauè mulieres educari, vt nec &c.

P.818.v.πλήθει] Post ἀναίτια non necesse fortasis fuisset interpungere, si sequentia ad ὅσα retulissem, quò Ficinum quoque referre ea videmus. vertit enim, Multitudini verò quæ necessaria sunt, rectissiméque dicuntur, turpe est nescire: sed exquisitè cuncta perquirere, nec facile est, nec omnino possibile. At ego verba hæc καὶ πως ὀρθότατα λέγεται sequẽtibus iungens, longè alium sensum efficio: hunc videlicet, Ac rectissimè dicitur, turpe quidem esse vulgo ignorare quæ ex illis disciplinis necessaria sunt, sed vicissim exactè omnia quæ pertinent ad illas perquirere, neque facile esse, neque eiusmodi quod fieri possit. Interim tamen non nego talem esse orationis structuram, vt in ea alter ille sensus primo aspectu potius quàm hic conspiciatur, (qui etiam poscit vt ἂν) cum αἰσχρὸν, itidémque cum ῥᾴδιον & δυνατὸν subaudiamus) sed in altero illo mihi displicet eum de disciplinis illis ita loqui, esse tantùm quædam in iis quæ rectissimè dicantur. quid enim in iis non rectissimè dicitur?

V.ἔστ' οὖν] In præced. edit. permutarunt sedes particulæ δὴ & δεῖ. hîc enim habẽt δεῖ, quũ scribere δὴ necesse sit: vicissímq; versibus quinque interiectis, pro δεῖ habent δή. legitur enim in illis, ἃ δὴ λαβόντα &c. In multis autem aliis locis harum vna pro altera posita fuit: qua de re monitus lector, sibi caueat, si fortè alicubi in hac etiam editione talis error remanserit.

P.822.v.ὅτι] Scribendum esse puto ὅτι μεῖζον ἰέναι: vt ita hunc locum interpretemur, Quod enim legislatori iniungitur, vlterius progredi videtur quàm vt positis legibus suo munere defunctus esse dici possit. aliquid nanque præter leges esse quod mediam quandam inter admonitionem & leges naturam habeat. At verò ex Ficini interpretatione, an ἰέναι legerit, cognosci nõ potest: quum verbis ipsius Platonis nequaquam insistat (vt nec aliis plerisque in locis) & multa etiam prætermittat. Pro illis igitur omnibus quibus vsus sum verbis, locum illũ reddẽs, ille hæc tantùm habet, Videtur enim legũ-

latoris officium non ſolùm hoc eſſe vt leges cõſcribat, ſed etiam vt medio vtatur illo quod inter admonitionem eſt & leges.

P.823.v. ζὰ ἡρ.] Poſt ἡρθυμαπα ſtigmen πελέων ponendam cenſeo, & inter μόνον & ἡνείων particulam δὲ & articulum τῷ inſerenda: vt ita legatur hic locus, πάμπολυ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ περὶ ἡρθυμαπα. οὐ μόνον δὲ τῷ ἡνείων ἀλλὰ καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων ἄξιον ἀνοεῖν ἡγεῖσθαι. Cum illis autem verbis, πάμπολυ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ περὶ ἡρθύμαπα, non dubito quin repetere oporteat ex ſuperioribus πρᾶγμα. Iam verò & illud addo, ſcribendum eſſe (meo quidē iudicio) τῷ γε πρὸς πόλεμον.

P.824.v. διηρημδύος] Rectius ſcriptum iri videtur διερημδύος: alicubi tamē præteritum actiuum vnius verbi quædam exemplaria habent, quædam præteritum alterius. vt in quodam loco qui legitur ſuprà, pag. 809, circa finem, quædā habent ὡς οὔπω διείρηκά σοι, alia διήρηκα. Sic verò & pag. 813, circa principium, ἀληθῆ καὶ ταῦτα διείρηκας: quum in nonnullis ſit διήρηκας. Eadémque in præterito paſſiuo diuerſitas eſt in loco quem habet primus verſus, ἃ ταῦτα ὑμῖν ὀρθῶς ἐν τοῖς πρόσθεν διείρηται πάντα. nam in nonnullis διήρηται ſcriptum eſt. Habet certè hoc quoque verbum quēdam vſum qui ab his locis non alienus eſſe videtur.

P.828.v. αἴλινες] Mirum ni Plato ſcripſit, αἴλινας θυσίας, qui accuſatiui iungantur cum θυούσιν: quum videamus cõtrà non eſſe quò referri poſſint illi nominatiui αἴλινες θυσίαι. Ficinus quidem certè ita legiſſe videtur, qui vertit, Quæ ſacra quibúſq; diis ſacrificare feliciter ciuitas debeat. Vbi alioqui nõ probo illā verborũ ἄμεινον καὶ λῷον γίγνοιτ' ἄν, interpretationē. poti⁹ enim dicē dũ fuit, Quænā ſacrificia & quibus diis ſi ſacrificet ciuitas, felix futura ſit. vel (vtēdo aliis quā felicitatem ſignificātibus verbis) Id ei bene ceſſurum ſit. Sed quæret aliquis annon ſi hîc αἴλινας θυσίας legamus, paulo pòſt neceſſe futurum ſit πόσαις in πόσας itidem vertere: cui à me reſpondebitur, non videri neceſſe, quòd ad diuerſa hæc pertineant. nā quæ ſacrificia & quibus diis ſacrificare oporteat, de eo vult Delphicum oraculum in conſilium adhiberi: at verò πότε καὶ πόσας τὸν ἀριθμὸν, de hoc verò ſtatuere, ſui officii eſſe ait, ex parte ſaltem. addit enim, ἔνια γ' αὐτῷ. Verùm quid cum illo nominatiuo πόσαι ſubaudiri poterit? Vel ἔσονται, vel εἶεν. Si quis tamen πόσας ſcribere malit, ſubaudiendo quæ præcedūt, non valde repugnabo.

P.829.v. θον.] Affertur quædam lectio quam noſtræ anteferendam cenſeo, ταὐτὸν δὴ τοῦτο ὄζειν αἰδέσθη καὶ πόλει ὑπαρχειν.

P.830.v. ἀγῶνων] Non dubitem futuri temporis participium ἐξαμαχούμενον in locum illius ἐξαμαχόμενον ſubſtituere, quod eſt præſentis.

V. ζοις π] Fic. legit μείζοις γυμνασίας, has voces non agnoſcens, quæ ſunt interiectæ, π καὶ ἐλάττους. ita enim hunc locum vertit, Sed lege ſtatuet vt res militaris agatur, maximè quidē minori exercitatione ſine armis, choros omnémque gymnaſticam ad hæc inducens & concitans: maiore verò non rarius quàm ſemel in menſe, vt certent ſinguli ad capienda vel retinenda loca, & inſidias omnémque rem bellicā imitentur. Dubium tamē eſt an hoc nomen ἐλάττους reiecerit, an in ſuo exemplari aut ſuis exēplaribus non inuenerit. Si reiecit, eum, vt opinor, hoc mouerit potiſsimum, quòd in priore huius periodi parte dictum fuerit, ὃ γε σμικρὰ, videlicet γυμνάσια.

P.831.v. λύουσα] Locum hîc non habere articulū τῷ animaduerto, ſed aliud quàm τῶν, quod ſubſtitui poſsit, non video. Iungetur autem τῶν cum διακωλύουσα.

P.832.v. θλα] Mendoſam eſſe hanc ſcripturā perſuaſum habeo, & legi debere, ἆθλα καὶ νικητήρια: ſicut pag. 829, dixit νικητήρια καὶ ἀρίστεῖα. Neque verò mouere nos debet exemplum quod in vulg. lexicis affertur illius nominis ἆθλα iuncti illi νικητήρια, quum ex hoc ipſo loco quem emendandum eſſe dico, ſit petitum.

P.834.v. ὅσά π] Non habet genitiuus διδασκάλων vnde pendeat: ideóque legēdum puto ὑπὸ διδασκάλων. Meam autem coniecturam confirmat Ficini interpretatio, Sed de exercitatione diſciplináque gymnaſtica, ſiue quæ in certaminibus exequimur, ſeu quæ ſub magiſtris quotidie exercemus, ſatis iam diximus.

P.837.v. ἔρηκας] Satius fuerit ſcribere, ἔοικά γε (ὥσπερ καὶ ἐπαίζον) τυχεῖν &c.

P.841.v. δονῶν] Inuenitur verbum ἰῶ poſt ῥώμμω, in quodam vet.

V. μῶ· τὸ δὲ] Non videtur hîc opus eſſe negatione: ideóque particulā οὖν pro ea ſubſtituendam & antea cenſui, & nunc quoque cenſeo: ſed vereor ne aliud etiam mendum ſubſit huic loco. Illa quidem certè verba καὶ καλὸν Ficin. quoque ſequentibus iungit: qui locum hunc ita vertit, Clàm ergo conſuetudo & lex nõ ſcripta hæc fieri ſuadeat: contrà autem fieri, velut turpe, diſſuadeat: tuipéque ſic non omnino agere. Sic enim & ſecundo ſeruabimus honeſtū loco, &c. In qua interpretatione videmus illū à præced. edit. in eo etiam diſſentire quòd il.æ poſt δρᾶν claudant periodum, vt ſequens à verbis iſtis incipiat, οὕτω τοῦτο αἰσχρὸν αὖ καὶ καλὸν δευτέρως αὖ &c. Sed quod ad καλὸν attinet dubitari poteſt an rectè à præcedentibus ſeparetur. fortaſsis enim ſuſpicandum potius fuerit ταὐτὸν omiſſum eſſe poſt vel ante καλὸν, & ita locum hunc ſcribi debere, ἀλλ' οὖν τί μὴ πάντως δρᾶν οὕτω, τοῦτο αἰσχρὸν αὖ, κ' καλὸν, ταὐτὸν, (vel, καὶ ταὐτὸν, καλὸν) δευτέρως αὖ ἡμῖν ὁ νόμῳ χρώμενον &c. Vereor tamē non ſolùm ne aliud mēdum (vt antea dixi) huic loco ſubſit, ſed ne magna eius pars valde ſit deprauata.

V. νοις Scribendum videtur προσαγορεύομεν, quum προσαγορεύοιμεν poſcat particulam ἄν.

P.842. v. κῶν] Non poſſum mihi perſuadere Platonem, quum dixiſſet ναυκληρικῶν & ἐμπορικῶν & καπηλευτικῶν, poſtea interiecciſſe πλωτικῶν inter παιδοκτύσεων & μεταλλείων: ſed aut πλωτείων ſicut παιδοκτύσεων & μεταλλείων ſcripſiſſe puto, aut παιδοκτυπικῶν & μεταλλευτικῶν, ea forma quam habet πλωτικῶν quod interiacet, & quam habēt etiam quæ præcedunt.

V. καὶ ἄλλων] Legendum potius videtur πολλὰ aduerbialiter, id eſt Magna ex parte.

P.848. v. μηδὲν] Rectius ſcribetur ἢ τὸ τῶν δέων.

P.849. v. σις] Diuidendum potius αὐτεῖς in αὖ τῆς: qui error in illo pronomine non eſt infrequens.

V. ἕδρας] Quorſum hîc deorum meminit? aliena certè eſt ab hoc loco illorum mentio: & tamen θεῶν in præced. editionibus ſicut hîc legitur. Verùm, ſi mihi aſſentieris lector, illis expulſis, in ea quam occupant ſede θῶνται collocabis. Nõ dubiũ eſt certe quin hic locus iſtam lectionem, vt ſibi valde conuenientem, ſit recepturus, ὃν οἷς αὖ νομοφύλακές τε (&c.) ὅροις θῶνται τῶν ὠνίων, ὃν τύποις ἀλλαττέσθαι νόμισμά τε χρημάτων &c.

nam de hoc etiam moneo, ita esse interpungendum.

P.853.v. ἔρηται] Locus hic non solùm mendosus est, sed etiam mancus, vt opinor. Quanuis enim quædam in eo (vt hîc ipsum legis) melius quàm in præced. edit. scripta sint, hæc inter se non cohærere videmus. Quæ autem fuerunt emendata, sunt ista: primùm in his ὧν τινων οὖν δὴ πέρι γίγνεσθαι δίκας, additum fuit δεῖ ante γίγνεσθαι: deinde ante καθ' ἓν ἕκαστον adiectum fuit οὔπω: postremò ante ἀμφεῖαι pro δὴ substitutum fuit δεῖ.

V. πα ὁπόσα] Hîc quoque hærendum nobis est, nisi id quod inter μέλλομεν & ὅσα deest, inueniamus. Aliquid enim deesse, omnino persuasum habeo. sed quid si non aliud quàm particulam καὶ desiderari dicendum sit? Addam autem illi meæ coniecturæ consentaneam interpretationem. Est sanè turpe (inquit) quodammodo eas omnes ferre leges quas laturi sumus, & quidem hæc facere in tali ciuitate, quam dicimus bene institutam fore [vel, cuius præclarum dicimus fore statum] & omnibus rectis rationibus studium virtutis esse amplexuram. Scio tamen potuisse eodem sensu dicere Platonem, ἓξ ὧν τε, ὡς τοιαύτη πόλει &c. (sicut Latinè diceretur, Idque in tali ciuitate) sed nihil obstare video quominus & hoc cum modo loquutũ esse credamus.

V. σν ἀρ.] Malim ὡς δὴ τοιαύτῃ. q. d. In ea inquam quæ talis est.

V. μὴ τήκ.] Quam particulam modò dicebam ante ὅσα ἁρᾶν deesse mihi videri, nunc quo que ante καθάπερ me omisſam existimare dico: sicut etiam in margine meæ editionis admonui. Faciet autem hæc particula vt non cogamur in Platonis scripta durissimum quoddam (meo quidem iudicio) loquendi genus inuehere: & quidem depraua to etiam vt illud inuehi possit, isto loco. nam Fic. quoque ex νόμοις facere νόμων necesse habuit, & interpunctionem quæ datiuum περὶ à datiuo νόμοις seiungebat tol lere, vt viam sibi ad hãc interpretationem posset sternere, Vereri par est nequis ciuium ita natura indomitus & inexorabilis nobis gignatur, vt quasi legumina fulminis tactu prædura, igni legum etiam fortissimarum decoqui nequeat. At ego hanc metaphoram qua ignis legibus tribuitur, pro Platonica non agnosco: atque adeo ita reddi posse hunc locum dico vt ignis procul ab illis remoueatur. Si enim καὶ ponatur ante καθάπερ, simul etiam post περὶ ponenda hypostigme tantùm fuerit: vt intelligamus, Et quemadmodum illa semina igni, ita hi legibus, quanuis adeo vehementibus, macerari nõ queant. Vel, Et nihilo magis hi legibus, quãuis adeo vehementibus [vel, acribus] quàm illa semina igni mitescere & molliri possint: si his verbis vti licet, quibus Naso hac ipsa de re vsus est, quum cecinit,

Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma
Mollirique queant.

Iisdem autem Plato vtens verbis circa finem huius lib. i, quibus hîc, de illis quibus est ἀπερέμων φύσις, dicit, ἡμιθέν πεπηγότων. Cæterùm quòd à singulari (dixerat enim μή τις ἐγγίγνηται τῇ πολιτείᾳ &c.) transit statim ad pluralem, minimè nouũ est: præsertim quum vsus esset particula ὡς, quæ ἰσοδυναμεῖ plurali ὡνὲς in huiusmodi locis.

P.854.v. πα λωφᾷ] Post τὸ νόσημα verba quæpiã à librario esse omissa credendum esset, quæ nimirum haberent ἀπόδοσιν ad particulam ἐαί: nisi talis orationis ellipticæ (quæ ἀναπόδοτος vocatur) inter ἐαὶ μὴ & εἰ μή, vel εἰ δὲ, exẽpla extarẽt.

V. φθόερα] Post νομον in præced. edit. interpungitur, quum tamẽ accus. τὸν νόμον nullo modo cum participio πειθομένῳ iungi possit. Cur autem τὸν νόμον in τῷ νόμῳ mutãdum esse dicamus, nihil causæ video, quũ aptè dici posse existimẽ ἐᾶν σιγῇ τὸν νόμον. id est, legem relinquere tacitã (vt vicissim dicitur, Nolle aliquid relinquere tacitum, quod tacere, seu de quo tacere nolumus) contrà quàm Fic. sit interpretatus: cuius hæc sunt verba, Quicũque ex his paruerint, eos à lege liberos dimittemus. quum tamen ἐᾶν σιγῇ τὸν νόμον nihil aliud sit quàm quod alibi dicit, πειθομένοις ἔστι σιγὴ, at verò ἀπειθοῦσι, φωνὴ νόμου, in fine libri vndecimi, δεομένου δὲ τοῦ νομοθέτου πείθεσθαι, καὶ μὴ ἐναντία δίκη φέρεσθαι, ὡς ἐν ἄλλοις δὲ ἀπαλλάττεσθαι χάριν, πειθομένοις μὲν σιγὴ, ἀπειθοῦσι δὲ φωνὴ νόμου ἥδε. Alicubi verò, nimirũ in quodam loco eius libri vnde sumptus est locus in quem hæc annotantur, pro ἐᾶν σιγῇ τὸν νόμον dicit τὸν ὅστι τούτῳ νόμον οὐχ ὑμεῖν. legimus enim in fine paginæ 870, πειθομένῳ μὲν δὴ καὶ πάντως φοβουμένῳ ἓξ αὐτοῦ τῷ μεσοιμίου τῷ τοιαύτῃ δίκην, οὐδὲν δεῖ τὸν ὅστι τούτῳ νόμον ὑμεῖν· ἀπειθοῦσι δὲ νόμος ὅδε εἰρήσθω. Addam verò & hoc ad ea quæ de illis verbis dixi ἐᾶν σιγῇ τὸν νόμον, venturum fortasse alicui in mentem, esse legendum potius ἐᾶν σιγῆσαι τὸν νόμον, vel ἐᾶν σιγᾶν τὸν νόμον: verùm mihi nullo modo lectio hæc possit probari.

P.855.v. κλήρους] Hæ voces ζημίας δ' ἐπίσεις iũgi debent cum ἐκπίνειν. hoc autem verbum, à δεῖ quod est in præcedente periodo, pendeat necesse est: nisi quid extrinsecus subaudire malimus. Hæc quum ita sint, post ἐπίσεις interpungẽdum est, contrà quàm in præced. edit. in quibus etiam ante χρημάτων, non post, habemus hypostigmen: quasi hic genitiuus aliò quàm ad ἄξια pertinere posset. Vt autem hæc facilius intelligat lector, hanc orationem ita resoluam (vt & resolui posse existimo) ὅταν δὲ ἀδικεῖν ἄξια χρημάτων δοκῇ ὡς, ζημίας ἐπίσεις οὕτω δεῖ ἐκπίνειν, ὥσπερ ἐαὶ ἡ ἀβελτερίαν τοῦ τῆς κλήρου καπεσκυασμένου ὄντων, μέχρι τοσούτου ζημιοῦσθαι. Sic autem καπεσκυασμένου τῆς κλήρου dicet & infrà, pag. sequente, ἔχοντας τινὰ αὐτῶν οὐσίαν, πλὴν ὅσον καπεσκυασμένου τῆς κλήρου παντελῶς. Hinc & καπεσκυλιὼ κλήρου apud eũdem legimus, lib. 11, pag. 923, καὶ τῆς περὶ τὸν κλῆρον καπασκυῆς πάσης. Atque in hac eadem pagina dicit πὰ περιόντα τῆ κλήρου, vt modò legebamus in eo de quo nũc agitur loco, περιπλοῦν ἢ τοῦ κλήρου, addito etiam participio καπεσκυασμένου.

V. ὑποφοείαν] Deesse puto εἰς τὴν ante ὑποφοείαν: vt legatur, μηδ' εἰς τὴν ὑποφοείαν φυγάδα: sicut diceretur aliquis εἰς τὴν ὑποφοείαν φυγαδεύεσθαι: & alibi ab ipso dicitur, εἰς τὴν ὑποφοείαν ἐκπεμπόντων. quæ verba εἰς τὴν ὑποφοείαν idẽ valent quod hæc, ὑποφ' ὁμῖς τῆς χώρας ὅρους, quibus initio huius paginæ vsus est. Quòd si quis tamen illam meã loci illius emendationem recipiendam non putaret, vidẽdum esset an potius ὑποφοείαν in ὑποφόειον mutari deberet.

V. τὴν γιγ.] Scribendum videtur γιγέσθαι: qui error & alibi inuenitur. Fuerint autẽ hæc, ἢ χρημάτων &c. alio interpunctionis genere à præcedentibus separãda: quum illi accusatiui, ἆρα τὸν δὲ, ἢ δεσμοὺς, ἢ πληγὰς (&c.) ab ἔστι), quod est in præcedente periodo, pendeant: deinde mutata orationis forma dicatur, ἢ χρημάτων ἐκπίσεις γιγέσθων τὴν δίκην τούτῳ καθάπερ ἐμισθοφόρησεν ἔπομαι γίγνεσθαι δεῖν.

δίκην. (si tamẽ τῷ δίκην τούτῳ pro τοῦτον τὸν τρόπον Platonẽ dixiſſe putandum ſit, vt Fic. quoque intellexit) quòd ſi ὁπόσοις poſt χρημάτων ponere liceret, minus impedita orationis huius ſtructura eſſet.

P.856.v. ναμιν] Multo aptius fuerit futurum κρινεῖν.

P.857.v. σμικρὸν] Legitur etiam ὀπικείω.

V. νῦν ἔχει] Vel ὑπὲρ τὸ κλήρου dictum eſſe eadem ſignificatione qua ὑπὲρ τὸν κλῆρον, vel hanc lectionem in illius locum ſubſtituẽdam eſſe fatendum eſt. Non immeritò autem quiſpiã hũc vſum præpoſitionis ὑπὲρ cum genitiuo, pro Vltra, exemplis ſibi confirmari velit.

P.858.v. πε οὐ] Ita in vet. legitur χαφέντων: ſed alteram lectionem χαφόντων huic anteponendam cenſeo, quam & Ficin. ſequitur: qui etiam hæc affirmatiuè, ſiue pronuntiatiuè (vt quidam loquuntur) legit, non interrogatiué: ideóque abſque particula οὐ, quæ hîc interrogandi vim habet.

P.859.v. τῃ παῖκ.] In Ald. & Louanienſi edit. hæc verba, ὀχεδὸν οὐδεὶς αὖ λέγων ὅπω, & quæ ſequũtur vſque ad ἴσως, ab eadem perſona dicuntur: at in Baſil. hæc Cliniæ ſunt verba, Σχεδὸν οὐδεὶς αὖ λέγων οὕτω, πλημμελῶς δόξειε λέγειν: Athenienſis autem hoſpitis, iſta, Οὐκοῦν ὀρθῶς: rurſúmque Cliniæ, ἴσως. atque ita & apud Ficinum iſta perſonis iſtis verba ſunt aſsignata: quem non hîc ſolùm ſed aliis etiã pleriſq; locis ſequutos eſſe puto qui editioni illi prætulerunt, vbi ſua ſingulis perſonis verba ſecus quàm Aldina aſsignarunt. Ad hunc autem locum quod attinet, nõ fuit ab Aldina editione ea in re diſcedendum. quoniam ſi hæc, ὀχεδὸν οὐδεὶς, & quæ ſequuntur, vſque ad finem ſententiæ, non ab eadem perſona dicantur à qua dicta ſunt quæ præcedunt, planè imperfecta manebit præcedẽs periodus. nam poſt hæc verba, ὥσπε οὐδ' ἔπος διίκοι εἶπ' ἂν τοὺς δικαίους ἀνθρώπους, αὖ καὶ τυγχάνωσιν ὄντες αἰσχροὶ τὰ σώματα, κατ' αὐτό γε τὸ δικαιόπαιον ἦθος, τοῦτῃ παγκάλους ἂν, ſuſpenſam manere orationem quis non videt? Neque verò hoc non animaduertit Ficinus: ſed vt iſti incommodo mederetur, quædã ſua adiecit. Ita enim hunc locum vertit, De iuſtitia omnino iuſtiſque hominibus & rebus & actionibus omnes quodammodo cõſentimus: quòd videlicet omnia hæc honeſta pulchráque ſint: ita vt ſiquis iuſtos homines, etiãſi corpore deformes ſint, ſecundum ipſum iuſtitiæ habitũ pulcherrimos aſſerat, nemo ſit iudicium illius reprobaturus. Illis enim verbis, Secundũ ipſum iuſtitiæ habitum pulcherrimos aſſerat, reddunturhęc, διίκοι εἶπ' κατ' αὐτό γε τὸ δικαιόπαιον ἦθος, τοῦτῃ παγκάλους ἂν, adeo vt iſta, Nemo ſit iudicium illius reprobaturus, ab illo adiici, dicere neceſſe ſit. Ad quam audaciam ne deueniendum eſſet, ſatius erat Aldinam lectionem ſequi, in qua hæc ὀχεδὸν οὐδεὶς &c. nõ ſolùm aptè cohærent cũ præcedentibus, ſed obſtant etiam ne imperfecta oratio relinquatur. Non dubito autẽ quin Ficinũ ad illud audendũ mouerit potiſsimum vox οὐδεὶς, tanquam ſuperuacanea, quum præcedat ἔπος: & fateor quidem certè non hunc tantùm ſed alios etiam pleonaſmos in hac oratione eſſe (quum enim abſque illis ita loquendum eſſet, ὥσπ οὐδ' ἔπος διίκοι εἶπ', τοὺς δικαίους ἀνθρώπους, αὖ καὶ τυγχάνωσιν ὄντες αἰσχροὶ τὰ σώματα, κατ' αὐτό γε τὸ δικαιόπαιον ἦθος παγκάλους ἂν), πλημμελῶς δόξειε λέγειν: videmus ἂν in alterutro loco πλεονάζειν, item τοῦτῃ, necnon illa omnia, ὀχεδὸν οὐδεὶς αὖ λέγων τοῦτο: conueniẽtia alioqui repetitioni, quali vtimur quum dicimus, Hæc inquam &c.) ſed alienos ab eo ſermone quo Plato hiſce in dialogis vtitur, non eſſe, imo talium exempla in his extare reſpondeo.

V. οὕτω] Quoniam in præcedente annotatione Aldinã lectionẽ, quã hîc ſequutus ſum, tuendam putaui, atque adeo vnam ſaltem rationem firmiſsimam (meo quidem iudicio) qua eam tuerer attuli: ſupereſt vt de his etiam verbis οὐκοῦν ὀρθῶς aliquid dicam. Hæc igitur verba οὐκοῦν ὀρθῶς non poſſe eidem perſonæ conuenire obiiciet aliquis: quoniam ſi ea perſona quæ dixit, ὀχεδὸν οὐδεὶς αὖ λέγων οὕτω, πλημμελῶς δόξειε λέγειν, illis verbis ſubiungat, οὐκοῦν ὀρθῶς, aliis verbis idem iterare videri poterit. At ego cum his verbis, οὐκοῦν ὀρθῶς, nõ repetendum eſſe λέγειν dixerim, ſed potius perinde eſſe acſi dictum eſſet, οὐκοῦν ὀρθῶς ταῦτα καί σοι λέγεσθαι δοκεῖ; Siue tamen ita ſiue aliter exponenda quis hæc verba exiſtimet, magis etiam debere diſplicere aio, vt ei qui dixit, Nemo qui ita loquatur, malè loqui videbitur, alter reſpondeat, Ergo rectè. Puerile eſt enim atque ineptum, ita loqui, Si non malè, ergo rectè. & tamen Ficinus hunc ſenſum ſequutus eſt. Iã verò ſiquis ſe quidẽ à Ficino diſſentire, ſed nec illi alteri lectioni poſſe aſſentiri dicat, & tertiam quãdam deſideret, perpendat hanc, ex mea coniectura, vt ἴσως cum duobus præcedentibus verbis iungatur, & à Clinia dicatur, οὐκοῦν ὀρθῶς ἴσως. Ideo autẽ curioſius locũ hunc examinandum putaui, quòd præcipuus ſit inter illos in quibus à Ficino de induſtria, quod ad perſonarum collocationem attinet, diſceſsi: quanuis in illis non itidem cõſilii mei rationem tibi reddiderim.

P.861.v. πε ἀν.] Verba hæc, ἃ δὴ κᾷ πάσας, & quæ ſequuntur, quorum vltimum eſt νομοθετῶν, notis parentheſeos debere includi videntur: aut ſaltẽ (ſiquis notas illas adhibere nolit) ita eſſe intelligenda vt per parentheſin poſita. Nec videtur à me diſſentire Ficinus, cuius hæc ſunt verba, locum iſtum interpretantis, Quod reſumentes, nos ipſos interrogemus, deccátne, quum differentiam horum nequaquam declarauerimus, quæ in qualibet ciuitate ab omnibus priſcis legumlatoribus quaſi duæ iniuriarũ ſpecies poſitæ ſunt, ſponte ſcilicet & nõ ſponte factæ, atque ita variè puniuntur: opinionem hanc noſtram, quaſi diuinitus dicta ſit, in medium adducere, nec eam vlla ratione, quomodo rectè ſe habet, confirmare. Niſi autẽ vt per parentheſin poſita accipiamus verba illa, manebit ſuſpenſa oratio poſt διαφέροντα. Sed & ita accipiendo, eſſe ἀνακόλουθον ſciendum eſt, atque hæc, ὁ δὲ παρ' ἡμῶν νῦν δὴ ῥηθεὶς λόγος &c. perinde ſubiungi (vacante, ſicut alibi, particula δέ, acſi præceſsiſſent non nominatiui ὀξυπρεπεῖς & διοεισάμενοι, ſed genitiui (ita poſiti vt quos vocant abſolutos) ὀξυπρεπῶν atq; διοεισαμένων, & quidem cum pronomine ἡμῶν. id eſt, acſi ita ſcriptum eſſet, ἆρ' οὖν περὶ τῶν ὑπὸ τοῦτον ἐσκεμένων οὔτ' ἐξυπρεπῶν ὄντων ἡμῶν, οὔτε διοεισαμένων ἡμῶν πω δὴ ῥηθεὶς λόγος (ἃ δὴ κᾷ πάσας ταὺς πόλεις ὑπὸ νομοθετῶν &c.) ὁ δὲ παρ' ἡμῶν νῦν δὴ ῥηθεὶς λόγος &c. Neque verò dicerem poſſe illa parentheſeos notis includi (quum ἃ non videatur à præcedente ταῦτα debere ſeparari) niſi abſque his quæ interiiciuntur haberet ταῦτα quò referretur, ſicut & πάντων. præcedit enim δίκαια, vnde cum πάντων ſubaudiendũ eſt τὰ δικαίων & τὰ δίκαια cum ταῦτα.

Verùm vt ab his ſalebris ad minus aſpera loca me cõuertam, de hoc etiam lectorẽ obiter monebo, quod ad ſuperiorẽ Ficini interpretationẽ attinet, non temerè mihi videri in καπανομοθετήσῃ poſitam eſſe præpoſitionem (quanuis ille nullã eius rationẽ habuerit) ſed opponi καπανομοθετήσῃ verbo νομοθετῆται, quod præcedit: paulo tamẽ aliter quàm ſi ἀπανομοθετήσῃ dictum fuiſſet. Vt autem illud verbum καπανομοθετήσῃς leniret, addidit πνὰ ζῆτον.

P.862.v. φέλειαν] Vereor ne hærere hîc cogamur, niſi ὠφέλειαν οὐκ ὀρθῶ ἡγουμένῳ pro ὠφελείας οὐκ ὀρθῆς ἡγουμένης dictum eſſe intelligamus. Fic. autem ita vertit acſi ſcriptum eſſet, τὸ δ' ὠφελείας ὂν ὀρθῶς ἄπορον ἡγούμενον ἀδικεῖν φήσουσιν. ei enim verba ſunt, Sæpe etiam eum qui vtilitatem minus rectè contulit, iniuriari dicemus, ſi hæc minimè ſuperat.

V. λείας] Si lectionẽ illam ſequamur, ἐὰν ἧγ' ἐμὴ νικᾷ, ellipſis nominis δόξα exemplo non carebit. Sed Fic. alterã lectionem agnoſcit, vt videre eſt in fine præcedentis annotationis.

P.864.v. ὠφος] In aliis etiã huius operis locis error hic extat vocis παιδεία poſitæ pro παιδία: vt hîc παιδεία habent præced. editiones, quũ in exempl. vet. ſit παιδία. Genitiuũ autem τ' ζώντων quò referre oporteat, non facilè inueniri poſſe arbitror: & donec quid meli' ab aliquo afferatur, dico poſſe intelligi τ' μαινένων: tranſeundo à ſingulari numero ad pluralẽ, quum dixerit μανείς. Suſpicatus autẽ ſum aliquando ſcribendum eſſe, ἢ ὅδέν πω τῶν τοιούτων διαφέρων: vel ἢ ὅδέν πω &c. quarum lectionum alterutram ſequendo, non itidem difficile inuẽtu eſſet quò genitiuus ille eſſet referendus.

P.869.v. ὅπερ] In præced. edit. ὧπερ, at in vet. ζῶτω: ſed poſſet etiam fortaſſe nõ malè ζῶ πω mutari in ζῶπον.

V. λως] Non ἐνόμω cõiunctè, ſed ἐν νόμῳ habent ſuperiores illæ editiones: ego verò neutrã illarũ lectionum ſatis probans (licet illam huic præferam) ἐννόμως ſcribendum cenſuerim.

P.870.v. ἅπ' χημα.] In vet. eſt ἢ ante ἅπ' χημάτων, qui hæc ſeparat à præcedentibus.

V. κήν.] Non video quomodo Fic. eũ quẽ in ſua interpretatione affert ſenſum, ex hac lectione elicere potuerit. vertit enim, Ignorãtiæ verò cauſa eſt, quòd nõ rectè laudãtur diuitiæ. Deinde hæc verba, ὡσὲς τ' Ἑλλήνων π' ἢ βαρβάρων à præcedentibus ſeparans, ſubiũgit, Quippe tã Græci quàm barbari diuitias, quũ tertiũ bonorũ teneant locũ, in primo ponunt. Perinde videlicet acſi ita ſcriptum eſſet, οἱ γὲ Ἕλληνές π' καὶ βάρβαροι, ὡσπερ τ' ἀγαθῶν αὐτὸ ὡσφίνοντες, &c. Quod verò ad priorẽ huius loci partẽ attinet, in ea non agnoſcit vocẽ φήμη. Quòd ſi etiã abeſſet hæc vox φήμη, tamẽ alter nominatiuus nõ bene collocatus eſſe videtur ad ſignificandũ quod ipſe dicit, & quod intellexiſſe Platonẽ exiſtimo: ſed potiꝰ dicendũ fuiſſe, ἅπ' ἢ ἀπαιδευσίας, τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλῆτον, αἰτία. Vel ponendo αἰτία poſt ἀπαιδευσίας, hoc modo, ἅπ' ἢ ἀπαιδευσίας αἰτία, τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλῆτον. Quid ſi φήμη non expungamus, ſed in aliã vocẽ mutemus? id certè fiet ſi meæ detur cõiecturæ locus, quæ vult mutari in φημί: vt legatur, ἅπ' ἢ ἀπαιδευσίας τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλῆτον αἰτία, φημί, ὡσὲς ἅπ' Ἑλλήων &c. vel poſita voce αἰτία poſt genitiuũ ἀπαιδευσίας, vtmodò dixi. Videamus tamẽ annon & nomẽ φήμη retinendo aliquis hinc erui poſſit ſenſus. Erui certè poſſit ſi abſit aduerbiũ κακῶς: ita legendo, ἅπ' ἢ ἀπαιδευσίας αἰτία, ἢ ὅ ἐπαινεῖσθαι πλῆτον φήμη ὡσὲς τ' Ἑλλήνων π' ἢ βαρβάρων, vt intelligamus, famã quæ ſpargitur de admiratione diuitiarũ quæ apud Græcos barbarósque eſt, cauſam eſſe ἀπαιδευσίας. At verò retinẽdo κακῶς, intelligeremus famã quæ eſt de mala admiratione diuitiarũ: quod huic loco minimè conueniret. Si enim fama quæ de admiratione illa ſpargitur, ſimul eam damnaret, malam eſſe dicẽs, nõ eſſet cauſa illius mali cuius Plato mentionẽ hîc facit. Hinc fit vt ex duabus meis cõiecturis hæc mihi magis placeat, ἅπ' ἢ ἀπαιδευσίας τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλῆτον αἰτία, φημὶ, ὡσὲς τ' Ἑλλήων π' ἢ βαρβάρων. Dixi autem admirationẽ diuitiarum potius quàm laudationẽ, quòd aptius huic loco eſſe videretur illud verbale quàm hoc (nam alioqui verbali nõ vtens, pro ἐπαινεῖσθαι πλῆτον dicturus fueram Laudari diuitias) præſertim quũ Cicero ita loquutus eſſet, De officiis libro 2, *Sed corrupti mores deprauatique ſunt admiratione diuitiarum.* Vbi cum ad hunc locum reſpexiſſe, propemodum auſim dicere: atque adeo ἀπαιδευσίαν non malè ad corruptos deprauatóſque mores relatum iri. Ignorantiam quidem certè cum Ficino interpretari nolim.

V. ἀ μηλ.] Non dubito quin ſcribẽdum ſit βόλεται, quum dixerit ζωή: neque poſſit (vt opinor) plurale verbum nomini quod eſt numeri ſingularis in tali loco ſubiungi.

V. ζῦπις] Quum ſequi deberet, ἢ ὡσὲς ζῦπις, λόγος (ſubaudiendo ἐρημῶδος ἔσω, vt modò ὡσοίμια μὰν ἐρημῶδα ζῶντ' ἔσω dixit) ὃν καὶ πολλοὶ πλῆν ταῖς πλεπαῖς &c. mutata ea quæ paſſim vſitata eſt orationis forma, accuſatiuo vſus eſt loco nominatiui, præpoſito etiam nomine ſeu pronomine relatiuo, quod alioqui poſtpoſitum fuiſſet. Qua de re lectorem moneo, ne hunc locum mendi ſuſpectum habeat.

P.871.v. γοῤῥων] Non placet mihi verbũ ἴσω hoc in loco: & parum tamen meæ coniecturæ fido, qua putaui aliquando ſcribi debere, ἴσω ἀιαλκάσων &c.

P.872.v. ναλκαίως] Non video quomodo verbũ ζλμῆσαι locũ in hac oratione habere poſſit: qui autẽ id nihilo magis quàm ego perſpicere poterunt, videant annon pro ὑπὸ πίκων ζλμῆσαι ſcribendũ ſit ὑπὸ πίκων πόλμης. Memineratautẽ huius rei & in fine paginæ 870, & πάλιν ἀφικεμένοις δεῦρο αἰαλκαῖον ἦ πῶ κ' φύσιν δίκην ὀκπέσαι, πῶ πᾶ δόντας ἄφρ αὐτὸς ἔδρασεν, ὑπ' ἄλλου ζιαύτην μοίραν πελθπῆσαι τὸν πότε βίον.

P.873.v. ζυμὸν] Dubiũ mihi non eſt quin κοιμίσῃ ſcribendum ſit, à κοιμίζω. De vocabulo autẽ ἀφιλασαιμόν admonui, ſi mendo careret, eſſe participium ab eadem origine à qua eſſet ἐξιλασαμόν, & idem ſignificare: ſed iam mendi ſuſpectũ habere deſino.

V. ἑκουσίως] In præced. illis edit. legimus ἑκουσίαν, at in vet. ἑκουσίως. Ferri quidẽ nõ poſſe lectionem illam manifeſtum eſt, ſed hæc magis placeret ſi particula καὶ ei præfixa eſſet. Si tamen hîc illa eſſe opus vocula contendamus, idem & de alio loco dicendum fuerit, qui eſt in fine paginæ 874, ὁπόσα ὀκ ὡσοίας ἑκούσια συμβαίνει γιγόμενα.

P.874.v. ζόντος] In vet. exempl. alia eſt lectio, ſenſum minus dubium efficiens, ὅσα δὴ νόμος ἐς ἡμῶν ἔσω κυρίως ἀεὶ φόνα κείμενος. Eum certè expreſſiſſe videtur & Ficinus, licet nomine, nõ aduerbio, vtens. ita enim vertit, Vna ergo lex iſta nobis præcipua de cæde ſancita ſit. Quòd ſi κύριος legatur, aliter etiam fortaſſe exponi poſſit.

V. ρεπέον] Sic etiam ἐκ προνοίας ἑκουσίως, non interiecta particula copulatiua, pag. 873, vbi & huius loci mentionem feci.

P. 878. v. ὕβριν] Hunc vocem ψυχὰς habes eodem modo scriptã & in dialogo Axiochò, qui est inter ὑπὸ νοθευομένοις. At ψυχὰς alia significatione, nimirum pro parentibus, habes cùm alibi, tum pag. 878.

P. 879. v. ἄλλος] Vide annon scribendum sit potius, ἄλλως ἄλλον ζώσῃ.

V. ζῆλω] Sic & alibi ἄρρενα ἢ ζῆλω, non ζήλειαν, scriptum est.

V. σωύμβριον] Legitur etiam ἐς ἑαυτὸν τύπτοντα.

P. 880. v. νιος] Videri posset scribendum προμωθίου. nam quũ præcellerit, καὶ ἐαὶ μὲν ὡς τοιούτοις προμωθίοις ὀπιθὴς γίγνηται, nunc de eo quem ὀπιθὴ vocat, & illi opponit, rationi consentaneũ esse videtur vt dicat ὃς μηδὲν προμωθίου φρονπίζων, non autem προοιμίου: sed intelligit procœmii materiam esse προμήθιον, & legislatorem suo procœmio eos quibuscum illi negotium est προμωθῆσθαι. Perinde igitur fuerit acsi diceret in eo de quo nunc agitur loco, καὶ μηδὲν προοιμίου ὃ αὐτὸ παραμυθίου ὃδὶ φρονπίζων. Dicetur autem de his duabus vocibus & in annotatione in paginam 885.

V. χρωμένων] Margini cuiusdam vet. libri, participii πεπιθέντων adscriptæ sunt duæ expositiones istæ, μαλαχθέντων, βεβιασμένων: tibi autem ne has quidem inuidere volui. Quinetiam illis addendum putaui, conuenire hunc locum cum alio quem habuimus in principio, quod ad vsum participii πεπιθέντων & nominis ἀπειθοῦσι attinet. sicut enim hîc dicit, ἀπειθοῦσι χρωμένων ἑκὼν φύσει καὶ μηδὲν πεπιθέντων, ita ibi scribit, ὃς ἀπειθὴς εἰς τοσοῦτον φύσει γίγνοιτ' ἂν, ὥς τε μὴ πείθεσθαι: addẽs etiam, νόμοις ἄπειθοι γιγνόμενα.

P. 881. v. ποτὲ] Non dubito quin adiecta præpositione κατὰ scribendum sit, μητραλοΐαί τε καὶ κατὰ τἄλλων ψυχῶν ἀνοσιουργήματα. Videri autẽ potest latius hîc ψυχὴ pro appellationẽ extẽdisse quàm vocis proprietas patiatur: quum alioqui potuisset dicere μητραλοΐαί τε καὶ πατραλοΐαι.

P. 885. v. θεοὶς] Pro προμήθιον inueniri etiam scriptum προοίμιον, (quam lectionem sequitur & Ficinus) admonui in iis quæ margini adscripsi. Quanuis autem hæc prima fronte videri possint sensum valde diuersum efficere, siquis tamen ea quæ dicam perpendat, eodem referri videbit. Primùm autem erit, quòd copulata inueniuntur apud hũc ipsum scriptorem hæc duo vocabula. Legimus enim lib. 11, pag. 923, ταῦτα μὲν οὖν προμήθιά τε καὶ προοίμια ἅπαντα ζώντων, ὦ Κλεινία, καὶ ὅσα πλουτώντων ἔστω· νόμος δὲ ὅδε. &c. Secundũ erit, quòd in præcedẽte libro, pag. 880, quũ dixisset, καὶ ἐαὶ μὲν ὡς τοιούτοις προμωθίοις ἀπειθὴς γίγνηται, statim pòst, de eo quem δυσπειθῆ appellabat, & alteri opponebat, non dixerit καὶ μηδὲν προμωθίου φρονπίζων, sed μηδὲν προοιμίου φρονπίζων. Tertium esse queat, quòd in eo ipso de quo agitur loco, quum προμήθιον quædam exemplaria, cætera habeant προοίμιον. Nec verò dubito quin alicui subitò in mentem venturum sit pro προμήθιον in his locis scribẽdum esse προμώθιον: sed ille ex iis quæ addã, se multum falli intelliget. Addã enim, non προμήθιον tantùm sed παραμυθούμενος etiam (in quod non cadit talis suspicio) à Platone dici, de illorũ procœmiorum vsu loquente. libro 11, initio paginæ 928, διὸ δὴ περὶ ὠόπτ αὐτὸ, ἢ ὀρφανῶν πέρι νομοθετέαν, παραμυθούμενός τε καὶ ἀπειλῶν ὁ νόμος ἐπαυδάκειν. (sed malè Fic. παραμυθούμενος de consolatione accipit: locũ hunc ita reddens, Quapropter lex consolando minandóque orphanorum curæ studet. contrà verò in ea quam habes hîc interpretatione aptè hic locus ita redditur, Itaque in ferendis de pupillorum cura legibus & adhortationes & minas adhibet legislator.) Addam verò & προμηθέον ex libro decimo, pagina 899, τὸν δὲ ἡγούμενον θεοὺς εἶ), μὴ φρονπίζειν δὲ αὐτοὺς ἀνθρωπίνων πραγμάτων, προμηθέον. vbi certè Fic. non tam procul ab huius vocabuli significatione discedit (vertit enim, Sed ille iam qui, quanuis deos esse dicat, curam tamen humanarum rerum negat habere, sic à nobis est persuadendus) ab ea autem nullo modo discessurus fortasse, si dixisset, Cõmonefaciendus, vel Exhortandus. nam προμηθεῖσθαι pro Dehortari non memini me legere. Idem certè rectius in illo paginæ 880 loco προμήθια interpretatur, quàm participium προμηθούμενος in eo qui à me allatus modò fuit. vertit enim Monita: quod melius tamen reddidisset Adhortationes. Eandẽ verò significationẽ habere προμήθιον censendũ est in illo paginæ 885 loco, in quem hæc annotantur: nõ autem, vt in vulg. lexicis legitur, dici de piaculari sacrificio vel supplicio ob impietatem. Sed quanuis in illis duobus & quibusdã aliis eam quæ à me dicta est significationẽ habeat, alicubi tamen & de consolatione nõ malè apud hunc ipsum scriptorem intelligi sciendum est, & quidem de iis itidem loquentem, quæ legislator suæ legi præfatur. vt in illo pag. 923 loco, ταῦτα μὲν οὖν προμήθιά τε καὶ προοίμια τῶν πλουτώντων ὦ Κλεινία καὶ τῶν πλουτούντων ἔστω νόμος ὅδε. Ac de vsu quidẽ huius vocabuli satis multa: nũc autẽ hoc adiiciẽdũ est, quòd non solùm προμήθιον & προοίμιον simul, sed alicubi etiã habeant vnũ quædã exẽplaria, quũ in cæteris sit alterum: inde hoc fieri, quòd ipsum προμήθιον est veluti materia τῷ προοιμίου, & legislator suo procœmio eos quibuscũ ipsi negotiũ est προμηθεῖται, id est, iis quæ præfatur, illos adhortatur, & mentes eorum flectere eósque ad bonam frugem reducere conatur, vt ad seuerã legum sanctionem venire minimè necesse sit. In illo igitur de quo paulo antè egimus loco, ex pag. 923, ταῦτα μὲν οὖν προμήθιά τε καὶ προοίμια, de duabus dictum ad idem pertinẽtibus rebus debet intelligi: perinde acsi loquutus ita esset, ταῦτα μὲν οὖν πᾶ ὡ τοῖς προοιμίοις προμήθια, vel ταῦτα μὲν οὖν πᾶ προμηθούμενα προοίμια. Iam verò quod ad locum illum attinet in quo νόμος dicitur παραμυθούμενός τε καὶ ἀπειλῶν, animaduertendum est, in ea pagina 885, à qua digressi sumus, τοῖς νομοθέταις eodem modo τὸ πείθειν & διδάσκειν priùs quàm τὸ ἀπειλεῖν, tribui, τοῖς νομοθέταις inquã, de agnoscẽdis numinibus agere apud suos volentibus. Scribit enim, ἀξιοῦμεν δή, καθάπερ ὑμεῖς ἠξιώκατε περὶ νόμων, πρὶν ἀπειλεῖν ἡμῖν σκληρῶς, ἡμᾶς πρότερον διδαχθῆναι πείθειν τε καὶ διδάσκειν ὡς εἰσὶ θεοὶ, τεκμήρια λέγοντες ἱκανά. Et paucis interiectis, προσῆ δ' ἂν νομοθετῶν φασκόντων εἶ) μὴ ἀγελίων, ἀλλὰ ἡμέρων, ἀξιοῦμεν πείθειν πρῶτον χρῆναι πρὸς ἡμᾶς. Iam verò & in principio pag. 888, eadem de re dicitur, ὧν πρώτιστα λόγοις νουθετῶν ἅμα διδάσκειν περὶ θεῶν πρῶτον ὡς ἐστί.

V. οἱ δὲ] Verba hæc, ἀρχαῖς προσῆκε, in præc. edit. nõ extant: sed minimè dubium est quin omissa ibi fuerint, quum modò dictum sit it dẽ διαίας τε καὶ ἀρχαῖς προσηκούσας: & audituri simus aliquanto pòst, ὡς φρονπίζοισι μὲν, ἀνάπαρα μωθητοὶ δὲ ἐν σώμασι καὶ ἀρχαῖς.

P. 886. v. τὸ οὐκ] Non διαφθορᾶς sed διαφορᾶς Fic. legit: ego tamen non dubito quin sincera

lectio sit ista, διαφθορᾶς, quum loquatur de illis quos μοχθηρούς appellat, & quorum animi ad impietatem ruunt, vel prorũpunt (horũ enim altero aptè hîc reddi puto verbum ὁρμῶντας) qua nulla maior esse animorum deprauatio potest, aut etiam morum corruptio atque deprauatio. sicut paulo antè corruptos mores deprauatósque dicentem Ciceronem audiebamus.

P.887. v. τὸν λόγον] Hic locus partim veteris exemplaris ope, partim coniectura mea restitui posse videtur. Primùm igitur quod ad particulam negatiuam attinet, quam nobis ante participium πειθόμενοι exhibet, quod dat accipimus, vt prouerbio dicitur: sed præterea ante illã voculam οὐ expungendam esse οὖῶ contendimus, simúlque stigmen quæ est post γίγνονται: vt cum eo iungi possit ναῖ, cui subiũgatur hypostigme. hæ enim non magnæ mutationes facient vt oratio minimè suspensa, sicut antea, maneat. quũ enim hîc simúlque in superioribus illis editionibus ita scriptum sit, αἰάσκω δὲ δὴ χαλεπῶς φέρειν καὶ μισεῖν ἐκείνους οἳ ζώντων ἡμῖν ἄτοποι τὸν λόγον γεγόνασι καὶ γίγνονται. ναῖ οὖῶ πειθόμενοι τοῖς μύθοις, οἷς ὀλίγον &c. quum, inquam, ita & hîc scriptum sit & illic, ego ita scribendum esse contendo, αἰάσκω δὲ δὴ χ.φ.καὶ μ.ἐ. οἳ ζώντων ἡμῖν ἄτοποι τὸν λόγον γεγόνασι, & γίγνονται ναῖ, οὐ πειθόμενοι &c. Vide, quàm pauca mutando, faciam vt tibi locum hunc legenti amplius hærendum non sit, inuenienti participium πειθόμενοι, quod vnde pendeat dicere nequaquam possis. Neque verò dubiũ mihi est quin multum hic locus Ficinum torserit, ne illam quidem negatiuam voculam agnoscẽtem: qui tandem non tam sensum verborũ Platonis expressit, quàm sententiam instituto sermoni cõsentaneam commentus, eius loco exhibuit. Ita enim hunc locum vertit, Verùm quo modo absque offensione esse aliquis deos dissferat? præsertim quum necesse sit graviter ferre & dissẽque eos qui horum verborum nobis causam præbuerunt. Hi certè à pueritia ad deos affirmandos eo maximè inducere animum potuerunt, quòd dum lacte nutrirentur, à nutricibus matribúsque multa de illis ioco & seriò dicta decantatáque in orationibus audiebãt, &c. Hîc sanè lõgè alium sensum audis quàm eum qui verbis illis subest, οἳ ζώντων ἡμῖν ἄτοποι τὸν λόγον γεγόνασι, & γίγνονται ναῖ, οὐ πειθόμενοι τοῖς μύθοις &c. At ego genuinum & horum & præcedentium verborum esse hunc dico, Agedum, quomodo fieri possit vt quis non exsandescat, si deos esse docere illum oporteat? Necesse est enim vt ægrè ferat sibi ad hanc disquisitionem esse veniẽdum, sítque illis infensus qui eius occasionẽ & antea præbuerunt, & nunc quoque præbent, dum minimè fidem adhibent iis sermonibus quos iam inde à tenera ætate vnà cum lacte imbiberunt.

V. γάλαξι] Putet aliquis scribendum γάλακτι: quæ tamen lectio ex nullo veteri affertur, quod sciam. Non videtur autem posse participiũ προφόμενοι iungi cũ illis verbis ἐν γάλαξι: quũ dicatur βέβρεφθαι γάλακτι, absque illa præpositione.

V. μεγίστη] Mirum est, in duobus vet. libris scriptũ esse, ζωὴ αὖτ' γενέας, & paulo pòst ἐκπυδακόπας, item προσδιαλεγομένους, quum præcedat in iisdem ζώντων, nõ ζῶντας. quod participium si ita ibi scriptum esset, hos accusatiuos locũ genitiuorum absolutorũ tenere, vel à præcedentibus verbis ὁρᾷ & ἀκούει, pẽdere dicerẽ: (ζῶντας & ἐκπυδάζοντας ab ὁρᾷ: at προσδιαλεγομένους ab ἀκούει) sed ante ὡς ὅτι μάλιστα (siue ὁτιμάλιστα coniunctè, vt malo scribere) particula καὶ opus esse puto: (qua nõ foret opus si legeretur ἐκπυδακότως, quod cũ προσδιαλεγομένους iungeretur) quinetiam ante ζῶντας eam requirerem, si mutaretur (vti dixi) ille genitiuus ζώντων in hunc accusatiuum ζῶντας, quemadmodum pro reliquis genitiuis accusatiui in duobus vet. libris extant.

P.893. v. πῃ ὡς] Legitur etiam, ὡς αὖ τις ἐλπίσῃ ἐγγίγνεσθαι πάθος.

V. ἔστιν ὅπῃ] Quid his verbis ἔστιν ὅπῃ opus est, quum ὅπῃ μὴ præcedat? Aut expungenda certè aut ὀκ Θεαιτήτου poni dicenda sunt.

P.897. v. πρεσβύτου] In vet. non φαμὲν scriptum est, sed φῶμεν: qui subiunctiuus modus ἀπορήσει conuenit.

P.899. v. πῃ δέξειν] Non ab eodem apud Ficinum hæc dicũtur, ἀπὸ δὴ ἄμεινον &c. sed ab Athenienſi: interpretantem etiam ita hunc locũ, acsi vocem χρεὼν non agnosceret. hęc enim sunt eius verba, Præstat autem vt siue curru quodam intrinsecus teneat corpus illud eius anima, lumẽque ita cunctis effundat, siue foris sit, seu quomodocunque quis excogitet, deum esse ipsam omnes arbitremur. an aliter? Fortasse tamen legit quidem χρεών, sed in sua interpretatione prætermittendum, tanquam omnino superuacaneum, censuit. Alterum sanè abesse debere videtur, vel hoc χρεὼν vel ἄμεινον. nisi ita excusemus χρεών, vt dicamus exponendum, Præstat, inquam. Quod si cui non placeat, videat an alteram meã hoc de loco coniecturam probare possit: qua cum ἄμεινον nõ verbum ὂν subaudiendũ censeo, vt significet Præstat: sed legẽdũ, πᾶ ἄμεινον ἀπὸ, id est Præstãtiorẽ eius partem.

V. πῃ δ'] Scribendum est ὑπομιμνῇ, vt legit etiã Fic. qui significationẽ huius verbi, quæ hoc in loco obseruatione digna est, bene expressisse videtur. vertit enim, Ita ergo istis concessis, poterítne aliquis negare, plena deorũ omnia esse? Fortasse tamen aliquis infinitiuum λέγειν, aut aliud ei synonymum, illi verbo iunctum fuisse non immeritò suspicetur.

V. Α Θ.] Nihil aliud est τὸν λόγον τέλος ἐχέτω quàm οἱ λόγοι τέλος ἐχέτωσαν. sed quid si τὸν τοῦ λόγον legendum potius esse dicamus? Refertur autem ζώπυρις ad eos aduersus quos disputabat. q.d. Hi igitur ita conclusam meam aduersus se disputationem habeant.

V. λως] Rectius legitur ἡγούμενον μὴ θεοὺς εἶ, quum sequatur, μὴ φρονπίζειν δέ.

V. μονες] Non dubiũ est quin ex vet. exẽpl. fide pro nominatiuo δόξαι subsstitui hîc debeat datiuus δόξαις. Interpungendum est autem post ἐμμελῶς.

P.900. v. primo.] Post ζωὴ apud Eusebium scriptum est ὅταν ὁ ἅπασι ζώπυρις ἰδὼν, ἢ δι' ἀκοῆς αἰσθόμενος &c. sed nullũ hîc posse locũ habere aduerbium ὅταν existimo: ideóq; pro illo lubenter ex coniectura subsstituerim ὦ ταν: & participio ἰδὼν particulam ἢ præfixerim. Nec autẽ aduerbiũ ὅταν recipere possimus, vt cum verbo ὁρᾷς iungatur, obstant primùm quidẽ illa verba ὁ ἅπασι ζώπυρις, quæ cũ παρεῖπῃ iungenda sunt, non cũ ἰδὼν: deinde sermonis ἀκολουθία. Quòd si in vlla huius loci parte, certè ante δι' αὐτὰ aptè positũ iri videtur: hoc modo, ἢ ἰδὼν (vel ἰδὼν γὲ) ἢ δι' ἀκοῆς αἰσθόμενος. ἢ ἢ παντ. (&c.) ὅταν δι' αὐτὰ ζώπυρις ὁρᾷς ὁκ σμικρ. (&c.) πόπ δὴ παῦτα διαῆτα δῆλος εἶ &c.

V. ἢ παντ.] Inter αὐτὰς & αὐτοπῆς apud Eusebium legitur, αὐτῶν ἐστί.

V. δέ γε] Pro ἐμπίπλη apud eundem scriptum est ἐγγίγνηται.

P. 901. v. ποιοῦν] Apud eundem, ὁ φράζων: cui participio subiungenda hypostigme. His autē verbis τὸ ποιοῦν φράζει, intellige, ἀμελεῖ τῶν μικρῶν.

V. λέγομεν] Verbum hoc λέγομεν rectius apud eundem iungitur præcedentibus, vt Clinię quidem interrogatio sit, Ποίω δὴ λέγομεν; Athenienſis autem responsio, Ἢ διαφέρον &c. At verò Ficinus neutro in loco verbum illud λέγομεν agnoscit. Posset autem legi & λέγομεν, iungendo cum ποίω δή.

V. ῥᾳθυμίᾳ] Dixi, magis mihi placere ὅτε ἀμελεῖ, quia præcedit ἢ διαφέρον οὐδὲν οἰόμενος &c. manente suspensa oratione: quæ non relinquetur suspensa, si legendo ὅτε, intelligamus, ὅτε ἀμελεῖ, ἢ διαφέρον οὐδὲν οἰόμενος εἶτ) &c. ἢ ῥᾳθυμίᾳ καὶ τρυφῇ, εἰ διαφέρει. Alioqui locos nonnullos inueniri non ignoro, vbi particula ἢ vacet. Posset autem & διαφέρον legi, vt intelligeremus, εἰ διαφέρον ἡγούμενος εἶτ). duo hæc posteriora verba ex superioribus repetentes.

V. πιπτεῖ] Pro verbo ἀμελεῖν apud Eusebium habemus nomen ἀμελεῖς, quod aptius esse videtur, quia præcedit itidem nomen παραπτωτικός.

V. φρόνιμον] Non θεοὺς sed θεὸν habet idem, itidémque paulo pòst λαθεῖν ἢ αὐτόν: sed scriptura nostra consentanea est & iis quæ præcedunt & iis quæ sequuntur.

V. αἰσθ.] In præced. edit. λέγεται, pro quo ex vet. exempl. positum fuit λέγει, quod etiam magis aptum videtur, & à Ficino agnoscitur: apud Euseb. tamen est λέγεται, vt in præced. edit.

V. ἐκεῖνον] Malim alteram lectionem, οἷος λέγομεν, quòd iam præcedat ὁμολογεῖν.

P. 902. v. ἴωμεν] Interpungendus ita fuerit hic locus, ὡς ἀγροικωτάτῳ τινὶ, καὶ, δέον ὀπτιμελεῖσθαι, δι' ἄγνοιαν ἀμελοῦντας, & post ὅτι δεῖ claudendū prius membrum, posita interrogationis nota.

V. ἄλλα] Pro βελτίω apud Eusebium legitur βέλτιον: quam lectionem sequendo, cauendum esset ne cum φράζειν eam vocem iungeremus. Intelligit enim εἶτ) βέλτιον φράζειν ἄλλα, id est, Melius [vel satius] esse alia facere: non autem, εἶτ) φράζειν ἄλλα βέλτιον, id est, Licere alia facere melius.

V. φαμὲν] Post ζῶα duæ voces extant apud Eusebium, quæ videndum est annon hîc desiderari dicēdæ sint. Ita enim legitur apud eum, πάντα ὁπόσα θνητὰ ζῶα, ἢ νοερὰ, ὥσπερ καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον.

V. δὲ δὴ] Illius lectionem præfero, quæ est, σκοπῶμεν ἢ δὴ καὶ πόλει. neque enim hæc verba sunt rationem reddentis, sed ad aliud argumētum transeuntis.

V. ΚΑΕΙΝ.] Ita legitur hic locus apud eundem, ἰατρῷ δὴ προσταττόμενον ὅλον τὸ θεραπεύειν, βουλομένῳ καὶ δυναμένῳ, τὸν μὲν μεγάλων ὀπτιμελὲς ἔσται, τὸν μοχλὸν ἢ δὲ σμικρῶν ἀμελές, εἶτ' ἔχει ποτὲ καλῶς αὐτὸ τὸ πᾶν; Cum qua lectione si nolis nostram commutare (quum mutatio magis sit in verbis quàm in sensu) saltem pro αὐτῷ substituendū ὡς fuerit. Apud eundem statim pòst, ἐμοὶ δέ γε κυβερνήτας &c.

V. vltimo, inter ὀπτιμελεῖσθαι & δυναμένῳ legimus apud eum δυνατὸν εἶτ): quarum duarum vocum non satis perspicio quis hîc posit esse vsus.

P. 903. v. Δοκοῦμεν] Pro μάλιστα scriptum est apud eundem καὶ μεγάλα.

V. θεὸν] Pro καὶ in vno veteri legitur καὶμάλα.

V. λόγοις] Non dubito quin ὀρθῶς, quòd à Clinia hîc dicitur, præcedentem Athenienſis hoſpitis ſermonem, vel potius priorem ſermonis eius partem, claudere debeat: vt ille ſit eiuſmodi, Τῷ γε βιάζεσθαι τοῖς λόγοις ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς. alioqui λέγειν ſine hoc aduerbio quem vſum hîc haberet? Dixi autem, vel potius priorem ſermonis eius partem, quòd eum cōtinuās, addat iſta, ἐπῳδῶν γε μὴν ὡς δεῖ &c. Aſſentitur autē mihi Fic. qui locū hunc ita vertit, Verùm hactenus quodammodo ratione coegimus vt falſa ſe opinari confiteretur: indigere quoque perſuaſione, qua veluti cantu quodam capiatur, exiſtimo. Cæterùm hæc verba ἐπῳδῶν μώσων ἔτι τινῶν, declarantur aliis quæ ſunt pag. 887, vbi dicit, οἷς [μώσοις] ἤκουον οἷον οὐκ ἐπῳδαῖς λεγομένοις.

V. θεῖ; ΑΘ.] Apud Euſeb. poſt hæc verba πείσωμεν (ita enim apud eum ſcriptum eſt) τὸν νεανίαν τοῖς λόγοις, habentur iſta, ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς, quæ malè ex præcedentibus eſſe puto repetita. Illis autem ſubiungūtur apud eum quæ & hîc datiuum λόγοις ſequuntur, ὡς τῷ θεῷ πάντως ὀπτιμελομένῳ &c.

V. εἰσμὸν] Quanuis hîc τὸ ἔλαττον ſcribēdum eſſe videatur, legitur tamen τὸν ἔλαττον & apud Euſebium.

V. ξωστ.] Coniecturam meam margini adſcriptam comprobari ab Euſebio poſtea comperi, quum locum hunc cum eius exemplari conferrem.

V. τῆς κοινῆς] Pro ὀπτιμαμένη quidam libri veteres habent σωτιμαμένη, quibus aſſentitur & Euſebius: nec verò dubito quin hæc genuina ſit lectio.

V. αὐτῷ] Videri poſsit ſcribendum potius ἑκάστῳ: eſt tamen ἕκαστον & apud Euſebium.

V. Ἢ ῥᾳθ] In præced. edit. legitur ῥᾳθώνης, & apud Euſebium quoque: neque tamen altera lectio in dubium vocari poteſt. Cæterùm & θεοῦ non θεοῖς apud eundem poſt ὀπτιμελείας legitur.

V. ὀκ πυρὸς] Affertur alia vox valde diuerſam ſignificationem habens, quanuis ſcriptura perſimilis, nimirum ἐμψύχον, participium ab ἐμψύχω, pro ἔμψυχον. deinde, καὶ ἢ ξύμπολα, pro his, καὶ μὴ ξύμπολα: apud Euſebium tamen eadem quæ hîc lectio eſt.

P. 904. v. τώλ.] Non eſt ὂν apud Euſebium ante χρυσόμορον.

V. λόγου] In duobus vet. libris ita ſcriptus eſt hic locus, ᾗ τὸ μὲν ὠφελεῖν ἀεὶ πεφυκὸς, ὅσον ἀγαθὸν ψυχῆς, διενοήθη. apud Euſebium autem, ita, ᾗ τὸ μὲν ὠφελεῖν ἀεὶ πεφυκὸς ὂν, ἀγαθὸν ψυχῆς διενοήθη. Mihi autem venit aliquando in mentem ſuſpicari, ex ὅσον quod eſt in noſtra lectione, faciendum eſſe ὡς ὄν: vt legatur, καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν ἀεὶ πεφυκὸς, ὡς ὂν ἀγαθὸν ψυχῆς διενοήθη.

V. νέσεως] Apud Euſebium τοῦ πάνυ ἀνδρὸς ἀφ. Paulo pòſt apud eundem pro ταύτην eſt ταῦτα, quod mendoſum eſſe puto. Nec verò χαλὸν οἰκίζεται (quæ lectio alicunde affertur) ſed χαλὸν ἐκάστοτε apud eum legitur.

V. ἴσαν] Lectionem vet. exempl. margini adſcriptam agnoſcit idem.

V. δέγε.] In præced. edit. eſt μείζω non μείζων, item μεταβάλλη non μεταλάβῃ: aſſentitur autem illis & Euſebii exemplar. Sed apud hūc

non μείζω δὲ δὴ sed μείζω δὴ scriptum est, & ὦ pro π post διαλυθέντες: vt sententiæ initium non sit in μείζω, sed in διαλυθέντες: hoc modo, διαλυθέντες ἀπὸ τῶν σωμάτων, μείζω δὴ ψυχὴ καὶ ἀρετὴς ὁπόταν μεταβάλλῃ, &c.

V. γίγνηται] Apud eundem scriptum est ταῦτα διαφέροντα: sed dubium non est quin illud ταῦτα mendosum sit, & ταὐτὸ retineri debeat. Verùm aliter interpungendus est hic locus, quàm hîc (sicut & in præced. editionibus) sit interpunctus. interpungendus est, inquam, hoc modo, γίγνηται διαφερόντως ταὐτὸ, διαφέροντα ἢ μετέβαλε πόνον, ἄγιον ὅλον, &c.

V. ὅτι τοιαυτία] Scribendum potius μεθιδρύσατο, vt legitur apud Eusebium: sicut in priore membro habuimus μετέβαλε.

P. 905. v. τῆς δίκης] Non ἀτυχὴς sed contrariũ ἀτυχὴς legit Ficinus: qui locum hunc ita vertit, Quare nec tu, nec alius vllus optet cõfidátq; se adeo felicem fore vt iudicium hoc deorum effugiat atque exuperet. Apud Eusebium tamen est ἀτυχὴς sicut hîc, sed non præfixa particula εἰ: item ἐπυξεται. Paulo pòst habet idem, ἰὼ πασῶν δίκην δικῶν διαφερόντως. &c. sed minimè necessarius est hic accusatiuus δίκην.

V. νος, εἰς] Nihil comparet ad quod referri possit αὐτὸ: ideóque libenter in eius locum substituo σωτὴρ, quod apud Eusebium legitur. Quia tamen non post προσήκουσαν ponitur, sed ante, scio cuipiam esse suspectum posse.

V. ἔπι δὲ] Non ἀχειώτερον, sed ἀγιώτερον, habemus & apud Eusebium: & facta quidem fuit paulo etiam antè πόνου ἁγίου mentio, sed huc minimè pertinens.

V. πε πῶς] Apud eundem legimus πρὸς ὃ δεῖν pro πῶς ὃ δεῖν. At Ficinus ita hunc locum vertit, Non oportet autem hoc, ô vir præstantissime, ignorare, quod qui nescit, nec viuendi formam vnquam cõspiciet, nec verba de vitæ beatitudine vel miseria facere poterit.

P. 908. v. μα. δεσμὸς] Nisi legas δεσμωτηρίων γε ὄντων, & ponas duntaxat hypostigmen post πᾶσι, suspensa manebit oratio.

V. εἰ αἰσθ.] Non debet suspectum esse hoc genus loquendi, quum & antea ita loquutus sit. Paulo pòst autem legitur etiam ἐξαμαρτανόντων.

V. δοξάζων] In præced. edit. scriptum est ἀτυχὴς: sed omnes vet. libri de voce illa ἄφυκτος consentiunt. Agnouit autem & Fic. hanc lectionem, qui vertit, Hic verò eandem habet opinionem, sed acriori ingenio præditus vulgo putatur.

V. πικ.] Malim vt in quodam vet. δόλου καὶ ἐνέδρας πλήρης.

P. 913. v. ἔφτο] Videndum an παρῶν retineri possit, subaudiendo ἀγαθῶν: alioqui πατέρων in vet. legitur. exponendũ autem videtur ex iis quæ paulo pòst dicuntur, ἁμήτε αὐτὸς κατέφτο, μητε αὖ πατέρων ὡς πατήρ. Fic. autem reddit Parentum, quasi idem valeret quod γονέων. Cæterùm ὧν legendo ante πατέρων, referetur ad illa ὡς κατέφτο: alioqui ὃν ad κειμήλιον: at Fic. perinde acsi ὅτι legisset, ad ἡσυχὴν retulit.

V. ζῆς] Videdum annon legendum sit potius ξυμβαλοῦσιν. Mirum est autem Ficinum, agnoscentem alteram lectionem, αἱρεσιωτικὸν vertisse Credam: nisi fortè aliter (quod non puto) legit. Illius locum hunc interpretantis hæc sunt verba, Nec ariolis depositũ accipere consulentibus credam.

V. πλὴν γε] In vno vet. scriptum est πλὴν γῆ παρακαταθήκῳ: quã lectionẽ minimè contẽnendã existimo, quod ad genuinã nos posse deducere videatur: genuinam, inquam, meo iudicio. puto enim scriptum fuisse, πλὴν ὡς γῆ παρακαταθήκῳ. meminisse enim oportet eum hîc de thesauro loqui: & αἴρεσθαι solere dici de iis quæ è terra tolluntur, à quo sunt αἴρεμα, & αἰρέληται, item participium αἱρεσιόφορος, quibus hîc vtitur, sicut & actiuis vocibus, licet nõ perinde hac in significatione vsitatis. Adde quòd κειμήλιον, quo etiam vtitur, ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι dicitur. Nec verò mirum videri debet, eum quod in terram reconditum sit, vocare depositum (id enim omnino sonat vox παρακαταθήκη) quum itidem Credere aliquid terræ dici soleat, atque adeo illam, siue arua, fallere interdum depositum dicentes poetas audiamus. Eo autem lubentius ita lego, quòd locus hic nõ posceret vt πλὴν γε παρακαταθήκην, sed vt simpliciter πλὴν παρακαταθήκην diceret.

V. μὴν δὴ] Post hæc verba ὁ θεὸς οἶδεν, videri possit Ficinus legisse quæpiam, quæ hîc desint: sed ea illius esse puto, ab illo addita vt melius cum his cohærerent ea quæ sequuntur. Eius verba sunt, Quæ pœna huic à diis debeatur, deus quidem ipse nouit: quæ verò ab hominibus, declarabimus. Qui primus viderit, &c.

V. ζῆς ἀεί.] Hæc verba, εἰ δὲ τῆς πόλεως ἐν ἀγορᾷ που, ζῆσιν ἀγορανόμοις, in præced. editionibus nõ extant: sed ea in iis desiderari ostendit hic locus pag. 936, qui in ipsis quoque ita scriptus est, ὃν μὲν ἀγορᾶς ἀγορανόμοι ἐξεργόντων αὐτὸν· ὃν δὲ θεὸς ἄστυος, ἢ τῶν ἀγυνόμων ἀρχή· ἀγορεύομεν δὲ ὃν τῆς ἄλλης χώρας εἰς τὴν διαφοείαν ἐκπεμπόντων. Neq; tamẽ verba illa in eo de quo nunc agitur loco, absq; vet. exempl. consensu fuerunt adiecta. Agnoscuntur certè & à Ficino, sed ea malè loco tertio collocante. Est autem interpungendũ post χώρας, & subaudienda particula που.

P. 915. v. οὐσία] Aut dicendum est scribendũ esse πλείων, aut cum πλείω subaudiri κτήματα, vel ἀγαθὰ, aut tale quid.

P. 917. v. ματα] Suspicor scriptum fuisse ἔχοντας, vt intelligamus, ὅσων ὀνόματα μὴ χαίνειν ῥᾳδίως, οὕτως ἔχοντας καὶ ταρότητός τε καὶ ἀγνείας τοῦ πρὸς θεοὺς, ὡς ἔχουσιν &c. At Fic. non aliter posteriorẽ huius loci partem interpretatur, quàm si aliam omnino lectionem sequutus esset. eius enim hæc sunt verba, AEquum profectò est nomina deorum nõ facilè inquinare, nec ea huc atque illuc deuoluere, sed omnia quæ ad deos pertinent, purè castéque seruare.

P. 919. v. μηχ.] Legitur etiam αἰαίδω in vno vet. libro: sed nullo modo vocem hanc probo, quum superuacanea quodammodo futura sit ante αἰαιγωνίας.

P. 920. v. ξωόικος] Vide annon potius scribendum sit, ζῆς γομοφύλακας.

P. 921. v. vltimo, pro ὁ ex vno vet. libro affertur ὁ: qui articulus nullum hîc locum habere potest: contrà autem rectissimè dicitur, ξυμβαλυτικὸς, ὁ διαστικός: sicut alibi dictum fuit, ξυμβαλυτικὸς, ὁκ αἰαλκαστικός.

P. 922. v. ἔπι πολ.] Fic. agnouit πολεμικῆς.

V. δοῦναι] Post hæc verba, καὶ μὴ, videri possit aliquid deesse: sed puto esse ellipsin, & non aliter hęc intelligi debere quàm si dixisset, καὶ μὴ δοῦναι ᾧ ἂν δοῦναι μὴ ἐθέλω: at Fic. hãc posteriorem partem prætermisit.

P. 926. v. τοις ὡς] Ita locum hunc vertit Fic,

acſi legerit non ὡς, ſed εἰ: quæ certè particula aptior eſt huic loco. nam poſt ὡς ſequi potius debuiſſet ὑ δυναμένοις.

V. ὀρφ.] Scribendū puto, πρὸς τούτοις ἐπιτιμῶντες δίκαια ζημιοῦν, quum hîc claudi periodum oporteat.

P. 927. v. βλεπ.] Illis verbis, ὀξὺ μὲν ἀκούσεται, hæc ὑποδοσις conuenit, βλέπουσι δ' ὀξύ.

V. πιμέλειαν] Fic. verbum quoddam addit, ad claudendam hanc periodum. ita enim hunc locum vertit, Sed leges quæ ſequuntur, tutoribus, prout erga orphanos ſe gerant, magiſtratibus, prout de cura tutorum inquirant, conſcribimus. Videri autem poſsit deeſſe νομοθετοῦμεν poſt νομοθέτας, aut tale quid. Niſi potius ſuſpicandum ſit, deeſſe quampiam præpoſitionem cum illis accuſatiuis, quæ ſenſum hunc efficeret, Quod autem attinet ad cæteras leges quæ ferēdæ ſunt: vt poſt ὑπόθετον hypoſtigme tantùm poneretur. Legitur autem & ita, περὶ δὲ τὰ λοιπὰ τῶν νόμων σημεῖα πειρώμεθα.

P. 930. ἕνεκα] Videri poſsit aliquid hîc deeſſe poſt ἕνεκα, niſi, quia γάμων facta eſt mentio, ſubaudiendum eſſe hîc dicamus γαμείσθωσαν, vel γημάσθωσαν. At Fic. & γαμείτωσαν de viris, vt γαμείσθωσαν, de mulieribus, ſubaudiendū cēſuiſſe videtur: (neq; enim illum in aliquo exemplari inueniſſe puto) qui vertit, Si verò liberis egeāt, liberorum quoque gratia ducāt nubántve. Ac certè, niſi hæc itidem ſubaudire velimus, dicēdum erit tranſiri à ſingulari numero ad pluralem. quod vt credamus, adduci eo poſſumus, ϕ de ſola muliere loquens, valetudinis curam nuptiarūm cauſam eſſe voluerit, & nunc addat, καὶ παίδων ἕνεκα, quaſi dicat, ὑ μόνον ὑγιείας ἀλλὰ καὶ παίδων ἕνεκα.

V. μολογῆτε] Si mendo caret participium ποιημένων, fuerit poſitum pro πρὸς ποιημένων: Ficini etiam interpretationem ſequendo, Quoties vtrinque cōceditur, natos pueros, eorum filios eſſe qui ſibi eos vendicant.

P. 931. v. μα αὐτῷ] Hæc verba τοιοῦτον ἐφέστιον οἴκημα (vel potius ἵδρυμα, vt in vet.) ἐν οἰκίᾳ ἔχων, videtur vtrinque interpunctione ſeparanda, vt ἄγαλμα iūgatur cum μᾶλλον κυρίου ἔσεσθαι: hoc autem aduerbium μᾶλλον referatur ad αὐτῷ. quod etiam relinquetur ſubaudiendum ſi αὐτῷ magis legere libeat.

V. τοῦτο] Lectionem margini adſcriptam Fic. quoque agnoſcit, nec dubito quin eam ſequi oporteat, præſertim quum præcedat ἐπιδεῖσθαι. Fortaſsis autem ex aliqua nominis δρᾶσος expoſitione margini adſcripta remanſit illud βλαισεύς. credibile eſt enim aliquē, id vocabulum exponere volentem, vſum eſſe his verbis, βλαισεὺς δίκη ταῖς δρᾶσι, aut βλαισεὺς ἐν ταῖς δρᾶσις, aliiſve huiuſmodi.

P. 932. v. περὶ περὶ] Eum qui hîc eſt errorem (quin enim mendoſa ſit hæc lectio, nemini dubium eſſe debet) eandem originem habere arbitror quam habere dixi eum cuius in proximè præcedente annotatione mentionem feci: id eſt, natum itidem eſſe ex aliqua margini adſcripta expoſitione: ac feciſſe hanc vt duo loquendi genera vnam eandémque rem declarātia permiſceerentur. legimus enim hîc, περὶ περὶ γάμους γυναικῶν ὀπτιμελουμένων, quum tamen αἱ περὶ γάμους (vel τοὺς γάμους) γυναῖκες, & αἱ περὶ γάμων ὀπτιμελούμεναι, idem valeāt. Dixit enim in principio paginæ 930, δίκαιον περὶ γάμους γυναικῶν: & circa mediū eiuſdem, πρὸς τὰς περὶ γάμων ὀπτιμελουμένας. Fortaſſe igitur, quum aliquis volens in illo de quo nunc agitur loco, exponere illa verba, περὶ περὶ γάμους γυναικῶν, ſcripſiſſet, περὶ ὀπτιμελουμένων περὶ γάμων, ex margine in contextum expoſitio irrepſit.

P. 933. v. ἢ σμικρ.] Conuenerunt neſcio quomodo in iſtam libri huius partem errores qui eandem (vt opinor) originem habent. quum enim duos in duobus vicinis locis ex aliqua expoſitione ortos eſſe dixerim (veriſimile ſaltē id eſſe oſtendens) quæ in contextum, vt vocant, irrepſerit: ecce, non longo interuallo, & tertium. Perſuaſum enim habeo, verba iſta, εἴτ' ἄλλῃ βλάβῃ, ex quapiā expoſitione manaſſe, quæ doceret, cum his verbis, εἴτ' οὖν θανασίμῳ, ſubaudienda eſſe iſta, ἄλλῃ βλαβῇ. Superuacanea quidem certè hæc verba eſſe, εἴτ' ἄλλῃ βλάβῃ, ante hæc, εἴτ' οὖν θανασίμῳ, quilibet fateatur neceſſe eſt: contrà autem, illis verbis, ὅπῃ βλάβῃ μὴ θανασίμῳ, aptè hæc ſola ſubiungi, εἴτ' οὖν θανασίμῳ. Alioqui, ſi verba illa ἄλλῃ βλαβῇ retinēda eſſent, ſcribendum foret, εἴτ' οὖν ἄλλῃ βλάβῃ θανασίμῳ.

P. 934. v. αις, ἢ] Pro χειρουμένοις crediderim ſcribendum eſſe ῥᾳθύμους: vt ſicut in priore mēbro dixit, ὁ μὲν αἰσία κακουργήσας, (&c.) ἐλαφροτέραν: ita dicat in poſteriore, ὁ δὲ δίκῃ οἰκείαν ἄνοιαν (&c.) ἐν φόβοις ἢ ὀργῇ ἢ ὅπῃ ὀπτιμίαις, ἢ φθόνοις, ἢ ἐπιθυμίαις δυσκόποις ῥᾳθύμους, βαρυτέραν. Sequor autē in illis verbis ἐν φόβοις, ἢ ὀργῇ, vetera exēplaria. Quod verò ad prioris membri principium attinet, videri cuipiam poſsit ἀλλοτρία iungendum eſſe cum αἰσία, præſertim quum ſequatur in altera parte δίκῃ οἰκείαν ἄνοιαν: ſed dicens, ἀλλοτρία πειθοῖ χρησάμενος, ſatis oſtendit eſſe ἄνοιαν ἀλλοτρίαν.

V. σφηκωθῆτε] Non dubito quin ſcribendum ſit ἀνόμῳ πόλει, vt alibi (nimirū pag. 950,) dicit ἀνόμοις πόλεσι καὶ χώραις.

P. 935. v. γυμῇ] Perſuadere mihi non poſſum Platonē vſum eſſe participio συμπλεκόμενος cum datiuo λοιδορίαις. quid enim λοιδορίαις συμπλεκόμενος ſignificabit? Fingamus tamen & inueniri alibi hoc loquendi genus, & ſignificationem quæ huic loco conuenire poſsit habere, quid iam infinitiuo χρῆσθαι fiet? neque enim ſi datiuū λοιδορίαις cum συμπλεκόμενος iunxerimus, etiam cum χρῆσθαι poterimus iungere. At ecce altera ex parte articulum ὁ, qui vt illud participium illi datiuo iungamus cogit. His omnibus incommodis leuiſsima mutatione medebor, nimirum mutata duntaxat illius articuli ſede: vt ita legamus, ὡς λοιδορίαις, ὁ συμπλεκόμενος, αὖθις τὸ γελοῖα ζητεῖν λέγειν, ὑ δυνατὸς ὅτι χρῆσθαι. & intelligamus, ὡς ὁ συμπλεκόμενος ὑ δυνατὸς ὅτι χρῆσθαι λοιδορίαις αὖθις τοῦ γελοῖα ζητεῖν λέγειν. Si autem verbum συμπλέκεσθαι in hac ſignificatione libet exponere Latino quod à bello itidem ſumptam metaphoram habeat, dicere poſſumus Velitari, vel Digladiari. nam hæc verbis quoque fiunt. Dicit igitur Plato, non poſſe fieri vt quis in eiuſmodi velitatione iactet cōuitia, qui non ad ridicula etiam dicta venire velit. Quod conuenit cum his quæ antea dixit, μετακαίνειν δ' ὧν πως εἰώθασι πάντες ϑαμὰ ἐν τοῖς τοιούτοις εἰς τὰ γελοῖον περὶ τοῦ ἐναντίου φθέγγεσθαι. Sic verò & quod attinet ad ea quæ illum de quo nunc agitur locum (id eſt, de cuius emendatione à me differitur) præcedunt, videtur quod dicit θυμῷ φιλοφρονουμένους, cōuenire cū eo quod dixerat antea, θυμῷ χαιζόμενος. Fateor alioqui φιλοφρονεῖσθαι accuſatiuo ſolere iungi: quod etiā ſuſpectum reddere locum illum poſsit, quaſi accuſatiuū θυμὸν in locum

illius datiui θυμῷ ſubſtituere oporteat. Ficinus quidem certè ſenſum illorum verborum aſſequutus non videtur: qui ea ſic reddit, Et eos qui ira alieno malo concitati ſunt comprimat. At ego Platonem intelligere puto, Eos qui iræ, quod eſt aliud malum, gratificantur: ſi quidem illud detur, eum ad id quod antea de eadem re loquens dixerat, θυμῷ χαριζόμενος, reſpicere. Dici autē puto Alii malo, quòd malum malo addatur, quum iræ conuitia etiam & mala verba (vt vocant interdum Latini) adduntur. Venit tamen in mentem & alia illorū datiuorum, ἑτέρῳ κακῷ, expoſitio: quam magis placituram eſſe ſpero: vt videlicet pro δι' ἑτέρα κακοῦ dicta intelligantur: & ſenſus ſit, eos ad illud iræ malum ſatiandum adhibere aliud petulantis linguæ malum. Lubenter autem verbo ſatiandi vtor, quòd ita loquens illam metaphoram imiter qua vſus eſt initio huius paginæ, quum diceret, ῥᾳθύμαται γὰρ ἀχαρίστῳ, θυμῷ, χαριζόμενος ὁ λέγων, ἐμπιπλὰς ὀργὴν κακῶν ἑτοιμάτων. vbi etiā animaduerte illa ἑτοίματα vocari κακά, quæ certè non alia ſunt quàm quę linguæ petulantia ſuggerit.

P. 937. v. νον. δούλη] Præpoſitionem πρὸς ante genitiuum φόνου deſiderari, non immeritò, vt opinor, quiſpiam ſuſpicabitur.

V. πυελῶν] In vno vet. legitur ἁλῶν δὲς ψόδομαρτυελῶν: ſed videri poteſt hæc lectio ex vocis præcedentis, quòd ſimilis eſſet, repetitione, eſſe orta.

P. 941. v. χήν ἢ] Sequi debebat ὄφλωσι, quum præcedāt ζώπων & ἀσεβησάντων: ſed quum à ſingulari numero ſuam orationem orſus ad pluralem tranſiſſet, tandem ad ſingularem rediit. Quam ſanè mutationē numeri vel potius quas mutationes obſeruare operæpretium eſt: niſi fortè ὄφλῃ ſuſpectum nobis eſſe debet. Ficinus quidem certè numerum ſingularem vbique retinuit. perinde enim acſi dictum eſſet γραφαὶ κατὰ ζώπου ἀσεβήσαντος, non κατὰ ζώπων ἀσεβησάντων, vertit, Quaſi Mercurii Iouiſque mādata legationéſq; contra legem contempſerit, in iudicium deferatur.

V. ζῶπα] Lectionem margini adſcriptam ſequitur & Ficinus: cum quo tamen κατεχέσθω non reddendum eſt Arcetor, ſed potius Coercetor, vt hîc redditum fuit. Neque tamē prorſus aliena videtur ab hoc loco altera lectio μαχέσθω, ſed feſtiuè dici potuiſſe μαχέσθω νόμῳ, quaſi illis qui ea committunt quæ lege coercenda ſunt, certamen ſit aduerſus ipſam legem.

P. 942. v. λῆς καὶ] Poſt accuſatiuum δυώαμιν eſt ſtigme in præced. edit. quum tamen eum ab infinitiuo διαφθείρειν regi (vt vulgò loquuntur) neceſſe ſit. Non dubium eſt igitur quin illa inde ſummouenda fuerit: ſed an poſt διαφθείρειν an poſt πρὸς καλυφῇ ponenda, de hoc verò non immeritò quis dubitauerit. Poteſt enim ita hic locus intelligi, μὴ διαφθείρειν τὼ τῆς κεφαλῆς & ποδῶν δυώαμιν τῇ πρὸς καλυφῇ πρὸς ἀλλοτείων σκεπασμάτων: vt ſequatur, τὼ πρὸς οἰκείων πίλων τε καὶ ὑποδημάτων γένεσιν καὶ φύσιν ὀπολωλώτας, vt Fic. intellexit: (qui etiam ita vertit acſi καὶ μὴ ὀπολωλώσας legeretur. eius enim hæc ſunt verba, Et in primis, capitis pedúmque virtutem alienis tegmētis non corrumpere, nec pileorum calceorúmque à generatione datorum naturam perdere) Poſſunt verò iſta ſic quoque accipi, vt poſt διαφθείρειν interpungentes, hypoſtigmen contrà quæ eſt poſt πρὸς καλυφῇ tollentes, antitheta hæc ἀλλοτείων σκεπασμάτων & οἰκείων πίλων τε καὶ ὑποδημάτων, item πρὸς καλυφῇ & γένεσιν καὶ φύσιν (quum iſta quoque hoc in loco velut opponantur) in eodem orationis membro ponamus: vt ita legatur hic locus, πὼ τῆς κεφαλῆς καὶ ποδῶν δυώαμιν μὴ διαφθείρειν, τῇ πρὸς ἀλλοτείων σκεπασμάτων πρὸς καλυφῇ πὼ πρὸς οἰκείων &c. Iam verò ſciendum eſt poſſe & aliter poſteriorem huius loci partem intelligi, illam quam dixi interpunctionem poſt διαφθείρειν, non poſt πρὸς καλυφῇ, ſequendo: vt videlicet verba iſta, πίλων τε καὶ ὑποδημάτων γένεσιν καὶ φύσιν, tanquam per appoſitionem (vt appellant grammatici) dicta eſſe cenſeamus, & cum οἰκείων quidem, σκεπασμάτων, cum πὼ autem, πρὸς καλυφὼ ſubaudiamus, ex præcedentibus repetentes. Quam ego lectionem (in qua nihil præter interpunctiones mutatur) cæteris anteferendam cenſerem, vtpote in qua res quidem eadem ſed elegantius (meo quidem iudicio) dicatur: niſi hæc, πίλων τε καὶ ὑποδημάτων, ab οἰκείων ſeiuncta, dici duriuſculè viderentur: quum non ſint propriè πῖλα neque ὑποδήματα, ſed ſint πῖλα & ὑποδήματα nobis οἰκῖα, ſi conferantur cum iis quæ extrinſecus petimus, ideóque ἀλλότρια vocantur. Quod autem ad vocabulum φύσιν attinet, ita hîc accipi vt plerunque apud Hippocratem, non autem pro natura, exiſtimo.

P. 943. v. παρθ.] Nullam dēfendendi huius genitiui αἰδοῦς rationem video: ac, ſi meæ coniecturæ fides adhibeatur, in αἰδοῖν mutabitur. Imò verò quid coniectura hîc opus eſt, quum non ſolùm cuiuſlibet παρθένου (quæ verè quidē παρθένος eſt) epithetum eſſe poſſit αἰδοῖν (vt apud Homerum legimus, Παρθένος αἰδοίη ὑποδύσετον εἰσαναβᾶσα: & apud Heſiodum, Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελος) ſed nominatim de hac ipſa dicatur cuius Plato mentionē facit, & ab eo ipſo à quo ſumpſiſſe veriſimile eſt? ab Heſiodo nimirum, vbi cecinit,

Ἡ δέ π παρθένος ὄζη Δίκη Διὸς ὀκγεγαυῖα,
Κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.

Sed alio tamen ſenſu dicitur παρθένος αἰδοίη, ſine adiectione, alio, & quidem minus ad Platonis ſermonem accommodato, quum tale quid adiicitur quale hîc adiici ab Heſiodo videmus.

P. 944. v. ἐκ ἐκείνα] Apertè mēdoſus eſt hic locus in præced. editionibus. in illis enim ſcriptum eſt, ὅπλα ἀπηλεῖ φησὶν ὁ ποιητὴς &c. quum autem parua cum mutatione locum hunc emendandum eſſe putarem, ſcribendo ἃ Πηλεῖ, in eā quam habes hîc lectionem incidi, eámque velut ex veteri petitam exēplari, afferri vidi. Maneo tamen in priore ſententia de ita legendo hoc loco, ἃ Πηλεῖ. Cuius verò potius hîc autoritatem quam ipſius Homeri, quem laudat teſtem Plato, interponam? Audiamus igitur illum, eorum quæ à Platone referuntur, partem vnam vno in loco, alteram in altero canentē. Legimus enim Iliad. ρ, de Hectore,

Σπερχὲς δ' ἀ παῦδε μάχης πλυδακρύτου, ἔντε' ἄμειβεν,
Ἥτοι ὁ μὲν τὰ δῶκε φέρειν θεσπὶ Ἴλιον ἰρὴν
Τρωσὶ φιλοπολέμοισιν· ὁ δ' ἄμβροτα τεύχε' ἔδυνε
Πηλεΐδεω Ἀχιλῆος, ἃ οἱ θεοὶ ὠρεγαίονες
Πατρὶ φίλῳ ἔπορον· ὁ δ' ἄρ ἃ ῷ παιδὶ ὄπαζε
Γηραὶ· ἀλλ' οὐχ υἱὸς ὁ ἔντεσι παῦε ἑῇσι.

Hîc iam videmus quod à Platone dicitur, arma illa Peleo à diis donata fuiſſe: ſed quod additur de tempore quo donata fuerūt, id verò ex alio eiuſdem poetæ loco petitum eſt, qui extat eiuſdem poematis libro qui illū proximè ſequitur: vbi dicitur ab Achille de Patroclo,

—πὶν ἐγὼ

—τὸν ἐγὼ θεὸν πάντων τίον ἠπαίρων
Ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ, τὸν ἀπώλεσα· πύχεα δ' Ἕκτωρ
Δηώσας ἀπέδυσε περιφραδέα, θαῦμα ἰδέσθαι,
Καλά· τὰ μὲν Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα,
Ἤματα πᾶσ' ὅτε σὲ βροτὸν αὐέρος ἔμβαλον ὑμῇ.

At θεσμικὸς nulla hîc, vt apud Platonem, eſt mẽtio: an Plato de ſuo hoc addidit? Imò videtur exiſtimaſſe, poetã ipſum intelligere, illa dona quæ Peleo à diis donata fuerũt quũ Thetidem duxit in vxorẽ, fuiſſe θεσμικὸς loco. Ex his porro, ἃ Πηλῇ rectè legi, longè manifeſtiſsimũ eſt. ſed de altero datiuo Θέτιδι quid dicemus? ita enim legẽdo, ἃ Πηλῇ φησὶν ὁ ποιητὴς θεοὺς θεσμικὰ ὠνῆσθαι γάμοις ὀφείλειν Θέτιδι, verbum ὀφείλειν duos datiuos habere videtur. Habet certè, niſi dicamus intelligẽdũ eſſe, Πηλεῖ ὀφείλειν ὠνῆσθαι τοῖς γάμοις, θεσμικὰ Θέτιδι. Alioqui vidẽdũ annõ ſcribi debeat Θέτιδος. At Fic. neq; illũ datiuũ Πηλῆ, neq; aliud vocabulũ eius loco agnoſcẽs, vertit, Quæ à diis in dotem Thetidi data fuerant. Dicit porro Plato ὃ θεσπεσία ὅπλα, quoniã alia fabricatus eſt poſtea Vulcanus, Thetidis rogatu, quæ ab hoc accepta, illi, ſicut promiſerat, attulit: vt videre eſt in eodem libro, Iliad. σ, vnde ſunt & verſus quos paulo antè attuli. De verbis autẽ quæ locum hunc proximè præcedunt, quæ nimirum ſunt in priore huius membri parte, dicã, vbi de quodam paginæ 959 loco agam.

V. ἁλαπῆναι] Has voces ὠκύποτις mihi locũ habere hîc negãti aſſentietur, vt ſpero, lector: an verò & meæ ex cõiectura emendationi ſit aſſenſurus neſcio. ea certè vnã vocẽ ὠκύποτον pro illis duabus ſubſtituit: vnã, inquam, ſcriptura non valde diſsimilem, ſignificatione contrà longè diuerſam, ſed quæ valde cũ illo ſubſtantiuo eſt vſitata. At enim & in illo ipſo ſubſtantiuo χειμώνων hærendum nobis eſſe videtur, donec quò genitiuum hunc poſsimus referre inuenimus. Ego igitur hîc quoq; coniectura vtens ad particulam ὠκ refero, quã ante ipſum deeſſe ſuſpicor: quum ita ſcriptum initio fuiſſet, ἢ ὠκ χιμώνων ὠκυπότων ἰσοδιξαιώμης &c.

V. ἅπας] Si quid hîc eſt mendi, ἢ μωρέ· ἃ αὖ ἔχοι ἅς, idem certè alibi quoque eſt, vbi eadem omnino eſt ſermonis ſtructura, ſequente infinitiuo, vt hîc. Ac primo quidem aſpectu videri poſsit ſcribendum eſſe, ἢ μωρέ· ἃ αὖ ἔχοι πῆς &c. verùm ita ſcribendo, cui verbo iſta ἢ μωρέα iungemus? Aut igitur pro ἢ, & hîc & in eo quẽ ſimilẽ dico eſſe loco, legẽdũ ἢ fuerit, meo quidẽ iudicio, aut fatendũ eſſe ſermonẽ ἑλληνικόν: nec eſſe aliter intelligẽdũ quàm ſi diceretur, ἢ ἄλλως, μωρέα γὰρ αὖ ἔχοι πὴς ἅδε παραμυθούμενος ἐπᾴδειν. Quæ ſicui parum probantur, videat an aliquid probabilius excogitare poſsit.

P. 947. v. νων ἐκείνῳ] Vel expungẽdus eſt articulus τῷ ante ἱερέων, aut intelligẽdum accipi τῷν ἱερέων, pro ὠκ τῷν ἱερέων: ſed expungi debere, multo mihi eſt veriſimilius.

P. 948. v. χῇς] Seiungendũ eſt aduerbium εἰκότως à præcedentibus, interiecta ſtigme: quanuis in ſuperioribus edit. cum illis ſit iunctum.

P. 950. v. φέρῃ] Non ſuo loco poſitum videri queat pronomẽ αὐτοῖς: niſi dicamus eſſe ita implicitã hanc orationẽ, vt αὐτοῖς ad φύρεσθαι referatur: perinde acſi ſcriptũ eſſet, ὑδὲν διαφέρῃ, δεχομένοις τε ξένους φύρεσθαι αὐτοῖς, καὶ αὐτοὺς εἰς τοὺς ἄλλους &c.

V. ἀκαῖς] Ante Πυθῶδε ponẽda eſt πλεία ſtigme. ac videndũ annon ſcribendũ ſit Πυθῶδε δὲ τοῦ Ἀπόλλωνι &c. omnino enim hac particula opus eſſe videtur. Neque verò durius fuerit Πυθῶδε δ', quàm πόδε δὲ aliquot aliis in locis.

P. 951. v. K. Πε ς] Aduer. πῆδε in ſuperiorib. ed. iungitur præcedentibus, hoc modo, Πῶς οὖν γ' οἷοιτ' ἀμφότερα πῆδε; ſed manifeſtũ eſt πῆδε dici ab eo qui reſpondet: aſſentiẽte etiam Ficini interpretatione. verùm interrogationis nota perperam poſt illam vocem ſeruata fuit.

P. 955. v. ἕκαστον] Participium βυλθυομένων hoc magis etiam ſuſpectum mihi reddit quòd non agnoſcitur à Ficino.

V. οἰκήσεως] Nõ aliter vertit Ficinus quàm ſi legerit οἴκησις. eius enim hæc ſunt verba, Terra quidẽ & Veſta, ſacra deorũ omnium habitatio eſt. Ciceronẽ autẽ, ſi quidẽ nonnulla eius exemplaria ſequamur, οἴκησις itidẽ agnoſcere, ſi alia, aliter legere dicemus, nimirũ οἰκήσεως, vt hîc ſcriptum eſt. Ita enim Cicero locũ hunc interpretatur in nonnullis libris, *Terra igitur, vt focus, domicilium ſacrum omnium deorum eſt*: at verò in aliis, hoc modo, *Terra igitur, vt focus domiciliorũ, ſacra deorum omnium eſt.*

P. 956. v. vltimo. Poſt καὶ πεὶς ſuſpicor deeſſe participium λεχθέν, vel ῥηθέν. atq; id ex aliis quibus hoc prouerbium adhibet locis manifeſtũ eſſe videtur: ex quorum cum hoc collatione diſcemus etiã quomodo idem prouerbiũ varietur. Legimus itaq; in Gorgia, καὶ δὶς τὸ τοι & πεὶς φασὶ καλὸν εἶ) τό γε καλὰ λέγειν πε ἢ ὀπισκοπεῖν. In Philebo autem, δῦ σ' ἢ παροιμία δοκεῖ ἔχειν, τὸ δὶς ἢ πεὶς τό γε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν πῆ λόγῳ δεῖν. At libro ſexto huius operis, δὶς γὸ τόγε καλῶς ῥηθὲν, οὐδὲν βλάπτει. Verùm hîc quoq; mendoſè ſcripta eſſe quæ ad prouerbium iſtud pertinent: & vel ἔχον poſt καλῶς addendum, vel καλῶς in καλὸν mutandũ videri, admonui in iis quæ margini adſcripſi.

P. 958. v. κρὸν] Cõcurrunt hîc duo nominatiui ἃ & ἡ χώρα quæ ad ἔχῃ æquè referri deberent: quod tamen fieri non poteſt. neque enim dici poteſt ἃ δεῖ χωρία] ἡ χώρα φύσιν ἔχει, vt ſimul πεὶ τῶ χωρίων & πεὶ τῆς χώρας intelligatur φύσιν ἔχῃ. videndum igitur annon pro φύσιν ſcribendum ſit φύσῃ, quòd ſonet ὠκ φύσεως, vt ſignificetur, Sed quæ loca regio à natura habet ad hoc tantùm accommodata. Alioqui, vt retineretur φύσιν ἔχῃ, videri poſſet ſcribendum, ἃ δὲ τῆς χώρας &c. vel ἃ δεῖ ὠ τῇ χώρᾳ. Cicero quidem certè φύσει ἔχει legiſſe videtur, hunc locũ interpretans, in eodẽ illo De leg. libro 2, Vetat (inquit) *ex agro culto, eóue quo colli poſſit, ullam partem ſumi ſepulcro: ſed quæ natura agri tãtummodo efficere poſſit vt mortuorum corpora ſine detrimento iuuorũ recipiat, ea potiſſimum vt cõpleatur.* Vbi certè duriuſculè dictũ videri poſsit, *Cõpleatur ea natura agri*, volẽdo ſignificare, Cõpleatur ager qui ea natura eſt. id eſt, tali natura. Animaduertẽdum eſt præterea, ita vertiſſe Ciceronem acſi ſcriptum eſſet μάλιστα ante ὠκπληροῖ. Ne hoc quidem omittendum cenſeo, in iis quæ proximè præcedunt interpungendum eſſe poſt ἐργάσιμα.

V. μαπα] Non ſatis aptè cum præcedẽtibus iungi videtur μάλιστα, minus etiã aptè cũ aduerbio ἀλυπήτως, quod ſequitur: ideo Ciceronem ſequi malim cum verbo ὠκπληροῖ (vti dixi) iungentẽ: præſertim quum ipſum hac in re alicuius libri fidem ſequutum eſſe putem.

P. 959. v. νον ἔνδον] Neque hæc verba πὴν πε ὠκπυθεῖπε καὶ, neque alia horũ loco agnoſcit in ſua interpretatione Ficinus. ita enim vertit hunc locum, Elationes autem non breuiori vel longiori tempore intus fiant, quàm verè mortuus ſignificari cognoſcíque poſsit. Hîc enim expo-

nuntur ista duntaxat, τῷ δηλοῦσθαι τὸν ὅντως τεθνηκότα. Quid vero quòd pro Græca voce προθέσεις Latina Elationes vtitur? an idem vox προθέσεις quod vox ἐκφοραί, valere potest? Imò verò προθέσεις, quatenus ἔνδον illis adiungitur, contrariæ sunt τῇς ἐκφοραῖς. Quæ ergo dicenda est vocis illius προθέσεις esse significatio? Ego quidem certè de cadauere intelligēdum puto quod domi per aliquod tempus seruabatur, antequam funus efferretur: per quod tempus in propatulo ponebatur: simúlque cognoscebatur an is verè mortuus esset, an contrà esset tantùm ἐκπεπνευκώς: id est intermortuus: ita nimirū accipiendo hoc vocabulum vt accepit Suetonius de Nerone loquens. An tamen ἐκπεπνεῦσθαι scripserit Plato dubium esse potest: sed quin vocabulo vsus sit quo res hæc declararetur, siue illud siue aliud sit, minimè dubitandum esse puto. Scio enim hodiéque multis in locis solenne esse cadauera certo temporis spatio domi hac ipsa de causa seruare. atque ad ea exemplа quæ legi vel audiui eorum qui quum pro mortuis haberentur, & vel sepelirentur vel sepulti iam essent, intermortui tantùm fuisse comperti sunt, addo quæ ipsemet scripsit quum de Patroclo loqueretur, pag. 944. εἰ κομιοῖτο δὴ σκηνῇ αὖθι ὅπλων Πατρόκλοιο, ἔμπνοις ἐῴκει, οἷον δὴ μνοίοις σινέπεπε: hæc, inquam; addo, vtpote longè aliter quàm Ficinus interpretans. Ita enim ille, Si absque armis semimortuus ad tentoria Patroclus fuisset delatus: quod pluribus accidit. quasi ἔμπνους significaret Semimortuus, & quasi dici posset εἰ ἐῴκει κομισθεὶς ἔμπνους, pro εἰ κομίζοιτο ἔμπνους: in quarū rerum vtraque fallitur. Ego igitur ita esse interpretandum dico, Si Patroclus, postquam in tētorium absq; armis portatus fuit, spirare cœpisset, vel spiritum ducere: sicut sexcentis accidit. Intelligit enim quamplurimis accidisse (dicens μνοίοις, quod propriè sonat Infinitis) vt quum diu existimati fuissent prorsus exanimes esse, tandem spiritum, vt antea, ducere inciperent. Cur enim de illo quē Homerus dicit fuisse exportatum mortuum, dixisset Plato, Si exportatus fuisset semimortuus, quum eius quod dicit non alium quàm Homerum autorem habeat? Finge tamen ex Græcis verbis erui posse illud quod habet Ficini interpretatio, Si absque armis semimortuus ad tentoria Patroclus fuisset delatus: illud, inquam, tale profectò nō est vt Plato de eo tanquam de re mira, sed quæ tamen multis exemplis non careat, loquuturus fuerit.

V. χεῖδν] Verba hæc, ὡς ἄνθρωπινα, vtrinque sunt interpungenda: quæ autem post ἔχουσα est hypostigme, tollenda.

V. σοις ἔπ.] Ne putet quispiā πλευτησάντων pertinere ad σώματα, sicut eò pertinet alter genitiu' νεκρῶν (quod illi mirum nō immeritò videretur) debui post πλευτησάντων interpungere: licet ne hîc quidē factū id fuerit in præced. edit. hæc enim, τῷ πλευτησάντων, respōdēt illis, ὧν αὖτως ἐ ὦ ϵἰῳ.

V. ψυχὴν] Aliquid hîc deesse dicēdū est, quo duo ista infinitiui modi verba iungantur. Poterunt autē iungi, legendo, τῷ θεῷ θεοὺς ἄλλους ἀπέναι, vel θεῷ ὄ θεοὺς &c. aut etiā, ὃν θεῷ θεοὺς &c. quæ omissio articuli ὃν nō minus quàm alia vlla verisimilis hîc fuerit, ob vocē ἐπωνυμαζόμενον proximè præcedentē, quæ iisdē literis finitur. talis enim absolutionis (vt ita dicā) exēpla multa extāt, vt antea quoq; admonui. In versu autē qui hunc proximè præcedit videndū annō potius ὅντως ad participiū ὄντα pertineat, quàm ad infinitiuum εἶ, vel ad ἀθάνατον: quod si ita sit, fuerit post ὅντως ponenda hypostigme.

V. καίπερ] Ex iis quæ margini adscripsi, quilibet, vt opinor, fatebitur vera lectionē esse διαφερόντως: sed hoc addo, posse etiā fortasse legi ἅμα αὐτῶ, & quidē aptius. illud quidē certè aduerbiū διαφερόντως æquè cū vtraq; lectione conueniet: quod cū οἰκοφθορεῖν iungendū nō putaui, quoniā nō solùm non oportet οἰκοφθορεῖν διαφερόντως, sed ne vllo quidem modo. Ficini autem interpretatio neutro in loco aduerbiū istud agnoscit, quod fanè Platoni est familiare.

P. 960. v. πειραν] Articulus τῇ aliquid nos iubet expectare, quod nusquā cōparet. Neq; verò substantiuū aliquod illi articulo adiectū sanare hunc locū posset: sed maiorē quandam ei subesse deprauationē fateamur necesse est: quū alioqui datiuus τῇ περὶ ab eo alienus videri possit. Fic. tamen hunc agnouit, sed suspectū & ipse habens, vt opinor, nec sibi in hac interpretatione satisfaciēs, Atropos tertia, quæ salutē prædictis affert. Hæc ad ignem contortis, quia vim inconuertibilē continent, cōparata sunt.

P. 961. v. ὡς ἔπ] Malè ἐπὶ δὲ pro ἔπι δὲ, in præc. edit. malè etiam post ζήτησιν in illis interpungitur: quum non aliter intelligendum sit ὡς ἀνδημήσαντας ὅτι ζήτησιν ἔπι που γίγνοιτο, quàm si dictum esset, ὡς ἀνδημήσαντας ὅτι τὸ ζητεῖν. Sed suspecta mihi relinquitur vocula ἐν post γίγνοιτο: ac vereor ne præpositio ἐν à Platone scripta fuerit cū his datiuis, ταῖς ἄλλαις πόλεσι, vel aliis huiusmodi. Alioqui si suspicione liberanda esse videatur illa vocula, eum vsum habere existimanda erit quē haberet si dixisset, εἰ ἔν τι που γίγνοιτο &c.

P. 962. v. εἰς ἓν] Si lectio quam margini ex cōiectura adscripsi, non placeat, vide num expungenda sit præpositio εἰς ante ἓν. Alter autem error ibidem à me annotatus, non similis tātùm sed idem est cum eo de quo te admonuerā pag. 959: sed malè hîc Louanienſis editio διαφερόντως, quod est apud Aldum, habens saltem accētum aduerbii διαφερόντως, mutauit in διαφέροντες, sicut ibi ex διαφέροντα fecerat διαφέροντα, vtrobique veræ lectionis vestigia occultans, quum vtroque in loco scribēdum sit διαφερόντως. Esse autem familiare Platoni hoc aduerbium, dixi paulo antē. Cæterùm quin in iis quæ paruo præcedunt interuallo, ita legendū sit, ἐλεύθεροί πῃ ὅπως, ἄλλων πῃ πόλεων ἔσονται διακόσται, minimè dubitandum est: quum etiam libro tertio de Persis loquens, duo illa itidem cōiunxerit, vbi scribit, πρῶτον μὲν αὐτοὶ ἐλεύθεροι ἐγένοντο, ἔπειτα δὲ ἄλλων πολλῶν διακόσται. Fortasse etiam aliquis vtrobique πολλῶν vel πόλεων legendum itidem esse putauerit.

P. 963. v. τοις] Melius fortasse scribetur, σὺ δ' ἂν δὴ, διαφέρων, ὡς φαίης αὖ, &c. Intellige autem, σὺ δ' ἐμοῦ δὴ οὐχ ἕξεις εἰπεῖν, ὃς διαφέρεις &c. Retinendo autem ὧν, dicēdum erit poni per pleonasmum cum διαφέρειν.

V. πρός σοι] Non ὅ sed ὅτι legit Ficinus. vertit enim, Vnde beluæ quoque fortitudinis participes sunt, & infantium animi.

P. 964 v. κύπις] Primo quidem aspectu aptè videntur ista esse scripta, τῷ φυλάκων, quum præcedat, αὐτῆς μὲν τῆς πόλεως ὕσης &c. sed considerādum est non sequi itidem participium genitiui casus absolutè positi: verùm aliam esse orationis formam, quum sequatur verbum infinitiui modi. malim igitur τῷ δὴ φυλάκων legere. Iam verò & in illo infinitiuo hærendū nobis est, quòd nihil hîc inueniamus vnde pendere possimus dicere. quid si igitur verbum δεῖ desiderari di-

camus, quod & cum aliis infinitiui itidem modi verbis ſubaudiatur, quæ ſunt in paginæ ſequentis principio? Cæterùm hæc verba, ὡς ἄφυε παῖδες, item iſta, ὀξύτητας ἐν παύσῃ τῇ ψυχῇ ἔχοντας, hypoſtigmę vtrinque intercipienda eſſe cenſeo.

P. 965. v. παῖς βουλ.] Poſt γέροντας oportet ἐπισήζειν: quoniam intelligitur, ſenes videlicet: perinde acſi dictum eſſet, παῖς δὲ νῷ ἀπεικασμένους βουλεύεσθαι, λέγω δὲ παῖς γέροντας. ſicut antea dixerat ὡς μὲν νέοις, πρὸς ὅλῳ κύκλῳ πολὺ πόλιν ὁρᾷν.

V. μόνος] A nemine, vt opinor, reprehenſus fuiſſem ſi διακριβωμόνους in διακριβωμόνως mutaſſem.

V. λοις πειθ.] Fic. Legit πείθηται: ſed hûc talis verbi in prima perſona vſum cum pronomine quod primæ itidem perſonę eſt, non carere exẽplo apud hunc ipſum ſcriptorem, docui antea.

P. 966. v. πεπον.] Quid præcedit de quo dici αὐτὰ dicere poſsimus? nihil certé. An igitur aliquid deeſſe putabimus? aliud equidem potius crediderim: nimirum Platonem quum dixiſſet θεῖον, quo ſignificarat τὰ θεῖα γινώσκοντα, ſiue τὸ θεῖον ἔμπειρον, ſubiunxiſſe αὐτὰ, relinquentem nobis ſubaudiendum τὰ θεῖα.

P. 968. v. μόνος, ὁρ.] In Baſil. editione ὀρθὸς γίγνοιτ' ἄν legitur: ſed caſu, vt opinor, & per imprudentiam potius quàm certo conſilio mutata fuit altera lectio, ὀρθῶς, quæ eſt in Ald. & Louanienſi, & quam agnoſcit & Ficin. Poſsit alioqui & nomen ὀρθὸς locum hîc habere: non tamen in iis itidem quæ paruo ſequuntur interuallo, vbi eidem verbo γίγνοιτο iungitur itidem aduerbium ὀρθῶς.

V. θεὸς τύπις] Hæc verba, οἵ τε καὶ, Fic. non agnoſcit: ſed locum hunc ita vertit acſi legiſſet duntaxat χρόνους ἐν οἷς δεῖ. abeſſe autem illa ego quoque malim. Quinetiam pronomine ταῦτα poſt μάταιον carere poſsit hæc oratio.

V. ἡδονῇσι] Non videtur poſſe retineri ὅπ, ſed mutandum eſſe in ὅ, π, ſiue π. At δῆλα dictum Atticè eſt pro δῆλον. Neque enim (inquit) iis qui diſcunt notum eſſe poſsit quid ſuo [id eſt opportuno] tempore diſcatur, priuſquam &c.

V. οὐκ ἄν] Suſpicor, in hoc poſteriore loco eandem illam vocem ἀπόῤῥητα ſcriptam ab ipſo autore non fuiſſe.

P. 969. v. πασκευάσας] Nullus eſt vſus pronominis αὐτῷ poſt κατασκευάσας: ſed potius turbat lectorem: quum intelligendum ſit, οὐ γὰρ κλέος ἀρρῇ μέγιστον ὅταν κατασκευάσῃς ὀρθῶς τὴν Μαγνητῶν πόλιν, ἢ ὧν ἄν θεὸς ἐπώνυμον αὐτῷ ποιήσῃ. Videndum tamen eſt an dici debeat poſitum eſſe hîc quoque per pleonaſmum. Cæterùm Fic. hunc locum ita vertit quaſi ἢ ἢ ὧν ἄν non ἢ ὧν ἄν legeretur.

P. 975. v. οἱ θεόδωρον] Valde ſuſpectus mihi eſt locus hic, οἵτινες μὲν γὰρ οὖν ἐλέγομεν, &c. Imò verò non ſuſpectus eſt ſolùm, ſed ſtare poſſe hanc orationis ſtructurã nego. Nec dubito certè quin Fic. eum aliter legerit, aut legendum ſaltem cẽſuerit: qui ita vertit, In quo ſanè priſci homines quanuis manſuetè & humaniter nobis conſuluerint, valeant tamen, nec ſapientiæ nomen vſurpent. Quæ poſtrema verba ab eo addita exiſtimo, exponere volente illud χαιρέτωσαν quod interpretatus iam erat Valeant. Non ſolùm autem mutata quædam in iſta quam habemus lectione ſed omiſſa etiam eſſe arbitror.

V. πίχνης] Mendoſè ſcriptum eſſe τοῦτον aliis etiam manifeſtum puto: verùm ſi in τύπων mutemus, quò hunc pluralem genitiuum referri, vel potius quid eum referre aut quid oſtendere dicemus? Hîc certè hærẽdũ nobis erit: quod ne fiat, videndum eſt annon, ſi dicamus ſcriptũ fuiſſe ἃ δὲ πέχων μὴ ἀπεργαζομένων, τούτων δὲ οὐδεμίαν (&c.) id veriſimile futurum ſit. Cæterùm poſt ποιοῦσιν pro hypoſtigme poſita hîc perperam fuit πλεία ſtigme.

V. μοιῶται] Ex αὖ τῷ lubenter fecerim αὖ τῷ: qua mutatione & alibi opus eſſe vidimus.

P. 976. v. αὖτε] Ferri non poteſt ὅσον: ac minimè dubito quin mutandum ſit in ὅσων (quod & adſcripſi margini) vt ſit βοήθεια ἐκείνων ὅσα ὧραν λαμβάνοι. Poſsit autẽ fortaſſe propter ἀεδὲν reſolui ὅσων & in πάντων ὅσα. Sed & quæ proximè præcedunt, paulo aliter ab ipſo autore ſcripta fuiſſe crediderim: nimirum ita, ὧν δὲ καλοῦμεν ἰατρικὴν, βοήθεια δήπου καὶ αὕτη &c. Sic paulo pòſt vtitur prima perſona ἐροῦμεν.

V. ζώων] Quò pertinere iſta nomina ἄδοκιμον οὐδὲν τούτων dicemus? non aliud enim quàm βοήθεια de medicina fuit dictum. Sed quanuis non aliud quàm βοήθεια præceſſerit, ſubiunxiſſe eum puto οὐδὲν τούτων, ſubaudientem τῶν βοημάτων: quòd quum audimus medicinam eſſe βοήθειαν aduerſus illa omnia, ſtatim varia eius βοήθηματα in mẽtem venire debeant. Cæterùm ante ἄδοκιμον non ponenda fuit πλεία ſtigme, quũ hæc verba, ἄδοκιμον δὲ οὐδὲν &c. illius ſententiæ ſint clauſula.

P. 978. v. σαν διαφ.] Suſpectum eſſe poſsit participium διαειθμουμένων, niſi dicamus inter illud & κινήσεως aliquid deeſſe. Fic. certè ita vertit quaſi legerit, ἐπεὶ καὶ πᾶ τὸ μουσικὴν πᾶσαν ἀριθμοῦ κινήσεώς τε καὶ φθόγγων δῆλον ὅτι δεῖται. eius enim hæc verba ſunt, Nam & tota muſica motus & vocum numero indiget. Fortaſſe tamen putet aliquis poſſe intelligi, δεῖται διαριθμουμένων κινήσεώς τε καὶ φθόγγων, dictum eſſe pro δεῖται τῆς διαειθμήσεως: ſed vix mihi perſuaſerim Platonem ita loquuturum fuiſſe. At verò δεῖ alio etiam in loco malè, aut certè nouè & inuſitatè, pro δεῖται poſitũ obſeruaui. Dico autem, nouè & inuſitatè, cum tali conſtructione: quum ſciam alioqui, δεῖ ἐκείνῳ τύπου, ſæpe dici pro ἐκεῖνος δεῖται τύπου.

V. σέον, ὅτι] Hæc quoque mendoſa eſſe fatendum eſt: ac Ficinum aliter ea vel legiſſe vel legenda certè putauiſſe eſt manifeſtum, qui etiam ea quæ ſunt poſt γίγνοιτ' ἄν, cum præcedentibus iungit, vt ad vnam eandémque ſententiã pertinentia. Hunc enim locum ita vertit, Et, quod maximum eſt, bonorum quidem omniũ, mali verò nullius cauſam eſſe numerũ, hinc facilè cognoſcere poſſumus, quòd irrationalis & inordinata, deformis, inepta inconcinnáque agitatio, omnia deniq; in quibus mali quid piã ineſt, omni numero carent. Perinde nimirũ acſi ita legeretur, ἓν (τὸ μέγιστον) ἀγαθῶν ὡς πάντων αἴτιόν ὄν, κακοῦ δὲ ἀδενὸς (niſi & κακῶν ἀδενὸς ferri poſsit pro ἀδενὸς τῶν κακῶν) ὂν τούτου γνωστὸν ἐκ τάχα γίγνοιτ' ἄν, ὅτι ἡ ἀεδὲν ἀλόγιστός τε &c. Videri poſſent alioqui hæ voces ἀλλ' ἡ factæ eſſe ex ἄλλη: ita ſcribẽdo δῆ τοῦτο γνωστὸν ἔτι ἐκ τάχα γίγνοιτ' ἄν ἄλλη· ὅτι ἡ ἀεδὲν &c. Sed altera lectio facilius apud me fidem impetraue rit, ſi nullam harum vocularum ἀλλ' ἡ rationem habere liceat.

V. γὰρ ἓν] Fortaſſe legendum eſt, γέγονε πίθηκον ἡμῖν ὥστ' ἐννοῆσαι; ne cum φύσιν τοῖσδε ἴσχειν oporteat & hæc iungere, ὥστ' ἐννοῆσαι, & illa, πρὸς τοῖς δυνατοῖς ἐννοεῖν ἔτι: quum nulla copula vinciantur, & illis idem bis dici videatur. Vereor autem ne & aliud etiam mendum huic loco ſubſit: quoniam hæc reſponſio mihi non ſatisfacit.

V.ξε καὶ δεῖν.]Quod dixi legendum videri, ἓν αὐθ' ἑνὸς,in pleriſque huius ſcriptoris extat locis: ac Ficinum quoque ita vel ex fide libri alicuius vel ex coniectura legiſſe teſtatur eius interpretatio.ita enim locum hunc vertit,In qua explicatione rerum nihil aliud, ſi vnum vni cõferatur,pulchrius aſpicere poſsis quàm diei lucem. Neque verò dubium eſt quin & illa quæ ſequuntur,aliter legerit,aut ſaltem legenda exiſtimauerit:ac præſertim iſta, πρὶν αὖ καὶ ὁ δυςμαθέσατος &c.vertit enim, Vt etiam qui tardiſsimus eſt,hinc vti numero diſcat.

P.980.v.Κ Α. Η̃.] Si accipiamus εἰ pro Si, nemo non videt imperfectam fore orationem: at cum Ficino quoq; εἰ δὲ interpretari nolim Quãdoquidem.ac vix certè eum illam lectionem agnouiſſe, perſuadere mihi poſſum: præſertim quum & quæ proximè ſequũtur ita vertat quaſi τέλος ὄφ legerit, non τέλας ἔφη. Neque tamen video cur ab hac noſtra lectione diſcedendũ fuerit: quum εἰ aptiſsimè accipi poſsit pro Vtinã. Quinetiam πῶς παύσαιτο minimè ſuſpectum eſſe, miniméque pro eo quæri aliud debuiſſe dico, (vt certè aliud in ſua interpretatione quæſiuit)quum aptiſsimè referatur ad id quod dictum fuit, οἷον παιδιᾷ καλῇ χρωμένῳ.

V.ἔμπρ.] Apud Euſebium ſcriptum eſt, κατὰ τὸν ὕστερον λόγον.

P.982.v. πρείαν] Si mendo caret hæc lectio, valde obſeruatione dignus eſt hic ſuperlatiui vſus cum genitiuis qui non eiuſdem ſunt generis. Dicẽdum enim alioqui fuerat, χορείαν πασῶν χορειῶν καλλίστην.

P.985.v.πῃ, ἢ] In præced. edit. λεχθὲν & ἔσην, interiecta etiam hypoſtigme, pro λεχθεῖσιν: ſed vereor ne & ſub iis quæ proxime ſequuntur aliquod mendum deliteſcat, atque adeo ne tota hæc periodus variè ſit mendoſa.

P.986.v.ἴσως] Vide annon τὸ μὴ ὀπίσω potius ſcribendum ſit.

P.987.v.λέγειν]Legerem lubentius τὸν ἄνω κόσμον.

P.988.v.νας] In præced.edit. legitur παιδείας, quod inter παιδείας & παιδεία eſt ambiguum.

V.μῶν ἀπ.] Scribendum puto ἀπιστεῖται. Non aliter certè interpretatur hunc locum Ficinus, quàm ſi legeretur, οὐδ' ἡμῖν ἀπιστεῖται ψυχὴ βάρος ἀφελέρειν δυνάσθαι. Sic autem, πλεονάζειν dici poteſt poſt hoc verbũ vox negatiua vt ſolet poſt ἀπαγορεύω & φροντίζω, atque alia quæ negãdi vim habent.Eodem ſanè modo paulo pòſt, οὐχ οἷόν τε ἡμῖν ἀπιστεῖν ὡς τὰ δεῖ ἡγεῖσθαι, non aliter intelligitur quàm ſi dictum eſſet ἀπιστεῖν τὸ δεῖν ἡγεῖσθαι.

V.ὅτι τοιῶ.]Particula δὲ poſt νεανικωτάτη deeſſe videtur.

IN TOMVM TERTIVM.

P.17.v. μὴ οὐ] Mirum eſt hanc vocem ἀπορεσίαν tamdiu omnium cõſenſu hîc ſeruatam fuiſſe:adeo vt etiam in vulg.Lex. hinc afferatur,tãquam de ea minimè ſit dubitãdum. Mirum eſt, inquam:quum nominis ἔφεσις ſignificatio talis nõ ſit vt ſi verbum ἐφεσίᾳν ex eo facere libuiſſet, ſignificare poſſet Cõuiuio excipere, vel epulis: cui præfixa præpoſitione ἀντὶ,diceretur ἀντιφεσίᾳν pro Viciſsim cõuiuio accipere,ſiue epulis.Neque verò initio dialogi dixerat ἐφεσιαπόρων,ſed ἑσιαπόρων.Quoniam tamen ex vet. exempl.emendatum illud verbum non inueni, nequaquam ἀνθεσίᾳν ex coniectura in locum illius ſubſtitui, ſed tantùm margini adſcripſi. Cæterùm metaphoricè hîc dicitur ἀνθεσίᾳν,pro Vicem nobis in diſputãdo reddere, vel Diſputationem parem reddere, quaſi Paribus diſputationis epulis excipere. Pergit enim in metaphora qua in principio vſus eſt, δαιτυμόνας quidem, id eſt cõuiuas, appellans eos qui fuerant diſputationis auditores:ἑσιάτορας autem,id eſt conuiuatores, eos qui diſputationi præerant.Eadémque de re dicit, metaphora itidem vtens, χθὲς ὑπὸ σοῦ ξενισθέντας οἷς ὦ πρέπον ξενίοις, quaſi diſputatio illa, hoſpitalium munerum (reſpiciẽdo ad Timæũ, qui hoſpes erat) loco fuerit. Vbi obſeruandum etiam eſt verbũ ἀνθεσίᾳν lõgius quàm ad epulas extendi. quum enim his verbis,χθὲς ὑπὸ σοῦ ξενισθέντας οἷς ὦ πρέπον ξενίοις, ſubiungat ἀνθεσίᾳν, deiis quos vicem vult reddere, idémque officium præſtare, perinde eſt acſi diceret ἀντιξενίζειν.Sicut & pag.20,iterum dicetur, ἀπαποδώσειν μοι παρὰ σοῦ λόγον ξένια. Item pag.27, in principio, σκόπει δὴ σοῦ ξενίων σοὶ δόξασιν.Solet alioqui Plato de iucundis diſputantium ſermonibus,tanquã de epulis quibus auditorũ animi paſcuntur,loquens, vti verbo ἑσίᾳν,interdũ & ἀωχεῖν: itidém que eorũ paſsiuis ἑσιᾶσθ & ἀωχεῖσθ.quinetiã verbali ἑσίασις: vt aliquãto pòſt de eadẽ re dicitur, τελέως τε καὶ λαμπρῶς ἔοικα αὐτὰ πολήψεσθαι τῷ σῷ λόγῳ ἑσίασιν. Legimus verò apud eundem initio Phædri, σοῦ λόγου ὑμᾶς λυσίας ἑστία. Et De rep. lib.9,ἑσίᾳν λόγον καλῶν καὶ σκέψιων.Et in Gorgia, εἰ θεοῦπις ἑσιάκασιν, ἀωχοῦπις ὧν ἐπεθύμουν. Rurſum illius operis De rep.lib.1, ἀωχοῦ τὸ λόγου, ἔφη, θαῤῥῶν, καὶ τὰ λοιπὰ μοὶ τῆς ἑσιάσεως ἀποπλήρωσον. Imitatus autem eſt Cicero locis aliquot iſtud Platonis metaphoricũ loquendi genus. Cæterùm ſicut ἀνθεσίᾳν ſcribẽdum eſſe dixi,non ἀντιφεσίᾳν,ſic etiam dicendum,vt opinor,fuerit, ἡμᾶς pro ἡμῶν ſubſtitui debere. Nam τοὺς λοιποὺς ἡμῶν,ſonaret, Eos è nobis qui reliqui ſunt: non videtur autem ita loquuturus fuiſſe quũ vnus tantùm abeſſet.

V.ξυνημένον] Sicut μηχανώμενοι pro μηχανωμένους poſitum à me fuit, ita etiam fortaſſe γώσαιτο mutandum erat in γώσοιτο.Neque enim vt γώσομαι dicitur, vnde eſt γώσοιτο, ita etiam ἐγνωσάμην in vſu eſſe puto,vnde eſſet γώσαιτο. Fortaſſe tamen rectius etiam legeretur γώσεται, retinendo νομιοῦσι: vt in modo indicatiuo vtrũque verbum eſſet.

V.εἰς οἵτ'] Huic verbo ξυλλέξονται & ſtatim pòſt nomini ξυλλεξεως mendum ſubeſſe videri poſſet atq; vnũ idem,poſitæ nimirũ vtrobique literæ ε pro η: & illic quidem, ξυλλήξονται, pro Simul ſortientur, hîc verò ξυλλήξεως pro Sortitionis ſimul factæ,legendum eſſe: ſed locus ad quem hîc reſpicitur lectionem noſtram ſuſpicione liberat:quum ibi ſcriptum ſit,κλῆροι δή τινες,οἶμαι, ποιητοὶ κομψοὶ, ὥστε τὸν φαῦλον ἐκεῖνον αἰσθάνεσθαι ἐφ' ἑκάστης συμφορᾶς τύχης, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἀρίστους. Omnino enim hîc συμφορᾶς quod illic ξύλλεξιν appellari videmus.

P. 19. v. ῥήν.] Particulam ἀ participio ἀπολειπόμενον adiectam fuiſſe puto. fortaſſe igitur non πολοίης ἔπ, ſed πολοίης ἀ, ſcriptum fuit. Niſi potius ſuſpicemur ἤ ἀ πολοίης deprauatum fuiſſe in ἤ πεπολοίης, vt legitur in præced. editionibus. Aliquid certè deeſſe quod iungatur illi participio ἀπολειπόμενον, dicam⁹ neceſſe eſt. Ideo autem τὸ ἀπολειπόμενον, aut τὸ λειπόμενον legendum nequaquam dixerim, quòd hæc oratio nõ eſſet interrogantis an aliquid præterea deſideret quod deeſſe & addi debere putet iis quos ſummatim recenſuit ſermonibus, pridie de republ. habitis: ſed deeſſe quidem fatentis, an autem addi velit rogantis. Atque hîc cõſidera quàm diuerſum duæ monoſyllabæ particulæ ſenſum efficiant, quarum vtraque alioqui locum hîc habere prima fronte videri poſſit.

V. τα ἀ] Pro ἑκάσης ſcribendum vel ἑκάστοις vel ἑκάστῳ cẽſeo. quorſum enim cum τροφῆς adderet ἑκάσης, quum τροφὴν generaliter dicat (ſicut & antea, quum dixit, παιδεία ἀ τροφῇ) non autem varias eius ſpecies conſtituat? Quinetiã aliquem μιμεῖσθαι οἷς αὐ ὠτραφῇ, & μιμεῖσθαι τὸ ὀπὲς τῆς τροφῆς γινόμενον, ab eo opponi videmus. Sed omnibus (inquit) manifeſtum eſt, imitatricem nationem ea in quibus educata fuerit, facillimè & optimè eſſe imitaturam: quod autem vnicuique à ſua educatione eſt alienum, id illi difficile eſt factis, ſed difficilius etiam verbis bene imitari. Quum verò dixiſſet τὸ μιμητικὸν γένος de eodem addit τὸ μιμητικὸν ἔθνος.

V. vlt.] Scribendum eſſe ὑμετέρας, oſtendũt quæ ſequuntur.

P. 20. v. ὑμῖν] Scribendum eſt ξυνωμολογήσατ' οὖν. non enim iubet illos ξυνομολογεῖν, ſed dicit ξυνομολογῆσαι.

V. σφόδρα] Poteſt etiam fortaſsis aliter emendari locus hic: retinendo nimirum ἡμῖν, ſed ſuam illi ſedem mutando, ita, ἰὼ μᾶν οὖν οἰκεῖος ἡμῖν, καὶ σφόδρα φίλος Δρωπίδου &c.

P. 21. v. βασ.] Rectius fortaſſe ſcribetur ἡ quam οἵ.

P. 22. v. κούσας] Duplicem eſſe interrogationem puto: vt ita legatur, πῶς; ἀ θοῦπ λέγῃς;

V. πυεὶ] De hac lectione minimè dubitandum eſt, quum hi datiui μυείοις ἄλλοις ponantur pro διὰ μυείων ἄλλων, ſicut præceſſit πυεὶ ἢ ὕδατι, pro διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος. Multi (inquit) interitus hominum & contigerunt & contingent: per ignem quidem & aquã (id eſt, ex conflagrationibus & inũdationibus, ſiue eluuionibus) maximi: pèr alia autem infinita alij, illis minores.

P. 23. v. πων] Scribendum παρ' ὑμῶν, vt patet ex annotatione quæ proximam ſequitur, & ex eo quod paulopòſt dicit ὅπῃ τ' ἦδε, οὕπῃ τ' παρ' ὑμῶν.

V. λου] Rectius fortaſſe ſcriberetur, manente eodem ſenſu, ὧν ἀκοῇ ἴσμεν: id eſt, ἐκείνων (videlicet πάντων) οὐκ ἀκοῇ ἴσμεν: ſicut paulo pòſt dicitur, πασῶν ἀπόσων νυῶ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἀκοὴ παοεδεξάμεθα. At Fic. ita vertit quaſi legerit ἃ ἀκοῇ ἴσμεν.

V. ὑμῖν καὶ] In præced. edit. eſt ἡμῖν: ſed ὑμῖν ſcribendum eſſe conſtat, quum hic qui loquitur opponat ei quod fieri dixit ab AEgyptijs, id quod fit à Græcis. Quum (inquit) regio noſtra nec illuuionibus nec deflagrationibus ſit obnoxia, & ſacerdotes noſtri diligenter omnia perſcribant quæ præclarè geſta fuerint apud vos, aut hîc aut in alia plaga earum quas auditione accepimus, hinc fit vt incolumis apud nos rerum præteritarum maneat memoria, vtpote mandata ſcriptis quæ in ipſis templis ſeruantur; at res veſtræ aliorúmque populorum [poſt ἄλλοις interpungendo] non ſunt à longo tempore inſtructæ literis & alijs quæ vrbibus neceſſaria ſunt: & rurſum conſuetis annis (id eſt, ſtatis annorum ſpatijs) illata cis è cœlo illuuies, tanquam morbus, ingruit, & ex vobis eos tantùm relinquere ſolet qui à literis muſiſq; ſunt alieni. Iuuenes itaque deintegro efficimini, quũ nihil ſciatis eorũ quæ vel apud nos vel apud vos olim geſta fuerint. Verùm hæc verba ἀ τοὶς ἀγραμμάτοις ἀ ἀμούσοις ἔλιπεν ὑμᾶς, lõgè aliter Fic. interpretatur, & quidẽ aliũ ſenſum ex ijs eliciẽs quàm ferre poſsint. Vertit enim, Ideo qui ſuccedunt, & literis & muſis orbati ſunt. Perinde videlicet acſi ſcriptum eſſet, καὶ ἀγραμμάτοις καὶ ἀμούσοις ἔλιπε τοὶς ἐξ ὑμᾶς. Ne tamẽ noſtram illam lectionem ſuſpectam habeam, facit is paginæ præcedentis locus, vbi dixit, ſuperuenientibus aquarum illuuionibus paſtores quidem & armentarios qui montes incolunt, ſeruari: homines verò qui vrbes habitant, fluminũ impetu in mare abripi. Ex eo enim loco τοὶς ἀγραμμάτοις καὶ ἀμούσοις ὑμᾶς intelligere poſſumus (vt opinor) τοὺς τῶν βουκόλων καὶ νομέων. Idẽ interpres aduerbium ἔπ, quod ad ſequentia pertinere dico, iungit præcedentibus, & vim certè ibi quoque iis quæ hîc legimus verbis affert: ita locum illum reddens, Apud vos quidem & alias gentes, res geſtæ nuper, literis monumentiſque traduntur.

P. 24. v. ἔπειτα] Legitur etiam πάντα καταστάδμος: quæ lectio mihi multo magis placet. Paulo antè autem inter κόσμον & ἅπαντα poſita fuit interpunctio, quæ oſtenderet ἅπαντα iungi cum ὀξανδρῶν. Videtur autem κόσμον appellare quod ſtatim pòſt vocat διακόσμησιν: licet quidã ſignificari putent legem omnes mundi partes eſſe perſcrutatam.

V. ὠ ᾧ] Non dubito quin ὁρᾶν mutandũ ſit in ὠρᾶν, vt temperiem temporum anni dicat non temperiem montium. Lectio tamen illa in quadam etiam Pariſienſi huius dialogi editione extat.

V. θεὸς] Vocabulis interdum vtitur Plato quæ poetica ſunt, aut minus ſaltem orationi ſolutæ quàm carmini conueniunt: ſed nõ omnibus ſine diſcrimine vti illum exiſtimãdum eſt. atque hinc fit vt non περιφερεταῖς (quod planè poeticum eſt) ſed περιφερεσταῖς illũ hîc ſcripſiſſe credam: præſertim quum multo aptior ſit huic loco iſtius quàm illius nominis ſignificatio. Dea igitur (inquit) quum belli ſimul & ſapiẽtiæ ſtudioſa eſſet, eum primùm delegit locum quem incolendum daret, qui ſimillimos ipſi homines laturus eſſet.

P. 26. v. ἡδονῆς] Ita vertit Fic. acſi ſcriptum eſſet καὶ παιδιᾶς. eius enim verba ſunt, Ea quippe cum voluptate & ioco audiebam. Non dubito tamen quin genuina ſit noſtra lectio, & quin voluptas puerilis ideo vocetur, quòd pueri valde ijs narrationibus delectentur quæ magnam admirationem mouent, fabuloſas eſſe non animaduertentes.

V. ῥᾳδίως.] Mendo carere non puto hoc verbum ἀπωσόμεθα: parua autem mutatione aliud, longè diuerſam ſignificationem habens, fieri ex eo poterit, ſcribendo ἀπασόμεθα, quod huic loco aptiſsimum eſt, & aliis eiuſmodi ab eo adhibitum. Perinde autem erit acſi dictum eſſet, οὐδὲν ἀπωδὸν λέξομεν, Latinè (reddendo verbum

verbo) Nihil abſonum dicemus. id eſt, nihil adſurdum, nihil quod rationi non ſit conſentaneum. Si autem ſignificare voluiſſet, Non reiiciemur, dicendum fuiſſet οὐκ ἀπωσθησόμεθα.

P. 28. v. ᾧ ὄν'] Dicendus eſſet Cicero aliter legiſſe, nimirum ἄλογον, ſi hæc eius interpretatio mendi ſuſpecta non eſſet, *Alterum, quod affert opinionem per ſenſus, rationis expers, quod totum opinabile eſt, id gignitur & interit*, &c. Sed rationi conſentaneum eſt vt eum potius aliter hæc ſua ſcripſiſſe quàm aliam apud Platonem ſequutum eſſe lectionem dicamus: ſcripſiſſe inquam, *Quod affert opinionem per ſenſus rationis expertes*, pro his τὸ δι' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου. Sed audebóne & aliam de hoc Ciceronis loco ſuſpicionem meam afferre? audendum eſſe puto, quum id ſine vllius iniuria & abſque pertinacia futurum ſit. Suſpicor igitur aliud quoddam ei mendum ſubeſſe, & Ciceronem *quod affert opinio*, ſcripſiſſe. Si enim eſt δόξη θατέρου, id eſt (reddendo verbum verbo) opinione cõprehenſibile, id certè nobis affertur ab opinione, ſiue, id nobis affert ipſa opinio, potius quàm affert opinionem. veluti ſi Cicero in priore membro eadem interpretationis vti forma voluiſſet, pro his, νοήσει θατέρου, dicendũ illi fuiſſet, *Quorum alterum intelligentia & ratio affert*, vel, ab intelligentia & ratione affertur: non autem, Intelligentiam & rationem affert. Neque enim dubium cuiquam eſſe debet quin eodem interpretandi genere vtrobiq; Cicero vti potuerit, & δόξῃ iungatur non cum δοξαστὸν (ideóque ante hoc adiectiuum interpũxi) ſed cum θατέρου, quod eſt ex priore membro repetẽdũ. Eadẽ enim orationis forma hæc duo dicũtur, quæ alioqui oppoſita ſunt: prius, νοήσει μετὰ λόγου θατέρου, poſterius, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου θατέρου. Quòd ſiquis cum datiuo δόξῃ repetẽdum eſſe θατέρου neget, & cum δοξαστὸν iungendum eſſe contendat (vt certè iungitur ab ijs qui interpretantur, Quod autẽ opinabile eſt opinione [vel, opinatione] cum ſenſu rationis experte) is à me alio ipſius Platonis conuincetur loco, ᾧ ἢ αἰσθητὰ, δόξῃ θατέρα μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γιγνητὰ ἐφάνη. Vbi etiam animaduertendum eſt Ciceronem eadẽ de re opinationem quàm opinionem dicere maluiſſe: (niſi fortè putemus & in illo priore loco ita eum ſcripſiſſe) ita reddentem illa, *Senſus autem mouentia quæ ſunt, eadem in opinatione conſidunt* [vel potius, *conſiſtunt*] *quæ ortum habere gignique diximus*. vbi omittit interpretationem illarum vocum, μετὰ αἰσθήσεως. Animaduertendum eſt præterea, nomini θατέρου neutram priorum interpretationum adhibuiſſe, ſed tertiam inueniſſe. Quod autẽ ad illum de quo nunc agitur locum attinet, in duobus eius membris duas interpretationes Ciceronianas diuerſas non ſolùm nominis θατέρου ſed etiam præpoſitionis μετὰ videmus: quũ alioqui huius quoque eadem omnino ſit vis vtrobique. quum enim dicat Plato νοήσει μετὰ λόγου θατέρου, ita vertit Cicero acſi dixiſſet νοήσει καὶ λόγῳ θατέρου: (huius enim hæc ſunt verba, Intelligentia & ratione comprehenditur) & quùm idem eodem loquens modo addat, τὸ δι' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου [θατέρου] non aliter hæc reddit quàm ſi ſcriptum à Platone eſſet, τὸ δι' αὖ δόξῃ δι' αἰσθήσεως ἀλόγου [θατέρου] vel δι' αἰσθήσεως ἀλόγου; ſequendo illã lectionẽ, *Per ſenſus rationis expertes*. Ego tamen (quod tanti viri pace dictum ſit) eadem interpretationis forma vtrobique vtendum potius fuiſſe arbitror: non improbans alioqui quòd νοήσει μετὰ λόγου ita verterit acſi ſcriptum eſſet νοήσει καὶ λόγῳ: quoniam ipſe poſtea Plato dicit, λόγῳ καὶ φρονήσει θατέρου, eadem de re loquens, & φρονήσει quod antea vocarat νόησιν, appellans. Vbi etiam verba iſta, κατὰ ταυτὰ ἔχον, (quibus forſitaſſe præponendũ vel poſtponendũ eſſet aduerbium ἀεὶ) quanuis alioqui ſimilia iis quæ habemus in illo principio, ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὄν, non eodem tamen modo ſed longè liberius vertit, his vtens verbis, *atque immutabili æternitate continetur*. Neque tamen illa ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὄν, ita eſt interpretatus vt planè verbũ de verbo expreſſerit: quum non dixerit, Quod ſemper eodem modo eſt, ſed *Quod vnum atque idem ſemper eſt*. Cæterùm antequam ab hoc loco diſcedam, addam & hoc obiter, γινόμενα μὲν, ὄντα δὲ οὐδέποτε, à Platone vocari corpora, vt etiam docet Sextus philoſophus, rationem ſimul reddens, διὰ τὸ λεγομένων σωμάτων ῥύσιν αὐτῶν, (videlicet τῶν σωμάτων) ὡς μηδὲ πρὸ τούτου δεῖξιν ὑπολήψεσθαι, μηδὲ εἶναι νομίζεσθαι. πλὴν καὶ ὁ Πλάτων γινόμενα μὲν, ὄντα δὲ οὐδέποτε καὶ λεῖ τὰ σώματα.

V. μου. δοξαστὸν] Si Proclum ſequamur, non fuerit interpungendum ante δοξαστόν. iungit enim hoc nomen cum δόξῃ. Eius verba ſunt, εἰσὶν οὖν οἱ ἀποδιδόντες ὁρισμοὶ, τοιοῦτοι τινές· Ἀεὶ ὂν ὃ μετὰ νοήσεως μετὰ λόγου θατέρου· Γιγνόμενον ὃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστόν. Et paulo antè dixerat, Τὸ μὲν δὴ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὄν, ὃ μετὰ νοήσεως μετὰ λόγου θατέρου· τὸ δὲ γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστόν (vbi etiam addit, idem valere illa, γιγνόμενον μὲν, οὐδέποτε δὲ ὄν, & iſta, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν) ſed tamen in præcedente annotatione, ex alio ipſius Platonis loco apertè oſtendi, non cum δοξαστὸν iungi datiuum δόξῃ, ſed cum θατέρου, quod ſit ex priori membro repetendum. quinetiam Ciceronis interpretationem eſſe talem videmus, vt ex ea pateat illum minimè δόξῃ cum δοξαστὸν iunxiſſe, ſed intellexiſſe dici à Platone, id quod ſit δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου θατέρου, cenſendũ eſſe δοξαστὸν, id eſt, eſſe opinabile (ſiue, in opinatione conſiſtere, vt poſtea loquitur) atque eiuſmodi quod gignatur & intereat, nec vnquam eſſe verè poſsit. Quod autem ad illa verba attinet, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ſic à Platone in aliquot Parmenidis locis copulantur γίγνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι, & γίγνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι: & in eorũ vno (qui eſt pag. 165) dicitur nihil aliud eſſe γίγνεσθαι quàm οὐσίας μεταλαμβάνειν: ſicut ἀπόλλυσθαι nihil aliud quàm ἀπολωλυίαν τὴν οὐσίαν. Inueniuntur autem apud Proclum (in textu eius cõmentariis inſerto) hæc verba, καὶ ὃ δὴ γιγνοιδίᾳ, inter ὂν & δόξῃ, pro his videlicet, τὸ δι' αὖ: ſed illius lectionis nullam eſſe habendam rationẽ puto, quum mendoſam eſſe veriſimile ſit, & ab ipſo Proclo nihil tale agnoſcatur.

V. ἐπ' αἰτ.] Miror apud Proclum quoque legi ἐξ αἰτίας γίγνεσθαι, quum ſermonis Græci conſuetudo poſcat vt dicatur, πᾶν ὃ αὖ τὸ γιγνόμενον, ἐπ' αἰτίου τινὸς αἰτίαν γίγνεσθαι (vt Cicero legiſſe videtur) vel ita, ἐπ' αἰτίου τινὸς ἐξ αἰτίας γίγνεται.

V. ἐφάνη.] Sequendo locum qui eſt initio huius paginæ, ſcribendum hîc eſſet γιγνοιδίῳ & γίγνεσθαι: nec aliter vertit Ficinus quàm ſi ita hîc quoque legiſſet. Ipſe etiam Cicero tẽpus præſens, ſicut in illo altero loco, agnoſcit.

V. ποιητ.] Videri posſit Cicero aliter hūc locum legisſe, aut certè aliter hunc ſuæ interpretationis locum ſcriptum reliquiſſe. nā ποιητῶ in ea non habemus, & ante πατέρα addi οἷον videmus: id eſt, ita verti hunc locum acſi ita legiſſet, τὸν μὲν οὖν οἷον πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς &c. Quinetiam dubitari posſit an ἀδιώατον legerit, quum vertat, Nefas. Si enim ita legit, non autem, ὃ θεμιτὸν, in vna huius loci parte ſuam interpretationem verbo Platonis valde adſtrinxit, in altera non parua libertate vſus eſt. Valde enim libera eſſe videtur interpretatio qua ἀδιώατον redditur Nefas: (neque enim credibile eſt, eum quum dixit Indicare nefas, voluiſſe ſignificare non poſſe indicari: aut aliud intellexiſſe, quàm in alijs duobus huius dialogi locis, vbi quum Plato dicat οὐ θέμις, ipſe fas non eſſe dicit) viciſsim autē nimium ſe adſtrin git (meo quidem iudicio) Platonis verbo, quū δύρεῖν non aliter exponit quam Inuenire: quum aliud ſub hac voce intelligendum eſſe cōſtet: ac fortaſſe pro προλαμβάνειν accipere oporteat (ſicut dixit νοήσῃ μετὰ λόγου προληπτόν) id eſt Mēte cōplecti. Facit certè Proclus vt magis accuratā huius verbi expoſitionem à Cicerone requirā: quippe qui ſub illa inueniendi appellatione ali quid valde recōditū inueniri putat: dicēs δύρεῖν eſſe τὸ ἐντυχεῖν αὐτῷ, τὸ ἐναθῆναι, τὸ μόνῳ μόνῳ συγγενέσθαι, τὸ δ' αὖ παρ' ἐκείνης τυχεῖν, ὑπὸ πάσης ἄλλης ἐνεργείας εἰς ἑαυτὸν ἀφαιρεῖσθαι ἑαυτῷ, loquens περὶ τῆς ψυχῆς. Quod autem ſequitur, δύρόντα, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν, duobus modis ab illo explicatur: quorum prior pro Ciceronis interpretatione facere videri poteſt: vt nimirum ad morem Pythagoreorum reſpici dicamus, qui τοῖς περὶ θείων λόγοις ἀπορρήτοις εἶχον (nam quæ ſunt ἀπόρρητα, ea vulgare eſt nefas) καὶ μὴ πρὸς πάντας διελέγοντο περὶ αὐτῶν. Sed poſterior explicatio magis ei placet, vt intelligamus diuinitatem eſſe rem eiuſmodi ad quam indicandam nulla verba idonea reperiri poſsint. Cæterùm quanuis in textu huius enarratoris commentariis inſerto legatur εἰς ἅπαντας ἀδιώατον λέγειν, ab ipſo tamen in vno loco dicitur, ὅτι τὸν δύρόντα λέγειν ὡς εἰδὼς πρὸς ἕνας ἀδιώατον. Obſeruatione autem dignū eſt hoc quoque in Ciceronis interpretatione, ab eo εἰς πάντας ſiue εἰς ἅπαντας reddi In vulgus: quaſi εἰς πάντας valeret idem quod εἰς τοὺς πολλούς.

V. vlt.] Apud Proclū legitur πεντημιάλμος, ibi quoque vbi ad ipſam verborum expoſitionem accedit: ſed hæc diuerſa lectio ſenſum loci non immutat.

P. 29. v. primo] Propemodum auſim affirmare deſiderari hîc particulam ἀεί: de qua omiſsione dicam mox in iis quæ annotabo in verſum huius paginæ nonum.

V. ὡς πρὸς] Aut deeſſe hîc voculam μὴ poſt εἰ δ', dicamus neceſſe eſt, (qua de re monui in iis quæ margini adſcripſi) aut εἰ δ' pro εἰ δὲ μὴ alibi etiam inueniri.

V. σφ' αὑτὸ.] Si in primo huius paginæ verſu particulam μὴ omiſſam eſſe putemus, idem de hoc loco exiſtimandum erit. Poterit verò vel ante κῇ vel alibi poni. Ne autem dubitem quin vtrobique ſit omiſſa, facit non ſolùm Ciceronis interpretatio, & huius ſermonis principium, vbi illam tali loco adhibitam eſſe videmus, ſed etiam ea quæ ſit τοῦ ἀϊδίου mentio. Fateor alioqui ne apud Proclum quidem legi, in textu commentarijs eius inſerto.

V. σε αὖ.] Poſt ἕνὸς deſiderari genitiuum ἀϊδίου dicemus ſi Ciceronis interpretationem ſequamur.

V. μέγιστον] Locum hunc multum negotij mihi facceſſere mirari deſij poſtquam ex ijs quę à Proclo de illo dicuntur, alijs etiam multum exhibuiſſe intellexi. Dicit enim eſſe qui poſt παντὸς interpungant: vt ſenſus ſit, Omnium maximum eſt, facere vt quod ſecundum naturam eſt principium, ipſius etiam ſermonis principium ſit. Alios malle interpungere poſt μέγιστον δὴ, vt παντὸς iungatur ſequentibus: & ſit ſenſus, μέγιστόν ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἀρχῆς ἄρξασθαι παντός. (ita enim ſcripſiſſe Proclū puto, nō τοῦ παντός) & quoſdam hoc à Platone dici propter illa quæ præcedunt, quoſdam ad ſequentia referri exiſtimare. Ex duabus autē iſtis lectionibus poſterior magis placet (præſertim quū in priore ſubauditio illa genitiui λόγου, aut alius eiuſmodi, audacula videri poſsit) ſed vtrālibet quis ſequatur, neceſſariū eſſe dico articulū τὸ poſt ἄρξασθαι: quū alioqui iūcturus ſit aliquis hęc verba κατὰ φύσιν, cum ἄρξασθαι, vt ijs ſignificetur Secundum naturā (id eſt, Sicut naturæ conſentaneum eſt, vel Vt natura poſtulat) & accuſatiuū ἀρχὴν vacare exiſtimaturus. Ipſe Cicero perinde hunc locum vertit (ſi fides eius exemplaribus deroganda non eſt) acſi aliud potius quàm κατὰ φύσιν legiſſet. hæc enim ſunt eius verba, *Difficillimum autē eſt in omni conquiſitione rationis exordium.* At verò Fic. quandam ſibi peculiarem viam ſequens, ita vertit, Rationem verò originis naturaliter explicare difficillimum eſt.

V. πλῶτις] Alia lectio eſt apud Proclum, καθ' ὅσον οἷόν τε ἀτελέσκητος προσήκει λόγοις εἶναι: ſed vel ante καθ' ὅσον vel ante ἀτελέσκητος particula ἢ opus eſſet.

V. ἐκείνων] Ita vertit Cicero quaſi legerit non ὅ,τι, ſed ὅσον, neque τοῦτο, ſed τοσοῦτον: vel certè quaſi hæc quæ legit ὅ,τι & τοῦτο, idem quod illa valere exiſtimauerit.

V. χρή.] Legiſſe Ciceronē μεμνημένοις colligi poteſt ex eo quod ἀγαπᾶν χρὴ vertit, numero plurali vtens, Cōtēti eſſe debetis: inuenio quidē certè & apud Proclum illam lectionem. Verùm & μὴ θαυμάσητε videtur ſcribendum paulo antè, ſi hîc μεμνημένοις legamus.

V. πρέπει] Genitiuum τοῦ που ante μηδὲν addere poſſumus ex Proclo.

P. 30. v. ξιν] Legitur etiam ἦχθω: ſicut ſequū tur ἔοικεν & ξωσπερεῖ, quæ ſunt præteriti imperfecti.

V. οὕτω] Hunc locum aliter legit, aut liberius vertere (ſicut alios quoſdam) ſibi permiſit Cicero. quæ enim habemus hîc verba, ſonant, non debere nos exiſtimare, conditum eſſe mundum ad exemplar particulare certi cuiuſdam animalis, ſed ad exemplar vniuerſale & perpetuum, quod reliqua exemplaria in ſe complectatur. Exiſtimat autem Proclus verba hæc ὡς μέρους εἴδους ita poſſe accipi acſi dictum eſſet ὡς μέρους ἔχει: ſed addit, Iāblicho placuiſſe addi particulam ὡς ante ὡς εἴδους, vt legatur ὡς μέρους ὡς ὡς εἴδους. quæ lectio non video quomodo ferri poſsit: nec dubito quin mendoſè hæc apud ipſum Proclum ſcripta ſint, quum aliam lectionē ipſemet paulo antè agnoſcat vbi ſcribit quod dixi, ὡς μέρους εἴδους poſſe intelligi dictū pro ὡς μέρους ἔχει. Fortaſſe igitur ſcripſerit Proclus placuiſſe Iamblicho vt adderetur ὡς ante ὡς μέρους, & legeretur ὡς ὡς μέρους εἴδους.

V. ξιώσαμεν.] Quandam ſententiam inter

eam quæ ſequitur verbo καταξιώσωμεν, & illam quæ incipit à nomine ἁπλεῖ, aut legit Cicero, aut de ſuo adiecit: hanc videlicet, *Sunt enim omnia in quædam genera partita, aut inchoata, nulla ex parte perfecta.* atque ideo non γὰρ ſed δὴ legit poſt ἁπλεῖ. Cæterùm quod ad illos Ciceronianæ interpretationis locos attinet qui margini ſunt adſcripti, multa in ijs eſſe deprauata docere te poſſunt meę in Ciceronem caſtigationes, vbi ſunt in hunc etiam librum emendationes quas magna ex parte probare ſe & ſequi Lambinus non diſſimulauit. Earum certè vna pro iſtis quæ habes è regione huius loci verbis, *ſiue in diuerſo genere cernatur*, ſubſtituit, *ſiue in uniuerſo genere cernatur.* quam meam cõiecturam non ille ſolùm ſed omnes probarunt: quum hæc *ſiue in uniuerſo genere*, opponantur illis, *ſiue in ſingulis*: pro hiſce Platonis, καθ' ἓν καὶ κατ' γένη.

V. σμος ἡμᾶς] Ita hunc locũ vertit Cicero quaſi legerit, καθαπερ ὁδὸς κόσμος ἡμᾶς, ἢ τὰ ὀσφρέμματα, ὅσά τε ἄλλα σιτία ἔσκεν ὁραται.

P. 31. v. ρον εἶ] Ferri non poteſt hæc lectio, ſed ᾧ ἐκεῖνο ſcribendum eſt, vt legitur apud Proclum: vel potius ᾧ δεῖ χορηγεῖν ἐκεῖνο, vt legiſſe Ciceronem manifeſtum eſt.

V. ὦν, κόσμοις] Non ὑρανὸς ſed κόσμος agnoſcit Ciceronis interpretatio.

V. ὧν] Legendum potius, χωρισθὲν ἢ πυρὸς, vt apud Proclũ: qui paulo antè habet σωματοειδὲς ἢ ὑγρόν.

P. 32. v. ταῦτα] Malè hîc ταῦτα, ſicut in præced. editionib⁹, pro ταυτὰ vel τὰ αὐτὰ, vt apud Proclũ legitur: qui in ſequenti verſu poſt ἓν non habet πάντα: ac certè minimè neceſſarium eſt, quũ ex proximè præcedentibus repeti poſſit. A Cicerone tamen hîc ponitur *omnia*, id eſt πάντα: verùm ideo quòd in illo priore loco non poſuerit.

V. στρεὸν] Apud Proclum legimus, στροειδῆ γὰρ αὐτὸν προσῆκεν εἶναι. verùm ad στροειδῆ quidẽ quod attinet, non eſt quòd adiectiuum hoc in locũ accuſatiui στρεὸν quem habemus hîc, ſubſtituẽdum eſſe putemus: quum ſequatur τὸ δὲ στρεὰ, & vocẽ vtrobique eandem eſſe oporteat. quòd autem & αὐτὸν habet, non αὐτὰ, ſicut στροειδῆ, non στροειδές, magis mirarer, niſi & Ciceronẽ mutaſſe ſubſtantiuũ viderem. Quum enim τὸ τοῦ παντὸς σῶμα interpretatus eſſet Vniuerſitatis corpus, & quod ſubiungitur pronomen αὐτὰ, poſitum poſt στρεὸν γὰρ, referat illud τὸ τοῦ παντὸς σῶμα, vel πᾶν ſolùm, ideóque dicere debuerit, *ſed quum ſoliditas illi quæreretur*, mutauit ſubſtantiuum, vti dixi: &, perinde acſi ſcriptum eſſet, στρεὸν γὰρ τὸν κόσμον προσῆκεν εἶναι, vertit, *Sed quum ſoliditas mundo quæreretur.* Cæterùm paulo poſt hunc locum pro σωματοειδοῦν apud eundem Proclum ſcriptum eſt προσπαθοειδοῦν.

V. ὕδωρ.] Suſpicatus ſum aliquando προσάλλα coniunctè ſcribendum hîc eſſe.

V. καὶ ξωὲς. Apud Proclum legitur, ἐκ δὲ τούτων καὶ τοιούτων, abſque illis verbis quæ hîc præcedunt, καὶ διὰ ταῦτα. Verùm diuerſus eſt horum verborum vſus διὰ ταῦτα & ἐκ τούτων. nam διὰ ταῦτα dicens intelligit, Propter analogiam illã ſupradictam: addens autem ἐκ τούτων, intelligit de materia quæ eſt ex quatuor elementis.

V. νήθη] Diuerſa hîc quoque inuenitur apud eum lectio, quæ maioris quàm præcedens eſt momenti, ac mihi certè placet, δι' ἀναλογίας ὁμολογῆται, φειδίαν πεποίηκεν &c. Hæc lectio, ſtructuram orationis potius quàm ſenſum immutans, mihi placet, inquam, quanuis eam Cicero non ſequatur.

V. ὁπ γὰ] Agnoſcit & Proclus hîc παπὸς (non πάντως) & quidem ita vt cum ὕδατος etiam ſubaudiat.

P. 33. v. ἴνα] Quam adſcripſi margini lectionem, α ξωισταμ σώματα, genuinam eſſe puto, & eam ſequutum eſſe Ciceronẽ. quod enim dicit *Omnis coagmẽtatio corporis*, nõ aliud hîc eſt quàm Omne coagmẽtatum corpus. Apud Proclum autẽ mendoſè ſcriptum eſt, ὡς ξωιστὸν τὸ σῶμα.

V. κυκλ.] Apud Proclum περιφοραν.

V. λείπετο] Nihil deeſt neq; poſt ἀκοῆς, neque poſt ἀκουσὸν: ſed poſt ἀκοῆς repeti debet (id eſt ſubaudiri repetitum) verbũ ἐπιδέῖτο: poſt ἀκουσὸν autem debent repeti illa, οὐδὲν ὑπολείπετο ἔξωθεν.

V. του χεῖν] Abeſſe hinc malim infinitiuum χεῖν: quem ſi retinere oporteat, tanquam non irreptitium, dicendum fuerit pendere ab ὡςτε ſubaudito: vt intelligamus, Neque verò indigebat quopiam inſtrumento, vt haberet quo acciperet in ſe alimentum, &c. Sed ſatis erat, οὐδ' αὖ πινὸς ὀπαδεὲς ἵνα ὀργάνου ᾧ &c. id eſt, Neque verò quopiã inſtrumẽto indigebat quo acciperet, &c. Maluit autem ita loqui quàm ventris & inteſtinorum mentionem facere. Quidam autem putant guſtum mundo hîc detrahi (ſicut in proximè præcedentibus olfactum) q; ſenſus ille tributus ſit animantibus alimẽti gratia. Cæterùm in iis quæ proximè præcedunt, Cicero his verbis, πνεῦμά τε οὐκ ἔνι τῶ θύραθεν, à ſe addit, *extrema mundi*: à ſe, inquam, addit, ſiue de ſuo. neq; enim eum in exẽplari vllo inueniſſe illa puto, ſed ex iſtis quæ proximè præcedunt, οὐδὲν θύραθεν λείπεται ἔξωθεν, vbi θύραθεν loquitur, occaſionem hæc addendi ſumpſiſſe: perinde acſi hîc quoque ſubaudiendũ eſſet τὸ ἔξωθεν τοῦ κόσμου. quanuis illa eius verba, *extrema mundi*, videri poſſint magis ſonare τὰ ἔσχατα τοῦ κόσμου.

V. αὐτὸ ὁ] Vel aliter legiſſe hũc locum Ciceronem, vel aliter vertiſſe crediderim quàm oſtendãt eius exemplaria. Sed aliter ab eo verſum fuiſſe, mihi magis fit veriſimile, alioqui certè dormitaſſe dicendus eſſet, ſi verba illa (neque enim aliam inueniſſe lectionem facilè mihi perſuaſerim) ita eſſet interpretatus. quum enim hîc ſit verborum Platonis ſenſus, Ratus eſt enim qui condidit, ſi ipſe cõtentus ſe eſſet, præſtantiorem [vel, meliorem] fore quàm ſi aliis indigeret: Cicero contrà ita exponit, *Sic enim ratus eſt ille qui iſta iunxit & condidit, ipſum ſe contentum eſſe mundum; neque egere altero.* Qui autem putarunt hunc locum, quibuſdam interiectis, & poſita particula Quàm pro Neque, ita poſſe mutari, Ipſum ſe contentum eſſe mundũ, ſatius eſſe [vel præſtare] quàm egere, nõ animaduerterunt non legi αὔταρκες εἶναι, ſed αὔταρκες ὄν: aut, ſi animaduerterunt, ſed participium hîc tanquã pro infinitiuo poſitum poſſe accipi arbitrati ſunt, non ſatis vbi hic participij vſus locum haberet, intellexerunt. Eſt autem propriè προσδεὴς ἄλλου qui inſuper indiget aliqua re.

V. ἔσαι] Scribendum eſſe dicerem χεῖρας, pro χειρῶν, vt haberet infinitiuus προσπάλλειν caſũ qui ipſi iungi poſſet: ſed quum apud me conſidero ſequi itidem πόδων, aliam quãpiam huic loco deprauationem ſubeſſe dico: & lectorem expendere mecum volo annon credibile ſit,

duos

duos quidem iſtos genitiuos ſcriptos fuiſſe χερῶν & ποδῶν, ſed non etiam ἢ ὑπηρεσίας, verùm ἢ ὑπηρεσίαν: vt dicat Plato, οὐκ ὥσπερ δεῖν προσκεῖσθαι αὖ πάλιν ὑπηρεσίαν χειρῶν, οὐδὲ ποδῶν, οὐδὲ ὅλως ἢ περὶ βάσιν. Poſſet verò fortaſsis & accuſatiuus pluralis locum habere, vt legeretur, πρὸς περὶ πάλιν βάσιν ὑπηρεσίας.

V. δὲ, αἷς] Malim ſcribere οὔτε αὖ, vt apud Proclum legitur.

P.34.v. ὁμαλὸν] Cicero vult παντα χῇ pertinere ad ὁμαλόν. vertit enim, *Læuem eum effecit, & undique æquabilem, & à medio ad ſummum, parem & perfectum.* Legit igitur, aut legendum putauit, λεῖον καὶ ὁμαλὸν παντα χῇ, καὶ ὃν μέσου ἴσον, καὶ ὅλον, &c.

P.35.v. τοιοῖς] Deeſſe videtur præpoſitio εἰς ante accuſ. μοίρας, & tamen alios inueniri ſcio huius ſcriptoris locos huic ſimiles vbi non habetur. Cæterùm cum ὅλον τοῦτο aptius fortaſſe μῆκα ſubaudietur extrinſecus (ex iis quę proximè præcedunt) quàm ἓν, ad quod tamen illa refert Cicero.

P.36.v. ΕΓΕΙ] Hîc quoque vtrum Ciceronem aliam ſequi lectionem an malè verba Platonis interpretari dicemus? Quæ enim hîc legimus verba, ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγόνει, conſtat ſignificare, Quum autem à coagmentatore tota animi coagmentatio ex ſententia effecta eſſet. Vel, Quum eius deſiderio ſatisfeciſſet. (nam ſicut apud alios, ita etiam apud Platonẽ nõ vno in loco τοῦτο κατὰ νοῦν ἐμοὶ γέγονε, ſonat, Hoc contigit mihi ex ſententia, vel, Hoc factum eſt ex animi mei ſententia: ſiue, Hoc mihi ſatisfecit, vel, Hoc animo meo ſatisfecit: vel, deſiderio: vel, Hoc voto meo reſpondit) at Cicero vertit, *Quum animum ex ſua mente & diuinitate gemiſſet.* Sed ne tãtum virum tam craſſæ ignorantiæ aut turpis ſaltem oſcitãtiæ (ſi hoc vti verbo licet) accuſare cogamur, dicendum cenſeo illũ nimis properantẽ ita vertiſſe hunc locum quaſi legiſſet, ἐπεὶ δὲ τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ κατὰ τὸν ἑαυτοῦ νοῦν τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγόνει. Quo autem minus hæc lectio à noſtra diſcedit, (quum magna pars mutationis in verborum ſit ordine) eo veriſimilius fuerit illam in eius oculos παρορῶντας incurriſſe.

P.36.v. φορὰν] Ciceronis interpretatio θείαν non agnoſcit, ſed eius loco θεῖον legit.

P.37.v. θέντων] Scribendum eſſe cenſebam ὂν τῆς ταυτοῦ: meæq; poſtea ſententiæ fidem à Proclo fieri comperi.

V. ἀφὰ πά.] Locum hunc diuerſè legi (quod ad interpungendi rationem attinet) docet Proclus. Scriptum eſt autem ita apud eũ illius principium, ὅτῳ τε αὖ τ ταυτὸν ᾖ, καὶ ὅτῳ αὖ τ ἕτερον. cũ qua lectione non eſt cur noſtram commutemus. Apud eundem ſcriptum eſt ἀφὰ πάσης αὐτῆς.

V. κατ] Ita locum hunc vertit Cicero acſi in priori etiam eius parte legerit κατ θατερον cum κατ ταυτὸν, & ἀληθὴς poſt λόγος ὃ poſuerit: deinde poſt θατερον non agnouerit participium ὢν. acſi denique eum hoc aut ſimili modo ſcriptum legerit, λόγος δὲ ἀληθὴς, ὁ κατ ταυτὸν καὶ κατ θατέρου γιγνόμενος, περί τε θατερον καὶ περὶ τὸ ταυτὸν ὡ τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος. eius enim hæc ſunt verba, *Ratio autẽ uera quæ uerſatur in iis quæ ſunt ſemper eadẽ & in iis quæ mutantur, quũ in eodẽ & in altero mouetur ipſa per ſe ſine uoce & ſine ullo ſono.* Dixi autẽ, hoc aut ſimili modo ſcriptũ, quoniam & alia mihi venit in mentẽ lectio, quæ paulo quidẽ magis diuerſa fuerit à noſtra, ſed ad illã eius interpretationẽ propius acceſſerit, λόγος ὃ ἀληθὴς, ὁ κατ ταυτὸν ἀεὶ ὂν & κατ θατερον γιγνόμενον ὢν, περί τε θατερον &c. & ita participiũ ὢν retineri poterit. Ficinus autem qui θατερον reddit Alterũ (vt certè reddi ſolet) lectionem noſtram ſequitur, niſi quòd addit καὶ ante ἀληθὴς. vertit enim, Ratio porro ad ipſum quod idẽ vergens, atq; veridica, tam circa alterũ quàm circa idẽ verſata. Niſi potius dicamus in eo etiã diſſenſiſſe à noſtra lectione quòd γιγνόμενος (ſi hoc participiũ agnouit) legerit ante ἀληθὴς. Quidã certè lectionẽ noſtram retinendo ita etiã interpr. hunc locum, Ratio autem quæ eodẽ tẽpore vera gignitur, quũ in altero & in eodẽ verſatur, atq; in eo quod mouetur à ſeipſo voluitur abſq; voce & ſono, &c. Inter has autẽ diuerſas expoſitiones hoc interim cõſtat, malè interpũgi in præced. edit. ſicut & hîc, poſt ὤν, quum hypoſtigme quæ ibi eſt ponẽda ſit poſt ταυτὸν: vt legamus περί τε θατερον ὢν καὶ περὶ τὸ ταυτὸν, deinde ὡ τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος &c. Cæterùm quod ad vocem λόγος attinet (quid enim obſtat quominus hoc obiter addã?) eam quidem cũ Cicerone pleriq; de ratione intelligũt, vt à Platone vis quædã animi ſtatuatur quæ res ſenſib' obiectas iudicare poſsit: (atq; adeo Plutarchus & Proclus rationẽ iſtã putant eſſe interiorẽ quandã poteſtatẽ quæ ſenſui & intelligentiæ iuncta ſit) ſed exiſtimatur etiã poſſe intelligi de eo ſermone qui λόγος ἐνδιάθετος vocatur ad differentiã τῆς προφορικοῦ: vt ſignificet Plato animo mundi nihil opus eſſe illo ſermone externo, ſed ſatis ei eſſe ſermonẽ internum, qui nulla voce nullóque ſono indiget.

V. λογισ.] Mirũ ſi Plato vel hîc vel alibi λογιστικὸν nõ actiua ſed paſsiua ſignificatione dixit, quũ hæc terminatio ſignificationi actionis cõueniat: atq; ita vtatur hac voce cùm alibi tum Polit. lib. 4. pag. 441, vbi ſcribit, οὐκοῦν τῷ μὲν λογιστικῷ ἄρχὸν προσήκει, σοφὸν ὄντα, καὶ ἔχοντα ἢ κατὰ πάσης τῆς ψυχῆς προμήθειαν. vt λογιστικὸν ſit quod ratiocinandi facultate præditũ eſt, atq; adeo ratiocinatione vti ſolet. q. d. Ratiocinatiuum. Et tamen ille de quo agitur locus ſignificatione actiua opus habet, ſi Ciceroni & aliis credim'. ita enim hic, *Quũ autem in illis rebus uertitur, quæ manentes ſemper eædem, non ſenſu ſed intelligentia continentur* (ſi tamen *continentur* eum hîc ſcripſiſſe credendum eſt) alii verò, *Quod intelligentia comprehenditur*, vel *ratiocinatione*. Videndũ igitur annon λογιστὸν ſcribendũ ſit, ita interpretando. Neq; tamen ignoro Proclũ hanc vocem λογιστικὸν (quãuis in textu commentariis eius inſerto ſcriptũ ſit λογικὸν) nõ ſolùm agnoſcere, ſed etiã defendere: admonentem, τὸ λογιστικὸν non ſignificare τὸ λογιζόμενον (vt aliquis putaret) ſed τὸ νοητὸν: quoniã hoc oppoſuit ᾧ αἰσθητῷ. Et videtur (inquit) ita dixiſſe τὸ λογιστικὸν, vt poſtea τὸ αἰσθητὸν vocabit αἰσθητικὸν. Sed vereor (quod Procli pace dixerim) ne hoc dicere, ſit incertum per incertius velle cõfirmare, vt vulgò loquimur.

V. νου, καὶ] In textu inſerto Procli commẽtariis legitur γεγονότα.

P.40.v. ἐμηχαν.] Non σωμάτων agnoſcit interpretatio Ciceronis, ſed θεῶν: ideóque ὅσοι etiam & γεγόνασι, non ὅστε & γέγονε.

V. των αὐτῶν.] Suſpicor pro περὶ τας ſcribendũ eſſe περιτὰς. alioqui enim deeſſet accuſatiu' poſt τας: quum intelligendũ ſit, ἐπανακυκλήσεις τὴν κυκλον πρὸς ἑαυτήν: & nõ poſsit ἐπανακυκλήσεις iungi etiã cum περὶ τας. Cæterùm quum hîc pro χορείας exẽ plaria Ciceronianæ interpretationis haberent partim *flexiones*, partim *fuſiones*, egò primus lu-

Annotationes in paginas 38 & 39. quas operæ hîc præ termiſerunt, inuenies poſt eas quæ in Axiochũ ſcriptæ ſunt.

ſiones inter alias aliorũ locorũ caſtigationes annotaui: atq; hãc meã cõiecturã Lãbino poſtea nõnulliſq; aliis doctiſsimis viris placere cõperi.

P.41.v. μᾶλλα] Locus Athenagoræ qui lectionẽ margini à me adſcriptã habet, (quã & apud Athenæum extare docui) eſt in eius libello qui vocatur Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν, 9 pagina: ſed quædam huius loci pars apud eundem depraua eſt: quum ita legatur, θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων, ἀδιάπαυστα ἐμοῦ μὴ θέλοντος. τὸ μὲν οὖν δεδέναι πᾶν, λυπεῖν. Videtur autem, ſiue cum negatione legamus hunc locum, ſiue abſque illa, idem eſſe ſenſus, dummodo cum ἐμοῦ γε θέλοντος ſubaudiamus ἄλυπα (ex proximè præcedentibus repetitum) cum infinitiuo εἶναι: at cum ἐμοῦ γε μὴ θέλοντος intelligamus δίχα λύπης: quoniam ἄλυπα, quod præcedit, idem valet quod οὐ δίχα πάσης λύπης. Cæterùm conuenit hic locus cum iſto paginæ 32, ἄλυπον ἴσως τῷ ἄλλων, πλεῖον ἴσως δὲ ξυμφέροντος, γενέσθαι.

V. γίαν] Potius ſcripſit (vt opinor) πλεῖον περὶ πλεῖον ὑμῶν γένεσιν.

V. γεμονοῦντ'] Aliam ſequutus eſſe lectionem videtur Cicero: hanc videlicet, τῶν ἀεὶ ὑμῶν δίκῃ καὶ νόμῳ ἑκόντων ἕπεσθαι: niſi dicamus eum pro vno Græco nomine δίκη duobus Latinis eſſe vſum. Quidam verò ſcribendum cẽſent apud Ciceronem, non, *uobiſque iure & lege uolentes pareant*, ſed, *nobiſque, & iuri ac legi pareant*. Quod tamen ad pronomẽ attinet, Ficinus non primã ſed ſecũdam itidem perſonam agnoſcit, atque ita in Aldina editione legitur.

V. πάλιν] Dubitari poteſt an Cicero κρατῆρα legerit, quum *ſuperiorem temperationem* in eius interpretatione habeamus: κρατὴρ autem non ipſam temperationem ſignificet, ſed vas in quo ea fit: vt etiam oſtendunt hæc quæ ſubiunguntur, ἐν ᾧ κεραυνὸς ἔμιγε. Ego illum quidem, κρατῆρα legiſſe, ſed locum hunc aliter ſcriptum reliquiſſe puto. ac fieri quidem poſſe dico vt verba illa *ſuperiorem temperationem* ſcripſerit, ſed aliqua inter *reuertit* & *in qua* interiecerit. præſertim quum non ſatis aptè dicatur, *tẽperationẽ in qua tẽperans*, quũ non tẽperemus in tẽperatione, ſed in vaſe quod à tẽperatione nomẽ habet. talis enim eſt κρατῆρος appellatio qua Plato vtitur. Dicens autẽ Deũ reuerſum eſſe ad eundem craterem, oſtendit, eũ creationi animi hominis eoſdem numeros & modulos eaſdémque proportiones adhibuiſſe quibus in temperando vniuerſitatis animo vſus fuerit.

V. πρῶτον.] Pro ἑκάστοις non dubitabam quin ἑκάστας ſcribendum eſſet, quia tamen nuſquam adhuc lectionem hanc inueneram, ſubſtituere in alterius locum non audebam: at poſtea apud Proclum inueni. Eſt autem interpungendum poſt genitiuum χρόνων, qui apud eundem eſt omiſſus. Hanc porro lectionem agnoſcens Fic. locum hunc ita vertit, Sãtis autem & quaſi ſparſis animis per ſingula ſingulis conuenientia temporum inſtrumenta, fore vt animal naſceretur, &c. At Cicero aliam quandam lectionem ſequutus eſſe videtur: quippe qui hunc locum ita reddat, *Satis autem & quaſi ſparſis animis, fore uti certis temporum interuallis oriretur animal quod eſſet ad cultum deorum aptiſſimum.* Vbi non habemus interpretationem illorum verborum, εἰς ἃ πρῶτον ἑκάστας ἕκαστα ὅρισα. at verò pro χρόνων ſuſpicor illum δίχα χρόνων legiſſe: quæ verba iungens ſequentibus, fit interpretatus, *certis temporum interuallis*. Habebimus autem & pagina proximè ſequente, circa finem, ὅρισα χρόνου.

P.42.v. εἴη] Dicendum fuiſſet πάσας, intelligendo ψυχᾶς, niſi iam non vt de animis ſed vt de ipſis hominibus loqueretur. Cæterùm pro ἐκεῖ βιαίων ſcribendum puto ἐκ τῶν βιαίων. ſed & retinendo ἐκεῖ, opus eſſet illa præpoſitione ἐκ: vt certè Ficinus eam agnoſcit, retinens ἐκεῖ: quo tamen nihil opus eſſe videtur: Cicero autem non agnoſcit illud aduerbium ἐκεῖ: apud quem ſequendam potius eſſe dico priorum editionum quàm poſteriorum lectionem. id eſt, legendum potius, *uehementiore motu excitatum eũiunctúmque naturæ*, quàm *uehementiore motu excitato coniunctóque naturæ*. Ac miror certè, tertiam etiam quandam ex coniectura afferri, vt nimirum ſcribatur quidem *excitato*, ſed tamen *coniunctúmque*, non *coniunctóque*: quum eundem vtrobique eſſe caſum oporteat. Fortaſſe autem *à uehementiore motu* ſcriptum reliquerat Cicero, ſequente vtrobique accuſatiuo. Verba enim Platonis (ſiquis verbum verbo reddat) ſonant, Primùm quidem ſenſum neceſſe eſſet vnum omnibus ex violentis [vel vehementibus] motibus ingenitũ eſſe. Quanuis autẽ apud Ciceronẽ habeamus *neceſſe erat*, non tamẽ εἴη poſt αἰαλκαῖον mutandum eſt in ὦ: quũ præcedat itidem εἴη in priore orationis parte, poſt κρεῖττον.

V. κὸς φύσιν] Legerim lubentèr μεταβαλοῖ, in optatiui futuro, ſicut præcedũt βιώσοιντο & ἔξοι.

V. κακίας] In præced. edit. non poſt κακίας ſed poſt ζῷον eſt hypoſtigme: quum tamen manifeſtum ſit melius procedere ſtructuram orationis, ſi ea interſiſtat poſt hæc verba μὴ πονόμενος κακίας, quàm ſi addamus ζῷον. quum alioqui minimè nouum ſit ζῷον ὄν pro ὂν ζῷον, ſubaudiendo præpoſ. κατά: quam eo etiã magis relinquere ſubaudiendam oportuit, quòd ſequatur ſtatim: quum nimis alioqui dura eſſet futura illius repetitio. Huius autem loci totius (in quo Plato apertiſsimè πυθαγορίζει, præſertímque in fine) hæc eſt mea interpretatio, multo magis quàm Ciceroniana, verbis Platonicis adſtricta (incipiendo ab illo quem paulo antè emendaui loco, πρῶτον μὲν ἄγαθον αἰαγκαῖον εἶη μίαν πᾶσιν ἐκ τῶν βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι) Primùm quidem ſenſum neceſſe eſſet vnum omnibus ex violentis [vel vehementibus] motibus ingenitum naſci, deinde voluptate & dolore temperatum amorem: inſuper timorem & iracundiã, & quæcũque iſta conſequũtur, vel ab iſtis, vtpote contraria, diſſita ſunt. Atque, ſi quidem ſuperiores his euaderent, iuſtè victuri eſſent: ſin ſuperati eſſent, iniuſtè. & qui rectè iuſtéque tẽporis ſpatio ſibi conueniente vixiſſet, rurſum in contubernalis ſideris domiciliũ profectus, beatam habiturus vitã eſſet: at qui re illa [id eſt vitæ iuſtitia] excidiſſet, [qui vitæ iuſtitiam, id eſt integritatem, aſſequi non potuiſſet] in mulieris naturam ortu ſecundo tranſiturus eſſet. milleſimo autẽ pòſt anno vtræq; animæ venientes ad ſortitionẽ & delectũ ſecundæ vitæ, deligũt quã velit vitã quiſque: vbi ad bruti etiam animalis vitã humanus animus deuenit. Quòd ſi ne hîc quidem finem improbè viuẽdi faceret, tũ verò, pro eo improbitatis genere quod illi ineſſet, ex ſimilitudine morum ingeneratorum, in aliquã talẽ bruti animalis naturam mutandus ſemper eſſet. Hæc eſt mea loci huius magis adſtricta verbis Platonis magíſq; familiaris interpretatio: in qua ſunt etiam tres lineæ (vt vulgò vocantur) à Cicerone, &, quod magis miror, à Ficino quoque prætermiſſæ. Hoc quoque miror,

eum ſuam interpretationem Ciceronianæ magis quàm verbis Platonis adſtrinxiſſe, & quidem ibi etiam vbi Plato verbis obſeruatione valde dignis vtitur. veluti vbi dicit σωνόμου ἄſτρου. quod enim pace Ciceronis pariter & Ficini dictum ſit; Platonem, ſi voluiſſet ſignificare Aſtri quocum aptus fuerit, vel, quocum accommodatus, alia quàm illa vſurum voce fuiſſe arbitror. Poſſumus autem fortaſſe & ſubſtantiuo Contubernium vti, nimirum οἴκησιν τοῦ σωνόμου ἄſτρου interpretando Contubernium ſideris: & addere, (explicandi gratia) quod initio attributũ illi à deo fuerat. Cæterùm vbi reddidi, At qui re illa excidiſſet, rationem pluralis τούτων habendam non putaui: nec certè abſimile vero eſt σφαλεὶς ᾧ τούτου ſcriptum fuiſſe: vt intelligamus, τῆς τοῦ βίου ὀρθότητος, non ſecus quàm ſi, non τοῦ βίου, ſed ὀρθῶς βιοὺς præceſsiſſet. At verò participium στερήσοντα non dubito quidem quin Plato ita intellexerit vt Cicero vertit: ſed quoniam minus liberè quàm ille vertens, nihil extrinſecus addere, ad illud interpretandum, volebam, eo quod vides verbo ſum vſus.

V. ζωῆς] In præced. editionibus, & quidem Aldina etiam, eſt ξωεπισπασάμενος: quo nihil ſignificari poteſt. In Pariſ. autem quadam, quæ Timæum habet ſeorſum, non ξωεπισπασώμενος pro eo ſubſtitutum fuit, ſed ξωεπισπάμενος, cuius ſignificatio ab hoc loco eſt aliena. Legendum igitur dico ξωεπισπόμενος, id eſt ſequutus.

V. πάντα] Non dubito quin ſcribẽdum ſit τῆς ἕκαστα κακίας.

V. κίας ἐκ.] Longè aliam ſequutus hîc eſt lectionem Cicero, (quum eius interpretatio habeat, *alios in terram, alios in lunam*) longè aliam, inquam, nimirum, ὡς μὲν εἰς γῆν, non autem ὡς μὲν εἰς ἥλιον. Habemus verò & apud Proclum lectionem illam, non hanc: atque adeo ex ijs quæ diſſerit, agnoſcendam eſſe illam perſpicuum eſt. Apud eundem ſcriptũ eſt, εἰς τὰ ἄλλα χρόνου ὄργανα.

V. πειν δν.] Omnino neceſſe eſt vt lectionem quæ apud Proclum extat pro hac ſubſtituamus, tempus imperfectum ἦν pro præſenti ἔστιν. loquitur enim de eo quod tum temporis reliquum erat. Verùm & ἔπ habet idem ante ἦν: ex quo ἔπ natus eſt fortaſsis error, mutato videlicet in ὅτι.

V. πάντ' ὅσα] Habet ἀναφρασαμένοις idem enarrator: quod malim, nequis ἀναφρασαμένοις cum ἐκείνοις cohærere putet. Alioqui retineri poſſe videtur & ἀναφρασαμένοις, ponendo hypoſtigmen poſt ἐκείνοις.

P. 43. v. σόμενα] Scribendum potius τὰ λαμβανόμενα.

V. πῶπ] Inuenitur & apud Proclum hic accuſatiuus πῶπους: cúmque & Fic. agnoſcit, qui vertit, Per ſex loci differentias. Alioqui videri poſſet aptior eſſe accuſatiuus ᾗπερ, vt intelligeremus κῆ ταῖς ἓξ ᾗπερ κινήσεσι, ſicut præceſsit πας ἓξ κινήσεις.

V. πλαν.] Legitur ἀποκλύζοντες apud Procum.

V. ἔξωθεν] Retinendo lectionem noſtram articulo videtur eſſe opus ante στερεὸν. potius enim τὸ στερεὸν γῆς vel τὸ τῆς γῆς στερεὸν ſubſtantiuè diceretur pro ſoliditate terræ, quàm abſque articulo.

V. παση] Pro ἀναπία videri poſſet ſcribendum eſſe ἀνανπία: alioqui aduerbialiter dictum fuerit ἀναπίᾳ. At verò in textu commentarijs Procli inſerto ſcriptum eſt, ἀναπίαν αὐτὴ ῥέουσαν: quæ ſcriptura ferri non poteſt.

V. ππας] Magno errore αὖται hîc pro λυταὶ ſcriptũ eſt (ſicut pag. 60 αὐτὰ pro λυπᾷ, in cuius loci emendatione, huius ſum recordatus) ita vt genuina huius loci lectio ſit iſta, ἐπειδὴ παντελῶς λυταὶ οὐκ ἦσαν πλεῖω ἢ κατὰ τοῦ ξωσθήσαντος. quanuis αὖται ſit & apud Proclum, in textu commentarijs eius inſerto: item πλεῖω τοῦ ξωσωσθήσαντος, pro πλεῖω ἢ κατὰ τοῦ σωσθήσαντος.

V. δίαφ.] Quum præcedat φρέαρ, videtur debere ſequi ἐμπιῆσαι, quod apud Proclũ extat.

P. 44. v. primo] Legitur γένει apud eundem.

V. ναι] Vide an malis ἀεροπλοῦσαι, quod habet idem.

V. δεῖς ζ.] Non dubito quin ἀνόητος ſcribendum ſit, vt legitur apud eundem. Sic in principio huius paginæ, ψευδεῖς καὶ ἀόητοι. Fic. tamen alteram lectionem ἀόνητος agnoſcit: qui vertit, Tanquam mancus & omnino inutilis, rurſus ad inferos decidit. Exiſtimant autem quidam ſignificari his verbis, immergi rurſum materiæ & mundo huic inferiori. Cæterùm in ijs quæ proximè præcedunt, videri poſsit Proclus pro ζωὸν legiſſe ὁδόν. quippe qui ſcribat, οὗτος δέ ἐστιν ὁ τὸ κάτω βλέπων, ἀφεὶς πλεῖ ἑαυτὸν γνῶσιν, χωλὸν τοῦ βίου δι' ἀπορθουμένης ὁδὸν, ὡς κῆ πάτερα μόνον ἀεροφοίτας, &c. Alioqui in textu commẽtarijs eius inſerto habemus ζωὸν.

P. 45. v. λοιμὸν] In illa Baſil. editione legitur ξυμπλήσαντες: quod eſſe puto alicuius διόρθωσιν cui nouum eſſet illud ξυμπλήσαντες. Eſt tamen non infrequens Platoni hoc ipſo in libro iſtud vocabulum. Legimus enim pag. 47, ὁπ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπλουμένων, quum antea dixiſſet πυκνούμενον. Necnon pag. 61, ξυμπεπλημένα. Item pag. 76, ξωεπλήθη. vbi etiam verbale πλήσει præcedit, quod extat & in 58. Sed & πλητὰ legimus pag. 74.

P. 46. v. λαχῆ] In præced. edit. μεταελθμηθέντες, tanquam à μεταελθμοῦμαι: quod verbum ſi eſſet in vſu, ἀπὸ τοῦ ἀελθμοῦ deductum eſſet: ſed ſcribendum eſſe conſtat μεταῤῥυθμηθέντες, (quod eſt ἀπὸ τοῦ ῥυθμοῦ: vt πολλαχῆ μεταῤῥυθμηθέντος intelligamus Multis modis commutato) vel μεταῤῥυθμισθέντος, vt in quodam vet. legitur, à μεταῤῥυθμίζομαι, ſicut illud à μεταῤῥυθμοῦμαι.

P. 47. v. δόντες] Valde vſitata eſt apud hũc etiam ſcriptorem conſtructio verbi μετέχειν (vnde eſt μεταχόντες) cum genitiuo, quæ & hîc eſſet, ſi λογισμοῦ vel λογισμῶν legeretur, vt margini adſcripſi: atque adeo ipſe Plato, in ijs quæ præcedunt, μετέχουσα cum illo ipſo genitiuo λογισμοῦ iunxit. Interim tamen non ignoro, inueniri accuſatiuo etiam iunctum apud Atticos ſcriptores: ideóque contingere poterit vt apud hunc quoque in alio quopiam loco inueniatur.

P. 51. v. ξα ἀλ.] Non dubito quin ſcribendum ſit διαφέροι, quum paſsiua huius verbi vox aliam habeat ſignificationem.

P. 52. v. λέγειν] Ita potius interpungendus eſſe videtur hic locus, vt poſt λέγειν ſit ſtigme πλεῖα, at poſt μὲν ſit duntaxat hypoſtigme: nec non poſt φαίνεσθαι, & poſt εἶδος ſit quod vocamus punctum ſuperius: quod oſtendat, hæc, εἰκόνι, & πάντως ὅτι, ſibi opponi. Tunc autem ὡς accipietur pro Nam: vt ſit hic loci huius ſenſus, (mutando etiam ἑαυτῆς in αὐτῆς)

Nam imagini quidem, quoniam neque hoc ipſum in quo facta eſt, ipſius eſt, ſed alĩus cuiuſpiam ſemper fertur ſimulacrum, ideo conuenit vt in alio quodam ſit, ſubſtantiam aliquatenus vſurpans, aut nihil ſit omnino: at verò ei quod reuera eſt, ſuffragatur quæ exactè vera eſt ratio, &c. Vt intelligamus, imaginem non habere naturam à ſe, ſed aliunde: ideóq; per ſe nõ poſſe conſtare, ſed adminiculo materiæ opus habere. Sed ἐφ' ᾧ γέγονεν videdũ annon poſsit & aliter reddi: videlicet, Propter quod extitit, ſiue Cuius cauſa extitit. Quod autem ad particulam ὡς attinet, nihil prohibet fortaſſe quominus & pro ὅτι eam accipiamus, iungendo cum λέγει: ſed alter ille eius vſus mihi magis placet.

V. ἀκριβ.] Ita hæc vertit Ficinus acſi legerit, ὁ δι' ἀκειβείας καὶ ἀληθὴς λόγος, & ὁ δι' ἀκειβείας idem valeat quod ὁ ἀκειβὴς. Vide autem & ſuprà ὡς τοῦ ἀληθοῦς λόγου, pag. 37.

P. 53. v. λισσάπε] Ferri non poteſt genitiuus pluralis τῶν θεῶν, qui eſt in præced. edit.

P. 54. v. πλευρ.] Ita legitur & in aliis edit. non ἐξ ἑνὸς ὅλου.

P. 55. v. ὡσεχ.] Scribendum eſt ἔχει (quanuis altera lectio ſit & in præced. edit.) quia referri oportet ad σῶμα.

P. 56. v. γίγν.] Huius orationis ſtructuram turbat vox ξυσάντα: ideóque videndum annon mutanda ſit in ξωϊσάσαι, vel potius in ξωισᾷ. Ficinus tamen locum hunc ita vertit vt pro hoc verbo ξωισᾷ aliud quodpiam ſubaudiſſe vel legiſſe dici poſſit, & ex ξυσάντα conatus eſſe ſenſum aliquem elicere. ita enim eum vertit, Aqua præterea ab igni vel aere diuiſa in partes, vnum, partibus ſuis reconciliatis, ignis corpus, aeris duo facit. Quanuis autem vertat, Ab igni vel ab aere diuiſa, non aliter eum puto legiſſe quàm γίγνεσθαι: ſed intellexiſſe (vt certè intelligi debet) γίγνεσθαι τοῦτο, videlicet τὸν μερισμόν: quod perinde eſt acſi dictum eſſet ἐγχωρεῖ μερίζεσθαι.

V. ὅλοιν] Non debui hîc præcedentium editionum interpunctionem ſequi, ſed eam ſicut in alijs propemodum innumeris locis mutare. Neque enim ὕδατος cum ἡμίσεως iungi debet, ſed cum ſequentibus: ita interpungendo hunc locum, κερματισθέντος τε ὀκ δυοῖν ὅλοιν καὶ ἡμίσεως, ὕδατος εἶδος ἓν ὅλον &c.

P. 57. v. τὸ γὰ] Verba hæc, τὸ γὰ ὅμοιον, & quæ proximè ſequuntur, quorum vltimũ eſt διωρᾶ), aptiſsimè notis parentheſeos includentur. Sed & αὐτῷ ſcribendum eſt, vt ſit pro ἑαυτῷ.

V. πέραν] Affertur & alia lectio, pro ἔχειν, videlicet ἔχουσαν, vt pertineat ad ξύσασιν: ſed nihil videtur habiturum nomen μέγεθος cum quo cohæreat. Fic. autem interpr. Cum magnitudine, locum hunc ita vertens, Quòd autem in eorum ſpeciebus alia quoque innata ſunt genera, cauſa eſt elementi vtriuſque conſtitutio: quæ non ſolùm ab initio vnum cum magnitudine triangulum peperit, ſed etiam maiora & minora, &c.

P. 58. ἀπλόν, ὃ] Coniecturam meam margini adſcriptam, poſtea Galeni autoritate confirmari comperi, locum hunc ita legentis.

V. πε καὶ] Remanſit ex præced. editionibus ἥδη pro εἴδη. Idem verò error ex alio ſublatus fuit loco, qui eſt in fine pag. 68. nam ibi δύο αἰτίας εἴδη διορίζεσθαι, præcedentes editiones habent ἥδη.

P. 59. v. ῥὸς ἕδρ.] In præced. edit. αὐτῷ, pro quo, tanquam hîc ſeruato, illud αὑτῷ margini fuit adſcriptum.

V. μερῶν] Aptius eſſet πλέονα, ſiue πλέω, aut πλείω.

V. γέγονε] Vel τὸ in τῷ, vel αὐτὸ in αὐτῷ mutandum eſt. Præterea autem accuſatiuum abſolutum pro genitiuo abſoluto hîc eſſe puto.

P. 60. v. ἓ αὐτῷ] De lectione quam margini ex coniectura adſcripſi, λυπᾷ pro αὐτῷ, dubitandũ eſſe nõ puto: quanuis Ficinus nec αὐτῷ nec λυπᾷ, ſed tertium quiddã legiſſe aut legendum cenſuiſſe videri poſsit: ſi quidem hunc ſuæ interpretationis locum ita ſcriptum reliquit, Quando verò idipſum ſimiliter ex commixtione multo priuatur humore, ſed tenuiori bus terræ partibus conſtat, ſalſumque eſt & ſemiglaciale fit, pérque aquam emergit, partim quidem olei terræque purgatorium genus, &c. Alioqui ſic etiam λυπεῖ pro αὖται ſubſtituendum eſſe, annotaui in paginam 43.

V. ὕδωρ] Non video cur non abeſſe hinc debeat πῦρ potius quàm adeſſe. Alioqui deeſſe aliquid quod huic nomini iungatur dixerim.

P. 63. v. διάφ.] Non habet hîc locum particula αἱ, ideóque legendum puto αἱ ἀφιστῶσαι.

P. 65. v. μέρια] In præced. editionibus eſt πικνότητος, quod ita mendoſum eſt vt ſit ambiguum & velut mediũ inter πικρότητος & πυκνότητος. Sed πυκνότητος quidam ſubſtituendum putarunt, quum illis in mentem non veniret (vt opinor) altera lectio πικρότητος, quam & vet. exẽpl. habet, & Fic. agnoſcit.

P. 68. v. ὠμόμα] Poſt λαμπρὸν aptior eſſet particula δέ.

P. 70. v. καπές.] Quin pro γένος ſcribendum ſit μέρος nemini dubium (vt opinor) eſſe debet. Alioqui γένος alicubi talem vſum habere qualem haberet hîc, ſi retineretur, minimè negauerim: quum vel pag. 74, legamus, τὸ πῦρ ὑδάτων καὶ τῆς σαρκὸς γένος.

P. 71. v. παρέχονται] Scribendum cenſeo φοβοῖ, itidémque πιοῖ aliquanto pòſt: quæ conuenient cũ ſequẽte παρέχει. Quinetiã ἀπειλεῖ, vt ἐμφαίνει, vel ἐμφαίνῃ, vt ἀπειλῇ, debere ſcribi arbitror: ſimúlque particulam καὶ poni ante κατά.

P. 72. v. νῷ προσήκειν] Perſuadere mihi nõ poſsũ Platonẽ hîc ſcripſiſſe προφῆτ, nec paulo pòſt προφῆται. Quid igitur ab eo ſcriptũ fuiſſe ſuſpicor? genitiuũ ὑποφητ: itidémq; nominatiuũ ὑποφῆται illic: quũ & aptiſsimã loco iſti ſignificationẽ habeat, & facilis fuerit lapſus ex vocabulo ὑποφῆται, parũ noto, in προφῆται, quod notiſsimũ eſt atq; frequentiſsimũ. Confirmat autem meã emendationem & ὑποκειται, quum de iiſdem vtrunq; dicat. at verò προφῆται quomodo ἀπὸ τῶν μάντεων diſtinguerentur? deinde cur poſt προφῆται genitiuus ille τῶν μαντευομένων adderetur? Quidã autẽ προφήτας poſſe hîc reddi pronũtiatores exiſtimarunt.

P. 73. v. ἔπι ὃ] Suſpecta mihi eſt hoc in loco vox κτήματα.

P. 76. v. ὃ κατέῤῥ.] Apud Galenum, τῆς ἔξω ἑαυτῶν κινήσεως.

P. 79. v. σον δέοντ.] Meritò ſuſpectum habeat quiſpiam hunc locum, quum προσκαζομὲν non aptè iungatur infinitiuo πιπλέχθαι: niſi cogitet προσκάζοντες ἐλέγομεν. perinde acſi dixiſſet, ὃ δὴ καὶ προσκάζοντες τῆς τοῦ κύρτου πλέγματι, ἐλέγομεν χρῆ μέσον δέοντα μὲν, ὀκ πυρὸς πιπλέχθαι πᾶν.

P.82.v.πεδαπὸν] Vide annotationem quandã in locum qui eſt pag. 65, vbi pro πικνότητας malè ſubſtitutum fuit πυκνοτητας, quum ſubſtituẽdum eſſet πικρότητας.

P. 83. v. χελῶδες] Lectionem quæ in ipſo eſt textu (vt vulgò vocamus) comprobat locus hic paginæ 86, in fine, καὶ ὅσοι πικροὶ καὶ χελώδεις χυμοὶ κ̓ τὸ σῶμα πλανηθέντες.

P.90.v.ἀρα] Aptius eſſet αὐτῷ. poteſt alioqui cum αὐτὸ intelligi εἶδος, ex præcedente genitiuo εἴδους.

V.που.] Videri poſſet legendum, καθ' ὅσον δ' αὖ μεταχεῖ ἀνθρωπίνην φύσιν ἀθανασίας ἐνδέχεται: ſed puto & alibi talem cum hoc aut tali verbo vſum nominatiui extare.

P.94.v.δηλούμενος] Suſpectũ eſſe poſſet iſtud vocabulum, niſi ſequeretur valde paruo interuallo δήλεται, & legeremus apud Heſychium, δήλεσθαι eſſe θέλειν, βούλεσθαι: itidémque δηλὴ eſſe βουλή. Quem tamen lexicographi locum ſequendo ſcribendum eſſet δηλόμενος, vt ſequitur δήλεται: quod à barytono nõ circumflexo verbo eſt, ſiue pro ἐδήλετο, ſiue (vt potius crediderim) pro δήλοιτο ſcriptum ſit.

V.ἐποίει] Poſt ἐποίει interpungendum puto: vt intelligamus, ᾧπερ ἐποίει, videlicet τὸν κόσμον: deinde per appoſitionem, aut, velut per appoſitionem, θεὸν γενητόν.

P.95.v.ὤνητ.] Pro ὅρων inuenitur etiam σωμάτων. Sunt autem σώματα quæ Latini eadem compoſitionis forma vtentes, vocant contermina.

V.χήματα] Scribendũ puto καθ' αὑ δὲ, & quidem poſita poſt δὲ hypoſtigme: vt hoc pertineat ad ταὐτὸν κίνασιν. Dixit enim, ἓν δ' ἔχει καὶ καθ' ὃ χῆμα καὶ καθ' αὑ κίνασιν: deinde quod ad χῆμα attinet, oſtendit quomodo id verum ſit, dicẽs, καθ' ὃ μὲν, (ita enim poſt μὲν hypoſtigme ponẽda eſt) σφαῖρα ὄν, ὡς ὅμοιον &c. (q.d. κ̓ τοῦτο μέν, ἓν ἔχει, ἐπειδὴ σφαῖρα ὄζν.) nunc quomodo verum id ſit, ἓν ἔχὰν καὶ κ̓ ταὐ κίνασιν, declarat, addens, καθ' αὑ δὲ, εἰκύκλιον μεταβολαὺ ἀποδιδὸν &c. q.d. κ̓ τοῦτον δὲ ἓν ἔχει, ἀλλὰ τὸ εἰκύκλιον μεταβολαὺ ἀποδιδόναι.

V.πας χρ.] Pro χρείας, (quæ literæ dant ſine mente ſonum) crediderim ſcribendum eſſe ἀχρείας. Aptè autem cùm de aliis membris corporis, (quæ inſtrumenta vocat) tum vel maximè de manibus ἀχρεῖα dici poteſt, quum ἀπὸ τῶν χερῶν factũ ſit iſtud vocabulũ. Atq; adeo in Timæo vbi dicitur mundus illis inſtrumentis opus non habuiſſe quibus humanum corpus indiget, manuum nominatim, ſicut & pedum, fit mentio.

P.96.v.κης] Sic & aliis aliquot locis ἕαστα habemus, quorum vnus eſt circa finẽ huius ipſius paginæ: itidémque ἑαυτᾶ in ea quæ proximè ſequitur: quum tamen vulgò Dores pro οὖσα dicãt ἐοῖσα (non ἕαστα) vt ἐχοίσας in hac pag. legitur.

V.τὸν δὲ ἀγν.] Poſt τὸν δὲ γενητὸν additur ex vet. exempl. ἕκαστον: quod tamẽ habere locũ non videtur retinendo τὸν δὲ γενητόν: ac ſuſpicari quis poſsit ſcriptum fuiſſe τῶν δὲ γενητῶν ἕκαστον. Sed cur à noſtra lectione diſcedentes, vel ita legamus, vel τὸ δὲ γενητὸν, ſiue cũ nomine ἕκαστον, ſiue abſque illo, nihil cauſæ video. Quod enim hîc in illa noſtra habemus, θεὸν δὲ τὸν μὲν αἰώνιον τόδε ὁρᾶ μόνος &c. τὸν δὲ γενητὸν ὄψει ὁρέομες, κόσμον τε τόνδε &c. conuenit cum his quæ circa finem paginæ 94, περὶ τὸ κόσμου dicta fuerunt, ᾧπερ ἐποίει θεὸν γενητόν. vbi poſt ἐποίει interpungendum eſſe videtur, quemadmodum ibi dixi: vt intelligamus ᾧπερ ἐποίει, videlicet τὸν κόσμον: deinde per appoſitionem, θεὸν γενητόν. Eodémque modo in eo de quo agimus loco fuerit dictum per appoſitionem, τὸν δὲ γενητὸν ὄψει ὁρέομες, [θεὸν] nimirum κόσμον τονδε &c. Sed particulam τε interiicit propter ſequentem καί. Cæterùm legitur etiam, καὶ κ̓ μέρεα αὐτῶ.

V.λέοντα] Poſsit etiam ſcribi γομῆς, quum ſit pro γομεῖς.

P. 99. v. ὧν ἑκάς ω] Suſpicor ſcribendum eſſe καθὰ αὐτά τε: quæ idem valebunt quod hæc, κατὰ ταὐτά τε, ſicut καθὸ idem valet quod κ̓ τό.

P.100.v.νδύροις] Particulam δὲ aut tollẽdam aut in γε mutandam arbitror, vt hæc iungantur præcedentibus, poſita tãtùm hypoſtigme poſt ἄρθρα, vt dicat, quòd ille σωιδέσμοις τοῖς νεύροις τὰ ἄρθρα συνάψι (aut συνᾶψι, quia dicitur συνῆψε, non σύνηψε) factum eſſe partim χάριν ὠφελείας τῆς ἐντοσθίων, partim σωτηρίας. Videtur autem σωιδέσμοις dictũ eſſe pro οἷον σωιδέσμοις.

P.101.v. καὶ συρρόον] In iis quæ margini ſunt adſcripta, malè particula καὶ ita cum σύρροον iuncta eſt vt cohærere videatur. Eſt autem hæc vocula, ea ipſa qua vtitur & alibi: veluti quũ pag. proximè ſequente dicit ἔτι καὶ πλείω, & ἔτι καὶ ἧττον μείω, item αἴτια (quod αἴτια Doricum eſt potius quàm αἰτία) μηκίστη διοδος ἡ. Sed & pag. 99. circa principiũ, εἰ δέ κα στερεὸν, &c. vbi malè in præced. edit. εἰ δέκα στερεὸν, quaſi vox ea eſſet qua decem ſignificantur. Eſtque in illis idem error & in loco qui eſt pag. 104, εἰ δέκα pro εἰ δέ κα.

P.103.v.παμμᾶλλον] Loci huius emendationẽ pariter & ſenſum videor mihi coniectura aſſequi. Ac primùm quidẽ quod ad emẽdationem attinet, ἀρχία ſcribẽdũ crediderim, & πεπακόντων: quod πεπακόντων ſit Doricè dictũ pro πεφθοπκόντων, vt intelligamus pigritiam valetudini multum nocere (opponendo hanc γυμνασίοις quorũ modò mentionem fecit) qua fit vt ab operibus & laboribus qui nobis conueniunt deſiſtamus. Quod tamen ad orationis ſtructuram attinet, nondum planè emendatum poſſe videri hunc locum fateor: quanuis hæ voculæ ὅπ μὴ ita poſſint defendi vt dicantur accipiendæ ſicut in illo genere loquendi ὅπ μὴ πᾶσα αἰάλκη.

P.104. v. ὅρος] Poſt genitiuum σωφροσύνας videndum annon claudatur ſententia: vt, ſi ita ſit, poſt ipſum ponatur ſtigme πλείω.

V.μεγάλας] Pro χαλάσασαι (quod mẽdoſum eſſe perſuaſum habeo) nihil aptius mihi venit in mentem quàm καὶ καλέσασαι.

V.ταὐ] Non dubito quin ſcribendum ſit ἀναγκαίας.

P.106. v.πλήμ.] Rectè poſt δὲ poneretur hypoſtigme quæ oſtenderet τᾷ δὲ non iungi cum ἔρχω.

P.107.v.πλόπτος] Non improbatum iri puto iſtam meam de huius loci emendatione coniecturam, ὡσὲς τὸ τοῖς ὁρῶσι δοκεῖν ἀπεχρώντως μεμιμῆσθαι. Sic verò & particip. μεμιμημένα alibi paſsiua ſignificatione.

V.χαφίαι] Dubitari poſsit an ea etiam terminatio quã habet ἀπαπλὸς, fœminino quoque generi Attico more ſeruire queat, & annon potius ſcribendum hîc ſit ἀπαπλῆ.

P.108.v.ωῶ] Fortaſſe ſcribendum eſt αὐτό: vt dicitur αὐτὸ δείξει.

P.109.v.αὐτῷ] Mallem περιμητίον.

P.111.v.μεγίσας] In Ald. editione, συγάμετ' ὄζν, ex qua vitioſa lectione qui illi Baſilienſi editioni præfuerunt faciendum putarunt, συγαὶ μέπτιτε quum illa lectio Aldina vnius tantùm literæ

mutatione opus haberet, ſcribendo στιγάσματ', vt eſt in vet.exempl.

V. πο ὁν] Nec ἀπολλῦσα nec ψιλῆς agnoſcit Ficini interpretatio. Illud quidem certè participium ἀπολῦσα mendo carere dici non poteſt, vt opinor. Poſt πολιὸ autem deeſſe ſubſtantiuum, aut ex ipſo faciendum eſſe ſubſtantiuum dico: an autem id eſſe poſsit ἰλιὸ, aliorum iudicio relinquo.

P.113.v. πλὸ Ἀτλ.] Putet quiſpiam deeſſe præpoſitionem εἰς ante ἕκα: ſed alii apud hunc ſcriptorem ſunt loci huic ſimiles. Cæterùm verba illa πρ᾽ ἑτέρῳ ῥυομάῳ non immeritò ſuperuacanea eſſe dicentur: quæ ex verſu 19 paginæ ſequẽtis irrepſiſſe crediderim: quum aliquis ex regione illi⁹ nominis προσβυτάτῳ ſcripſiſſet illa, quòd idem valerent. De pluribus tamen quàm duobus πρ᾽ ἑτέρῳ ῥυομάῳ dicendum eſt, non πρ᾽ ἑτέρῳ ῥυομάῳ.

P.119.v. μᾶ ἁρμ.] Vel ἅρματος πολεμιπείου: ſed numerum pluralẽ agnoſcit Ficinus: qui etiam μικραὶ ἀπαίδα paulo pòſt legit.

P.130. v. ἐ᾽ς ἀγαμ.] Pro ὅπερ οὖν videtur Fic. legiſſe ὅτεν.

V. καὶ π᾽] Non, Et quid, interrogatiuè, ſed Et aliquid, Parmenides vult ſignificare: ideóq; ſcribendum eſt καί π, vt particula & ſit enclitica. Pro αὐτὸ autem crediderim ſcribi debere αὐτὸ, vel αὐτὴ ἡ. vt ita legatur hic locus, καί & σοὶ δοκεῖ εἶ) αὐτὴ ἡ ὁμοιότης. Sed aliud præter illa duo mendum hîc eſſe arbitror: nimirum quòd poſita ſit interpunctio poſt χωρὶς, quum id ad ſequentia pertineat: vt hæc ſit Parmenidis interrogatio, vel potius interrogationis continuatio, Videtúrque tibi ipſa ſimilitudo quiddam eſſe, ſeorſum ab illa ſimilitudine cuius nos participes ſumus? Sic paulo pòſt, & σ᾽ αὐθρώπου εἶδος χωρὶς ἡμῶν; Sed quoniam in iis quæ locum de quo agitur proximè præcedunt, χωρὶς bis poſitum erat ſine caſu, ideo & hîc ita poſitum eſſe, non autem ſequenti genitiuo iungi, putarunt librarii. Quẽ eorum errorem nec Ficinus animaduertit.

P.131.v. εἰς αὖ] Dicerem cũ οὐκ αὖ εἶ) ſubaudiẽdum eſſe φαίω, niſi ſequeretur φαίαι. niſi igitur aliud ſe offerat à quo pendere infinitiuus εἶ) dici poſsit, videndum eſt annon veriſimile ſit ſcriptum fuiſſe, οὐκ αὖ εἴη φαίαι. Cæterùm ante οἷον inuenitur etiam ἀλλ', hoc modo, ἀλλ' οἷον εἰ ἡμέρα εἴη μία &c. Sed ante μία interpungo: præſertim quum videam durè alioqui dictum iri, εἰ ἡμέρα εἴη οὖσα: at ſenſum aptum fore, ſi exponamus, Sed quemadmodum ſi ſit dies, quum vna eadémque ſit, multis ſimul eſt in locis, & nihilo magis ipſa ſeorſum eſt à ſeipſa: ſic etiam vnaquæque ſpecies, vna in omnibus ſimul eadem eſſe poſsit.

P.132.v. ἐ᾽ψύχ.] Pro ψυχῇ legitur etiam ψυχαῖς.

V. νεῖνο] In præced. edit. eſt νοεῖν, perperam pro νοεῖ. Pro ἑπὸν autem Fic. legit ἔπον, quod ſignificare vult Sequens: quinetiam affertur ἔπον, quod dicitur ſonare Apprehendens: ita interpretando hunc locum, Nónne vnius cuiuſdam quod in omnibus notio illa apprehendens, vnam quandam ideam eſſe intelligit? Sed ἔπον dicturum fuiſſe Platonem, ſi ſignificare voluiſſet Sequens, non eſt credibile: multo etiam minus dicturum fuiſſe ἕπον, ſignificare volentem Apprehẽdens: non dubito igitur quin genuina ſit lectio quam habes hîc, ἑπὸν, & quin verã quoque & illius vocis & totius ſententiæ habeas hîc interpretationem.

P.134.v. ὅδιν, ἑκ.] Ita vertit Ficinus ac ſi legerit, ἑκάση δὲ αὖ πᾶ᾽ ὁπῃσημῶν, ἥ ὅδιν ὁ ὅδιν, deinde ἑνὸς (νῦ ἑκάου) πᾶ᾽ ὄντων εἰη αὖ ὁπῃσήμη. Eius enim hæc ſunt verba, Quælibet rurſus ſcientiarum, quæ eſt quod eſt, alicuius exiſtentium eſt ſcientia.

V. παρ᾽ ἡμῖν] Videri poſſet ſcribendum ἑκάσην & ὁπῃσήμιν vtrobique: ſed obſeruaui & in alio huius ſcriptoris loco talem verbi συμβαίνει vſum cum infinitiuo habente nominatiuum.

P.137.v. ἕξειν] Affertur etiam ἕξιν ὗσαι pro ἕξειν ὕσαι. at Fic. ἕξιν ὕσαι & πέλαγος λόγων, non πλῆθος λόγων, legit: eiúſque lectionem ſequendam cenſuerim.

V. δὲ δεῖ] Annotatur & alia lectio, abſque τῷ: quam ſanè particulam abeſſe malim. Quinetiam in verſu proximè ſequẽte affertur hæc lectio, παῦροι τῷ ἑσμέν. & ad eius confirmationem facere exiſtimantur illa paginæ præcedẽtis verba, εἰ μὴ σωῦ πλείους ἦμεν, οὐκ ἂν ἄξιον ἦν δεῖν ἅπαν. Verùm Fic. quoq; agnoſcit οἱ αὐτὶ γὲ ἑσμέν. In præced. autem edit. legitur αὐτὶ γὲ ἑσμέν.

P.139.v. νί. Ορ.] In præced. edit. perperã τὸ μὴ ἄλλο &c. Sed & pro ἑαυτῷ, atque αὐτῷ, quæ in iiſdem, ſicut hîc, leguntur, affertur ἑαυτῇ & αὐτό: vt intelligatur, Non aliud à ſeipſo erit. Sed Ficin. quoque lectionem noſtram agnoſcit.

P.143.v. πάς τὸ] Hanc etiam lectionem Ficinus ſequitur: qui vertit, Si quidẽ non eſſentia ipſum vnum, ſed vt vnum eſſentia participat. At in præced. edit. ſcriptum eſt, εἴπερ μὴ οὐσίας τὸ ἕν, ἀλλὰ ὡς ἓν οὐσίας μετέχει.

P.146.v. αὖ ἔπη] Lectio alia affertur, quæ habet negatiuam particulam μὴ ante μέρος: vt ita reddatur hic locus, Neque ergo velut ad partem, ipſum ſuiipſius totum fuerit, quum ad ſeipſum pars non ſit. Fic. tamen, illam negationẽ non agnoſcens, hunc locum vertit, Non igitur quo ad ſeipſum, totum erit, quaſi pars ſui ſit.

P. 147. v. vlt.] Non poteſt ferri lectio quæ eſt in Aldina editione & in aliis ſuperioris temporis, ἤ ἄλλα &c. hæc autem εἰ ἄλλα, ea eſt quam & Fic. ſequitur. ſed inueni & tertiam, quam antea ex coniectura duntaxat habebam, ἤ ἄλλα: vt ita exponatur hic locus, Quatenus igitur vnũ alterum eſt ab aliis, &c. Verùm & pro πεπονθέναι annotatum inueni πέπονθεν: item ἓν ante τοῖς ἄλλοις, pro ὄν. Sic autem & paulo pòſt præced. editiones habẽt τὸ ὂν τοῖς ἄλλοις, vbi noſtra, τὸ ἓν τοῖς ἄλλοις. verùm hoc quidem in loco Fic. quoque ἓν legit, at in illo præpoſitionem ὄν. ego tamen non minus illic quàm hîc ſcribendum ἓν exiſtimo.

P.148.v. ἄλλο] Ex præpoſitione ὄν hîc quoque faciendum eſt nomen ἕν.

P.152.v. μέλλοντος] Nominatiuus κοινωνία ſubſtituendus eſt in locum genitiui κοινωνίας.

V. τὸ ἓν] Deſunt hæ duæ voces, ἤ ἑλάττω, poſt χρόνον, quas & Ficini agnoſcit interpretatio.

P.153.v. τῶν ἅρα] In præced. edit. eſt τῇ ἀριθμῷ: ſed ita legendo, ſuperuacaneum eſſet participium ἐχόντων: quum tamen itidem dicatur ſtatim pòſt, ἔχει δὲ καὶ πάλα παύτα ἀριθμόν.

V. μέρος] In præced. edit. ἤ ἄλλα ὀπυοῶ. quã lectionem ferri non poſſe manifeſtum eſt: mutandam autem fuiſſe conſtat in ἄλλου ὀπυοῶ, nõ in ἄλλο ὀποῶ. ac Fic. quoque genitiuos illos agnoſcit.

P.154.v. νς πρεσβ.] Pro πρεσβύτερον, τὸ δὲ, νεώτερον, affertur alia ex vet. exempl. lectio, πρεσβύτερόν τε νεώτερον. Fic. tamen nõ hanc ſequitur, ſed alterã: niſi quòd ante πρεσβύτερον videtur τὸ μὴ legiſſe.

P.157. v. κρόν, οὔπε] Poſt οὔπε ἴσον legitur in quodam vet. οὔτ' αἴσιον: ſicut in iis quæ proximè ſequuntur, legitur οὔτ' αἰσύμβιον poſt οὔπε ἰσύμβιον.

P.158. v. ὄντα] Suſpicor genitiuum non ſolùm cum μεθέξει ſed etiam cum ἕπεσθαι ὄντα poſitũ fuiſſe, hoc modo, Οὐκοῦν ἕπεσθαι ὄντα τῶ ἑνὸς, ἑνὸς μεθέξει τὰ μετέχοντα αὐτοῦ;

V. οὖν. Καὶ] In annotatione proximè præcedente ἑνὸς bis ſcribendum eſſe dixi: at hîc nõ ex coniectura ſed ex fide vet. libri μόριον bis eſſe ſcribendum dico: hoc modo, καὶ μὰ Δί' ἐπειδή γε ἓν ἕκαστον μόριον, μόριον ἡγήσατο.

P.160. v. Ὧδε δὲ] Videndum an pro hac ſcriptura dicendus ſit facere locus hic libri decimi De republ. pag. 604, ἅμα δύο φαμὲν αὐτὰ ἀναγκαῖον εἶ), ſi modò locus hîc mendo carere credendus ſit.

V. χρὴ συμβ.] Inter Ὧδε & Σκεπτέον γὰρ, deeſt Σκεπτέον: & poſt Σκεπτέον γὰρ continuanda eſt oratio, ſublata interpunctione: ita legendo totũ hunc locum, τί χρὴ συμβαίνειν, ἆρ' οὐ σκεπτέον μετὰ ταῦτα; Σκεπτέον. Σκεπτέον γὰρ πῶς ἂν ἔτι &c.

V. ἐν μὴ] Deeſt (ſicut & in præced. edit.) vocula εἰ poſt τῶ, ante ἐν μὴ ἔσῃ;

P.172. v. ἔφη] Non ἀεμνθεῖ, ſed ἀεμνθεῖς, in omnibus quæ vidi aut ex quibus aliquid annotatum habui exemplaribus legitur: nec verò deſunt huius vſus pronominis οὗτος exempla.

V. καὶ πῶ] Legitur etiam ὃν τῶ σωφρονεῖν παρεχόμενον.

V. σοῦ μοὶ] Affertur alia lectio, δικαιότατος γὰρ ἐν τούτοις τοῖς λόγοις τῶ ἑταίρῳ ἀπαγγέλλειν. vt ſit ſenſus, AEquiſsimum enim eſt te hos ſermones ſodali tuo commemorare. Sed minimè neceſſe videtur cum hac lectione alteram commutare, cuius hic eſt ſenſus, AEquiſsimum enim eſt te ſodalis tui ſermones commemorare. Sequitur autem noſtram ſcripturam & Fic. qui certè neſcio cur δικαιότατος ἐ verterit, Tua intereſt.

P.174. v. τὸ ἀεόδειν] Scribendum aliquis putet, ἐπειδὴ δὲ ἐγρώεπο, vel ἐπειδὴ δὲ ἠρώοιτο: ſed alibi quoque hoc aduerbium infinitiuo iungit eodẽ modo. Sic verò paulo pòſt ὡς cũ infinitiuo ἰδεῖν.

V. Δεισόδημε] Rectè εἰς καλὸν ſcriptum eſſe teſtatur alius quidam locus: qui tamen ſuſpectus cuidam fuit, quaſi εἰς καιρὸν pro εἰς καλὸν in eo legendum eſſet.

P.175. v. ἐμὲ ἔφη] Fic. quoque ita locum hunc vertit quaſi hic in ſua narratione ipſa verba eius qui aquam dari iubebat repræſentaret: neque tamen illum lectionem talem inueniſſe puto, καὶ σὺ αὐτὸν κόπνιζε ὦ παῖ: ſed propter ἐμέ, quod minimè aptum huic loco eſſe videbat, mutaſſe in ſua interpretatione formam orationis. At ſi pro καὶ ἐμὲ legas καὶ ἑ (quo accuſatiuo & alibi vtitur, ſicut datiuo οἱ ſæpe) plana erit orationis ſtructura.

V. κύλιξιν] Pro δίφ τῶ ἑτέρου ſubſtituitur ex cõiectura δι' ὀργανου.

P.178. v. μάλιστα] Suſpicari quis poſsit deeſſe quidpiam huic loco, quum alioqui non ſatis hæc verba inter ſe cohæreant. Ficinus autem ita locum hũc vertit acſi ſcriptum eſſet, οἱ δὲ μάλιστα ἔδοξαί μοι ἀξιομνημόνευτα εἰπεῖν, Τούτων ὑμῖν ἐρῶ &c. Vel potius ita, οἱ δὲ ἀξιομνημόνευτα εἶπον, Τούτων &c.

P.180. verſu vlt.] Participium ἀεαπομένη debere hinc abeſſe arbitror. iungi quidem certè cum præcedentibus poſſe non videtur, ideóq; (ſi retineatur) interpungẽdum eſſe ante ipſum. Plura autẽ de loci huius lectione dicam in annotatione quæ proximè ſequitur.

P.183. v. ἐλέχθη] Infinitiuo εἶ) hic locus nõ videtur opus habere: in quo parentheſi ſunt includenda iſta ὅσῳ ἐξ ἀρχῆς ἐλέχθη. Is autem cuius hîc mentionem facit locus, vbi nimirum illud dixit, extat in fine pag. 180, & in principio eius quæ illam excipit. ibi enim legimus, πᾶσα γὰρ ἀεᾶξις οἶσθ' ἔχει· αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς ἀεαπομένη, οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά. Vnde (quemadmodum modò dixi) participium ἀεαπομένη abeſſe debere exiſtimo: nec certè à Ficino agnoſcitur. ac quũ ἀεᾶξις quodammodo includat in ſe ἀεαπομένη, non immeritò quis ſuperuacaneum eſſe dixerit, meo quidem iudicio. Ad alterum autem locum quod attinet, qui eſt in iſta pag. 183, in eo Fic. legit, οὐ γὰρ ἁπλοῦν ὄφιν. ponítque verba hæc, ante iſta, ἀλλὰ καλῶς μὲν ἀεαπόμενον.

P.184. v. vlt.] Credat quiſpiam ſuum verbo φέρει nominatiuum deeſſe. Fic. quidẽ certè ſubaudit & ipſe in ſua interpretatione ex præcedẽtibus, τὸ χαίζειν: cũ καὶ μὴ autem, participiũ ἐξαπατωμένῳ. Ego verò dicerem potius cum φέρει ἀγαθόν ſubaudiendum eſſe τὸ ἐξαπατᾶσθαι, niſi putarem obſtare voculas καὶ μή. neque enim dici poteſt ἀγαθόν φέρει τὸ ἐξαπατᾶσθαι, καὶ ἐξαπατωμένῳ καὶ μὴ ἐξαπατωμένῳ. Sed ὅτι τοῦτο intelligendum fuerit (meo quidem iudicio) ὅτι κτήσει παιδεύσεως καὶ τῆς ἄλλης σοφίας, (ex his quæ præceſſerunt, παιδεύσεως καὶ ἢ ἄλλου σοφίαν κτᾶσθαι) vel, ἀρετῆς ἕνεκα ἢ τῶ βελτίων ἡγεῖσθαι, ſicut poſtea dicet. vt hic ſit iſtius loci ſenſus, Siquis ab amatore ſuo gratiã inire ſtudeat, deſiderio ſapiẽtiæ quam ſe ab eo conſequuturum ſperat, etiamſi illum decipi contingat & ſpe ſua excidere, nullã ignominiæ notam hoc ſtudium inurere poteſt: at ſiquis alîus rei deſiderio id faciat, in dedecus incurrit, ſiue deceptus ſpe ſua fruſtretur, ſiue ea potiatur. Sed mirum videri queat illum poſteriori exemplo, quo proponitur ignominioſum gratificãdi ſtudium, ſicut priore honeſtum propoſitum fuerat, verba hæc præfigere, κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ λόγον. Ficinus tamen, verbũ verbo reddẽs, vertit, Eadem ratione: non Viciſsim, aut Vice verſa.

P.190. v. σοῖς] Malit fortaſſe quiſpiam ἐπιεικεσάμενοι.

P.192. v. διὰ τῶν] Affertur alia lectio, διεξόδημεν videlicet pro διωκίδημεν: confirmatúrque futuro διαδησόμεθα, quod ſtatim ſequitur: nec non præcedentibus verbis δίαπεμῶ & πεμῶ δίκα.

P.193. v. δὲ τύχ.] Scribendum puto, ὧν ὁ Ἔρως ἡμῖν ἡγεμὼν &c. Alteram autem ſcripturam Fic. quoque agnoſcens in ſua interpretatione, coactus eſt addere verbum Admonet.

P.194. v. φαίη] Nõ ignoro afferri à Budæo ἔ δήπου ex Plutarcho pro Nunquid: quæ ſignificatio huic conuenire loco non poteſt, quippe qui reſponſionem non affirmatiuam poſtulat ſed negatiuam. Ideo margini adſcripſeram non videri aptas illi interrogationi haſce particulas: ſed pronomen II. I. I operas prætermiſiſſe corrector typographicus non animaduertit. Quòd ſi lectionem hanc οὐ δήπου tueri velimus, dicendum erit illas particulas non tantùm pro Nunquid poni, ſed generaliter pro An, ſiue Vtrum: ita vt adhiberi vtrique interrogationi poſsit. Sic certè & in quodam operis De legibus loco nõ pro Nunquid ſed pro An poſitas illas legiſſe mihi videor.

P.195. v. φυκιν] Verba hæc, καὶ οὐδ' ὄντως πολλοῦ πλησιάζειν Ficinum quoq; in ſua interpretatione prætermiſiſſe non miror, quũ nullus huic loco

aptus ſenſus elici ex iis poſſe videatur.

P.198.v.*μήμοι*] Lepidam ad quendam Homericum alluſionem habet hic locus: ſed qualis ea ſit minimè animaduertit ille qui *Γοργοῦ* pro *Γοργίου* ſcribendum putauit,& *δεινὸς* pro *δεινοῦ*. Vt autem videat lector alluſioni illi conuenire quam habemus hîc lectionem, ipſum Homeri locum afferam primùm: ex Odyſſeæ libro *λ*,in fine, vbi dicitur ab Vlyſſe,

Καὶ νύ κ' ἔτι πλείους ἴδον ἀνέρας οὓς ἐθέλον περ,
Θησέα, Πειρίθοόν τε, θεῶν ἐξοχα δῖα τέκνα·
Ἀλλὰ πρὶν δὴ ἔπειτ' ἀγερέτο μυρία νεκρῶν
Ἠχὴ θεσπεσίη. ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ἤρει
Μήμοι Γοργείλω κεφαλὴν, δεινοῖο πελώρου
Ἐξ ἄϊδος πέμψειεν ἀγαυὴ Περσεφόνεια.

Vſurpat autem & Cicero verſum illum *Μήμοι Γοργείλω κεφ.*(&c.)tanquam in prouerbium vertens, in quadam ad Atticum epiſtola, lib. 9, *Sed vereor ne Pompeio quid oneris imponam,Μήμοι Γοργείλω κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat.* Verùm vt ad noſtri Platonis locum redeam, lepidè in eo *Γοργείην κεφαλὴν* in *Γοργείου κεφαλὴν* mutatur,& *δεινοῦ* ſubiungitur,ſicut Homerus ſubiungit *δεινοῖο πελώρου*. Sed quorſum hîc Gorgiæ fit mentio?propter hæc quæ præceſſerunt, *καὶ γὰρ μοι Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμνησκεν*. Cur autem ibi mentionẽ Gorgiæ fecerit, non rogabit is qui conſiderabit, Socratem de oratione omni elegantiæ genere exornata loqui, & Gorgiam mirum taliis elegantiæ artificem fuiſſe, cúmque præ quouis alio calamiſtratas orationes ſcripſiſſe recordabitur. Præſertim verò quiſquis meminerit Socratem in Xenophontis Sympoſio dicere itidẽ, *ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργείοις ῥήμασιν εἴπω*. Verùm Ficin. quoque locum illum Platonis malè vertit, ea nimirum verba quæ illis, *καὶ γὰρ μοι Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμνησκε*, ſunt proxima, *ὥςπερ ἀπεχρῶς τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθειν*. ita enim locum hunc interpretatur, Etenim Gorgię me ſermo admonuit, quòd illud mihi Homericum contigiſſet. Quum tamen Platonis verborum hic ſit ſenſus, Etenim oratio illa admonebat me Gorgiæ [vel, Gorgiam mihi in memoriam reuocabat] itaque id mihi contingebat quod ab Homero dicitur. vel,adeo vt id mihi cõtingeret.vel,vſuueniret. Ex iis porro quæ de hoc dixi loco apparet,ineptè *Γοργοῦ* pro *Γοργίου* ſubſtitui, ineptius etiam *δεινὸς* pro *δεινοῦ*. Verùm, ſicut rectè *Γοργίου* & *δεινοῦ* legitur,vereor vt illa etiam, *ὀνπρὸ λόγῳ*, rectè ſcripta eſſe dici poſſint.

P. 201.v. *ποτὲ*] Malit quiſpiam fortaſſe *θυσαμβύη*.

P. 204. v. *εἶπεν*] Scribendum puto, *διοῦπερ δ' ὧν ὁ Ἔρως*.

P.206.v. primo] Nemo eſt qui poſt illa verba,*ὡς οὐδὲν γε ἄλλο ἔξιν οὗ ἐρῶσιν αἱ θρωποι*, non expectaſſet *ἢ τὸ ἀγαθόν*: dixit tamen *ἢ τὸ ἀγαθοῦ* quaſi præceſſiſſet,*οὐδενὸς ἄλλου ἐρῶσιν αἱ θρωποι*:quum illa ſint his *ἰσοδυώαμα*. Ita enim puto excuſandum hunc locum,ne mendi ſuſpectum habeamus.

V. *σι; Μὰ*]Negationem Fic.quoque non agnoſcit,quæ tamẽ & in *μὰ Δία* incluſa eſt: adeo vt videri poſſit legiſſe *νὴ Δί' ἔμοιγε*. Subaudiit quidem certè hæc verba *οὐκ ἄλλου τινὸς ἐρᾷν* poſt *ἢ σοὶ δοκοῦσι*,& *ἢ* accepit pro Nónne: at ſi, *ἢ* accipiendo pro An,ſubaudiamus, *ἄλλου τινὸς ἐρᾷν*,vt ſit hæc interrogatio, An tibi videntur aliud quàm bonũ amare? aptè reſpondebitur, Haud equidem:atque ita noſtra lectio *Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε*, ſuſpecta eſſe non poterit.

P.208.v. *πῶν*] Aptius eſſet *ἐθέλοις*.

P.210.v. *κατασῆναι*] Cum *κατασῆναι* videtur Fic. legiſſe *δεῖ*, vel *προσῆκει*, aut ſaltem ſubaudiuiſſe: cui ego aſſentiens in iis quæ margini adſcripſi, malui *δεῖ* quàm illa verba repetita ſubaudiri, *πολλὴ ἄποια μὴ οὐ*.fateor alioqui non alienam eſſe ab hoc loco illorum ſubauditionem.

P.230.v. *καὶ ὡς*] Scriptum fuiſſe puto *ἔχον*: vt eſſet *ὡς ἔχον* pro *ἅπερ ἔχον*.

V. *σαφὲς*]Non dubito quin *ἥπερ αὖ πηγὴ* genuina ſit lectio:ſicut præcedit *ἥπερ δὲ πλάτανος*.

V. *πρὸς σφ.*]Magis placeret *θερινόν τέ τι καὶ λιγυρὸν* &c.

P.231.v. *ὀπτικὸν*.] Non *ἀποτρέπειν* ſed *ὀπτρέπειν* legit Fic.ita enim locũ hunc vertit,Atqui quánam ratione decet tale quid illi concedere,qui ea calamitate affectus eſt quam nunquam expertus quiſquam conceſſerit? Neque verò verbum Conceſſerit ad calamitatem referri poteſt,ſed ad illud quod dixit Tale quid,referendum eſt. perinde acſi ita loquutus eſſet, Quam calamitatem quicunque expertus fuerit, nunquam illud ei conceſſerit. Suſpicor autem Ficinum,quum ſenſum qui ſibi ſatisfaceret,ex altera lectione non eliceret,hãc ſubſtituiſſe: quum tamen illa iſtũ & commodum & minimè obſcurum habeat. Quomodo autem rationi conſentaneum fuerit rem talem arbitrio eius permittere qui tali premitur calamitate vt ne conaturus quidem ſit eam propulſare [vel,depellere] quicunque eam eſt expertus. Vel,cuicunque perſpecta eſt atque explorata. Eum autem ideo minimè id eſſe conaturum, quoniam operã ſe perditurum eſſe ſciret,apparet ex iis quę proximè ſequuntur.

V. *σωφρα*] Pro *οὖν* puto ſcribendum eſſe *ἔτι*,& *βουλόμενοι* pro *βούλονται*. Ac videri poſſit & Fic. vtranque harum quas propono lectionum agnoſcere (priorem quidem certè ab illo agnoſci manifeſtum eſt) cuius tamen interpretationẽ longè à ſenſu huius loci aberrare arbitror. ita enim eum reddit,At verò qui ſapiunt, quónam pacto eorum qui ſic affecti ſunt cõſilia voluntatéſque probabunt? Atqui non habemus *φρονοῦντες*, ſed *φρονήσαντες*, neque articulum *οἱ* cũ iſto participio, & cum *διακείμενοι*: quum tamen illa interpretatio poſcat vt legatur,*ὥςπερ πῶς ἂν οἱ οὕτω φρονοῦντες, ζῶντα καλῶς ἔχειν ἡγήσονται περὶ ὧν οἱ ἕτερον διακείμενοι βούλονται*; vel potius *βουλεύσονται*. Ego igitur non de aliis,ſed de iiſdem dici hæc puto, *πῶς ἂν οὕτω φρονήσαντες* &c.ac,poſtquam dixit, illos qui amore tenẽtur, fateri ſe inſana poſſe quàm ſana mente eſſe,ſciréq; ſe deſipere,ſed ſui impotẽtes eſſe,miniméque ſe cõtinere poſſe: addit, Si igitur poſtea contingat vt hi ipſi ſapiãt,quomodo fieri poterit vt recta eſſe illa cenſeant de quibus conſilium inierint dum ita affecti eſſent? Hunc eſſe germanum loci huius ſenſum arbitror,vel potius affirmo.

P.236.v. *τὰ σοι*] Vel, *ἢ εἰ βούλει*, vel *εἰ δὲ βούλει*, ſcriptum fuiſſe exiſtimo.Non immeritò autem fortaſſe dubitari poſſit & de iis quæ proximè præcedunt,an ita ſcripta fuerint.

P.237.v. *τὸ Διγύων*] Miretur quiſpiam ita hîc loquutum eſſe Socratem,*ξύμμοι λαβέσθε τοῦ μύθου*, pro *ξυλλαβέσθαι μοι τοῦ μύθου*: ſed eum ex carmine quopiam verba hæc ſumpſiſſe puto.

V. *τω*] Quin pro voce apertè mendoſa, & nihil ſignificante *ῥάχοντι*, quæ eſt in præcedentibus editionibus,rectè hîc ſcriptum ſit *ὄρχοντι*, nemini dubiũ eſſe debet,quum veterũ exempl. fides hanc emendationem confirmet:(ideóque conie-

coniectuam qua φέροντι pro mendoſa illa voce ſubſtituebatur, valere iubeamus oportet) verùm in vno exemplari ſciendũ eſt nõ ſolùm ἀρχοντι legi ſed etiam ἰδίᾳ pro ἰδέᾳ: quod alioqui & à Ficino agnoſci video, & retinendum cenſeo, quoniam etiam pagina ſequẽte dicit, καὶ τοῦτον τῶν ἰδιῶν ὀκνηρεπὴς ἢ αὐτύχη ἡμομφήν, &c. Alioqui certè ἰδίᾳ legendo, dixiſſem ſubaudiri ἔρωτι, quum ea quæ ſequuntur nomina dualia maſculini generis optimè conueniant. (quæ quum ἰδέᾳ fœminino non conueniunt quidem, ſed ferri poſſunt, veluti quum dicunt τὼ χεῖρε, & quædam alia) neque id me mouiſſet, quòd ſequitur, Ἡ μὲν ἔμφυτος ὕσα ὀπτυμία, nõ autẽ, ὁ μὲν, ἔμφυτος ὢν ὀπτυμία, quoniã & alibi ſic eũ loqui videmus. Sedenim & paulo pòſt vnius ἔρωτος mentionẽ facit.

P.241.v. καὶ ἀπερ.] Mendoſè ſcriptum hîc eſſe ἀπεφηνκώς, perſuaſum habeo: neque verò ſuſpicari poſſum quid pro eo legerit Ficinus: qui locum hunc ita vertit, Hinc efficitur vt qui antè amauerat, iam aufugiat, mutatúſq; abeat, quaſi teſta in aduerſum cadente.

V. γιγαρτ] Affertur & alia lectio, ſed ex coniectura, ἡμεῖς pro ὅπου: propterea quòd in verſu qui ſubiungitur, dicitur ὡς λύκοι ἀρνα φιλοῦσι: ſed non video cur ὅπου diſplicere debeat, quum etiam λύκοι ament ἄρνα, quòd ſibi ſit ὅπον.

V. κείνῳ] Non video quomodo λέγον ferri hîc queat: atque adeo in λέγοντα mutandum cẽſeo: quum aliter intelligi non poſſe exiſtimem quàm ᾤμην τὸν λόγον (ſicut μεσοῦν αὐτὸν intelligitur τὸν λόγον) ἐρεῖν ἃ ἴσα ἀεὶ τῷ μὴ ἐρῶντι, ὡς δεῖ &c. λέγοντα αὖ ὅπα &c. Non placet autem mihi, nec cuiquam placere poſſe arbitror verba hæc, καίτοι γ᾽ ᾤμην &c. à Socrate dici, ſuum ſermonem continuante: vſque ad νῦν δὲ δὴ &c. quæ à Phædro dicantur. Apud Ficinum tamen illa verba à Socrate dicuntur, hæc ſola à Phædro. Interpretatur autem ille μεσοῦν αὐτὸν, dimidium diſputationis tranſactum eſſe.

P.242.v. πλείους] Scribendũ eſſet πεποιηκότα, vt μηδένα γεγωνῆναι πεποιηκότα, intelligeremus Neminẽ fuiſſe qui ſcripſerit, vel cõpoſuerit. Videtur tamẽ Ficinus infinitiuum γεγωνῆναι mẽdoſè pro participio poſitum non exiſtimaſſe: quippe qui vertit, Arbitror equidem, orationum quæ his temporibus habitæ ſunt, neminem pluribus autorem cauſámque fuiſſe quàm te, ſiue vltrò dicendo, ſiue quoquomodo alios compellendo. Quam interpretationem, prima fronte alioqui non ſatis aptam, confirmare videtur quod ſequitur, καὶ νῦν αὖ δοκεῖς αἴτιός μοι γεγωνῆναι λόγῳ ἓνὶ ῥηθῆναι. Siquidem μηδένα πλείους πεποιηκέναι γεγωνῆναι, idem valet quod μηδένα γεγενῆσθαι αἴτιον ἢ πλείους γεγωνῆναι. Sed αὐτὸν non video cur debuerit Vltrò interpretari.

V. αὐτὸν] Vel ἑνὶ mutãdũ in ἓνὶ, vel poſt ἑνί γε addendum ἓνὶ arbitror. i. vel legendum, ἢ ἄλλοις τινί γε ξύμπαν τρεσταλκάζοντα: vel ita, ἢ ἄλλοις ἑνί γε ἓνὶ ῥόπῳ τρεσταλκάζοντα. Ficinum quoque ἓνὶ legiſſe aut certè legendum cenſuiſſe, ſiue ſolum, ſiue cum ἑνὶ, oſtendere videtur hæc eius interpretatio, Siue vltrò dicendo, ſiue quoquomodo alios compellendo.

V. ἓνὶ ῥήσει.] Melius in noſtro exemplari ſuis eſſe aſſignata perſonis verba quàm apud Ficinum dixi, quum de quodam paginæ præcedentis loco agerem: at nunc contrarium de iſto cogor dicere. Neque enim dubito quin hæc verba, Οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις malè ſint Socrati aſſignata: & Phædro tribui debeant, haud minus quàm ea quæ proximè ſequuntur, ἀλλὰ πῶς δὴ ᾧ πίνι τούτῳ; Primùm enim dicere tãtùm πῶς δή debuiſſet fortaſſe, nõ ἀλλὰ πῶς δή, niſi ante hanc interrogationem aliquid dixiſſet. Deinde, Socrate illa dicente, οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις, deeſt particula vel deſunt particulæ quæ hæc cum præcedenti ſermone iungant: ſicut viciſsim ἀλλὰ ſuperuacaneum videri dicebã ante πῶς, niſi quid ante iſta dixiſſet. Poſtremò prouerbii huius talis eſt ſenſus (quod præcipuè conſiderandum eſt) vt potius Phædrum eo vti, reſpondentem Socrati, quàm Socratem ſermonem ſuum illo claudere cõſẽtaneũ ſit: (perinde acſi ità loqueretur, Hoc de me dicere, nequaquã eſt me accuſare) quum οὐ πόλεμον ἀγγέλλειν prouerbialiter dicatur qui lætum nuntium affert, aut ſaltẽ quod minimè eſt triſte.

P.244.v. πτιουμβώων] Quid πτιουμβώων cum ὀρνίθων ſignificare dicemus? nihil certè nos inuenturos puto quod ſatis aptè ſignificare poſsit: ideóque in πτιουμβώω mutãdum cenſeo, vt cum ζήτησιν iungatur, cum quo nomine locum habet longè aptiſsimum. Verùm & in altero participio πτειζομβώων lubenter eandẽ mutationem mihi permitterem, quum itidem ad ζήτησιν cõmodè referri poſsit: multo quidem certè (meo iudicio) commodius quàm πτιομβώων ad σημείων, quod πτιουμβώων alioqui nullo defendi modo poſſe nequaquam dixerim.

V. πῃ καὶ] Quum locum hunc duobus poſſe modis interpungi viderem, & vulgò receptam interpunctionem (id eſt, eam quam habent præcedentes editiones) multo minus probarem quàm eam quæ mihi in mentem veniebat, idem quod & in quibuſdam aliis feci, vt non interpunctum relinquerem. At nunc vtranque interpunctionem declarans, dico in præced. quidem editionibus poſt νοήσει poni hy poſtigmen, vt hæc νοῶ πῃ καὶ ἰσχείαν cum ſequentibus iungamus: at mihi magis placere vt non ante ſed poſt illa verba ponatur hypoſtigme, & intelligatur πτειζομβώων (ſiue πτειζομβώω, vt me lubentius ſcripturum eſſe dixi) νοῶ πῃ καὶ ἰσχείαν ἀνθρωπίνῃ νοήσει. Facit certè pro hac interpunctione vel illud quòd vox οἰωνιστικὴ (quam in locum illius οἰονοπτικὴ introductã eſſe ait) ſine illa adiectione dicitur.

V. ἓξ ὧν] Legitur etiã προφητεύουσα. Cæterùm totus hic locus longè aliter ſcriptus eſt in præced. edit. & quidem mẽdoſè: hoc videlicet modo, ἀλλὰ μὰ νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ὠκ μιαιμάτων ποθὲν ἔν ὧσι τῷ ἡμῶν, ἡ μανία ἐγγενομένη, &c. in qua vides omitti verba illa δι᾽ ἁμαρτήματα: vt viciſsim noſtra nõ habet παλαιῶν, nec παλαιά, eius loco: quum tamẽ Fic. quoq; ita vertat acſi legerit, δι᾽ ἁμαρτήματα παλαιά. hunc enim locum ita interpretatur, Atqui aduerſus morbos & labores maximos ob antiqua delicta quandoque diuina indignatione mortalibus imminentes, gentibus quibuſdam alicunde furor adueniens, ac prædicens quibus opus erat, remedia adinuenit, &c. Vbi obſerua etiã, eum agnoſcere alteram illam lectionem cuius paulo antè mentionem feci, προφητεύουσα.

P. 245.v. primo] Legitur etiam κατακορῆ τῇ μανία.

P.247.v. τῷ ὄρ.] Non dubito quin ἑστώσας ſcribendum ſit. ferri quidem certè non poteſt ἑσάσας, quod ſignificationem non aliam habere quàm actiuam conſtat.

V. τὸν τόξευτ.] Inuenitur alia lectio, quã ma-

gis probo,atq; adeo genuinã esse persuasum habeo, καθορᾷ μὲ αὐτην δικαιοσύνην, καθορᾷ ϑ' σωφροσύνην, καθορᾷ ϑ' ὁπόσημιν, ὑχ ἥ &c. Quinetiã ὑσὶ ἥ ὅτι, pro ὑσὶ ἢ ὅτι, (quorũ loco non sine manifesto mendo in præced. edit. legitur ὑ δὴ ὅτι) Sed Fic. illos accusatiuos agnoscẽs, retinet tamen ἥ. ita enim hunc locũ reddit, In hoc autẽ circuitu cõspicit ipsam iustitiã, conspicit temperantiã, conspicit scientiã: non qua adsit generatio, nec qua alia alicubi sit in alio. Mallẽ autẽ αὐτὴν ἢ δικαιοσύνλω. Ne verò de his accusatiuis dubitemus, facit (meo iudicio) quod sequitur, ἀλλὰ ἢ &c. nã huic postremo accusatiuo καθορᾷ ϑ' ὁπόσημιν, ὑχ ἥ ἡγεμονίς πρόσεστιν (&c.) respondet hic accusatiuus ἀλλὰ πλὴν ὁτιὴ ὅτιν ὄντως ὁπόσημιν οὖσαν.

V. ναῦ] Nullũ huic loco mendũ subesse puto, sed dictũ esse ὧν ἡμεῖς ὄντων καλὸν, pro ἐκείνων ἃ ἡμεῖς ὄντα καλὸν. Sic certè & alibi participiũ aut nomen quod post relatiuũ ponitur, eius casum eodẽ sequi modo videmus. Cæterùm post ὅσαν ponenda est stigme τελεία.

P. 248. v. τὸ ὀθεν] Margini adscriptũ est, legi etiam ὑκ ἀφικνεῖται (sicut pagina sequẽte εἰς ϑηείου βίον ἀφικνεῖται) sed debuit addi, nõ legi ἡ ante ψυχή: vt certè nullũ hîc illi articulo locum esse constat ante ψυχὴ quum sequatur ἑκάστη.

P. 249. v. πρὸς] Ita vertit hunc locũ Fic. vt agnoscens nostrã scripturã (nõ autẽ quasi legeretur, πρὸς οἷς γὰρ ὡς ϑεῖοις ὁ ὢν.) hæc enim sunt illius verba, Nã illis semper quãtũ fieri potest memoria inhæret, quibus deus inhærens diuinus est.

V. ὅταν] Nisi ὁρῶν mutemus in ὁρᾷ, suspensa relinquitur oratio: simul autẽ ἔχῃ legendum, vt opinor, fuerit. Mirus autẽ videri possit hic partículæ ἵνα vsus, quã Fic. pro ὅτι accipit: ita hunc locũ reddens, Tendit igitur huc totus sermo, qui est circa quartũ furorẽ, quòd quando quis visa hîc pulchritudine aliqua, verè illi reminiscẽs, alas recipit, receptísq; euolare nititur. (neq; enim dubito quin apud eum mendosè Quo pro Quòd scriptũ sit, quũ sequatur Recipit & Nititur, non Recipiat & Nitatur) sed fortasse nõ aliter intelligẽdũ est ἵνα αἰσπτερῶται q. si dictũ esset, ἵνα λέξωμεν αἰσπτερῶ ϗ, vel ἵνα οἰώμεθα αἰσπτερῶ ϗ: resoluẽdo & sequẽtia verba eodẽ modo, λέξωμεν προθυμεῖσθαι: deinde ἀδυνατοῦντα ϑ, αἰτίαν ἔχον, &c.

P. 250. v. νησις] Si Cicero hîc legit φρόνησις, cur lib. De off. 1. interpretatur Sapiẽtiã? quũ in illo ipso libro φρόνησιν aliud quàm Sapientiã esse scribat? eius enim hæc sunt verba, *Princépsq; omniũ uirtutũ est illa sapiẽtia quã σοφίαν Græci uocãt. Prudentiã enim, quã Græci φρόνησιν dicunt, aliã quandã intelligimus quæ est rerũ expetendarũ fugiẽdarúmque scientia: illa autẽ sapientia quã principẽ dixi, rerũ est diuinarũ atq; humanarũ scientia: in qua continetur deorũ & hominũ cõmunitas & societas inter ipsos.* Quũ tantã illic differentiã inter φρόνησιν & σοφίαν, & meritò quidẽ cõstituat Cicero, quî fieri dicem⁹, inquã, vt hîc φρόνησιν interpretetur sapientiã? Quãtũ cõiicere possum, vel φρόνησις Platonẽ pro σοφία dixisse credidit, vel quũ hæc scriberet loci huius Platonis non satis recordatus fuit, & σοφία in eo se legisse putauit, quũ tamen φρόνησις legisset. Sed alius mihi nodus soluẽdus est, at multo etiã illo difficilior: quî possit Cicero de forma honesti dicere, illã, si oculis cerneretur, mirabiles amores sapientiæ excitaturã. Eius enim hæc sunt verba, *Formã quidem ipsam, Marce fili, & tanquã faciẽ honesti uides: quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores (ut ait Plato) excitaret sapiẽtiæ.* Quid hæc sibi volũt? inquã: quomodo à nobis in hoc Platonis loco (quem cõstat eum ipsum esse ad quem respicit Cicero) inueniẽtur? Quòd si etiã in Platone inueniẽda nõ esset quæ hîc dicit, sed ista à se diceret, non video quomodo illũ ferre possemus ita loquentẽ, Facies honesti si oculis cerneretur, excitaret amores sapientiæ. Expectabat enim lector vt diceretur, Facies honesti excitaret amores sui: vel, Sapientia excitaret amores sui, (aut etiã sine adiectione pronominis vtrobiq;) in qua posteriore lectione agnoscerem⁹ Platonis locũ: nisi quòd nomini φρόνησις id interpretamentum daretur quod nomini σοφία potius debetur, vt antea do cui. Nec verò sum nescius quandã etiã lectionẽ afferri, in qua pronomẽ *sui* in sedem nominis *sapientiæ* substituitur: sed si meã tandẽ hoc de loco coniecturã proferre oportet, crediderim potius ita scripsisse Ciceronem, *quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores (ut ait Plato de sapientia) excitaret.* vel, *ut ait de sapientia Plato.*

P. 251. v. κάλλος] Legitur etiã κάλλος σώματος δὺ μεμιμημένον: at verò Fic. κάλλος tantùm agnoscens hoc in loco, pro sequenti voce σώματον agnoscit genitiuũ illum σώματος. ita enim vertit hũc locũ, Quando vultũ diuina forma decorum videt, aptè ipsam pulchritudinem imitatũ, vel aliquã corporis speciẽ, primò quidem horret, &c.

V. ὁδόντας] In præced. edit. non interpungitur post φύσιν, perinde acsi κινήσις & ἀγαπάκτησις ad illud verbũ pertinerent, & nominatiui eius essent. Sic vero & in iis quæ sequuntur quædã aliter quàm hîc, ac vitiosè certè, sunt interpuncta: cuiusmodi vitia in aliis propemodum innumeris locis deprehẽdet qui hanc nostram editionem cum illis conferet.

P. 253. v. μᾶλλον] Mirum est pro ὑρύπωσιν adscribi margini editionis illius Basilicnsis ὑρπύωσιν: quum nullum hîc locum habere posse videatur hoc ὑρπύωσι: at verò ὑρύπωσιν nõ solùm aptũ sit, sed etiã sequente participio ὑπιτλουῶσης confirmetur. In versu autẽ qui proximè præcedit, prima fronte putet quispiam scribendum ἔπ χ: sed π respicit ad ϗ quod sequitur, inclusum videlicet in particula κἄν.

V. λδύσμιαι] Affertur hic locus ab eo cui vulgò, sed falsò, Heraclidis Pontici nomen tribuitur, afferente etiam versus Homericos ex quibus Platonẽ hæc sumpsisse ait. Legitur autem apud illum, κιλδύσμιαι καὶ λόφῳ μόνῳ ἰωιοχίτωι.

V. πραϋχθῆ] Apud eundem est quod cõtrariam significationem habet illi βαρυχ πράγλος, videlicet πολυπράγλος.

V. λάσιος] Legitur apud eundem ὑπόκωφος & κίνδυνου.

P. 255. v. αὐτὸς] In quodã vet. nõ leguntur hęc verba, εἰς ζωὴν ἄχρ ἢ φιλίαν, ita vt φίλος iungatur cum ϑεραπεύοντι: ac iungit quidẽ & Fic. nomẽ illud cum hoc participio, sed ita vt eidem verba illa subiungat, εἰς ζωὴν ἄχρ ἢ φιλίαν, addẽs etiam παρέρωντι, vel subaudiens ex iis quæ præcedunt. Hunc enim locum ita vertit, Præsertim quum & ipse honoratus, natura colentis sit amicus, in idem postremò cum amatore conspirat.

V. φιλίαν] Desiderari puto particulã δὲ ante ἐαὶ: (nisi potius ἐαὶ ἡ ὲρα scriptum fuisse suspicandum sit) & post ϑεριόντος perperam scriptum esse δὲ pro γε.

P. 256. v. δηῆς] Apud Eusebium ὑπουεσρίου perperam legitur.

P. 258. v. Σ Ω K P.] Particula που non solet adiungi verbo ἔδοξε in huiusmodi locis: ideóque non alium illius vocũlæ vsum esse puto quàm si verbo φησὶ subiuncta esset. nam & particulam

χὸ interdum eodem modo extra parentheſin poni videmus, non alia de cauſa quàm quòd in orationis principio collocari non poſsit: quum alioqui ad verbum quod in ipſa eſt pertineat. Incluſi autem parentheſeωs notis illa etiã verba αὐτὸ τὸ σύγγραμμα, quòd videatur verbum φησὶν illa pro ſuo nominatiuo habere. Præterea verò tres illos datiuos, τῇ βουλῇ, & τῷ δήμῳ, & τοῖς ἀμφοτέροις, (id eſt, τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ) non ita afferri puto, quaſi ſimul poni ſolerẽt, ſed quòd eorum alterum plerunque, interdum etiam vtrunque ponerent: perinde acſi dixiſſet, πολιτικοῦ ἀνδρὸς σύγγραμμα ſolere tale principium habere, Ἔδοξε τῇ βουλῇ, vel Ἔδοξε τῷ δήμῳ, vel Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ: de qua formula dicam in annotatione quæ proximè ſequitur. Cæterùm ſiquis nominatiuos illos tres (qui vnius vice funguntur) αὐτὸ τὸ σύγγραμμα, parentheſeωs notis includere mecum nolit, is hoc ſciat ſaltem, non addi à Socrate, tãquam qui adiici, ſed tantùm tãquam qui ſubaudiri ſolerent.

V. ροις. καὶ] Locus hic mendo carere dici non poteſt. nã τὸν ἑαυτὸν quid ſignificare queat? videndum igitur annon ſcribendum ſit, αὐτὸς ἑαυτὸν δὴ λέγων. vt καὶ ὃς εἶπεν intelligamus dici quòd tale σύγγραμμα adſcribat eius nomen ὃς εἶπεν. is autem eſt ὁ συγγραφεὺς (addit Plato) αὐτὸς ἑαυτὸν δὴ λέγων μάλα σεμνῶς καὶ ἐγκωμιάζων. Quoniam autem hæc ne à Ficino quidem intellecta eſſe video, quòd nõ animaduerteret de quo ſcripti genere Socrates hîc loqueretur, exẽplum proferam, quod rem omnem ſtatim ob oculos ponet. Habemus itaque apud Andocidem in oratione quæ περὶ τῶν μυστηρίων inſcripta eſt, pag. 11, meæ editionis, quoddam ψήφισμα, cuius hæc ſunt prima verba, Ἔδοξε τῷ δήμῳ, Τισαμενὸς εἶπε πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος, καὶ μέτροις καὶ σταθμοῖς. Vides hîc primùm Ἔδοξε τῷ δήμῳ, quæ formula (vt ita loquar) vna eſt è tribus quas Socrates propoſuit: deinde ſubiungi illud εἶπε, præfixo nomine Τισαμενός: in quibus verbis habes exẽplum eius quod Socrates dicit ſubiungi, καὶ ὃς εἶπεν. Sed poſſet fortaſsis legi etiam καὶ ὡς εἶπεν, accipiendo ὡς pro ὅτι. Apud eundem oratorem præcedit pſephiſma, quod incipit ab his verbis, Παιτροκλείδης εἶπεν, Ἐπειδὴ ἐψηφίσαντο, &c. non præfixo verbo Ἔδοξε vnà cum vno ex illis datiuis, vel vtroque. Apud Demoſthenem autẽ in pſephiſmatis aliquot ponitur archontis nomen, & tempus quo facta ſit rogatio, nomen item tribus πρυτανευούσης, antequam dicatur quis εἶπεν: & poſt aliquot demum verba additur, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. vt in oratione quæ περὶ στεφάνου inſcripta eſt, Ἐπὶ ἄρχοντος Εὐθυκλέους, πυανεψιῶνος ὀγδόῃ ἀπιόντος, φυλῆς πρυτανευούσης Οἰνηίδος, Κτησιφῶν Λεωσθένους Ἀναφλύστιος εἶπεν, Ἐπειδὴ Δημοσθένης (&c.) ἐπέδωκε ταῦτα τῷ δήμῳ (&c.) δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, &c. Sunt autem & aliæ apud eundem eorum formæ: verùm hac de re alius fuerit dicẽdi locus. Hoc tãtùm addam, videndum iam eſſe, ſi σύγγραμμα intelligatur περὶ ψηφίσματος (qua de re mihi aſſenſuros puto eos qui hanc annotationem ſimúlq; eam quæ proximè præcedit legerint) an liceat cum aliis interpretari librum.

P. 260. v. γεν' ἀλλ'] Videri poſsit aliquid deeſſe huic loco, alioqui ſcribendum ἐκτήσατο: ſed crediderim potiꝰ deſiderari verbum χρῆται poſt illos datiuos ἐμῇ ξυμβούλῃ, cũ quo λαμβάνει ſcribẽdũ fuerit: hoc modo, Ἀλλ' εἶπε ἐμῇ ξυμβουλῇ χρῆται, κτησάμενος ἐκεῖνο, οὕτως ἐμὲ λαμβάνει. Id eſt, Sed ſiquis meo conſilio vtitur, poſtquam veritatẽ ſibi comparauit, tum demum me aſſumit, vel aſciſcit. Q. d. Non priùs me aſſumit, quàm veritate inſtructus fuerit. Poſſet autem ſcribi etiam ἐμοὶ ξυμβούλῳ χρῆται, vt libro De republ. quinto, ἐμοὶ μὲν (ἔφη) συμβούλῳ χρώμενος μᾶλλον ὅτι τούτῳ τῷ βίῳ. Siquis verò lectionem noſtrã retinere vellet, primùm verbum ὅτι cum participio κτησάμενος vel addi vel ſubaudiri ſaltẽ oporteret (quorum vtrunque durè fieret) deinde cum infinitiuo λαμβάνειν repetendum eſſet per ſubauditionem αἱρήσεται: ſed vereor vt ſatis rationi conſentaneum ſit illã dicere, Cogo illũ me aſſumere.

V. vlt.] Legitur etiam ὕστερον, quo vti potius ſolet: ſed fortaſſe Lacon ὑστέρως quàm ὕστερον dicere maluit.

P. 263. v. οἷς πλαν.] Vel aliud quàm πλανώμεθα legit Ficinus, vel aliter quàm debuit eſt interpretatus. vertit enim, In quibus ambigimus. quaſi videlicet πλανώμεθα idem valeat quod alterum ex præcedentibus, vel ἀμφισβητοῦμεν, vel διαφωνοῦμεν. Paulo pòſt tamen πλανᾶσθαι reddit Falli, ſed addens ablatiuum ambiguitate.

P. 264. v. ἑάσω] Putet quiſpiam ſcribendum ἐάσωμεν, quòd ſequatur ἴωμεν: ſed alibi quoque ita numerũ mutari videmus: & magis hîc excuſari poteſt quàm aliis pleriſq; locis, quòd ἴωμεν nõ dicat de ſe loquẽs in numero plurali, ſed alterum quoq; comprehendat. Intelligit autem τοὺς ἑτέρους λόγους, cæteras orationes ipſius Lyſiæ.

P. 265. v. κατ' εἴδη] Legendum eſt fortaſſe οἷον κατ' ἰδέας.

P. 267. v. χάειν] Non dubito quin ſincera ſit noſtra lectio Τισίαν: quanuis pro Tiſia Ficinus quoq; ſubſtituerit Lyſiam: non alia, vt opinor, ratione motus quàm quòd Lyſiæ in præcedentibus fiat mentio. Sed conſiderandum fuit, cuiuſmodi hæc eſſe quæ de Lyſia dici non poſsint: nec bene cum Gorgia Lyſiam, rectiſsimè contrà Tiſiam copulari. nam hic eſt ille Tiſias cuius ſæpe vnà cum Corace fit mentio, vbi de antiquiſsimis artis rhetorices ſcriptoribus agitur: vt apud Fabium libri tertii capite primo. Legimus verò apud eundẽ libri ſecũdi decimooctauo, *Doctores artis ſerò iã & circa Tiſiã & Coraca primùm repertos.* Sed quod multo etiã magis omnẽ delectionẽ illa dubitationẽ tollat, ex eodẽ afferã. Legimus enim in principio capitis de cimiſeptimi eiuſdẽ libri, *Nã & Socrati obijciũt comici, doœre eũ quomodo peiorẽ cauſam meliorẽ faciat: & contrà Tiſiã & Gorgiã ſimilia dicit polliœri Plato.* Hîc enim videmus itidẽ Tiſiã & Gorgiã ex ipſo Platone produci cõiunctos, ſiue (vt antea loquut⁹ ſum) copulatos. Sed ibi (quod mirũ videri poſsit) altera illa lectio *Lyſiã* pro *Tiſiã* margini adſcripta inuenitur. quod, inquã, mirũ videri poſsit, ſi lectiò illa ex veteri quopiam libro ſumpta ſit: minimè autem mirum, ſi (quod potius credo) ex cõiectura, aut ex hoc ipſo Platonis loco de cuius nũc lectione differo, ab aliquo ſit adſcripta qui Ficini lectionẽ vnà cum eius interpretatione ſequeretur. Fertur porro Tiſias (cuius & infrà fit mẽtio) diſcipulus Coracis fuiſſe. Ac de illis quidẽ hactenus: quoniã autem Theodori ibidẽ mentionẽ facit Plato, à quo ad Euenũ Pariũ, deinde ad Tiſiã & Gorgiã tranſit, hoc addã, à Fabio quoq; in eodẽ illo libri tertii capite primo, ſicut Coracis & Tiſiæ, ita etiã Theodori mentionẽ fieri: ſed alius multis annis poſteriorib⁹ illo⁹ Theodori, inquã, Gadarei.

V. πεάσομαι] Interrogatiuè dici hæc videntur, ſicut illa per interrogationem dicta modò fuerunt, τὸν δὲ καλλίστου Ράδιον Εὐλιῶν εἰς μέσον οὐκ ἄγομεν; At ſi ſcriptum eſſet Τισίαν δὲ Γοργίαν πεάσομαι δῆθεν, non itidem ἐρωτηματικῶς dici viderentur.

V. κεπαγ] Cum Χαλκηδονίου nihil deeſſe puto, ſed tantùm ſubaudiri ῥήτορος. Videtur autē, velut ludens periphraſin poeticam vſurpare, quū dicit τὸ τῦ Χαλκηδονίου ἄνδρος. ita enim poetæ dicunt ἄνδρος Ἡρακλῆος pro Ἡρακλῆς: itidémq; βίη Ἡρακλῆος, necnon βίη Ἡρακληείη. Intelligit autē fortaſſe Thraſymachum, quem Chalcedoniū fuiſſe legimus in primo De republ. ſi quidem ille ipſe eſt (vt eſſe arbitror) cuius fiet in aliis huius dialogi locis mentio: vt pag. 266. 269, & 271.

P. 268. v. primo] Verba hæc ὑπὸ αὐγὰς μᾶλλον ἴδωμεν nos habere ſuſpecta non ſinit locus hic paginæ ſequentis, καὶ ὅσα ἄλλα διελθόντες, ὑπὸ αὐγὰς ἔφαμεν εἶναι σκεπτέα. Alioqui certè vocem illam αὐγὰς parum conuenire ſolutæ orationi conſtat.

V. ἀκουσάντων] Aut hîc ἀκούσαντας in ἀκούσαντα, aut paulo pòſt εἶπεν αὖ in ἔπειτ' αὖ mutandū fuerit: quam mutationem magis probo, vt de vtroque medico, Eryximacho & Acumeno, intelligamus. Cæterùm vt hîc Ἀκουμενῷ ſcriptum eſt, non Ἀκουμένῳ, ſic & apud Xenophontem Ἀπομνήμον. libro tertio, pag. 458, meæ editionis, ſcribendum eſt Ἀκουμενός, non ἀκούμενος: quòd in huiuſmodi vocabulis quæ ex participiis in nomina propria tranſeunt ita mutari ſoleat accētus. Idem autem Socrates eiuſdē medici vtrobique mētionem facit, & hîc, inquam, & apud Xenophontem: ſcribentem, Ἄλλου δὲ λέγοντος ὅτι ἀνδρῶς ἐσθίοι, Ἀκούμενος ἔφη τοῦτου φάρμακον ἄριστον διδάσκειν. vbi quum non ſit participium à verbo ἀκεῖσθαι, ſed proprium nomen, ſcribendum eſt Ἀκουμενός, vti dixi: ſimúlque videndum vt διδάσκειν mutemus in διδάσκει, includendo ἔφη parentheſeōs notis. niſi malimus retinendo διδάσκειν mutare illum nominatiuum in accuſatiuum Ἀκουμενόν. Sic autem legendo, ἔφη per parentheſin nō erit poſitum. Fit porro huius medici mentio & in paginæ ſequentis principio: nec Xenophon ſolùm præter Platonem, ſed alii etiam quidam eius meminerunt.

V. Τίσ'] Malim ἐρέσθαι, vt ſit in aoriſto poſteriore, & ἐρέσθαι αὖ (ſubaudita ex præcedentibus hac particula) ſit pro ἐρήσεσθαι.

V. πα, αὖτὸν.] Scribendū puto ἔπειτεν αὖ, vt dixi in annotatione quæ proximam præcedit.

P. 269. v. ἔσῃ] Quorſum hîc Lyſiæ fit mentio? quid illi cū Thraſymacho commune eſt? nihil certè, quantū ex aliis colligere locis poſſumus. malè enim in vno eorum cum Gorgia, in Ficini quoq; interpretatione, copulari, quū Τισίαν nō Λυσίαν Plato ſcripſerit, antea docui. Quid igitur hîc dicemus? nimirū Ficinū tam ſequendū hoc in loco eſſe, quàm recedendum ab eo in altero illo fuit. id eſt, cum illo ſcribēdū hîc eſſe Γοργίας καὶ Θρασύμαχος, non Λυσίας καὶ Θρασύμαχος. atque ita denuò prohibebimus ne Lyſiæ fiat iniuria. Cæterùm ita hunc locum vertit idem Ficinus acſi legerit τέχνη in nominandi caſu, & ὅσον τέχνη dictum ſit pro ὅση τέχνη. hæc enim ſunt eius verba, Quanta verò ars huiuſmodi ſit, non ea via quam Gorgias & Thraſymachus ſequuti ſunt, ſed alia potius conſtare videtur. Perinde eſſet certè ὅσον τέχνη acſi diceremus, Quāta res ſit ars. Sed ego & τέχνη retinendum puto, & alium huius loci ſenſum eſſe exiſtimo: vt videlicet dicat, quatenus arte poteſt aliquis orator euadere, ſiue quantum in arte ſitum eſt vt quiſpiam euadat orator, eius rei methodum ſibi non videri patere eam tenendo viam quā Lyſias & Thraſymachus teneant.

P. 270. v. δεῖ π] Miror non ſcriptum eſſe potius, οὐδὲ πῶ τὸ σῶμα πος. Subaud. autem φύσιν.

P. 272. v. ὃ καὶ] Satius fuerit parentheſeōs notis verba hæc includere, ὃ καὶ κατ' ἀρχὰς ἔφαμεν τὸν λόγον.

V. θεῖας] In ſuperioribus edit. ſcriptū eſt μέλει: ſed ſatius eſt μέλειν cū Ficino legere, vt ſubaudiatur φασὶ ex præcedentibus: Nulli in iudiciis horum veritatem curæ eſſe aiunt.

P. 273. v. πα. Σ Ω.] Apud Ficinum à Phædro hæc quoque dicuntur, ἀλλὰ μὴν τόν γε Τισίαν αὐτὸν πεπάτηκας: à Socrate autem iſta, εἰπέτω Τίνιος, &c. Ac qui editioni illi Baſilienſi præfuerunt, Ficinum hac in re imitari voluerunt: quippe qui ante verbum εἰπέτω Socratis perſonam ſignauerint, obliti tamen ante ἀλλὰ μὴν eam expungere. Sed à Ficino diſſentiēdum hîc fuiſſe, potiúſque ſequendam Aldi editionem, affirmare audeo. quum hæc verba εἰπέτω Τίνιος, conſentaneum ſit ſubiungi ab illo qui iam dixerit, ἀλλὰ μὴν τόν γε Τισίαν πεπάτηκας ἀκεβῶς. q. d. Quod quū ita ſit, dicat nobis Tiſias. id eſt, Tu nobis dicito in Tiſiæ perſona. vel, ex Tiſia: id eſt, ex Tiſiæ doctrina: ſiue, ex iis quæ à Tiſia didiciſti, quandoquidem tu illum πεπάτηκας. At Fic. hoc verbum & ipſe lōgè aliter accipit, procul certè ab ea quam habet hîc ſignificatione, ideóq; à ſenſu huius loci, aberrans. Vertit enim & ipſe, Sed & Tiſiam ipſum grauiter peſſumdediſti. quum interpretari oporteat, Atenim Tiſiā ipſum adhibita exacta quadā diligentia triuiſti. accipiēdo videlicet verbum Terere in ea ſignificatione qua dicitur Terere ſcriptorem quempiam. Sed cur hoc vſus eſt verbo Socrates? Alludens ad prouerbium, Οὐδὲ τὸν Αἴσωπον πεπάτηκας, quod eſt apud Ariſtophanem, in Auibus,

Ἀμαθὴς γὰρ ἔφις, κοὐ πολυπραγμόνων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας.

Inuenitur autem & alii prouerbio adhibitum hoc verbum: ei nimirum quo dicitur Ἀρχίλοχον πατεῖς, ſed alium vſum habet hîc iſtud verbum. adeo vt ſenſum huius prouerbii non ſit aſſequutus Eraſmus, in eo quod ſcripſit, πατεῖν dictum quòd maledicus videatur aſſiduus in euoluendis huius poetæ carminibus. Nec in eo quod addidit, Vel quòd maledicus huius veſtigiis ingreditur. Sed de huius πατεῖς ſignificatione alibi: nunc eam quam habet noſtrum πεπάτηκας, ſatis ſit indicaſſe.

P. 274. v. θεῶν] Non dubito quin expungendus ſit poſterior articulus qui eſt ante ἱερόν. alioqui certè aliud ſignificaretur quàm hoc, Cui ſacra eſt auis illa, ſiue Cui dicata eſt.

P. 276. v. ῥῶν] Scribēdum eſt, ὅταν τε ἄλλοι παῖδ.

P. 279. v. ὁρμὴ] Ferri non poteſt altera ſcriptura, ὁρμὴ θατέρᾳ: quanuis Cicero quoque, locum hunc interpretās, ablatiuis vtatur. Hæc enim ſunt eius verba totum hunc locum interpretantis in Oratore ad Brutum, *Adoleſcens etiā nunc ô Phædre, Iſocrates eſt. ſed quid de illo augurer libet dicere. Quid tandem? inquit ille, Maiore mihi ingenio uidetur eſſe quàm ut cum orationibus Lyſiæ cōparetur. præterea ad uirtutē maior indoles. ut nimirum mirum ſuauium ſit ſi, quum ætate præſſerit*

aut in hoc orationum genere cui nunc ſtudet, tantum quantum pueris, reliquis præſtet omnibus qui unquam orationes attigerunt: aut, ſi contentus his nõ fuerit, diuino aliquo animi motu maiora cõcipiſcat. meſt enim natura philoſophia in huius uiri mẽte quædam. Quanuis, inquam, Cicero ablatiuis illis vtatur *diuino aliquo motu*, non tamen exiſtimãdum eſt alteram illam lectionem ſequi ὁρμῇ θατέρᾳ (nam ſimul etiam ᾧ mutandum eſſet in ᾧνα, & ἄχρι in ἄχριπ: quinetiam αὖπὲν expungendum: vt ita legeretur, ὅθὶ μείζω δέ ᾧνα ἄχρι πο ὁρμῇ θατέρᾳ) ſed tantùm orationis faciem, vt ita dicam, mutare. Simul autem recedit paulum à Platonis verbis, quæ ſonant, Atque adeo [mirum non ſit futurum] ſi ne his quidem contentus ſit, ſed diuino aliquo &c. In illo autem loco (vt de eo quoque meam obiter ſententiam proferam) *Maiore mihi ingenio uidetur eſſe quàm ut cũ orationibus Lyſiæ comparetur*, videtur ſenſum verborum Platonis aſſequi (quanuis Ficinus quoque, aliter accipiens illa verba, δοκεῖμοι ἀμείνων ἢ κῇ τοῖς περὶ Λυσίαν τῶν λόγων, ita vertat, Videtur mihi præſtantiori ingenio eſſe quàm Lyſiam ſua ſcripta demonſtrent) ſed mirum hoc loquendi genus videri poſſit, vt dicatur Iſocrates cum orationibus Lyſiæ comparari: ideóque nõ dubito quin pro verbi comparetur nominatiuo ſubaudire oporteat Ingenium, potius quàm Iſocrates. Niſi verò timerem ne nimium moroſus in hoc examine iudicarer, adderem & hoc, poſſe videri inuerſam eſſe orationis formam: & fuiſſe potius ita dicendum, Maiore mihi ingenio videtur eſſe quàm vt cum eo orationes Lyſiæ comparentur. Iam verò quod ad illa verba attinet, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἀναμφίλογον λόγον, videmus Ciceronem in ſua interpretatione lectionem hanc agnoſcere, qui vertit, Tantum quantum pueris, reliquis præſtet omnibus qui vnq. &c. Ficinum tamen credat quiſpiam legiſſe, πλέον ἢ ἀνδρες παίδων. vertit enim, Magis quàm viri pueris, omnibus qui eloquentiæ vnquam ſe tradiderunt excellat. Quinetiam alium quòq; videmus ex hoc loco ſenſum elici, non legendo πλέον ἢ ἀνδρες παίδων, ſed duntaxat, πλέον ἢ παίδων: vt nimirum intelligamus fore vt quum ætate proceſſerit, tantum viris præſtet quantum puer pueris præſtare ſolitus ſit: at ego hũc quidem ſenſum, aliquantum coactum eſſe (vt ita loquar) illum autem non placere dico quòd adiectione vnius vocabuli opus habeat: ideóque lubenter interpretationi Ciceronis acquieſco: præſertim quum recorder cuiuſdam generis loquendi longè elegantiſſimi quod pro illa interpretatione facit: quo nimirum dicitur quiſpiam aliqua in arte aut ſcientia cæteros qui eãdem profitentur ὑποδεῖξαι παίδας, quum illis tãtùm præſtitit vt præ illo pueri fuiſſe videri poſſint. Quinetiam extat alius huius ſcriptoris locus quo iſte confirmari poteſt, in epiſtola quarta. ὅπ ᾧσπερεί, πλέον ἢ παίδων, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν. Verùm hîc quoque Fic. ita interpretatur acſi legerit πλέον ἢ ἀνδρες παίδων.

P. 283. v. οὐ πλήρη] Expungenda quiſpiam fortaſſe dixerit hæc verba, ἀλλ' ἐκεῖνο, quum orationi nullum vſum præſtent, ſed potius eius ſtructuram perturbent, atque adeo à Ficino non agnoſcantur: ego tamen exiſtimo minimè audendum hoc cuiquam eſſe: ita enim ſcripſiſſe Platonem, vt hîc legimus, ἀλλ' ὁκεῖνο, quod erat ἀκόλουθον illis, πρὸ δὲτ' αὖ ἔιπον ὅπ &c. ſed quum dicere deberet, ἀλλ' ἐκεῖνο αὖ ἔιπον ὅπ Λακεδαιμόνιοι &c. interrupto illius orationis curſu (vt ita dicam) verbis illis ἀλλ' ὁκεῖνο ſubiũgere maluiſſe ἀκολούθως iſta, μῶν μὴ Λακεδαιμόνιοι &c. Talis autem interruptio in interrogationibus potiſſimum inuenitur: quæ niſi obſeruetur, multi loci falſò ſuſpecti mendi fuerint.

V. αὖ παιδιόν.] Inuenitur etiã iunctum ſequentibus aduerbium οὕτω, manente eodẽ ſenſu. Quòd ſi non ἢ ſed εἰ legeretur ante ᾧδπ, in duas interrogationes diuidenda oratio hæc nõ eſſet.

– P. 288. v. πιγε] Si hæc verba, παῖ καλαὶ ᾧδ &c. eſſent ipſius oraculi verba, hypoſtigme tantùm ponenda fuiſſet poſt ἔιπε: ſed ego nullo id mõdo perſuadere mihi poſſum, præſertim quum inueniam id cuius hîc fit mentio, dictũ in hoc verſu, qui affertur ex oraculo,

Ἵππον Θεσσαλικὴν, Λακεδαιμονίῳ πομπαῖκα.

cui verſui ſubiungitur hic,

Ἄνδρας δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερᾶς Ἀρεθούσης.

quo poſteriore verſu exiſtimantur Chalcidenſes perhiberi αἰδοῖοι: illi videlicet qui ex ea ſunt Chalcide (nam plures ſunt hoc nomine) à qua Euboicus Euripus appellatur Chalcidicus. Quum igitur ait, ἐπίπαγε καὶ ὀρθῶς αὖτὸ ὁ θεὸς ἔιπε, illo pronomine αὖτὸ intelligit, vt opinor, dictũ illud, ἵππον Θεσσαλικήν: quaſi videlicet perinde ſit acſi deus dixiſſet, Theſſaliã habere equas καλάς, ſicut Lacedæmonẽ mulieres καλάς. ideóq; modò dixit, θήλεια δὲ ἵππος καλὴ, οὐ καλόν, ὡς καὶ ὁ θεὸς ὀνπρὸς χρησμῷ ἐπῄνεσε;

P. 290. v. ἡγοῖτ'] Malè (meo quidem iudicio) legit Fic. quoque, καὶ ἐγὼ τί μάλιστα φήσω; vertit enim, At ego quid maximè dicam? quum τί μάλιστα non pertineat ad φήσω: ſed ſit ſenſus, At ego dicam, Cur maximè, [vel potiſſimum] hoc ex me rogas? Sic autem ſæpe poſt τί interrogatiuũ ponitur hoc aduerbium μάλιστα: quod videri poteſt πλεοναζειν.

P. 291. v. θαυμα] Ante ἐπειδήπερ quædam legit vel legenda cenſuit & Ficinus. vertit enim, Pulchriorem reſpondebis, ô Socrates: poſtquam quod decet, pulchrius quàm quod dedecet, es confeſſus. Non abſimile autem vero fuerit, Hippiam vſum fuiſſe illis poſtremis verbis, ſed abſque interrogatione, atque ita dixiſſe, Καλλίων αὖ ἔιη, φήσεις, ἐπειδήπερ &c. vel ita fuiſſe ab eo mutata, καλλίονα εἶ φήσεις, ἐπειδήπερ &c. Talis omnino erroris qualis fuerit iſte, ſi dicam' omiſſa eſſe à librario hæc vocabula, exemplum habemus in Parmenide, pag. 160. nam quum is qui interrogabat dixiſſet, ἆρ' ὃ σκεπτέον μετὰ τοῦτο, omiſſum eſt σκεπτέον quod à reſpondente dicebatur.

V. ἔοικεν] Nemo non dixerit ſcribendũ eſſe κάλλιον ὢν χρυσὸς, quum ita intelligi ſit neceſſe vt ſi dictum eſſet, χρυσὸς ὢν οὐδὲν κάλλιον: exemplo tamen lectio illa noſtra carere non videtur.

Ναὶ λῶς γε] Hæc dici ab Hippia, non à Socrate, rationi conſentaneum eſt, ἄκουε δή· ᾧδε γὰρ &c. à Socrate autẽ illa, λέγε δὴ ὡς τάχιστα ᾧδε δή. Poſtquam enim dixit Hippiæ Socrates, Tu tãdem rectè mentem meam percipis, & quod genus καλοῦ quæram intelligis: Hippias, qui ſibi videtur id illi propoſiturus cui cõtradici à nullo poſſit, dicit, Audi igitur: & Socrates, qui magno illud audiendi deſiderio tenetur, illum ne cunctetur id proferre, rogat.

V. τὸ ᾧδπο] Paulo aliter hæc legiſſe aut legẽda cenſuiſſe videtur Fic. & quidem inter alia, καὶ φαίαν. Ita enim eum vertit, Audi modó: & vide ſi quis contra hoc obiicere poſſit, dice-

réque nihil me laudare posse. At ego rectè scriptum esse locum istum existimo, sed non rectè interpretatum. Hunc enim eius esse puto sensum, Audi igitur: & quidem ita habeto, si quis inueniat quod possit opponere iis quæ à me dicentur, me dicturum nihil iam esse quod laudem. Intellige autem, Quod laudem tanquam καλόν: siue, Cui illam καλοῦ laudem tribuendam censeam. vel, τῷ καλόν εἶ). Q.d. Videor mihi tandem tale καλοῦ exemplum inuenisse, vt nullus mihi de eo possit contradicere. quod si contingat, silentium mihi impositum fuerit. fatebor enim nihil iam posse mihi in mentem venire quod tanquam καλοῦ appellatione dignum laudare queam. Nō aliter igitur sunt accipienda verba quàm si ita collocata essent, ἴσθι γὰρ, ἐάν τις ἔχῃ ὅ,τι ἀντείπῃ πρὸς ταῦτα, φαίην ἐμὲ &c. Quod autem ad particulam γὰρ attinet, ab hoc loco alienam iudicarunt interpretes, vt certè primo aspectu ab eo videtur esse aliena: sed quædam extrinsecus subaudiri possunt (vt opinor) quæ illam vsum aliquem habere ostendāt. Veluti si dicamus perinde esse acsi dictum fuisset, Audi igitur καλοῦ exemplum, dignissimum quod à te audiatur, & quod tibi satisfacturum spero. nam tale est vt siquis &c. Addo autem hîc exempli appellationem (sicut & paulo antè) expositionis gratia.

P. 292. v. μουσικὸς] Non dubium est quin ἀπῆσας ab ἀπάδω scribendum sit, vt in editione Aldina legitur (præsertim quum præcedat ἄσας) non ἀπῆχας, vt in illa Basilien si. Sic verò & futurum huius ipsius verbi deprauatum alibi inuenitur. nam in Timæo, pag. 26, vbi ἀπωσόμεθα in præced. editionibus scriptum est (ex quo nullus loco illi aptus sensus potest elici) scribendum esse ἀπασόμεθα, mihi omnes assensuros puto. Quinetiam (adeo nonnulla vocabula præ aliis deprauationi sūt obnoxia) tertio quodā modo deprauatum hoc ipsum verbū alibi inuenitur.

P. 293. v. δέ; π] Fic. quoque ita vertit quasi ἐρωτῶντος legerit, aut ἐρωτωμένου pro ἐρωτῶντος posse accipi crediderit: quem tamē passiuæ vocis pro actiua vsum in illo verbo alibi inueniri vix crediderim.

V. μοι περὶ.] Aliud (vt opinor) legit aut legendum censuit Fic. quàm περιβάλλει, qui vertit Occurrit. Aliquis autem fortasse, quum sequatur hîc ἐρωτῶν, & dicatur περιβάλλειν ἐρώτημα, eam significationem habere putet à qua dicuntur philosophorum προβλήματα: sed opus esset alioquo accusatiuo: præterea cur aliquam quæstionem proponere, esset eius qui πρὸς ἀπειρίαν καὶ ἀπραγμοσύνην misērari diceretur? Faciūt certè hæc vt περιβάλλει quidem retinendū sed μοι in με mutandum censeam: vt nimirum περιβάλλει με idem valeat quod περιβάλλει, quum περιβάλλειν sit eius quī aliquem adiuuat: ideóque aptè dicatur de illo qui alicuius misereturi. Hic autē de quo loquitur Socrates eū περιβάλλειν, quī ipsum, planè alioqui hærentem, iubebat considerare saltem annon hoc vel illud tale esset vt de eo dici posset illud de quo quæstio erat, siue περὶ τὸ καλοῦ siue de alia quapiam re quærebatur. nam ita intelligenda sunt hæc, ἢ καὶ περὶ ἄλλου ὁτουοῦν αὖ τύχοι παντὸς ἀνδρὸς; καὶ περὶ οὗ ἂν ὁ λόγος ᾖ. Nam si (exempli gratia) περὶ τοῦ καλοῦ interrogauerat, illum iubebat considerare annon videretur illi ἡ φύσις αὐτοῦ τοῦ πράγματος esse illud τὸ καλόν: si autem quæstionem aliquam περὶ τοῦ δικαίου mouerat, itidem aliquid illi considerandum proponebat, cuius consideratione ipsum ad respondendum velut προβιβάζειν.

P. 294. v. ὡς σφ] Malim abesse ὦ: vt legatur, ὡς σφ παντὸς μεγάλα, δεῖ μεγάλα τῷ ἐπιφέροντι.

P. 299. v. ῥᾳ τοῦτῳ] Fic. quoque cum μὴ subaudit verbum ἐρωτῶ: quanuis cum hoc indicatiuo putabit fortasse quispiam illum vsurum fuisse potius altera particula negatiua: ideóque cum μὴ subaudire malet εἴπῃς, vel ἀποκρίνῃ. Paulo pòst autem δοκεῖν vtroque in loco legit idem interpres, subaudiens & hîc verbum aliquod, videlicet φήσομεν, aut aliud eiusmodi: & ὃ γὰρ priore in loco non agnoscens, vt opinor. Ita enim vertit hunc locum, Nobis quidem non videri dicemus. HIPP. Non videri plané.

V. δι' ὄψεως] Malim λέγειν: quum dicatur itidem in principio paginæ sequentis, ἀληθῆ φήσομεν ὦ Ἱππία λέγειν τὸν ἀνδρα, ταῦτα λέγοντα;

P. 304. v. ἄνθρ] Possent etiā fortasis includi parenthesi verba ista, ἄνθρ καὶ σὺ ναῦ λέγεις: vt dictum sit λέγεταί με ὡς ἡλίθια πραγματεύομαι, pro λέγεταί με ἡλίθια πραγματεύεσθαι.

P. 313. v. που ωσι.] Pro τοῦπου legitur etiam τοῦτων. In sequenti autem versu vel ἐξαιρήσεται legit Fic. vel malè & ipse significationē actiuam illi futuro tribuit. dictum enim fuerit, ὡς εἰ μή τις ἐξαιρεθήσεται pro ἢ εἰ μὴ ἐξαιρεθήσεται ἀπὸ τινος. vt si dicerem, εἰ τις τὸν χρυσὸν ἀποστερηθήσεται.

V. ρηκόν] Non habet εἴη vnde pendere dici possit: præcesit enim infinitiui modi verbum ἐντετυχηκέναι, quod pendet ab ἔφην. nā si, quemadmodum dixit, οὐ μὰ ἄλλῳ γε τοτ' ἔφην ἐντετυχηκέναι τοῦδ' ῥητορικόν, subiunxisset, ἀλλὰ πάνυ πολλά μοι πράγματα πρὸ τοῦτ' ἦν), tunc ἦν) penderet itidem ab ἔφην ex præcedentibus subaudiendo: sed eum mutata orationis forma nominatiuis vsum esse & ὅτι εἴη pro ἦν) dixisse puto: siue ante πρὸ siue ante ἡ πολλὴ positam fuisse illam particulam ὅτι credendum sit: vt legatur, ἀλλ' ἡ πολλή μοι πραγματεία πρὸ τοῦτ' εἴη: vel, ἀλλὰ ἡ πολλή μοι πραγματεία ὅτι πρὸ τοῦτ' εἴη. Cæterùm hanc vocem πραγματεία (vt hoc addam obiter) non lubenter de inuestigatione intellexerim, vt Fic. quoque intellexit: verùm de eo quod modò dixit, πολλῶν αὖ ἕνεκ λόγων ἐμὲ ἀπολελυκώς. perinde acsi dixisset, οὐ μὰ δία ἐντετυχηκέναι τοῦδ' ῥήτορι, ἀλλὰ πάνυ πολλοὺς λόγους περὶ τούτου ἐμοὶ πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους γεγονέναι. Illi porro generi loquendi quo eum modò vsum esse dixi, πολλῶν αὖ ἕνεκ λόγων ἐμὲ ἀπολελυκώς, planè simile est illud in Hippia maiore, pag. 291, ἀπαλλάξεις αὐτὸν πάνυ πολλῶν λόγων.

V. Τάχα] Malim Τάχα σ' αὖ θεία μοῖρα &c.

P. 314. v. θαυμάζει] Suspicor post τὸν deesse nomen proprium, nomen videlicet eius qui dimissus fuerat. Non video enim cur pro lapidario dicturus fuerit τὸν ὀκ τὸν λατομιῶν, siue λιθοτομιῶν. quum enim ita loquuntur Græci solēt aliquod participium subaudire: cuiusmodi fuerit ἑλόντα hoc in loco, cum istis verbis, τὸν ὀκ τ' λατομιῶν. Atque hoc (vt opinor) Ficinum in errorem impulit quòd nullum participium additum esse aut subaudiri posse videret: & ita vertit τὸν ὀκ τὸν λιθοτομιῶν (nam ita legit) acsi nomen loci esset. & illud ita dixisset vt si diceremus τ' ὀκ τ' Ἀθηνῶν, pro Athenien si. vertit enim, Lithotomien sem illum: quod deprauarunt postea in Lithotonien sem. Quòd si de Philoxeno hîc loqueretur (vt quidam augurantur) aptè scriberetur, τὸν Φιλόξενον ὀκ τὸν λατομιῶν οὗ ἐπώησας ἀφεὶς, id est, Rectè feciſti quòd Philoxenum ex lapicidinis dimiseris. cur enim vnius (quicunque sit) nomen

potius quàm aliorum tacuisse illũ putemus? Si tamen hîc nomẽ nõ fuisse positũ credamus neque huius neque alîus, at certè vocabulum aliquod posuisse significãs munus quo apud Dionysiũ ille (quisquis fuerit) fungebatur.

P.315.v. ὅπως.] In edit illa Basil. ponitur post χαίρειν stigme τελεία, vt hæc Πλάτων Διονυσίῳ χαίρειν, sint titulus epistolæ, siue ὑπογραφή: initium autẽ Ἐπιστείλας. Sed præterquam quòd ἐπίστειλας scribẽdum esset, non ὑπιστείλας (alioqui suspensa maneret oratio) illa disiunctiua ἤ quem vsum haberet, nisi τῷ χαίρειν priùs mẽtio quàm τῷ δὲ πράττειν fieret? Ficinus autem ita videtur legisse, Πλάτων Διονυσίῳ. Χαίρειν ἐπίστειλας ἄρ' ἐρρῶσθαί σοι πυθόμενος ἡ βελτίσης προαιρήσεως, & quæ proximè sequuntur, aut hoc aut simili modo scripta inuenisse, aut scribenda cẽsuisse, ἢ μᾶλλον τὸ κῦρ τῷ ἐμοὶ σωτήριαν χάριν δὲ πράττειν. vt cum τὸ χάριν, subaudiatur illud, πυθόμενος ἡ βελτίσης προαιρήσεως. Ita enim principium hoc interpretatur, (alioqui etiam non expressa vi quorundam verborum) PLATO DIONYSIO. Petis an rectius ponatur in salutationibus Gaudere: an quemadmodum ego solitus sum scribere ad amicos, Bene agere. Sedenim & tertia lectio affertur, πυθόμενος. At ego lubenter lectionem illam nostram retineo, quæ & πυθόμενος habet, & χαίρειν cum ὑπιστείλας iungit: vt hic sit sensus, Si ego Plato Dionysiũ in fronte meæ epistolæ gaudere iusserim, vtrum quod salutationi conuenientissimum est assequutus fuero? an potius, si more meo scribam Bene agere? Dico autẽ Gaudere iusserim, vt dicebant Latini Iubeo te saluere. Illa porro lectio nostra extat in vtraque Aldina editione harum epistolarũ: id est, nõ solùm ea quę cætera Platonis scripta habet, sed etiam ea quę variarum epistolarum volumen exhibet.

V. λῆ, γιγ.] Fic. οὐδὲν in hac sua interpretatione non agnouit, Iniuria certè me afficis, quum contraria dicas quàm veritas sit. Atque illi vocem hanc non agnoscenti lubenter assentior.

V. δέω, δέῃ] Vt quæ sunt post verbum διεξελήλυθα, iungantur sequentibus, particula ἤ quæ est ante ἔξωθεν, ponenda fuerit ante τό: vt legatur, εἰσὶ δὲ τὸ μέρειν ἐν ἀκροπόλει, ταῖς ἔξωθεν, ἔστι γίγνοιτο &c. Iungit certè & Fic. illa sequẽtibus: quòd si præcedentibus iungi non displiceat, seruando nostram illam lectionem, videtur scribendum, εἰς τὰ ἔξωθεν &c. Sed credibile est, illum, quum dixit, ἄδικα γὰρ διεξελήλυθα, nequaquam hanc vnam δικαιολογίας causam afferre voluisse. Cuius δικαιολογίας meminit & in paginæ sequentis principio, scribens, ἀλλ' οἶμαι, ὅσῳ ἀκριβῶς εἶπον, οὐ δικαιολογίας προσδέομαι πρός τε Συρακουσίους, &c.

V. δεῖν] Vnde infinitiuum ἐρέπειν pendere dicemus? Fortasse ab illis superioribus verbis φασὶ δ' οὐκ ὀλίγοι pendere dici potest.

V. πεῖν] Nomine Ἰταλὰς locus hîc non videtur opus habere, quum præcedat εἰς ἔξωθεν. A Ficino certè minimè agnoscitur, qui & πίθεσθαι legit, non πίστεσθαι.

V. vltimo] In præced. edit. post ἑκάστα posita stigme separantur à præcedentibus ista, ὀλίγα δὲ κατ' ἀρχάς. Verùm vt separari possent, legendum existimarem τὰ σαφέστατα: quanquam ne sic quidem legendo, commodè disiunctum iri videntur.

P. 316. v. αὖ ᾠήθη] Ante ἄλλα scriptam fuisse præpositionem πρὸς credibile est: minus certè ante τὰ quàm hîc esse necessaria videtur.

V. λωίδας] Videtur recta ἀκολουθία orationis postulasse vt diceretur, ἐμποδὼν ἐμοὶ γένοιτο. Quòd si pro δικαιολόγοις (quod margini ex quodam exemplari adscripsi) legeretur δικαιολόγοιν, & τό, hoc modo, ὡς οὐκ ἐμὲ τῶνδε ἔρηκας συμβουλεύειν οὐδὲ δικαιολόγοιν, τὸ μέλλοντί σοι (&c.) tolerari posset infinitiuus: sed videndum an satis aptè hæc dicerentur, οὐκ ἐμοὶ δικαιολόγοιν (nam subaudiendum esset ἐμοὶ ex præcedentibus) τὸ ἐμποδὼν ἐμὲ γενέσθαι. Vsus est alioqui & paulo antè verbo διεκώλυσα, hac ipsa de re loquens.

P.317.v. δικαλλ.] Aliud fortasse quàm δικάλλοντας legit Ficinus: alioqui mirum est eum interpretari Insidiatores. Quinetiam ea quæ sequuntur, ne ipse quidem intellexit. ita enim vertit, Et turpium noxiarúmque voluptatum machinatores nutrire. Atqui de adulatoribus dici constat πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν: ita vt illa verba πρὸς ἡδονὴν ὁμιλοῦντας idem valeant quod τοὺς πρὸς ἡδονὴν καὶ λέγοντας καὶ πράττοντας. id est, qui suis & dictis & factis gratiam aucupari student. Sic autem & Latini Ad voluptatem loqui dicunt, & quidem inter illos ipse etiam Cicero: sed quædam exemplaria habent, Ad voluntatem, vbi legitur in aliis Ad voluptatem. vt in Lælio, *Ad uoluptatem loquentiũ omnia, nihil ad ueritatem*: quũ in aliis legatur *Ad uoluntatem*. Sed πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν ad facta etiam refertur, eóque comprehenditur quod dicit pag. 331, μήτε δὴ κολακεύοντά γε ὑπερπεῖν αὐτῆς, πληρώσεις ὀπιθυμιῶν ἐκπορίζοντα, ἃς &c.

P.318.v. νίαν] Non εἰς λόγον sed εἰς καλὸν aut εἰς καιρὸν legisse videtur Ficinus. vertit enim, Verùm mihi opportunè iam sermo in eam transit partem, de qua secundo mihi loco dicendum proposui. Sed ξωεχὴς sonat Qui cum eo cohæret, & velut contiguus ei est.

P.320.v. πων διαφ.] Pro πῇ (quod nullo defendi modo potest) videtur ita legisse Fic. vt margini adscripsi. vertit enim, Vt te non latet. Sed idem præcedentia verba ita interpretatur quasi legerit πλέον ἢ αὐδρας παίδων &c. Qua de re disserui quadam in paginam 279 annotatione, vbi hoc ipso loquendi genere Plato vtitur.

P.321.v. δαι. ναῦ] Non ita hæc legit Fic. vt opinor, vt hæ particulæ τε & γὲ sibi respondẽrẽt. alioqui mirum fuerit illum quoque vertisse ἀγωνίζεσθε Certatis potius quàm Certate.

V. ΡΑΑΤΩΝ] Lectionem margini adscriptam, Δίων prò Πλάτων, sequitur Ficinus: Cicero tamen quæ sumit ex hac epistola, Platoni adscribit: quum alioqui verba illa quæ sunt in fine, ὡσπὲρ δὴ οἶμαί σφᾶσι &c. permittere non videantur vt id credamus. Ac responderi posset fortasse, Platoni à Cicerone adscribi, quatenus in Platonis persona dicuntur: id est, ab eo qui Platonem ipsius Platonis verbis excusat.

V. αὖ καὶ] Scribendum puto καὶ περὶ τῶν ἐμοὶ ξυμβουλῶ. & sensum esse, Idem illum facturum fuisse puto quod attinet ad dandum mihi consilium. Tunc enim aptè sequetur, Si enim insanabiles videremur, &c. Hic autẽ locus (quemadmodum antea dixi) permittere non videtur vt Platonis hanc esse epistolam credamus.

P.322.v. ἐν τῇ] Si hic locus is est ex quo Cicero sumit quæ scribit epistola libri primi nona (eatum quæ scriptæ sunt ad familiares) aut plura quàm habeamus hîc legit, aut quædam partim à se partim ex alio loco (quod potius credo) addidit. Eius verba hæc sunt, *Id enim iubet idem ille Plato quem ego autorem uehementer sequor, Tantum contendere in republ. quantum probare tuis*

ciuibus possis. nim neque parenti neque patriæ afferre oportere. Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reipubl. fuisse, quòd quum offendisset populũ Athenienſem propè iam desipiẽtem senectute, quúmq; eũ nec persuadẽdo nec cogendo regi posse uidisset, quũ persuaderi posse diffideret, ego fas esse nõ arbitraretur. Ex his certè alia dicũtur à Platone, (aut saltem in persona Platonis, vt docui in annot. quæ proximam præcedit) alia ex iis quæ dicit colligi possunt: ex iis, inquam, quæ dicit, partim hîc, partim epistola septima: & quidem potissimum pag. 330 & 331. Sed quod ad verba hæc attinet, *Quum offendisset populũ Athenienſem propè iam desipientẽ senectute*, paulò hîc liberior est Ciceronis interpretatio, si in illa non ad alia verba respexit quàm ista, καὶ τὸν δῆμον κατέλαβεν ἤδη γηρεσβύτερον. Vide & annot. in quẽdam locum pag. 331.

P. 324. v. ἐκείνῳ] Quam margini adscripsi lectionem σύμφωνον, planè αἰτιολελεγμένην esse puto. Intelligo autem ᾧ δῆλον de Hipparino.

V. ξοικεν] Legendum censeo ὁρᾷ: & post πολιτείαν ponendam stigmen πλείαν. deinde post ἀλλ' ἔτι ponendam particulam δὲ: vt scribatur, ἀλλ' ἔτι δὲ ἄλλα καὶ &c. Rectè autem ἄξοντα, quum ad solum Socratem referatur: quòd quanuis missus esset μετ' ἑτέρων sicut dixit, ei tamen præcipuè adducendi illius prouincia data esset.

P. 325. v. λήσαντα] Legitur etiam φυγόντων. Suspectus autem mendi locus hic esse possit, & quidem propter illa potissimum verba, ἀεὶ ἕνα. Ad ἀόριστον certè ἀγωνίζῃ quod attinet, intelligenda hæc puto de eo quod dixit in fine pag. præcedentis, Socratem missum fuisse cum aliis, ad quendam ex ciuibus, βίᾳ ἄξοντα ὡς ὑποδανούμενον.

P. 326. v. μὴ κῇ] Inuenitur & alia lectio, videlicet ἔοικα (quod hîc margini adscriptum, ab operis posteà deprauatum fuit) & τι pro τινί: sed cum ἔοικα videri posset scribendum etiam esse μηχανώμενος pro μηχανωμένῳ. At Fic. ita vertit quasi sic legeretur, ἔοικε μὲν τὸ πεμηχανῆ τινὸς τῶν κρειττόνων ἀρχὴ βαλέσθαι &c. hæc enim sunt eius verba, Videtur autem alicuius eorum opera qui supra nos sunt principium tunc fuisse datum omnibus quæ &c.

P. 328. v. ἔῤῥεψε] Vel deesse vel subaudiẽdum relinqui puto γνώμη cum ἔῤῥεψε. quod loquendi genus imitatus est Maro.

P. 330. v. διαιτ.] Mendosum esse hunc locum manifestum est: ideo margini adscripsi, legendum esse fortasis ἄλλῃ τινί, vt subaudiatur διαίτῃ. simul autem χρὴ mutandum esset in χρῶσι, vel particula ὅτι ponenda ante ἄλλῃ τινί. Quæ emendatio quanuis magnam mutationem non afferat, & ex ea sensus huic loco aptus efficiatur, alia tamen mihi in mentem nunc venit quæ verisimilior videtur: vt nimirum scribamus, ἄλλά τε καὶ ὅτι χρὴ &c. Cæterùm hic medicus illum planè imitabitur τὸν Ἀλκμᾶν λέγοντα ægroto (De republ. lib. 4, pag. 426, tomi tertii) ὅτε ὥριν αὖ μεθύων καὶ ἐμπιπλάμενος καὶ ἀφροδισιάζων καὶ ἀργῶν παύσηται, οὔτε φάρμακα, οὔτε καύσεις, οὔτε τομαὶ, οὐδ' αὖ ἐπῳδαὶ αὐτὸν οὐδὲ θυλάκια, οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ὀνήσει. Ac quemadmodũ in eo de quo agitur loco dicit de medico ξυμβουλῶ, & antea, τὸν συμβουλεύοντα αὐδρὶ κάμνοντι, sic etiam illic, ᾧ ἀεὶ ἐλπίζοντες, εἴ πῃ φάρμακον συμβουλεύσει, ὑπὸ τούτου ἕσεσθαι ὑγιεῖς.

V. ῥαγῆναι] Scribendum videtur, μὴ ἐθέλοντός γε. nam illic quidem datiuus ἐθέλοντι locum habebat propter verbum παραγῆναι: at hîc genitiuo absoluto opus esse videtur.

P. 331. v. λεύσιμον] Non dubito quin legendum sit βιασάμβους: vt sit sensus, se nolle accedere neq; συμβουλεύσοντα αὐτόκλητον, neque vt βίαν adhibeat loco συμβουλῆς: alioqui αὐτόκλητος opponeretur illi βιασάμβους, referendo vtrunque ad συμβουλεύσων. sed duriusculum esset, οὐκ ἔρχομαι συμβουλεύσων βιασάμβους, pro συμβουλεύσων βίᾳ. deinde quomodo συμβουλὴ esse dicenda est vbi quis βίαν adhibet? At separabuntur hæc, legendo ita vt dixi, videlicet βιασάμβους, mutata duntaxat litera α in ο. Atque hæc lectio conueniet etiam cum iis quæ subiunguntur, δούλῳ δὲ ξυμβουλεύσαιμι αὖ, ᾧ μὴ ἐθέλοντά γε προσβιαζοίμην. Neq; enim hîc cũ μὴ ἐθέλοντα videtur aptè subauditum iri συμβουλεύειν ἐμέ: (quoniam itidem dicẽdum esset προσβιαζοίμην συμβουλεύειν ἐμέ: quod non video quomodo ferri posset) sed ὑπακούεσθαι debere, ἐμοὶ συμβουλεύοντι πείθεσθαι, vel, τῇ ἐμῇ συμβουλῇ πείθεσθαι. Neque verò nimium libera (vt ita dicam) videri debet hæc subauditio, quum paulo antè dixerit, ἢ συμβουλεύοντι δῆλος ἦ μανθάνῃ πεισόμενος. quum verò ista magis etiam propinqua sint illi βιασόμβους (vt legendum esse dico.) magis etiam licebit ex istis eadem illa subaudire cum illo quoque participio.

V. λέγειν] Hunc locum primo aspectu videri possit Cicero aut non ita omnino scriptum legisse, aut non satis attentè expẽdisse. Vt enim scriptus est, non dicit Plato simpliciter, vim nõ esse afferendam patriæ (quod tamen & ipsum, simpliciter & generaliter dictum, aliquis fortasse verum esse contenderit) sed vim non esse afferendam ad mutandum reipubl. statum: id est, vi non esse compellendam mutare statum reipubl. Neque tamen duriusculum esse meis auribus negabo istud loquendi genus, βίαν παιδεύειν προσφέρειν μεταβολῆς πολιτείας, pro βιάζεσθαι παιδεύειν μεταβάλλειν πολιτείαν: ideóque suspicari scriptum fuisse περὶ πολιτείας μεταβολῆς. Sed nihilo magis, ita legẽdo, dixerit Plato simpliciter βίαν παιδεύειν μὴ προσφέρειν. Verùm quoniam dixerat antea de parentibus, πατέρα δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγούμαι προσβιάζεσθαι, simpliciter & sine adiectione (nisi quòd exceptione vtens addit, μὴ νόσῳ ἢ ἄγνοιᾳ προσούσης ἐχούσιος) Cicero illa de parentibus & hæc de patria à Platone dicta coniungens, existimari potest noluisse illius adiectionis rationem habere: ideóque scripsisse dici à Platone, *nim neque parenti neque patriæ afferri oportere.* quem locum quæ præcedunt & quæ sequũtur, apud eum, ex Platone petita, attuli antea, quadã annotatione in paginã 322. Sed quin pluralis *parentibus* pro singulari *parenti* substituendus ibi sit, minimè dubito: quum Plato μὴ προσβιάζεσθαι dicat non tantùm πατέρα, sed πατέρα ἢ μητέρα: & vix credibile sit ex alio Platonis loco Ciceronem illa sumpsisse.

P. 332. v. κοινῶν.] Non Μήδου sed Μίδου legisse Ficinus dicendus esset, si eum Midæ in sua interpretatione scripsisse cõstaret: sed potius Medi, quod ille scripsisset, deprauatũ in Midę fuisse crediderim. nam hic ad cuius χείρωσιν fuisse assumptos illos dicit, non Midas sed Smerdis vocabatur, vt discimus ex Herodoti Thalia: verùm non eius nomen, verùm gentis duntaxat è qua erat, Platoni ponere libuit. longius enim vox Μήδου à voce Σμέρδιος remota est quàm vt quis illam pro hac irrepsisse crediturus sit. Non dubito igitur quin quum ille Medi scripsisset, postea in Midæ deprauatum (sicut dixi) fuerit.

Quinetiam

Quinetiam quum χειρώσεως reddidiſſet Captiuitatis (nam verba hæc, κοινωνοῖς δὲ μόνον τῆς χειρώσεως, vertit, Sed ſociis duntaxat captiuitatis) in editione Lugdunenſi, quæ quorundam interpretationis illius locorum emẽdationes aut mutationes ſaltem habet, expuncta fuit vox illa Captiuitatis: quæ expunctio facit vt qui à Platone dicuntur ſocii Darii in capiendo & opprimendo illo Mida (quem ſenſum Ficinus illis quæ dixi verbis ita exprimebat vt ſaltem poſſet intelligi) in illa editione dicantur ſocii ipſius Midæ. Libet enim iam nomen proprium repræſentare, licet corruptum, quod in priores quoque editiones interpretationis Ficini irrepſit, vt modò admonui: & quod potius emendandum erat in illa Lugdunẽſi, quàm tollendum illud vocabulum quo ex veris Græcis Latina fierent quæ falſa eſſent omnino. Ac profectò non tantùm verum hoc non eſt, ſed ne veriſimile quidem, Darium aliquot imperii ſui partes daturum fuiſſe iis qui ſocii extitiſſent eius ad quem opprimendum ipſe operam contuliſſet, & cuius oppreſsi locum obtineret. Sed de hac periculoſa emendatione hactenus: cuius mentionem obiter faciendam putaui, vt lectorem ad alios locos cautum reddere. Nũc autem alia quæ multo maioris ſunt momenti examinanda hîc reſtant: ac primùm, quomodo dicat Plato Darium τοῖς κοινωνοῖς partes ſeptem diſtribuiſſe, quum illi fuerint ſex duntaxat. nam ſeptem quidem erant qui in oppreſſionem Smerdis conſpirauerant, ſed ex eo erat numero Darius: ita vt non plures quàm ſex ſocios habuiſſe dici poſsit. Numeri tamen ſeptenarii mentionem à Platone factam fuiſſe oſtendit, meo iudicio, vel aduerbium ἑπταπλασίως. neque enim video cur dixiſſet Dionyſium fuiſſe Dario ſepties deteriorem, niſi ad aliquid quod addere vellet reſpexiſſet, in quo ſeptenarii numeri mentio fieret. Equidem, ſi vllum vetus exemplar extaret in quo pro ἑπτὰ ſcriptum eſſet ἑπτάκις, vt partium illarum ſingulas ſepties maiores tota Sicilia diceret (magis autem aptum ἑπτάκις ante μείζω locum haberet) nodus ille ſolutus videri poſſet: ſed quum nuſquam lectio illa comparcat, videndum an aliò confugere poſsimus: vt nimirum Platonem non Herodotum ſequi autorem hîc ſed alium quẽpiam dicamus, qui non ſeptem duntaxat ſed octo in oppreſsionem Smerdis coniuraſſe ſcripſiſſet. ita enim Darius ſeptem illius coniurationis ſocios haberet, quibus ſeptem ditionis ſuæ partes diſtribueret. Fateor tamẽ Iuſtinum, quanuis alioqui in quibuſdam ab Herodoto diſſentientem (præſertímque in nonnullis nominibus) de ſeptenario coniuratorum numero conſentire. Septem tantùm (inquit) conſcii fuêre huius coniurationis. Verùm & quòd Plato, χειρώσεως duorum mentionem faciens, alterum eorum eunuchum vocet, veriſimilius fortaſſe reddiderit quod dixi, Platonem, alium quàm Herodotum in hac hiſtoria ſequutum eſſe autorem: quum ab Herodoto magi fuiſſe dicantur, & alterum eorum fuiſſe eunuchum non addatur. Quinetiam, quum fratres fuerint duo iſti magi, quorum alter regnum inuaſerat, mirum eſt vnum tantùm à Platone dici fuiſſe Medum: ſi quidem hoc demus, illum hæc verba τοῦ Μήδου τε καὶ Ἀνούχου de duobus dicere, vt exiſtimarunt interpretes. ſed nihil video quod obſtet quominus de vno eodémq; intelligamus, præſertim quũ de duob' loquẽdo, repetendus potius fuerit articulus ante Ἀνούχου.

Cæterùm in hoc quoque ab illis diſſentio, quòd verba hæc, ὃς οὐκ ἀδελφοῖς πιστεύσας οὐδ' ἐπ' αὐτῷ πραφεῖσι, ita accipiant quaſi Darius neque fratribus ſuis neque iis qui cum ipſo educati fuerant confiderit, ſed illis tantùm quos ſocios adiutoréſque illius oppreſsionis habuerat. aliter enim intelligenda puto, vt nimirum dicat Plato Darium confidiſſe (ſiue fidem habuiſſe) quibuſdam qui neque fratres eius erant, neque cum eo educati fuerant, ſed duntaxat ſocii & adiutores illius oppreſsionis extiterãt. vt nimirum perinde ſit acſi loquutus ita eſſet Plato, ὃς πιστεύσας τοῖς οὐκ ἀδελφοῖς οὖσι, οὐδ' ἐπ' αὐτῷ πραφεῖσι, ἀλλὰ μόνον κοινωνοῖς ξυομδρόις τῆς &c. poſſe enim dico & illam ſtructuram orationis eum ſenſum efficere quem haberet illa: atque adeo vt eum efficiat eſſe neceſſe: primùm quòd Plato, quum velit Darium Dionyſio opponere, & hunc contrariam illi viam tenuiſſe oſtendere, eandem contrà tenuiſſe perhiberet, ſi vtrunque eodem modo fratribus ſuis diffidiſſe diceret: deinde quòd ἀνισορρόπως etiam, vt opinor, illud de Dario diceretur. Vide lector quãta cautione ſit opus in interpretandis locis etiam illis nõnunquam qui, primo aſpectu, nihil minus quàm in errorem poſſe nos ambiguitate aliqua inducere videntur.

P. 333. καὶ φίλον] Scribendum videtur, πρὸς τὸν ἄλλον ἀπρέπειαν &c. vel abſque articulo τὸν.

P. 334. v. ἐξαιροῦμαι] Dubitari poteſt an Ficinus ἐξαιροῦμαι legerit: quippe qui vertat & ipſe, Sed aduerſus infamiam ciuitatis noſtræ reſpondeo: quum potius excipiendi ſignificationem habere videatur hoc loco iſtud verbum. q. d. ſe aſſentiri illis in iis quæ dicunt de illa cæde: hoc tamen excepto, quòd dicunt Athenienſes illos ignominiæ notam Athenis inurere. Sed & verbum πρέπειαν ipſe quoque ſecus quàm oporteat videtur interpretari.

P. 336. v. σωῖ ταῦτα] Aut lectionem aliam ſequutus eſt Ficinus, aut (quod potius credo) ipſe quoque ſenſum non eſt aſſequutus horum verborum, εἰ δ' οὖν ταῦτα μὴ ὕστερα ἡμῖν ἐστί. vertit enim & ipſe, Verùm ſi hæc tardiora iam ſunt: quum illis verbis ſignificetur, Quòd ſi hæc eiuſmodi ſunt quæ poſtea fieri poſsint. q. d. Quòd ſi hęc talia ſunt quę poſsint differri. His autẽ aptè opponẽtur ea quæ dicit κατεπείγειν. i. vrgere.

P. 338. v. τοῖς οἰκ.] In præced. edit. ἑπτοῖς perperam pro ἑπτάροις.

V. ἐᾶσθαι] Mendoſum eſſe hunc locum manifeſtum eſt, ſed non itidem manifeſta eſt eius emendatio, mihi quidem certé: niſi eam ex Ficini interpretatione ſumere velimus, à qua lectionem hanc agnoſci patet, περᾶσθαι διαλέγεσθαι περὶ τῶν τοιούτων.

P. 339. v. ὁ λόγος] Aliud quàm ἦκεν aut legit aut legendum cenſuit Ficinus. vertit enim, Ratióque mihi dictaret, non decere Dionem Tarentinóſque hoſpites & amicos prodere. Scio autem hoc genus loquendi, ὁ λόγος αἱρεῖ, à quibuſdam & quidem ab illo ipſo alicubi reddi, Ratio dictat. vnde colligi poſſet eum hîc legiſſe ὁ λόγος ἤρει.

V. σὸν, νέον] Tribus modis ſcriptum inuenitur quod hîc eſt participium poſt αὖθρωπον. nam ἀθροιούντα habent præced. editiones, ex vet.

autem exempl. προκούοντα & προκούσαντα affertur. quarum illam quidem reiiciendam esse manifestum est, hæc autem & commoda est, & à Ficino agnoscitur. Sed in hoc participio interpretando alium dat vsum præpositioni πρό, quàm alibi in verbalibus προκούσματα & προκοαί. Hunc enim locum ita vertit, Non esse mirum siquis ingeniosus iuuenis, quum priùs sermones de rebus magnis audire noluerit.

P. 345. ver. primo] Legendum est fortasse πλὼ τῆς μεταχῆς ἡμοιβάιω αὖ: vel præfixa particula αὖ participio. Omittit certè Ficinus quoque horum verborũ interpretationem. Non immeritò autem suspectus & hic locus fuerit, ἐάχ' αὖ ἔϊη.

V. αὖ ἔϊη] Aut non legisse aut non intellexisse videtur Ficinus ἴθλω. vertit enim & ipse, Proh Iuppiter. quũ tamen ἴθλω existimetur Thebani sermonis consuetudine dictum pro ἴστω.

V. κούσας] Fortasse ὅμως εἰδέναι vel ὄντως εἰδέναι scriptum fuit: magis tamen illud quàm hoc mihi placet. At Fic. Adeo sufficienter ea se scire putauerit, satisve norit. Paulo pòst verò ante ἡ φαῦλα ponendum est quod vocamus punctum superius. subauditur autem οἴεται ex præcedentibus.

V. χθέντα] Lege, ἢ τὸ πεῖσον, οὐ καθ' αὑτὸν, μείζονα δέ. καὶ ὁντῶς οὐ &c.

V. ἐρεπῆς] Necesse est vt legatur ὀπημελούμενον.

V. μὴ θαυ.] Videri possit Fic. locum hunc aliter legisse: sed potius non intellectum ab eo fuisse puto. vertit enim & ipse, Quis non id mirum putet, Dionysium sic affectum horum aliquando ducem & autorem contempsisse? At ego minimè suspectum debere hunc locum esse dico: sed ita esse intelligendum acsi loquutus esset hoc modo Plato, πῶς αὖ, εἰ μὴ θαυμαστὸς ἰῶ αὖθρωπος, ἠπίμασε ποτ' αὖ οὕτως ὀλιγωρῶς τὸν ἡγεμόνα &c. id est, Quomodo, nisi mirus vir esset, eum contempsisset (vel opprobrio habuisset) qui dux & autor horum extiterat? si tamen κύειον ita interpretari oportet. Erit autem interpungendum post πῶς αὖ, deinde & post μὴ θαυμαστὸς ὢν αὖθρωπος. Ad eam verò quam Ficinus sibi fingit lectionem magna mutatione esset opus. primùm enim scribendum esset, πῶς μὴ θαυμαστὸν τὸν αὖθρωπον, deinde & ἀπιμάσαι pro ἠπίμασε. & τὸν αὖθρωπον intelligere oporteret Dionysium: vt ὁ αὖθρώπος interdum relatiui pronominis loco ponitur. In eo autem quem absque vlla mutatione elicio sensu, θαυμαστὸς dicetur vt nonnunquam θαυμάσιος de eo quem ob aliquid ἄτοπον miramur: quod voce Gallica quæ Græcæ respondet, melius, vt opinor, quàm Latina exprimitur.

V. πλὼ] Ponẽda est hypostigma post pronomen τοῦτο.

P. 348. v. λόγους] Pro ἡμῶν suspicor scribẽdum ὑμεῖν: & καὶ αὖ ὧδε, vel ἀλλ' ὧδε &c.

P. 349. v. οἷα αὖ] Videri possit deesse articulus ὁ ante istud participium: alioqui dicendum fuisse θαυμάζωός ἰως. Quòd si Ficinus eam quæ hîc est lectionem in suis exempl. inuenit, non secus tamen hæc vertit quàm si illarũ alteram inuenisset. eius enim hæc sunt verba, In varióque se mutauit colores, quales ira consueuit afferre. Alioqui si ad Dionysiũ ipsum postrema hæc verba referre velimus, rectè quidem scriptum fuisse dicemus θαυμάζωος, non præfixo articulo, sed simul etiam pro ἀφέϊη αὖ scribi ἀφίκοι esset necesse.

P. 352. v. καὶ δεῖν] Superuacaneum hîc esse infinitiuum δεῖν animaduerti, sed aliis quoque in locis talem pleonasmum obseruasse me recordatus fui. ac, ne longè abeã, in ea etiam quæ proximè sequitur epistola, versu decimoseptimo, videri possit πλεονάζειν: quanuis alioqui minus apertus ibi sit eius pleonasmus.

V. Α' Δ' ΑΝ] Particulam δὲ post ἀ Ficini quoque interpretatio non agnoscit: ego tamen agnoscendam esse puto. Sed quem hîc eius vsum esse dicendum est? Ego illam vocula pendere puto ab eo quod in ipsa epigraphe bene precans illis dixit, δῦ πρᾶξιεν. q. d. Ego initio meæ epistolæ vobis bene precans, scripsi vt moris est, δῦ πρᾶξιεν: quibus autem consiliis & institutis consequi possitis illud quod exopto, τὸ δῦ πρᾶξιεν, conabor vobis exponere. Sic certè videmus apud Ciceronem quasdam epistolas abruptum alioqui principiũ habere, nisi quod ibi dicitur, à re quapiam quæ in ipsa epigraphe dicta sit pendere intelligamus. Vt autem à Cicerone ad Platonem reuertar, solitum esse illũ suis epistolis verba illa δῦ πρᾶξιεν præscribere, ex ea quæ inter has quartum tenet locum discimus. ἠμᾶλλον (inquit) χῦ τὶω ἐμὶω σωηθειαν γράφων δῦ πρᾶξιεν, ὡς πρὸ ἐϖοῦ ὁ τῶς δὲ σολαῖς τοῖς φίλοις προσαγορδύειν.

P. 355. v. πων, ἀ] Alium ex alia interpunctione sensum elicit & Ficinus, post ξυμβαλδίω non post πᾶσι ponens hypostigmen. eius enim hæc sunt verba, Quum igitur hæc ita natura se habeant, quæ consulo, mando Dionis amicis ea Syracusanis omnibus promulgãda. Sed duriusculus, ita interpungendo, videri possit vsus duorum simul datiuorum: ideóque interpunctionem nostram retinere satius fortasse fuerit, sed hypostigmen quæ est post φίλοις tollere. Cæterùm paulo pòst, si intelligamus, Quæ ille vobis nunc diceret si adhuc spiraret, scribendum fuerit, ἅπερ αὖ νῦν. (nam si legeretur ἔϖερ αὖ, sonaret, Dixisset) Ficinus tamen lectionem nostram sequens, vertit, Quæ ille adhuc spirans loquutus est. Sed initio paginæ 357 legimus, ζῶν' ὑμῖν ἐγὼ καὶ ζῶν διενοήθη γίγνεσθαι, καὶ νῦν δέγνοοῦμαι.

P. 357. v. ἐπίμφως] Malim ζῶπα δὴ ὀχεδὸν &c.

P. 360. v. Γ Α Δ Τ Ω Ν] Additur in præced. edit. νοθεύεται post δῦ πρᾶξιεν. cuius verbi loco habes quędam huic epistolæ præfixa, quibus eam nothan censeri admoneris: sed quid si ego & à Plutarcho & à Theodorito pro Platonica agnosci ostendam? nónne & ipsi eam agnoscendam nobis esse dicemus? dicere quidem certè parcit. Venio igitur ad vtriusque locos. Plutarchus in libro περὶ δυσωπίας, pag. 946, meæ editionis, Πάλιν ὁ Πλάτων Ἑλίκωνι τῷ Κυζικηνῷ διδοὺς πρὸς Διονύσιον ὑπισολὰς, ἐπήνεσεν αὐτὸν ὡς ὑπιεικῆ καὶ μέτριον· ἔϖπα προσέγραψε τῇ ὑπισολῇ πλαθυτώση, Γράφω δέ σοι ζῶπα περὶ αἰθρώπου, ζώου φύσει ἀμεταβόλου. Quid? extántne ista (quæres) in hac Platonis epistola? Sanè, non procul ab ipso principio: ἔστι δὲ ὄνομα αὐτῷ Ἑλίκων, τὸ δ' ἦθος, ὡς Κυζικου. & (postquam quædam ad laudem eius adiecit) δεδιὼς δ' λέγω ζῶπα, ὅπι ἰσως αἰθρώπου δόξας ἀποφαίνομαι, οὐ φαύλου ζώου, ἀλλ' ἀμεταβόλου, πλὼ πάνυ ὀλίγον ζητῶν καὶ εἰς ὀλίγα. Vt autem vnum ex principio huius epistolæ locum habemus autoritate Plutarchi comprobatum, ita de vno qui est in eiusdem fine extat Theodoriti testimonium, libro 2, τῆς

θεραπευτικὴς τῆ᾽ Ἑλλωικῶν παθημάτων.

V. πάπα] Non ſolùm deeſt aliquid cum hoc genitiuo διαιρέσεων, ſed etiam ſuſpectus ipſe eſt.

V. οὔπω καλ.] Vel non ſatis recordatus eſt Plutarchus in eo quem modò attuli loco verborum Platonis, vel hæc ἐλαφρὸν & ἀνήφη dici poſſe exiſtimauit de eo qui eſſet ὀξυπεινὴς καὶ μέτεως.

P. 361. v. νος ἡ] Melius fortaſſe ſcribetur, ἢ μὴν οὖν &c. vt poſt ὑγιάπερ leuius interpungatur.

P. 363. v. Ξάνου] Malui Ald. editionem ſequi, quæ habet ſtigmen πλείαν poſt πωῆξάνου. vt ſit ſenſus, Sed quum longum ſit ea perſcribere, Leptinem de iis interrogato. Deinde ἀπ᾽ ἄλλης ἀρχῆς dicatur, αὖ τὸν δώδεκα &c.

V. πόπ] In præced. editionibus eſt ἀπολιανόμει, pro quo ſubſtituitur ἐπολιορκόμει, quaſi à πολιὰ eſſe neceſſe ſit verbũ πολιανομεῖν (quod putarunt qui hîc interpretati ſunt Caneſcebat) at verò à πόλις dici πολιορκεῖν, id eſt vrbem regere: ſed πολιορκόμος tamen (à quo eſt πολιανομεῖν) ἀπὸ τ᾽ πόλεως deductum, exemplo non caret.

P. 364. v. ΠΛΑΤΩΝΟΣ] Platoni dialogum hunc adſcribit Stobæus, vbicunque aliquem eius locum citat: Harpocration autem AEſchini Socratico: eíque hac in re aſſentitur Diogenes Laertius, Axiochum recenſens inter ſeptem dialogos AEſchinis, quos eſſe dicit τὸ Σωκρατικὸν ἦθος ἀπομεμαγμένους. niſi fortè aliquis alius fuit eodem nomine, ſed non eodem argumento, dialogus. Marſilius Ficinus Xenocratis eſſe credidit, qui Platonis fuit & ipſe diſcipulus. atque id credendi occaſionem illi præbuit fortaſſe non aliud quàm quod apud Laertium legitur, in vitâ Xenocratis, ſcriptum ab eo eſſe dialogum de morte. Ego hoc vnum affirmare auſim, à Platone ſcriptum non eſſe hunc dialogum, quòd eius ſermonem à Platonico planè diuerſum eſſe animaduertam, & aliud genus μεγαλοφωνίας habere, quàm quod habet Platonicus: qui parcius etiã quàm ille poeticis vocibus vtitur.

V. νόσεργες] Vix crediderim autorem ipſum hîc repetiiſſe pronomen μοι. Scribitur autem & Ἰλιωὺς & Εἰλιωύς.

V. δείξαθαι] Præpoſitione πρὸς opus hîc non fuerit ad ſignificandum, Sapientiam tuam quæ omnium hominum ſermonibus celebratur. Si autem reddatur, Sapientiam quæ de te celebratur, vel vulgatur, perinde reddetur hic locus acſi legeretur πρὸς σοῦ non πρὸς σοῦ. Tertia lectio eſt ea quam habemus hîc, qua ſignificatur, Sapientiam quæ ſemper à te celebratur: ſiue Sapientiam quam tu ſemper celebras & in ore habes. A qua lectione non video cur ſit diſcedendum: quòd ſi tamen ab ea diſcederetur, mallẽ πρὸς expũgere quàm in περὶ mutare.

V. σοῦ σοφ.] Suſpectus cuipiam eſſe poſſit genitiuus ὥρας. quum pro χρόνου accipi nõ poſſit (vt accipiũt qui interpret. Ex aliquo iam tẽpore) & alium ſatis aptum huic loco vſum habere non videatur. Scio enim dici, ὥρας, id eſt anni tempora, ſiue tẽpeſtates, φέρειν νοσήματα, & talia eſſe quæ à Platone in 3 De republ. vocãtur ἐπιπλία: ſed hîc tamen ἐκ ζυγὸς ὥρας αἰφνιδίου nõ auſim interpretari, Ex quodã anni tempore repẽtino, vel, Ex quadã anni tempeſtate repentina, accipiendo tempeſtatem ſimpliciter pro tempore. Quid ſi igitur μεταβολῆς deeſſe, & ſcribendum eſſe ἐκ ζυγὸς ὥρας μεταβολῆς αἰφνιδίου dicamus, vt de aeris mutatione repentina, quæ contingit in hoc vel illo anni tempore, intelligamus? Sic certè & ipſe Hippocrates, αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα ἐκπλῆσι νοσήματα.

V. vlt.] Non dubito quin mendoſè ſcriptum ſit τῆς Ἰπωνίας: quòd ſi τῆς Ἰτωνίας ſcriberetur, videndum an ſatis veriſimile eſſet, fuiſſe tẽplum aliquod Mineruæ cognomento Itoniæ, à qua nomen haberent ea mœnia quæ illius tẽplo adiacerent.

P. 365. v. ἀφαὶ] Locum hunc reddere ſuſpectum poſsit nouitas huius generis loquendi, σωειλεγμένον τὰς ἀφαὶς. Quidam ἀφαὶς ſenſus, alii aliter ſunt interpretati: omnes liberius quàm ſermonum philoſophicorũ auditor, &, ſi aliud nihil, ſaltem Athenienſis? non cõſiderabis, inquam, id quod vulgò dicitur & omnium ſermonibus celebratur, vitam eſſe quandam peregrinationem? perinde acſi ὅτι non ante τὸ κοινὸν, ſed ante παρεπιδημία ſcriptum eſſet. Alioqui dicendum fuerit, Non conſiderabis, vitam eſſe quãdam peregrinationem, ſicut vulgò dicitur, &c. vt intelligamus, ὅτι παρεπιδημία ὡς ὁδὸν ὁ βίος, ἢ τὸ κοινὸν λόγου ἔχει. Cæterùm lectio margini adſcripta πρὸς ἀπάντων ξυλλογίσωνται confirmatur & quodam paginæ præcedentis loco.

V. νηπίου] Aliquando σωφρονοῦσιν aptius hîc futurum exiſtimaui: quam lectionẽ ſequendo, interrogatione poſt ἔχει opus eſſet. Sed non temerè ab illa noſtra diſcedendum fuerit.

V. ἐρ᾽, ὦ] Putet quiſpiam deeſſe particulam καὶ ante αἰκπλογίστως: ſed videtur ita dictum vt ἄλλως γέπως, deinde ἢ τὸ αἰκπίσημον, pag. 370. nam ἄλλως ibi pro Temerè aut etiam Imprudenter poni exiſtimo. Quemadmodum autem hîc cum σωφρόνες aduerbio illo αἰκπλογίστως vtitur, ita etiam in fine pag. 369.

P. 366. v. πων ἄλ.] Cum his accuſatiuis deeſſe verbum aliquod, aut à præcedente πρεπήμασι pẽdere dicamus neceſſe eſt. Fortaſsis autem νόσους σ᾽ ἔπ καὶ φλεγμονὰς ab ipſo autore ſcriptum fuit.

P. 367. v. ἑλῶς.] Rectius ſcriptum iri puto παρήρθρωσεν.

V. ξιέναι] Elegantior mihi videtur datiuus σώμασι ante ἡνιόχοις, qui apud Stobæum extat.

P. 368. v. δεῦσιν] Pro futuris habet Stob. præſentia, μέμφεται & χαλεπαίνει, manente ſenſu eodem.

V. ῥοῦσι] Potius χειρώναξπες quàm χειρωναξποὶ vocantur hi opifices: ideóque lubentius hîc Stobæi lectionem ſequar, παῖς χειρωναξπικὰς καὶ βαναύσοις ἐπιτηδεύμασι πέχνας. ſed fuerint itidem accuſatiui πνευμάτους & πολιζώδεις mutandi in geniti-

uos πονουμένων & πειζομένων. Quam lectionem comprobat & genitiuus καπνδυρομένων. sed apud illum melius καπνδυρομένων ἢ ἑαυτούς: nisi ἢ in π mutare velimus. Cæterùm ponenda fortasis esset interrogationis nota post πέχας.

V. ἀχνυτ.] Apud eũdem πιμπλάντων ὀλοφυρμῶν τε καὶ φροντίδων. vbi magis placet φροντίδων quàm δακρύων. Quemadmodũ autẽ dixi post πέχας ponendam fortasis interrogationis esse notam, ita & post καπαλεξώμεθα poni eam posse dico. Vocat autem πλωτικὸν mercatorẽ qui magnam vitæ partem in nauigationibus consumit. Potuisset etiam dicere τὸν θαλαττουργὸν, vel τὸ θαλαττεργαστικόν. Paulo pòst autẽ ὄστρακον ἄνθρωπον appellat ea significatione qua χερσαῖα ζῶα dicũtur, ad differentiam τῶν ὑδρῶν. inter quæ velut media sunt ea quæ ἀμφίβια vocantur: à quibus sumptum est quod de homine addit, ὡς ἀμφίβιος. Quum hominis (inquit) ea sit natura vt in terra sedem habere debeat, perinde tamen acsi naturæ ancipitis esset (id est, non minus aquatile esset animal quàm terrestre) sese ipsum in mare proiicit, ita vt iã totus in fortunæ sit arbitrio.

V. πᾶς] Scribendum est fortasis, ἀλλ' ἡ γεωργία γλυκὺ ἡλιόνοη. id est, Sed agricultura nimirum res est suauis. (subaudiendo, Inquies, vel, Dixerit quispiam) vt quæ sequitur particula valeat Imò verò. At sequendo lectionem nostram, δῆλον videretur accipiendum pro eo quod dicitur Scilicet, per ironiam: qui vocabuli illius vsus haud scio an confirmari aliquo exemplo possit. Alioqui accipiẽdo δῆλον pro Sanè, in responsione, dicendum erit fortasse concedi rem esse suauem, respiciendo ad eos qui eius incommoda non sint experti. Q. d. Est quidem sanè res suauis primo aspectu. vel, Est sanè eiusmodi vt homines eius desiderio, tanquam rei iucundæ, teneantur: sed siquis eam introspiciat, nónne &c. Sic autem videtur necesse hoc προσθεραπεύειν, propter id quod sequitur, ἀεὶ λύπης προφασιν ἐμποιοῦσαν. hoc enim quomodo alioqui cũ γλυκὺ conuenire possit non video.

V. οὐχ ὅλον] Vel ὅλη scribendum est, vel intelligendum est dici ὅλον eo modo quo præcessit ἡ γεωργία γλυκύ: sic tamen vt fatẽar durius hîc esse neutrum ὅλον quàm illic γλυκύ.

V. γεῖον] Malim cum Stobæo legere ὀκβαλλόμενον.

V. δὲ Θεμισ.] Apud eundem legitur, ποῦ δ' Ἐφιάλτης; ποῦ δὲ τριῶν οἱ δέκα στρατηγοί; sed illum scripsisse puto, ποῦ δ' οἱ τριῶν δέκα στρατηγοί;

P. 369. v. primo 'Scribendum est Εὐρυπτόλεμος, ex Xenophonte. Quidam verò ab illo Εὐρυπτόλεμος mendoso longè aberrantes legerunt Τελπτόλεμος.

V. κλυδὸς] Vix persuadere mihi possum hæc ita scripta fuisse, ἢ βιαίων φλυάρων.

V. ἄπορ.] Interpungi etiam posit fortasse post ἀνεπείας, vt genitiuus λόγων tendat ad verbum ἐπαίει.

V. ἄπειται] Mirum est hoc genus loquendi, οὐδὲ ἄπειται ταῦτα τῆς ὁμοχροίας. & quod non immeritò (opinor) suspectum cuipiam fuerit. Cur enim, significare volens, Hæc sunt omnino disparia, vel dissimilia, illis vsus verbis esset? Perinde esset certè acsi dixisset, οὐδὲ ταῦτα ὄντ' ὁμόχροα: quomodo autem pro ὁμόχροα οὐκ ἔτι) (si tali metaphora vti voluisset) dicere maluisse, οὐκ ἄπεσθαι ὁμοχροίας, existimabimus? Suspicor igitur aliquem alium genitiuum scriptum hîc fuisse, & iunctum verbo ἄπειται, ad significandum quod postea dicitur καθικέσθαι τῆς ψυχῆς, aut certè aliquid eiusmodi.

P. 370. v. primo] Affertur alia lectio τὸν στρόμβον: sed satius fuerit nostram retinere, quòd neutrum genus locis huiusmodi adhibere potius soleant philosophi, vt latius patens. Id enim (inquit) quod oi batur bonis, angitur quòd illis succedentia mala quæpiam vicissim patiatur. Q. d. Quod priuatur bonis nõ protinus angitur ob illam priuationem, sed ita demum si bona illa malis excipiantur quæ vicissim patiatur. Quibus subiungit, Atqui is qui non est, ne priuationem quidem ipsam percipit, vel, sentit. nam sensibus tribuitur ἀπολαμβάνεσθαι. Quod autem hîc dicit ὁ δ' οὐκ ὤν, non τὸ δ' οὐκ ὄν, pro illa quam dixi lectione videri queat facere: nisi consideremus illum tanquam à genere ad speciem descendere.

V. μβος] Fortasse μίαν τινὰ scriptum fuit. ἄλλως autem videtur dici pro Temerè, aut etiam Imprudenter. cum quo conuenit quod addit κοὐ τὸ ἀνεπισκέπτως, pro quo dixerat pag. 365, ἅτε δὴ πολὺ ἀνεπισκεπτότερον, & quidem addens etiam ἀνεπιλογίστως.

V. στρήσεσθαι] Necessaria sunt ea quæ margini sunt adscripta. iis enim ostendit verè à se dici illum ἀντερέπειν seipsum. Tu (inquit) te subuertis [id est, tibi repugnas] nam hoc terrore angeris ne animam priueris, & tamen huic animæ priuationi animam attribuis: ac quum metuas ne sensu sis carituras, te sensum qui non erit sensu percepturum existimas. Q. d. Tibi contradicis & pugnantia loqueris, quòd simul animam & tollis & relinquis, itidémq; sensum ita tollis vt simul relinquas. Videndum autem quónam aptiore modo illa verba τῇ δὲ στρήσει ἀντιπίπτης ψυχῇ interpretari possimus: siue (vt quidam legit) ἀντιπίπτης ἄλλῳ ψυχῇ.

V. φύσις] Non dubito quin scribendum sit ποσόνδε ἦν ἔσχε αὖ μεγεθουργίας, vt τοσόνδε μεγεθουργίας dictum sit pro τοσόνδε μεγεθουργίαν. Posset verò particula αὖ & in fine collocari, hoc modo, τοσόνδε μεγεθουργίας ἦν ἔσχε αὖ. Nunquam enim (inquit) natura tantam rerum molem [vel, res tantæ molis] sustinuisset. Q. d nũquam hoc rerum tam arduarum onus sibi imposuisset. Pendet autem sententia vsque ad locum illum, εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἐνῆν τῷ σώματι τῇ ψυχῇ &c. nam hîc demum est orationis ἀπόδοσις.

V. κακῶν] Suspicetur fortasse quispiam scriptũ fuisse ἀνδιαζόμενος: sed verbo ἀνδιάζεσθαι (quod fit ab ἀνδίᾳ) vtitur & Polybius: atque hîc aptum locum habet illud eius participium. q. d. Vita quæ quiete quadam inconcussa & imperturbata serenatur. Ab ἔνδιος autẽ dicitur ἀνδιάζειν potius quàm ἀνδιάζεσθαι.

P. 371. v. τὸν πῦρ] Si tantùm ἔ in ἔνθ' hîc mutes, senarium iambicum habebis, & sequentis principium, dummodo spondæum in quarta sede admittas: hoc modo,

Ἔνθ' ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γονῆς Βρύουσι.

Scio autẽ & illis qui solutam orationẽ scribunt obrepere interdum versus, præsertímque huiusmodi: sed quum hîc simul etiã verba adeo poetica esse considero, ex aliqua tragœdia sumpta esse facilè mihi persuadeo, non tamen continuata ex illo poeta (quicunque sit) descriptione. Sic verò in fine huius ipsius paginæ si in πέρματα elidas α per apostrophum, habebis finẽ iambici senarii, hoc modo, -πὲ πέρματ' ὤθεις ἄρχεται πόνων. Vbi quin scribendum sit πόνων minimè dubiũ esse potest: sed de ipso saxo tanquam

de eius protruſione loquitur. Siſyphus enim nitens in aduerſum montem ſaxum protrudit: cuius protruſionis finis alios ſubinde labores inchoat. Sed & ſaxum ipſum vocat ἀκήνυτον, de eo non aliter loquens quàm de labore qui in eo protrudendo ſumitur.

P.372. v. αὖτις] De hoc loco vide finem annotationis proximè præcedentis. Cæterùm in tertio verſu Ποινῶν ſcripſi, poſita in eius principio maiuſcula litera, quòd hîc eo Furias ſignificari putem. Aſſiduè cremantur (inquit) facibus Furiarum.

V. σα, καὶ] Putet quiſpiam primo aſpectu deeſſe hîc aliquid: ſed intelligendum eſt, οὐ μόνον ἀθάνατος ὄφιν, ἀλλὰ & ἄλυπος. Ego enim (inquit) hoc vnum conſtanter teneo, animum omnem eſſe immortalem: cum autem qui hoc ex loco migrarit, non ſolùm immortalem ſed etiam moleſtiæ omnis expertem eſſe. Ideóque te Axioche, ſiue apud inferos ſiue apud ſuperos beatum eſſe [vel, beatitudine frui] neceſſe eſt, quũ piè vixeris. Admittit tamen fortaſsis & aliam interpretationem hoc participium, vt nimirũ dicamus, non Quum piè vixeris: ſed, Si modò piè vixeris.

IN CAETERA ſcripta quæ νοθεύεται nihil hîc annotabo: quanuis & in illis quidam ſint loci in quorum emendatione tibi ſatisfacere poſſe mihi videar. Tantùm monebo te de illo dialogo cui titulus eſt Περὶ ἁρετῆς, εἰ διδακτόν, illum nihil aliud eſſe quàm Menonis compendium, poſita videlicet nuda illius argumenti tractatione, abſque vllis digreſsionibus: ideóque poſſe fortaſsis mutuas ad quoſpiam locos partim exponendos partim emendandos operas tradere. Clitophontem verò, ſiue Clitiphontem, immeritò νοθεύεσθαι exiſtimo, quum & Platonicum ſtylum redoleat, & à Diogene Laertio agnoſcatur: & ipſe Aldus nõ videatur vllius veteris libri autoritatem ſequutus eſſe in danda ei illa ſede quã dedit poſt Eryxiam: ſed eum ante dialogos De republica oblitus fuiſſe ponere. nam in catalogo dialogorum Platonis collocatur primus octauæ tetralogiæ: & ab eo annotatur, ἤνεγκε δὲ ὀντιπαῦσαι πρὸ τῆς πολιτείας, ὡς ἡγεμὼν τῆς ὀγδόης τετραλογίας, καθάπερ ἐνθάδε. Quod autem dicit primum in octaua tetralogia locum tenere, ex Laertio habet.

ANNOTATIONES in pag. 38 & 39, Tomi tertii, quas ſuo loco ponere oblitæ ſunt noſtræ operæ, vt monui in iis quæ adſcripſi margini paginæ 53.

P.38. v. ἱερὸν] Cum ἱερὸν legit ἀστέρα vel ſubaudiendum putauit Cicero. Verùm quod attinet ad illa, εἰς ὡς ἴόντας & εἰληχότας, quid cũ illis ſubaudiri dicemus? an κύκλους? non poteſt certè, quum habeamus τῷ ταχεῖ μὲν ἰσοδρόμου Ἡλίῳ κύκλον ἰόντας. Scribendum igitur puto εἰς τὸν pro εἰς ὡς: itidémque ἰόντα & εἰληχότα pro ἰόντας & εἰληχότας. (vt intelligamus, Collocauit in circulo cuntę pari celeritate curſus cum Sole, ſed contrariam ei naturam habente) Niſi malimus, retinendo πᾶς, & ἰόντας ac εἰληχότας, mutare duo illa ſingularis numeri nomina in pluralia: ita ſcribendo, εἰς ὡς ταχεῖ μὲν ἰσοδρόμους Ἡλίῳ κύκλους ἰόντας, &c. quam ſcripturam Fic. ſequutum eſſe puto. Verùm aptior eſt ſingularis numerus, quum præcedat etiam bis εἰς τὸν, quæ alio quàm ad vocem κύκλον quæ ſequitur referri poſſe non videntur.

V. λαμβ.] Inter καταλαμβανόντα & κῦτα otioſa eſſe videtur vocula καὶ.

P.39. v. ἰοῦσαί τε] Inuenitur & alia lectio, ἰούσης τε καὶ κραιπνοδρόμης, item φορᾶς pro φύσεως, quod proximè præcedit: ſed noſtra lectio recta eſt, eámque agnoſcit & Cicero.

V. ὅταν] Nõ ſolùm Proclus ſed Plutarchus etiam hîc legit ἀποκαλύπτει coniunctè (ſi eorum exemplaria fidem merentur) ſic autem in alio quodam loco videri mihi legendum, antea admonui. Poſt καφαλῶ autem eſt interpungendũ. At in præced. edit. malè ſcriptum eſt ἔχῃ, & malè poſt ipſum poſita eſt hypoſtigme. Malè in iiſdem πλανᾶται.

V. ἔχει τε.] Cicero cum πάλι an legerit an de ſuo addiderit quod habet eius interpretatio, incertum eſt: ſed addidiſſe illum, vtpote quod ſubaudiri deberet, magis eſt veriſimile: eadem certè & à Ficino ponuntur. Sed ſuſpecta mihi eſt exemplarium Ciceronis fides in hoc ipſo loco, *ut hoc omne animal quod uidemus*, &c. nam *omne* quidem fortaſſe dixerit pro Totum, ſubaudiens τὸ πᾶν: at verò *animal* quorſum adiecerit? Si enim τὸ πᾶν τῶν πάντων (quod vertit alicubi *Totum*, alicubi *Omnia*, aliquot locis *Vniuerſitatem*, alibi *Vniuerſam naturam*, alibi *Mundum*) animal eſſe dicere voluiſſet, videtur potius aliter loquuturus fuiſſe, quàm ita, *hoc omne animal*. qui enim illis verbis, Hoc totũ, vel Hoc vniuerſum, quod eſt animal, ſignificari putet? Suſpicor itaque aliquem qui *Hoc omne* ſine adiectione dici miraretur, quum non intelligeret qua ſignificatione diceretur, adieciſſe ſubſtãtiuum illud *animal*. Simul autem perpendendum lectori relinquam annon *renouatione* pro *reuocatione* hoc ipſo in loco ſcribendum ſit.

ANNOTATIONES aliæ in aliis tomis, primo & ſecundo, non itidem ab operis meis ſed à me prætermiſſæ.

IN TOMVM PRIMVM.

P.2. v. οὐ τὸ πού] Locum aptiſsimum confirmandæ illi quam affero emẽdationi in mea annotatione, οὐ γὰρ σοῦ ἐκεῖνό γε καταγώσομαι, habes apud hunc ipſum ſcriptorem, tomi tertii pagina 19, ὥστ' οὐκ ἐμαυτοῦ μὲν αὐτὸς κατέγνωκα.

P.3. v. θῶμαι] Hunc locum & alios quoſdam ſuſpectos habere poſsit qui Platonico iſti loquendi generi aſſuetus non fuerit, οὐδὲν πρᾶγμα: præſertim quum paulo pòſt alio dicatur ſenſu, οὐδὲν ἔσται πρᾶγμα. Sciendũ eſt igitur, οὐδὲν πρᾶγμα ſonare apud eum quod Latini dicunt Leue eſt. vt hîc, τὸ καταγελασθῆναι οὐδὲν πρᾶγμα, Leue eſt irrideri. Sed redditur plerunque Nihil refert: vt hîc, Nihil refert irrideri: itidémque pag. 4, καὶ [ὡς] οὐδὲν ὂν πρᾶγμα εἰ καὶ ἀποθάνοι, tanquam nihil referret illum mori. At verò illa pagina tertia quæ habet οὐδὲν πρᾶγμα in ea quam dixi ſignificatione, habet etiam οὐδὲν ἔσται πρᾶγμα in alia. nam intelligit, Nihil erit incommodi, vel Nihil moleſtiæ.

V. ἵπως] Post hæc verba, ἀλλά σύ πῃ νοῶ ἀφροντιῶ πλὼ δίκλω, expectaret lector, καὶ ἐγὼ (οἶμαι) ἢ μλὼ: quum tamen hîc inueniat, οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ ἢ ἐμὴν, ita mutata orationis forma, vt etiam σολοικίζειν aspectu primo videri possit. Ego tamen σύ γε quidem scribendum esse (quum vocula πῃ velit sequi καὶ in altera parte, non δὲ) sed accusatiuum minimè habēdum esse suspectum puto: verùm vt mutata est orationis forma, ita etiam mutandum esse modum verbi quod subaudiēdum est: id est, non ἀφροντιῶμαι debere subaudiri, sed ἀφροντιᾶσθαι. Hoc autem non magis pro hoc loco quàm pro aliis multis annoto, in quibus orationis forma vel hoc vel aliis modis in vno etiam eodémque membro mutatur: ita quidē vt non assuefacto eiusmodi mutationibus, aut de iis non prænonito saltem, & multum negotii sint exhibituri & suspecti etiam futuri.

P. 4. v. πῶ θεῖον] Scribendum puto ἔχῃ.

V. vlt.] Putet quispiam desiderari aliquem genitiuū cum nomine ὄφελος, præsertim si legat hanc Ficini interpretationē, Nihil mihi studiū meū prodesset: ego verò nihil deesse arbitror, sed hunc locū ex iis esse in quibus aliquid subaudiendum relinquitur, iis quæ præcedunt nos ad id velut deducentibus, etiamsi nullum sit ex ipsis quod subaudiri possit. Sic igitur & Fic. hîc illum quem expressit genitiuum (licet alia orationis forma) potius ὑπακοῦσαι, quàm in vllo exemplari inuenisse crediderim.

P. 8. v. σον] Loci huius emendationem coniectura me assequutum arbitror: vt videlicet post αὐάσιον legamus, οὐδὲ ὃ αὖ θεοφιλὲς ἦ, καὶ θεομισές ἐστιν, ὡς ἔοικεν. Non respondisti (inquit) ad id quod interrogabam. non enim de eo interrogabam quod eiusmodi est vt simul sanctum sit & profanum, neque de eo quod si diis gratum sit, simul etiam odiosum est diis. vt quidem videtur. Has enim duas cōclusiones videmus Socratem ex Euthyphronis verbis quæ proximè præcedunt elicere, interrogationis sibi propositæ certos fines (vt ita dicam) egredientis.

V. κεν] Non celabo te lector, quod mirum tamē tibi fortasse videbitur, me quædam inter ὡς ἔοικεν & ὥςπερ deesse suspicari. Ac, si locū attētius consideres, mirari fortasis hanc meā suspicionem desines, quum non bellè cohærere illa animaduertes. Nam fateor quidem aptissimū in his τῷ θεοφιλοῖ & τῷ θεομισοῖ exemplum proponi: sed vide quomodo quæ præcedunt postulent vt ad hanc conclusionem veniatur.

V. οὐδ' ἀμφ.] Hæ margini adscriptæ compēdiariæ notæ αρ. χ. significant ἀναπέφαχα φασή. quarum notarum mentionem facere oblitus sum in iis quæ his annotationibus præfixi, quum tamen eas & aliis quibusdam huius tomi locis adhibuerim. Intellige autē scripturam proponi quæ est in præcedentibus editionibus, videlicet ὑπεναντίωσιν. vt siquando verbum ἀναδιδάσκειν ex Platone afferri videas, scias quo ex loco afferatur & quàm falsò id verbū huic scriptori tribuatur. legendum enim esse ἕτερόν ἀδικοῦσι, manifestissimum est.

P. 11. v. πῶ θεῶν] Neque Platonem scripsisse puto ὅτι δίδοι, neque ὃν pro δῷ posse hîc accipi existimo (quanuis & Ficini interpretatio id velle videatur) sed hunc locum ex illorum esse numero quos suspectos habituri simus nisi quid in illis subaudiendum relinquatur, animaduertamus. hîc enim dico cum ὅ,τι δὲ ὃν subaudiri ex præcedentibus, φιλεῖται ὑπὸ πάντων θεῶν. Videris (inquit) Euthyphro, quum te interroge m quídnam Sanctum sit, essentiam illius minimè velle declarare: sed aliquid dicere quod illi contingit, vt videlicet ab omnibus diis ametur: verūm quídnā quū sit, [ab omnibus diis ametur] nondum dixisti. Est enim accipiendum φιλεῖσθαι non aliter quàm si dictum esset τὸ φιλεῖσθαι. intelligit enim esse πάθος illud ipsum, τὸ φιλεῖσθαι ὑπὸ πάντων θεῶν. ego tamen neque passionis neque affectionis vti appellatione necesse putaui: sed dixi, Aliquid quod illi contingit. Possit verò, vt opinor, & ita exponi, Aliquid quod in ipsum cadit, vel, in ipsius naturā. Quod autem ad participium ὄν attinet, si verbi Existo abuti participio liceret, interpretaretur, Quidnā existens ab omnibus diis ametur. Sic verò in iis quæ proximè sequuntur, Ne igitur id me celato, si placet: sed ad principium reuertēs, dicito iterum quídnā existens illud Sanctum, vel ametur à diis, vel quiduis aliud patiatur. Alioqui, ne hoc vocabulo abutamur, dicendum & hîc fuerit, Sanctum illud, quídnam quum sit, &c. vel, Sanctum, quídnam quum sit: siue, quænam res quum sit. Nisi hac magis expedita orationis forma (si illam in hanc mutare licet) vti velimus, Quídnā sit sanctū illud, quod quidē vel à diis amatur, vel quidvis aliud patitur. Quòd si ne hîc quidem verbo Pati vti libeat, poterimus dicere, Quídnam sit sanctum illud, cui vel vt à diis ametur, vel quidlibet aliud contingit. Est autem hîc obseruandum ἔστι φιλεῖται, ἔστι ὅ,τι δὴ πάσχει, dictū pro ἢ φιλεῖται, ἢ ὅ,τι δὴ πάσχει. Addit porro, οὐ γὰρ περὶ τούτου διοισόμεθα, id est, Non enim de hoc dissentiemus, siue controuersabimur: nimirum quídnam sit quod illi contingit: περὶ τούτου, τί ὄντιν' ὁ πάσχει.

P. 13. v. εἰσι] Nemo non miretur, post λέγομεν τὸ σὸν addi οἷον φαμέν, & vel illa vel hæc expungenda esse putet. Ego certè illa λέγομεν τὸ σὸν, sine vllo sententiæ damno posse abesse fateor: ne tamen ea expungere necesse sit (nisi vet. libri assentiantur) crediderim ita posse defendi hanc lectionem, vt dicamus perinde esse ac si dictum foret, λέγομεν τὸ σὸν θεραπείας καὶ περὶ τἄλλα. οἷον φαμέν, ἵππους &c.

V. πεπ.] Non mihi satis facit quod dixi, interpungēdum esse post τιόνδε: quoniam etiamsi hîc interpungatur, hærebit (vt ita dicam) cursus orationis. dico igitur videri addendū ὃ post τιόνδε. Esse autem in præcedente versu scribendum θεραπεία γε, omnes mihi assensuros cōfido.

V. Πῶς] Videndum annon scribi haud minus aptè possit, εἰ οὕτω &c. vt oratio hæc in duo membra non diuidatur, ac minimè per interrogationem legatur.

P. 15. v. κεκτ.] Ante πλὼ desiderari τοὐπλὼ credibile est, aut certè πλώδη. Vtitur autem iocosè ἐμπορίας appellatione hoc in loco.

V. ὄζει] Suspectus mihi fuit hic locus, ὁδὲ φίλον τοῖς θεοῖς: (quomodo enim idem κεχαρισμένον τοῖς θεοῖς esse dicetur, illis esse φίλον negabitur?) sed videtur hæc Socratis velut ludētis esse subtilitas, qua κεχαρισμένον distinguatur ab eo quod est φίλον. Traxit autem hoc κεχαρισμένον ex nomine χάρις quo erat vsus hac de re Euthyphro: qui dicit se antea quoq; fuisse hoc vsum, quum tamē non hoc nomine χάρις vsus sit, sed illo ipso participio quo nunc Socrates vtitur.

V. λον] Deesse dico negatiuam vōculā ante ἀλλό τι. & adiecta illa legendum esse sine interrogatione, ὥστε σὺ οὐκ ἄλλό τι ἢ θεοφιλὲς γίγνεται. ἢ οὔ;

Hoc autē(inquit)nihil aliud eſt quàm deo gratum.nónne? At ſi dicas,Hoc autem quid aliud eſt quàm deo gratum? non aptè ſubiungetur, Nónne?

IN TOMVM SECVNDVM.

P.14.σον,ὅλ.] Loci huius, quem deprauatum eſſe conſtat, alia lectio affertur, nimirum τλαῖμι pro θλιμῶμι, deinde ἐλεγχόμενοι αὖ ἕνες μιωύσασι. vt iungatur ἐλεγχόμενοι cum τλαῖμι, & ſignificetur, Patiamur nos redargui. At Fic. θλιμῶμι an τλῶμι legerit, non ſatis cōſtat: legiſſe quidem ἑαὐ ἕνες & ipſū, manifeſtū eſt: ſed poſuiſſe ante ἐλεγχόμενοι: ac ſignificationem actiuam huic participio dediſſe. Pro μιωύσασι autem aliud legiſſe videri poteſt. ita enim locū hunc reddidit, Differentiam itaque mei ac tui boni, ô Protarche, minimè abſcondentes, ſed in lucem potius educentes, feramus ſi qui examinantes inquirāt, voluptatémne an ſapientiam aut tertium præter iſta quiddam bonum vocare fas ſit. Ideo autem dixi non ſatis conſtare vtrum θλιμῶμι an τλῶμι legerit, quoniam θλιμῶν quoque pro ὑπομένειν interdum accipitur: ſed participio ἐλεγχόμενοι aptius τλῶμι quàm θλιμῶμι iūgetur. & ſuus participio ἐλεγχόμενοι vſus relinquetur, vt videlicet actiuè ponatur, non paſsiuè, vt voluit Ficinus. ideóque lectionem illam ſequor, τλῶμι ἐλεγχόμενοι, αὖ ἕνες &c. atque ita vti dixi expono, Patiamur nos redargui.

P.20.v.ἢ ἔπ] Non ſunt in præced. editionibus hæc verba ὁ λογος: quæ tamē neceſſaria ſunt, ideóque ex vet. libris meritò fuerunt ādiecta: ſed aptius ante ἔπ ponentur, ſequendo eorum librorum alterum, vt ἔπ comparatiuo, ſicut alibi, iungatur.

V. ἡδονή.] Pro ποτέρον quod præcedentes itidem editiones habent, ſubſtituendum eſt vocabulum quod ſcriptura valde ſimile, ſignificatione valde abſimile eſt, πότερον. Sed πότερον hîc pro ὁπότερον accipi ſciendum eſt, non in ea ſignificatione qua ὁπότερον pro Vtrum, ſed in ea qua pro Alterutrum ponitur. Quod ὁπότερον aliquis fortaſſe malit, quoniam continuò pòſt ſequitur, non πότερον. Atque adeo in quodam paginæ 22, loco, vbi ſcriptum eſt, Ἆρα δ' αὖ ἄμφω ἂν ὑπολάβοι ὁπότερον αὐτῶν ἥδιον ἦ), præcedentes editiones habent πότερον, ſed ex vet. libro ſubſtitutum fuit ὁπότερον. Atenim pag. 60, illud viciſsim non hoc inuenies, vbi dicitur, μῶν οὐ ἡμῖν αὐτῶν ποτε πότερον ἱκανὸν ἔδοξεν εἶναί τω;

P.32.v.νων] Nullum hîc locum videri habere præpoſitionem περὶ, indicaui in iis quæ margini adſcripſi, ſed quid pro illa ſubſtitui poſſet, non addidi: quid ſi verò particulam πη ſubſtituentes, ἐννοήσωμεν πη ἕτερα ſcriptum fuiſſe ſuſpicemur? Tantum abeſt tamen vt neceſſaria ſit hæc particula πη, vt omitti illud etiam verbum ἐννοήσωμεν potuerit: quum hæc quoque ad ξωίδωμι referri poſsint. atque adeo Ficinus huc retulit, alterum illud verbum ἐννοήσωμεν nō agnoſcens. ita enim locum hunc vertit, Primùm igitur id inſpiciamus, ſi verū eſt quod dicebatur, deſtructis illis dolorem, refectis voluptatē ſequi: quum neque deperduntur, neque etiam recreantur, quàm potiſsimum habitudinem tunc animalibus tribuere debeamus. Simul autem animaduertendum eſt, particulā ὡς quæ eſt poſt illud ξωίδωμι, nullum vſum habere: ſiue ἐννοήσωμεν retinendum eſſe dicamus, ſiue poſteriorē etiam huius ſententiæ partem ad illud alterum verbum referamus. Satis enim erat dicere ξωίδωμι, εἴτ' ὄντως ὀρθὸν τὸ λεχθέν (&c.) ἆρα ποτὲ ἔξιν δεῖ πότε ἐν ἑκάστοις εἶ) ἢ οὔ ζώοις. Ego tamen ſicut verbum ἐννοήσωμεν, ita etiam vocula ὡς retineri debere dico: quāuis alioqui talem quidem verbī pleonaſmū alibi vidiſſe me recorder, talis autem pleonaſmi particulæ illius exemplum mihi nunc memoria non ſuggerat.

P.34.v.μαθον] Quam attuli huius loci emendationem, τὸ δὲ ὃν ἐνί ποθεν περὶ πω ψυχῶν καὶ τὸ σῶμα κοινῇ γιγνόμενον, probo: ſed addo, pro præpoſitione περὶ, quam inſerui, poſſe etiam præpoſitionē κατ', manente ſenſu eodem, inſeri.

P.37.v.σμικραὶ] Lectionem veram huius loci, quam & Fic. ſequitur, inueni tādem ex quodam vet. libro annotatā, ὅτι μεγάλαι τε καὶ σμικραὶ καὶ σφοδραὶ καὶ ἠσυχαίτεραι ἑκάτεραι γίγνονται.

P.38.v.καὶ αἱ.] Hîc te admonere de errore eo m debui de quo in iis quæ ſequuntur admonui, nimirum de voce αἰσίας malè in præcedentibus edit. (quas iſta hac in re ſequuta eſt) poſita pro ἀγοίας.

P 40.v. δόξας καὶ] Affirmare auſim, poſt ψευδεῖς deeſſe καὶ ἀληθεῖς: quum, vt ψευδεῖς illi πειρᾶς reſpondet, ſic etiam ἀληθεῖς contrario χρήσας reſpondere neceſſe ſit: & videam mihi Ficini interpretationem aſſentiri.

P. 42.v.τὸ γιγ.] Verba totius loci huius qui eſt poſt γιγνόμενον, aliter ſunt perſonis aſsignata in Ficini interpretatione: vt nimirū hîc à Protagora hæc tantùm dicātur, Πολὺ μὲν οὖν μᾶλλον ὦ Σώκρατες: à Socrate, quæ ſequūtur vſq; ad interrogationem: hæc videlicet, Ἐναντίον δὴ τὸ ναῦ πρὸ σμικρὸν ἐμφανὲς γίγνεται: à Protagora, Τὸ ποῖον λέγεις; à Socrate, Τόπεμὲν αἱ δόξαι, & cætera verba, quorum vltimum eſt αὐτεπιμπλασαι: à Protagora Ἀληθέσταται. Hoc quidem certè conſtat, in Aldina editione non rectè hîc collocatas perſonas eſſe: quam ideo ſequi minimè oportuit. Cæterùm in quarto huius paginæ verſu rectè in illa ſcriptum eſt πρὸ poſt νῦν, in aliis contrà τὸ, perperam. intelligendum eſt enim, τὸ νῦν λεχθέν, vel λεγόμενον, ἐναντίον γίγνεται πρὸ μικρὸν ἐμφανὲς λεχθέντι.

P.44.v.γεωῦ] Pro γεωῦ legitur etiam γε ἰῶ: vt Protagoras reſpondeat, καὶ μάλ' ἑκοντός γε ἰῶ. Vereor certè vt γεωῦ ſatis aptè poſt καὶ μάλ' ponatur. Cæterùm Ficinus ἐρωτώμεθα hîc legit, ſicut legitur in Protagoræ interrogatione quæ proximè ſequitur: atque adeo vtrobique idem verbum ſcribendum eſt, ſiue ἐρωτώμεθα, ſiue αἱρώμεθα.

P. 48. v. ἄγοια] In præced. illis editionibus αἴσια, quod nihil ſignificat. nam pro mœrore ſcribendum eſſet αἶσα: ſed hoc & poeticum eſt, & ſignificationem ab hoc loco planè alienam habet. Reſtabat igitur vt in illi⁹ mēdoſæ vocis locū ſubſtitueretur vel αἴσια, vel ἄγοια: quum vnum vet. exemplar hanc, alterum illam vocē haberet: ſed ἄγοια & iis quæ ſequuntur dicere poſſumus confirmari, & Ficinum quoque ita legiſſe. Adde quòd αἴσια quoque pro ἄγοια habuiſti antea etiam, pag. 38. & in aliis præterea locis extare (in illis præced. edit.) annotatur in iis quæ pag. ſequentis margini ſunt adſcripta.

V. μα, εἶ)] Scribendum puto αὐτοῖς.

V. σί γε] Videri poſsit deeſſe τὸ ante ἐν ταῖς ψυχαῖς. Verùm & alia hîc nō immeritò ſuſpecta

fuerint, ex quibus est pronomen τούτων, item genitiuus ἀρετῆς. quem fortasse non malè mutaremus in datiuum ἀρετῇ, atque hunc ad sequentia pertinere vellemus: vt non βελτίους sine adiectione sed ἀρετῇ βελτίους Plato diceret. Verùm ne hæc quidem emendatio mihi satisfacit: atque alius quidam restat scrupulus, quòd hîc ἀρετῆς meminerit, & tamen statim pòst mentionem faciat ἀρετῶν, quasi rei cuius nondum hoc in loco meminisset.

V. vlt.] Affertur alia lectio quæ habet, τῆς ἀρετῶν ἡ ἀρα καὶ σοφίας πέρι. in qua lectione (quæ interrogationem non habebit) hoc est incommodi, quòd participio αἰσχύνων alia dabitur quàm sua constructio. Sed in nostra ad illud incõmodum aliud accedit, quòd non habeat genitiuus ἀρετῶν quò referri possit. At Ficinus tertiam quandam sequitur. ita enim vertit hunc locum acsi legisset, τῆς ἀρετῶν δὲ πέρι, ἆρ' οὐ σοφίας τὸ πλῆθος αἰσχύνων &c. hæc enim sunt eius verba, Quantum verò ad virtutes animi pertinet, nónne vulgus sapientiam prorsus sibi vendicans, plenum est contentionibus, &c. Quid ego hîc? dico, si non legamus καὶ σοφίας, sed alteram lectionem retineamus, tum σοφίας appellatione intelligendam fore τὸ φρόνιμον: & τῆς ἀρετῶν exponendum Inter virtutes. quum tamen participium αἰσχύνων constructionem illam non admittat cum præpositione περὶ (vt modò dixi) lubenter me quoque, si per vetus aliquod exemplar liceat, ita mutaturum illius præpositionis sedem, vt à Ficino in sua interpretatione mutari videmus: vt intelligamus, Quod ad virtutes attinet. quæ interpretatio non alium sensum efficeret quàm si τῆς ἀρετῶν sine præpositione περὶ, legentes, interpretaremur, Inter virtutes.

P. 49. v. κὰν μὴ] Pro πᾶν si legatur πᾶσιν, conueniet hic locus cum isto qui est circa finem paginæ, οὐκοῦν τὸ ἄγνοιαν εἶπερ ὄντα κακὸν πᾶσιν; Neque verò conuenire tantùm lectionem illam cum isto loco, sed ab eo etiam confirmari, non immeritò quis dixerit, vt opinor.

P. 53. v. ἐκείνη] Emendationem margini adscriptam confirmant quidam loci in quibus ita vtitur particula ἔτι ante hoc ipsum comparatiuum.

P. 55. v. τε καὶ.] Nemo non dixerit scribendũ esse πολλῷ ἄμεινα & ἀλογίαν: sed si locus hic emendetur, alium etiam quendam ei similem, aut etiam alios quosdam, emendare oportebit.

P. 58. v. μείζη] Nunc quoque infinitiuum εἶναι deesse hîc videri dico, & quidem potius quàm relictum esse subaudiendum: quòd talis subauditionis exempla vix inueniri putem. Potest autem vel ante μείζη vel pòst ἡμᾶς locum habere. Paulo pòst autẽ pro ὀνήσασα inuenitur ὀνήσασα in vet. exempl.

P. 59. v. ἢ ὤν] Nimium hîc fui religiosus, qui δεῖ in ipsum (vt vocant) contextum non receperim.

P. 61. v. οὖν] Quum καθάπερ ad οἰνοχόοις pertineat, & intelligendum sit παρεσῶσι κρῖναι ἡμῖν καθάπερ οἰνοχόοις ἄσι, vix crediderit quispiam istam à Platone sedem datam fuisse pronomini ἡμῖν. Ac dicendum certè eum id collocauisse pòst κρῖναι, aut etiam ante καθάπερ (neque enim syllabæ αὖν & μὲν quę cõcurrunt, eundẽ tũc sonum habebant: atque vt eundem haberent, talem soni in vocibus contiguis similitudinem ab eo multis in locis videmus non vitari) aut dura quadam ordinis inuersione, vt ita dicam, vsum hîc esse: quam tamẽ exemplo apud eum ipsum non arbitror carere. Sed hoc addo, particulam καὶ ante μέλιτος videri posse desiderari: neque tamen vel hanc vel aliam necessariam esse, meo iudicio: sed siue addatur particula, siue non addatur, pòst κρῖναι ponendum esse quod vocamus punctum superius.

V. οἰνοχόοις] Ita vertisse videri possit & Ficin. hunc locum quasi non μέλιτος & αὐστηροῦ καὶ ὑγιεινοῦ ὕδατος scriptum esset, sed μέλιτι & αὐστηρῷ καὶ ὑγιεινῷ ὕδατι. Retinendam esse tamen nostram lectionem puto, & vel accipiendum ἀπεικάζει μέλιτος, perinde acsi dictum esset ἀπεικάζων λέγοι ἄν μέλιτος: vel (vt verbum illud suum datiuũ habeat) cum μέλιτος subaudiendum esse κρίνη. Quod autem de hoc genitiuo, idem & de sequentibus dico.

P. 63. v. μὴ αὖ] Nõ dubium est quin particula καὶ ante αὖ ponenda sit, vt in marg. annotaui. Paulo pòst autem, pro ὄζει scribendum potius fuerit ἔσται, ante ὅτι.

P. 65. v. πεῖσιν] Alia lectio inuenitur ὠσπαύτως, quam pro hac ὡς οὕτως substituisse necesse puto.

P. 66. v. πᾶν, ὡς] Non dubito quin pro πᾶ scribendum sit πᾶ: quod & Fic. agnoscit.

P. 67. v. τά γε] Locum hunc mendosè scriptũ esse constat: sed ne hæc quidem mihi satisfacit quæ affertur eius lectio, πάντων ἱκανώτατον καπηλῶν ἀγαθὸν, τοῦτον οὐδέπερον ἱκανὸν ἐφαίνη. Nam vt aliud nihil in ea esset incommodi, non bene cohæreret ἐφαίνη cum nominatiuo καπηλών: ac dicẽdum esset καπηλόνα. vsus autẽ est hoc participio paulo antè, quum dixit, ἐγὼ δὲ καπηλὸν ἄν σε καὶ διελήλυθα. Quid si verò dicamus, ἱκανώτατον quidem esse legendum, eique adiiciẽdum ἀγαθὸν, sed verbum εἶναι ex præcedentibus debere subaudiri? Atenim ita legendo, particula δὲ pòst τοῦτον opus esset.

P. 341. v. μὴ λαθ.] Inuenitur & tertia lectio, μὰ λαθών. quam certè malim quàm μὴ λαθών: (nullo enim modo locum habere hîc potest negatio) verùm illam quæ à me adscripta est margini ex coniectura, genuinam esse puto. Neque enim me latere queant (inquit) tuæ cauillationes, neque, etiamsi me latuerint, vim mihi inferre tuis verbis possis. Intellige autem, tuis illis cauillatoriis verbis. Gaudet porro vsu verbi κακουργεῖν hac in significatione. nã & paulo pòst vtitur (& quidem imperatiuo κακούργει addens alium συκοφαίνει) & pag. 338 dixerat κακουργήσαις μᾶλλον τὸν λόγον.

P. 352. v. καίτοι] In iis quæ margini adscripsi conatus sum rationem aliquam inuenire qua lectio nostra φαίνονται retineri posset: sed magis consultum fuerit φαίνεται legere.

P. 353. v. εἴη] Pro μόνον substituendum esse μάνῳ, & τῆς pro τι, ostendit locus cuius hîc fit mentio (qui est in fine paginæ præcedentis) vbi nimirum proposita fuit illa interrogatio. Sed & ἐκείνῳ illic habemus pòst μάνῳ.

P. 370. v. πάνυ γε] Non dubito quin particula μὴ pòst εἰ sit addenda: vt legatur, εἰ μὴ αὐτῆς &c.

P. 375. v. οὐκ ὀν.] Elegantius diceretur, ἄμαχόν τι καὶ αἰσχυντον, & ita ipsum Platonem scripsisse puto.

V. vlt.] Aliis quibusdã locis ex duabus vocibus vnam faciendam censui: hîc vicissim ex vna duas fieri debere existimo, vt legatur, ἓν πρὸς ἡμέρας φιλόσοφος τὸ φυσιν: & intelligamus dictum

dictum pro πρόσθεν γνέσθαι: præsertim quum nec πρὸς solum, id est, non habens præfixam particulam ἔτι, nouum sit pro Præterea, id est πρόσθεν: vbi certè naturam aduerbii sumit.

P.377.v. primo] Vel hîc ψεύδεσιν, vt sit datiuus pluralis subst. datiui ψεῦδος: vel in fine paginæ præcedentis ψευδὲς scribendum est.

P.378.v. ἄπορον] Non ὅ, τι (vt sit pro ὅτῳ) sed ὅτι scribendum puto, vt iungatur cum ἐλαχίστοις: siue Platonem ὅπως ὅτι ἐλαχίστοις scripsisse, siue illo modo ordinem harum particularum inuertisse credamus. Dictum autem fuerit ὅπως σωθείη (si sincera est hæc scriptura) pro ὅπως συμβαίη, eodem modo quo ἵνα aoristo indicatiui iunctum alicubi inuenitur, cùm apud alios, tũ apud Xenophontem.

P.379.v. ζηνὸς] Si iungamus τοιοῦδέ που ζηνὸς cũ illis, οἷος τυγχάνει ὁ θεὸς ὤν, illa ἀεὶ δήπου ἀποδοτέον dici oportebit ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς: sed ita scribendo, deesse aliquid non immeritò videretur. Adde quòd is verbi ἀποδιδόναι vsus quem habet ἀποδοτέον, sequendo alteram lectionem, in aliis etiam huius operis extat locis.

P.381.v. λοιμῳδῶ] Satius fortasse fuerit verba hæc ὡς ἑτέραν iungere sequentibus.

P.383.v. Ἐνδατ.] Quum versum hunc mendosum esse manifestissimum sit, ac nestare quidem posse, debui cuiusdam diuersæ scripturæ te admonere: si fortè ea, quæ mendosa alioqui est & ipsa, ad genuinæ indagationem te adiuuare posset. Est igitur illa scriptura ἐνδυαπῖδαι: ex qua vide an possis quidnam hîc scribendum sit coniectura assequi. In secundo autem versu μακραίωνος βίου, vel μακραίωνας βίου, illo tamen potius quàm hoc modo, scribendum esse dixerim.

P.386. v. Οἴῳ] Credibile est Platonem attulisse etiam versum qui hunc proximè præcedit,

Τῷ καὶ πιθηκείῃσι μόνῳ πόρε Περσεφόνεια.

P.389.v. Σιγῇ] Ex diuersis Homeri locis sumpta hæc puto, & priorem partem versus prioris deesse in qua ille aduerbio σιγῇ vsus est, sicut & in posteriore. Legimus quidè certè Iliad. γ, non procul à principio, postquam dixit de Troianis eos cum clamore & strepitu in aciem proficisci, de Græcis contrà,

Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί,
Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν.

Illa autem verba Σιγῇ δειδιότες σημαίνοντας, extant in hoc loco Iliad. δ,

—οἱ δ' ἄλλοι ἀκὴν ἴσαν (οὐδέ κε φαίης
Τόσσον λαὸν ἕπεσθαι ἔχοντ' ὠὴ σήθεσιν αὐδήν)
Σιγῇ δειδιότες σημαίνοντας.

Nisi igitur alius est Homeri locus qui hemistichio quod hîc legimus, subiunctum etiam versum illũ habeat, non immeritò, quos attuli locos, eos esse quos Plato citarit dicemus. E duobus autẽ locis vt verba illa sumpta esse putem facit & quod dicit, τὰ τούτων ἐχόμενα, τὰ, non autem τὸ τούτων ἐχόμενον, τό. licet & de vnico interdũ loco ita numerum pluralem vsurpari non negem. Cæterùm, si diuersi sint loci, inter hemistichii finem & versus sequẽtis principium opus fuerit particula καί.

P.394.v. ζῶσι] Suspectum mihi non est pronomen. ἁ pro ἑαυτοῦ, licet omnino poeticum. sed Platonem, in commemorandis iis quæ ab Homero dicuntur, illius poeticæ vocalæ vsum permittere sibi voluisse puto. quanuis apud illum sit ἑμαὶ, quod non minus est in soluta oratione quàm in carmine vsitatum: Τίσεται Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι. mutando autem τῷ μίμησιν in διήγησιν, dicendum fuit, καπύχετο ζῶσι πᾶσι Ἀχαιοῖς τὰ ἑαυτοῦ δάκρυα τοῖς ἐκείνου βέλεσι: sed τὰ ἁ dicere maluit vt ipse Homerus ἐν διηγήσει dixisset.

V. λοιδ.] Non satis aptum hîc locum videtur habere datiuus μοι. & Ficinum aut non legisse illum, aut lectum agnoscere noluisse puto: qui vertit, Si modò intelligis. Non ignoro alioqui quem vsum hi pronominum datiui interdum habeant.

P.398.v. εἰς τὼ] Vide annon scribendum sit, αὐτόν τι καὶ τὰ ποιήματα.

V. καὶ συμπ. Non dubito quin Plato scripserit ἢ Γᾶσί. Sed & aduerbio λυδιστὶ fortasse præfixus ab eo fuit ille articulus: qui tamen non est necessarius vt ante Γᾶσι, quum ex hoc loco repetitus subaudiri in illo possit. Quod autem de hoc dico loco, idem & de eo dicendum fuerit qui est in principio paginæ sequentis, ἀλλὰ καὶ λυδιστὶ σοὶ Δωριεῖ λέγεσθαι καὶ Φρυγιστί. nam vtrique aduerbio aut priori saltem præponendum censeo articulum. Subaudietur autem vbique ἁρμονία.

P. 399. v. μᾶλλον] Videri posset fuisse dicendum ἴσα ἔχοντες, seruando eandem orationis formam: & subaudiendo accusatiuos ex præcedentibus repetitos, vt intelligeremus, ὥσπερ ἐκεῖνοι αὖ μιμήσαιντο φθόγγους τε καὶ σχηματισμοὺς ἴσα ἔχοντας ἑαυτῶν ἄλλῳ ἁρμονίῳ &c. nisi, quod de hoc accusatiuo diceremus, idem & de multis qui sequuntur dicere esset necesse. Neque est tamen fortasse cur illa multitudo nos moueat, & vereamur eandem illorum in genitiuos mutationem requirere: præsertim quum alii iterum genitiui ponantur, & cum iis accusatiuus φθόγγους vnà cum verbo μιμήσονται repetatur. sicut enim antea dixerat, μιμήσαιντο φθόγγους ὄντως αὐθρείου &c. deinde ἀποτυχόντας, & ἰόντας, & πεσόντας &c. ita paulo pòst, μιμήσαιντο φθόγγους δυσκυκλιώτων, ἀτυχοιώτων, &c. existimo enim hos genitiuos ad illum accusatiuum pertinere, & dictum esse τούτους δύο ἁρμονίας, δυστυχοιώτων (&c.) αἵτινες φθόγγους μιμήσονται pro eo quod (vtẽdo ea collocatione verborum quæ vsitatior est) dicendum erat, τούτους δύο ἁρμονίας αἵτινες φθόγγους μιμήσονται δυστυχοιώτων. Sic autem relatiuum ab hoc scriptore multis in locis postponi videmus, vbi gramma ticus siue naturalis (vt ita dicam) ordo postulat vt postponatur. Quod non animaduersum fecit vt nonnulli eorum minimè intellecti fuerint.

P 401.v. μεσοῦν] Post ἀνάρμοστα Ficinus quoque interpungit: quòd si cum κακολογίας iungeretur, particula καὶ ante κακοηθείας expungenda esset.

P.404.v. μεταξ.] Scribendum est potius φαυλίαις.

V. ζῷ δῆ] Post ἁπάντων ponendam dixerim notam interrogationis, propter particulam ἤ, à qua incipit hæc oratio.

V. καὶ ὀρ.] Suspicor Platonem noluisse ὀρθῶς iungere cum ἴσασι: sed hîc ita esse vsum hoc aduerbio vt alibi, quum ab eo qui respondet approbãtur quæ dicta sunt. q.d. Rectè hoc à te dicitur. norunt enim abstinendum esse, atque adeo abstinent. Neque verò ὀρθῶς tantùm ita vsurpat in responsione, sed etiam παὺ ὀρθῶς alicubi ab eo qui quæ dicta sunt approbat respondetur: vt pag. 61, huius Tomi.

V. δοκῶ] Suſpicatus ſum aliquando ſcribendum eſſe, ψήγεις ὁρᾶ καὶ τὸ Κορινθίαν κόρῃ φίλῃ τῇ) &c. ac ne nunc quidem aliter hunc locū quàm ſi ita ſcriptus eſſet, intelligendum puto: vt tamen minimè ſuſpecta mihi ſit illa noſtra ſcriptura faciunt alii quidam loci, in quibus talem vſum infinitiui non præfixo illo articulo τὸ me obſeruate memini. eorū autē vnus eſt in Euthyphrone, pag. 11, Tomi primi: eiúſque mentionē feci quadā in pagināillam annotatione. Hoc etiam improbas, (inquit) Corinthiam puellam eſſe amicam illis qui ſtudent alioqui bonam corporis habitudinem ſibi comparare: vel (ad vitandam ambiguitatem) amari ab illis. Nec dubito quin perinde ſit acſi diceret, Hoc tibi non probatur, illos amoribus meretriciis eſſe deditos. Corinthias enim meretrices præ quibuſvis aliis celebres fuiſſe conſtat. Venerem autem illius bonæ habitudinis eſſe aduerſariam, cùm aliunde notū eſt, tum verò ipſe Plato alibi teſtatur.

P. 407. v. ἀκούεις] Hæc verba, ὅπερ τῳ ἤδη βίος ἦ, quid ſibi volunt? neque enim ſignificare poſſunt, Quandiu vita ſuppetet. Ego igitur mutādam huius loci vel lectionem vel interpretationem puto: id eſt, vel pro ἤδη legendum ἡνδύς: vel βίος, non Vita ſed Victus eſſe interpretandum. de qua interpretatione dicam & in fine annotationis quæ proximè ſequitur.

V. χοντας] In Ald. editione ἀποκριμβόν, vt hîc, ſcriptum eſt: at in Baſilienſi illa, ἀπομμεμβόν, geminata litera μ, & tamen vocali ι ſeruata: ita vt in locum vocabuli quod ſignificare aliquid poterat ſubſtitutum ſit aliud cuius nulla eſt nec ſignificatio, nec origo. Fortaſsis autem quum aliquis pro ἀποκριμβόν margini adſcripſiſſet ἀποκρυμμένον (id eſt abſconditum) illam Aldinæ editionis lectionem emendare volens, ex illo participio tertium quoddam, quod omnino eſt ἄσημον, factum fuit, eius inſcitia & errore qui quod margini adſcriptum erat deſcripſit. Quo tamen errore (ſi iſtud huic loco contigit) effectum fuit ne lector in errorem incidere poſſet. Si enim ἀποκρυμμβόν inueniſſet, nihil de vlla coniecturali (vt ita dicam) emendatione ſuſpicatus fuiſſet, ideóque ſe multum in hoc Platonis loco torſiſſet: quum τοῖς νόσημα ἢ ἀποκρυμμένον ἔχοντας ἐν αὐτοῖς, & τὰ ἔστω ὅξα παντὸς νενοσηκότα σώματα vidiſſet inter ſe opponi: quæ alioqui de iiſdem & eodem ſenſu dici meritò iudicaſſet. Neque verò diſsimulabo, mihi primo aſpectu, & nondum conſideratis iis quę ſequūtur, non diſplicuiſſe illud ἀποκρυμμβόν: ſed tandem nodum dignum vindice huic loco ſubeſſe animaduerti. Ficini igitur interpretationem cō fului, in qua hæc verba inueni, Deinde verò morbo quodam exterius lato & ſubito ægrotātibus eam oſtendiſſe medicinam &c. quum autē eum legiſſe quidē nō ἀποκρυμμβόν, ſed ἀποκριτόν cognoſcerē, verùm huius vocabuli vim ab eo non exprimi putarem, conſulendum hoc de loco cenſui I. Antonium Sarracenum, qui (dignus patre filius) quanuis nondum iuuenilē ætatē egreſſus, cum Græcæ linguæ minimè vulgari peritia tantam artis medicinæ cognitionē coniunxit quantam multi quotidie nō ſine admiratione experiūtur. Is ad ea quæ de hoc loco ſcripſeram in hæc verba reſcripſit, QVONIAM (niſi fallor) Platoni propoſitum erat quorūdā, maximéq; diuitū, qui in excolenda virtute toti occupari debuerāt, curioſam nimis nimiúmque ſedulam ac interdum etiam inutilē in curando corpore induſtriam acriter incuſare, grauia quæ ex ea ſequerentur incommoda primò perſequitur: ac deinde colligit, iure optimo AEſculapium iis tantummodo medica auxilia patefieri voluiſſe, qui alioqui corpore valerent ſalubritérque degerent, attamen morbo aliquo externo & aduentitio tentarentur: nō item iis qui viſcerum interno quopiam vitio, ſeu natiuo ſeu aſcititio, laborātes, perpetuò cauſarii ac valetudinarii eſſent. Scilicet per ἀποκριμβόν νόσημα morboſā affectionē innuiſſe videtur Plato, quæ certā aliquā corporis ſedē eámq; maximè externā occuparet. nec abs re: ſiquidē dū valet natura, facilè peccantes humores, ſiqui fortè ſubſunt, ſecernere, & ad extimā ferè cutim, tāquā excrementorū omniū receptaculum, ac, vt ita dicam, corporis totius emiſſarium, deponere conſueuit. id verò eſt medicis τὸ ἀποκρίνειν. nā & vis naturæ expultrix, quæ illud molitur, iiſdē ἀποκριτικὴ δύναμις appellatur. Hanc ipſam porro eſſe ἀποκριμβόν νοσήματος hoc loco ſignificationem, vel illud ſatis indicat, quòd in hac orationis ſerie οἱ νόσημά τι ἀποκριμβόν ἔχοντες ἐν αὐτοῖς palàm opponuntur τοῖς ἔστω ὅξα παντὸς νενοσηκόσι σώμασι. Alioqui ἀποκριμβόν νόσημα fuiſſem interpretatus morbum quem non deſidia aut intemperantia ſed ipſa νοσερὰ ἀπόκρισις ab Hippocrate dicta, id eſt, aeri inſperſa morbida exhalatio, cuiuis ineuitabilis, inuexiſſet. Platonis ſenſa percē perim nécne, tuū eſto iudicium. Hactenus Sarracenus: à quo me tam doctam loci huius enarrationem nactum eſſe, non mihi magis quàm tibi, lector, gratulor. Cæterùm & quod ad locū illum proximè præcedentem attinet, in eo magis ſibi placere dixit vt βίος pro victu accipiatur, quàm vt ἤδη in ἡνδύς mutetur. Ac certè hîc quoq; illi aſſentior. ita enim interpretari poterimus, Quum alicui iam victus ſuppetit, exercē dam eſſe virtutem, ſiue excolendam: ſiue, Quū iam alicui abundè eſt vnde viuat.

P. 408. v. μα, ἦ] Scripturæ leuiſsimum diſcrimen in duobus valde vicinis locis ſenſum valde differentem efficit, atque adeo contrarium, quem & Fic. vtrobique ſequutus eſt: legens nimirum & ipſe, tum hîc, tum in fine vltimi verſus huius paginæ, non ἦ articulum, ſed ἦ aduerbiū. adeo vt in eius interpretatione affirmetur, quod negatur hîc à Platone: hîc, inquā, id eſt, in ea quæ habetur hîc lectione: quam tamen eſſe genuinam auſim contendere. Potius enim rationi conſentaneum eſt vt Plato dicat malum animum non poſſe aliquid bene curare quàm poſſe: itidémque dicat poſtea non poſſe animum improbum & inter improbos educatum, atque adeo omni improbitatis generi aſſuefactum, de probitate & iuſtitia rectum iudicium ferre. Pro me certè faciunt quæ in altero membro ſequuntur, Ἀλλ' ἄπειρον αὐτὸν καὶ ἀκήρατον δεῖ κακῶν ἠθῶν νέαν οὖσαν γεγονέναι, εἰ μέλλει καλὴ καγαθὴ οὖσα κρινεῖν ὑγιῶς τά τε δίκαια. Quibus etiam conſentanea eſt quæ ſubiungitur cōcluſio, διὸ δὴ καὶ ἀνήκεις νέοι ὄντες &c. Quum autē Ficin. pro Cui nō poſsibile eſt, interpretaretur, Nónne poſsibile eſt, deinde in illis etiam verbis, ἀλλ' ἄπειρον αὐτὸν καὶ ἀκήρατον δεῖ (&c.) interrogationē continuaret, debuit ſaltem ab illa quā dixi concluſione ſui erroris admoneri. Si enim Plato illud eſſe poſsibile dixiſſet, in illa

nunc diceret ex quibus contraium colligendū eſſet: quinetiam ex iis quæ paruo interuallo ſequuntur de eo qui bonus iudex futurus ſit, eum debere eſſe ὁμμαχῆ τῆς ἀδικίας, item οὐκ οἰκείαν ἐν τῇ αὑτοῦ ψυχῇ ἡδονὴν ἡσθησόμενον, ἀλλ' ἀλλοτρίαν ἐν ἀλλοτρίοις μεμελετηκότα ἐν πολλῷ χρόνῳ, διαιτᾶσθαι &c. Vide lector quàm leuis mutatio ſcripturæ in quàm grauem errorem interdum inducat. Ideo autē alter ille menti Platonis contrarius ſenſus facilè fuit arreptus, quòd quemadmodum dicitur prouerbio, non oportere πρὸς Κρῆτα κρινάζειν, quoniam Κρὴς ſtatim cognoſcit τὸν κρητισμόν, ita Platonem exiſtimarēt dicere, iudici cōuenientem fore improbitatem, vt ex interna & propria alienam cognoſceret. Quanuis autē hæc ita ſint, me tamen hîc nihilo magis quàm alibi audacē fuiſſe exiſtimato, quod ad lectionē attinet quæ in textum à me recepta fuit. neq; enim ἦ mutaui in articulū ἥ, ſed hunc vtroq; in loco in Ald. & Baſil. editione inueni. Sed eaſdē editiones aliquid hoc in loco habere fateor quod lectorem impellere in errorem poſsit: nimirū notam interrogationis nō ſecus quàm ſi ἦ aduerbium ſcriptum eſſet: ſic tamen vt Baſilienſis erratum Aldinæ auxerit. quum enim Aldina habeat illam notam in priore duntaxat loco, nimirum poſt ἡσσᾶσθαι: altera illa, vt Aldinam in poſteriore quoq; imitaretur (neſciens ſe pro vno loco duos eſſe deprauaturā) poſuit etiam poſt νόσους & poſt δίκαια. Hæc, lector, ſicut & alia nonnulla quæ à me in his annotationibus detegūtur de vnius editionis erratis quæ in altera aucta fuerunt, cautiorem te, vt ſpero, in aliorum etiā quorumlibet ſcriptorū locis ſunt redditura.

P. 520. v. μηδενὶ] Qui aliis in locis ſtatim deprehenſus à me fuit error, cur hîc non deprehēſus ſit in cauſa fuit verbum ἐπιθυμεῖσθαι. fingebam enim mihi neſcio quem huius loci ſenſum iungendo πῷ cum ἐπιθυμεῖσθαι: ſed tandem animaduerti πῷ, vt aliis pleriſque locis, ita & hîc ſcriptū fuiſſe pro τῷ abſq; accētu, vtpote ſignificans itidem τινί. quod πῷ ad ἐκτίνειν pertinebit. vt dicat Plato, AEquum eſt autem vt quod per ſe natum eſt, quum nulli nutritionem debeat, nulli mercedē nutritionis velit ſoluere. Sic autem & alibi ἐπιθυμεῖσθαι dicit vbi ἐθέλειν locum haberet.

ANNOTATIONIBVS his te contentum nunc eſſe velim, lector, eáſque boni conſulere: nec tantùm quàm multos in his locos ex coniectura emendare conatus ſim, ſed quanto plures in ipſo textu (vt vulgò vocamus) ex veterum exemplariū autoritate emendauerim conſiderare. Quòd ſi cuiuſdam præterea optimi exemplaris, cuius facta eſt mihi ſpes, copiam etiam fieri contingat, ex eo quoque excerptas lectiones communicaturum me tecum libello ſeorſum edito polliceor: quinetiā, quod ad meas quæ in his Annotationibus ſunt coniecturas attinet, vbi ἄτοποι vel contrà ἄτοποι fuerint, indicaturum. De harū interim nonnullis vt non deſperem faciunt quæ à me iam olim cùm in alios ſcriptores Græcos tum verò in Xenophontem annotatæ fuerūt: quoniā ne mei quidē æmuli pleraſq; ſui ſtomachi eſſe diſſimulare potuerunt. Hoc (inquā) facit vt de harū aliqua ſaltē parte ſi non omnino idem ſperem, at certè nō planè deſperem. Adde quòd non ſolùm emendationes ſed etiam explicationes quorūdam locorum in his annotationibus inuenientur: ac præter alia quędā commoda, vel ea quæ alicubi occurrit huius ſcriptoris locorum inter ſe collatio, magno cuiuis adiumēto eſſe magnóq; eum leuare labore poteſt. Iam verò quoniam nuda illa eorū quæ ad emēdationē pertinēt, tractatio, vtilis quidē ſed iniucūda fortaſsis eſſet, in eodē libello (ſi exemplaris illius fiat copia) quorundam etiam inſignium locorum illuſtrationem à me expectato.

INDEX IN OMNIA PLATONIS SCRIPTA.

In hoc indice numerus prior tomum, posterior paginam indicat: quæ autem posteriori subiungitur litera, respondet ei quæ margini illius paginæ ad quam remitteris, adscripta est: vt scias in qua illius parte ea quæ tibi quærenda sunt, inueniri possint. Plerunque tamen non ea tantùm pars cui litera adscripta est, sed illa etiam quę proximè sequuntur legenda tibi erunt. Neque verò te vbique eadem verba quærere, sed iis quę eundem sensum efficiant contentum esse oportebit.

Quòd si contingat vt hunc Indicem cum iis conferas qui interpretationi Marsilii Ficini adhibiti fuerunt, mirandum tibi non erit si pleraque hîc ab iis quę illic sunt diuersa reperias, quum huius autor locos plerosque aliter sit interpretatus. Hoc quoque non erit cur mirum tibi videatur quòd nonnulla (& quidem non pauca) Indices illi habeant quorum hîc nulla fit mentio. quæ enim in iis sunt, non ex Platonis duntaxat dialogis, sed ex Ficini etiam in hos argumentis excerpta esse scito. Qua de re ideo etiam monendus es quòd alioqui quædam sint eiusmodi vt Platonicis sine vllo discrimine permixta, Platonica esse fis crediturus: præsertímque vbi quidam velut articuli doctrinæ philosophicæ inter Platonicos positi sunt, eadémque de re in vtrisque agitur. Exemplo tibi esse poterũt in ipso principio duo inter illos in quibus de actione siue actionibus agitur. huic enim Platonico articulo, *Actio, quatenus iustitiæ, eatenus & honesti particeps*, subiunctus ibi est iste (si tamen articulum hæc quoque vocare decet) *Actio quæ honesta & necessaria:* quanuis hæc non ex Platone sumpta sint, sed ex Ficini in epistolam eius nonam argumento. Necnon paulo pòst ibi legitur, *Actionum humanarum capita quinque*: quæ & ipsa Platonis non sunt, sed ex eiusdem Ficini argumento in nonum De legibus dialogum sunt petita; apud quem minus etiam generale est illud. scribit enim, *Actiones humanæ, quantum ad legum iudiciorúmque materiam attinet, in quinque capita rediguntur.*

Cæterùm plenioris Indicis loco tibi erit commentarius De doctrina Platonis: quem Io. Serranus ita se compositurũ dixit vt quæcunque variis in locis vna eadémque de re dicuntur, ad suam sedem reuocata velut sub vnum conspectum oculis subiiciat: cum accurata etiam doctrinæ Aristoteleæ comparatione.

A

Abaridis Hyperborei & Zamolxidis incantationes Tomi 2. Pag. 158.b

de Abdicatione filiorum lex t. 2. p. 928.e. & deinceps.

¶ex Academia iter in Lyceum 2. 203.a

Acarnanes fratres pancratiastæ 1. 271.c

non Accusat insontem vir bonus 1.521.d

accusare nos ipsos etiam cur debeamus, & crimen nostrum non tegere 1.480.b

accusatores Socratis, vide Socrates.

Acheloo sacer fons 3.230.b

Acheron & Cocytus fluuii apud inferos 3.371.b

acheron in paludem Acherusiadẽ influit 1.112.e. & 113.a

Acherusias palus 1.113.a

Achilles Thetidis filius 1.371.c. & 3. 179.d

ach. à sapientissimo Chirone institutus 1.371.c. Phœnix achillis pædagogus 2.390.e

ach. cæteris heroibus formosior 3. 180.a

achillem finxit Homerus fortissimum omnium qui ad Troiam profecti sunt: sicut Nestorem, sapientissimum 1.364.c

achilli comparari fortasse possit Brasidas, sicut Pericles Nestori 3.221.c

achilles Vlysse præstãtior 1.363.b. & 369.c. Qua in re plus sapere videri possit Vlysse 1.371.a. achilles verax, Vlysses verò mendax & versutus 1.369.b. ach. simplicissimis moribus 1.364.e

achilles periculum contempsit, ne turpe aliquid pateretur 1.28.c

de achille quæ falsò perhibeantur ab Homero 2.388.b. & deinceps. item 390.e. & 391.a

ab achille amatum Patroclum dicẽs AEschylus nugatur 3.180.a

achilles propter Patroclum occũbit 3.208.d

achillem dii in beatorum insulas cur miserint 3.179.d

Actio omnis ad id quod est iustũ debet referri 1.527.c. actio iusta, quatenus iustitiæ, eatenus & honesti est particeps 2.859.e.

actionem iustam consequitur iusta passio 1.476.e

actio vnaquæque, quatenus malè agit, mala, quatenus bene, bona est appellanda 2.115.e

actio quæ peccat atque à recta via abducitur sine sciẽtię facultate, insciția agitur 1.357.d

actiones [id est εὐεξίας] sunt bonarum rerum effectiones 2.163.d

actionum omnium finis est bonum 1.499.e

actiones violentæ & inuoluntariæ à voluntariis distinguuntur 2. 874.d

Acusilai de Amoris ortu sententia 3.178.b

Acumenus medicus, Eryximachi pater 3.268.a. & 269.a

¶Adamantis & metallorum generatio 3.59.b

Adimantus Glauconis frater 2. 327.b

adimanti ambo, vnus Cepidis, alter, Leucolophidis filius 1.315.e

pro Admeto [marito] mori voluit Alcestis 3.208.d

Administratio quid sit 1.13.e. & 14.d

administrationum publicarũ duæ quasi matres 2.693.d

admirationem efficit ignoratio 2. 291.b

ex admiratione cum amore coniuncta nascitur imitandi studiũ 2.500.d

Admonitionis vsus 1.230.a

Adolescentis ingenium quomodo mutetur 2.559.e

adolescentibus indulgere non debent ii à quibus amãtur, sed eorum maiores spiritus cõprimere 2.210.e

adolescentes curam sui oportet gerere, si gloriam consequi volunt 2.179.d

adolescentes seu iuuenes tractandis armis paulatim assuefaciendi 179.c. & deinceps.

adolescentis [vel iuuenis] animo quæ hæserunt, elui difficulter solent 2.378.d

Adonidis horti 3.276.b

Adrasteæ decretum 3 248.c

adrasteæ numen adoro ob ea quæ dicturus sum. Socratis sunt verba 2.451.a

Adrastus mellifluus 3.269.a

in Aduersis reb' fortitudo est pars

felicitatis 2.247.d
Adulatio quid ſit ſiue circa corpus ſiue circa animum 1.501.c
adulatio tenuiorum erga diuites 2.465.c
adulatori, qui alioqui grauiſsima beſtia eſt, & magna calamitas, immiſcuit natura non inconcinnam voluptatem 3.240.b
adulatoria ars in quarundam artiũ locum ſubit 1.464.d
adulatoriæ aſſentationes animos eorum etiã qui vulgò graues & conſtantes exiſtimantur emolliunt atque eneruant 2.633.d
de Adulteratione rerum lex 2.916.d.& 917.d
adulteratas res vendentium pœna 2.917.d
aduerſus Adulteria leges 2.841.d. 784.e.
¶ AEacus Achillis auus 3.292.e
æacus iudex à Ioue conſtitutus apud inferos 1.524.a.526.c
AEdificiorum inuentio 1.322.a
de ædificiorum condendorum ratione 2.778.b
ædificia nuptias debent præcedere in conſtitutione ciuitatis 2.778.b
de AEdilibus 2.759.a.& 763.c
de AEdituis 2.759.a.b
AEgiſthus Agamemnonem Argis interfecit 1.124.b
AEgritudo & voluptas animum corpori affigit, & quaſi fibula inuectit,&c. 1.83.d
AEgroto & noxium viuendi modum ſequenti quid præſcribere oporteat 3.330.d
inter ægrotum & ſanum nihil eſt medium 2.139.a
ægroti quidam præ intemperantia nolunt vitioſam diætam relinquere 2.425.e
ægroti quomodo percipiãt maximas voluptates 2.45.b
AEgyptus cœleſtibus pluuiis non irrigatur 3.22.e
in ægypto & Syria ſtellæ perſpicuè cernuntur, quia cœli aſpectum nubes & pluuiæ minimè impediunt 2.987.a
in ægypto arithmetica vnà cum literis docetur 2.819.a
ægyptus Perſarum imperio à Cyri filio adiecta 2.239.e
ægypti vrbs Sais, vnde oriũdus Amaſis 3.21.e
AEgypti & Danai 2.245.d
AEgyptii ſacerdotis verba ad Solonem 3.22.b
ægyptij cæteris populis antiquiores 3.22.e.& 23.e
penes ægyptios, non penes Græcos eſt veritas antiquitatis 3.22.b
ægyptii qua in re cũ Atheniẽſibus ſe coniunctos dicant 3.21.e.24.a
ægyptiorum de pictura & muſica leges, in quibus adoleſcentium [ſeu iuuenum] rationem habẽt 2.656.d
ægyptii cadauera cõdiunt, quò diu aſſeruent 1.80.d
ægyptii & Phœnices quæſtui diditi 2.436.a
ægyptiacè Neith quæ Græcè Ἀθηνᾶ, id eſt Minerua 3.21.e
AEmulationem inuidia ſequitur 2.242.a
AEneam eo nomine laudauit Homerus quòd rectè fugiendi eſſet peritus 2.191.a
AEquale[ſiue par]quomodo quid eſſe dicatur 3.140.b
æquale ſibiipſi quãdiu eſt aliquid, maius minúſve eſſe mole aut numero non poteſt 1.155.a
æqualia inæqualibus fiunt inæqualia 2.757.a
æquale & æqualitas ad finiti genus referenda 2.25.a
æqualitas inter magnitudinem & paruitatem intercedit 3.161.d
ab æqualitate proficiſcitur amicitia 2.757.a
æqualitas nulla, ſicut nulla imitatio, voluptate falſáque opinione diiudicanda, ſed veritate ſola 2.667.e.& 668.a
in æqualitate quies conſtituitur 3.57.c
de æqualitate in ciuitate 2.757.d
AEquitas animi retinenda 2.732.b
Aer in quæ tranſeat ſeu mutetur,& quæ in aerem tranſeant 3.49.b
aer poſt ignem, cui tenuitate eſt proximus, per omnia maximè peruaſit 3.58.a
aeris multæ ſpecies 3.58.a.& 99.c
aeras quoſdam & ætheras pro rerum cauſis quidam ſtatuebant 1.98.b
aere ſuffulciri terram quidam exiſtimarunt 1.99.b
aeris fulcro non indiget terra, ne cadat 1.108.e
aer quibus in locis id ſit quod nobis eſt aqua & mare 1.111.a
quod aer eſt nobis, quibus ſit æther 1.111.b
AEs & ferrum, quum belli ſint inſtrumenta, ad deorum donaria minimè ſunt accommodata 2.956.a
æs ab auro quomodo differat 3.59.b. De ærugine, ibidem.
AEſchylus nugatur, quum ait, Patroclum ab Achille amatum 3.180.a
æſchyli dictum 2.550.c.& 563.b
AEſculapius medicorum generis autor 3.186.e
æſculapius Apollinis filius 2.408.b. fulmine ictus fertur quòd auro inductus opulentum quẽdam virum animam agentem ſanaſſet 2.408.c
æſculapius qua medicandi ratione vteretur 2.407.d
æſculapius quos non cenſeret curandos eſſe 2.407.d
æſculapii tempore quę morborum nomina non eſſent 2.405.e
æſculapii feſtum Epidauri 1.530.a
æſculapii filii apud Troiam 2.405.e
æſculapii filii circa quos medicæ artis operam minimè adhibendam cenſerent 2.408.b
AEſopi fabulæ de leone & vulpe applicatio ad Lacedæmoniorũ diuitias 2.123.a
æſopicas fabulas & Apollinis hymnum carmine reddidit Socrates 1.60.c
AEtas aurea, ſiue ſeculũ aureum 1.398.a
ætas prima felix fuit 2.271.272. ſub Saturno fuit 272.b. ex felici illa conditione homines ſua culpa exciderunt 2.273.a.c
ætas quænam numeros acutè ſentiat 2.670.b
ætatis florentis tempus, mulieri vigeſimus annus, viro trigeſimus 2.460.e
ætas generationi apta 2.460.e
ætas matrimonio iungenda 2.785.b
AEternũ eſt id quod ſeipſum mouet 3.245.e
AEther nominatur aeris pars limpidiſsima 3.58.c
æther quibus in locis id ſit quod nobis aer 1.111.b
ætheras & aeras quidam pro cauſis ſtatuebant 1.98.e
AExonenſis, id eſt calumniator 2.197.c
¶ Affirmare & negare de quolibet, recta eſt reſponſio 1.183.a
affirmatio & negatio in oratione 1.263.e
¶ Agamedis & Trophonii precatio 3.367.d
Agamemnoni nomen impoſitum ex naturæ ratione 1.395.a
agamemnonis & Neſtoris amicitia 3.311.b
agamemnonem & Neſtorem poetæ vnà contendunt atque componunt 3.311.a
agamemnon numerare non norat 2.522.d
Agathocles, magni inter ſophiſtas nominis, muſicã ad ſophiſticam ſuam artem celandam obtẽdit 1.316.e
agathoclis diſcipulus Damon 2.180.d.
Agathon quidam adoleſcentulus præclara naturæ indole 1.315.e
agathon poeta tragicus 3.173.a
Aglaophontis pictoris opera 1.532.e
Aglaophontis filius Polygnotus pictor 1.532.e
Agere ſua, iucundiſsimum eſt viuendi genus 3.357.e
agere res ſuas eſt eius qui πάφρων appellatur 2.163.c

id quod agit aut patitur per se vnum, nihil est 1.182.b
Agræa Diana 3.229.b
de Agris distribuendis 2.736.d.& 737.c.& 745.c
vt Agricola de nouellis plantis primam curam gerit, ita de iuuenibus prima gerenda est 1.2.d
agricolarum præcipuũ opus 1.14.a
agricolarum genus distinguẽdum ab iis qui belli curam gerere debent 3.17.c
Agriculturæ vtilis est astronomiæ cognitio 2.527.d
de agricultura leges 2.842.e
agricultura laboribus & molestiis plena 3.368.c
¶Aiax Telamonis filius iniquo iudicio circumuentus 1.41.b
aiax ferro inuulnerabilis 3.319.e
aiacis rebus bellicis illustris præmium apud Homerum 2.468.d
¶Alba trutina vti erga omnes, prouerb. 2.154.b
albus color visum disgregat 3.67.e.& 101.c
albi coloris puritas quomodo cõsideranda 2.53.a
Alcestis Peliæ filia 3.179.b
alcestis pro viro præ illius amore periit 3.179.d
Alcibiadis fastus 2.104.a. eiusdẽ ingenium 2.105.b. & ignorantia 106.e.107.109.d.110.119.c
alcibiadi proponitur potẽtia Persarum regis, vt eius retundatur audacia 2.120.121.122.b.123.c.124.a
alcibiadis æmulatio circa Socratis amorem 3.215.216.
inter alcibiadem & Socratem contentio de Agathone 3.222.c
alcibiades corona ex hedera & violis compacta redimitus 3.212.d
alcibiades Agathonem coronat 3.213.a
alcibiades corona donat Socratẽ 2.151. ebrius in conuiuium irrumpit 3.212.d
Alimentũ accommodatũ ei quod gignitur habet omne quod gignit 2.237.e
alimenta animalium 1.321.b
alimentum humanum, triticum & hordeum, Attica prima produxit 2.237.c.& 238.a
propter alimẽta quidam sunt importunis moribus 2.747.c
Alterationem quæ suscipiant 1.78.d.e
de Altero & eodẽ disputatio 1.254.c.& deinceps.
¶Amarum dulci, frigidũ calido, siccum humido inimicum est 3.186.e
Amasis rex AEgypti 3.21.e. oriundus ex AEgypti vrbe cui nomẽ Sais 3.21.e
Amazones 2.806.b
amazonum & Eumolpi in Atticam irruptio 2.239.b
amazones sagittas emittendi peritæ 2.806.b
Amazoniana columna 3.365.a
ei qui Amat an potius gratificandum 3.227.c,& 3.237.b
qui amat corpus tuum, non amat te, sed qui amat animum tuum 2.131.d
amandum quid sit 3.210. quid non sit amandum 3.230.e,231.232.
amantibus propriũ est vt alii pro aliis mortem obeant 3.179.b
Amatoria disciplina 1.128.b
Ambiendi non sunt magistratus, vt ciuitas ab omni seditione sit libera 2.520.d
ambitionis studium à matre excitatum 2.549.d. ambitiosorum quale sit ingenium 2.548.d
Amelita fluuius 2.621.a
Amicus est similis simili 1.510.b,& 2.837.a
amici si desint, improbitatis, si adsint, probitatis argumentum est 3.332.c
amici ex liberalis disciplinæ communitate fidelissimi 3.334.b
amicorum cõmunia omnia 2.339.c,424.a,& 3.279.c
amici partem sibi vendicant ortus nostri 3.358.a
Amicitiæ proxima causa similitudo animorum 2.214.b
amicitia proficiscitur ab æqualitate 2.754.a
amicitia nata est propter vitæ necessitates 2.218.c,e,221.c
amicitia propriè nec in bonos nec in malos cadit 2.216.c
amicitiæ autor est deus 2.214.a,
amicitia ciuitates rectè constituit 2.127.b
amicitia ex cõtrariis grauis 2.837.b
amicitia in contrarietate versatur 2.215.a
amicitiæ diuturnæ argumenta 3.233.c
amicitia non tantùm est in eo qui amat, sed etiam in eo qui amatur 2.212.a
amicitia Aristogitonis & Harmodii 3.182.c
Amissas res in aliena domo perquirendi ratio 2.954.a
Amistris [vel Amastris] Xerxis vxor 2.123.c
Ammon deus Thebarũ AEgyptiarum custos 3.274.d
ammonis oraculũ 3.275.c,& 274.d
Amor quid sit 3.237.d,238.c
amor, prauum est ac pernicioſum institutum 3.234.b
amoris laudes nõ cecinerunt poetæ 3.177.a
amori repugnat qui diis aduersatur 3.193.b
in amorem Homeri carmina 3.252.b
de amore παλινῳδία Socratis 3.244.a
amoris efficaciæ exempla 3.179.b
amore nullum efficacius adiumentum contingere potest hominis naturæ ad felicitatem consequendam 3.212.b
amoris vis & potentia 3.189.d
amoris & amandi species quibus tribuatur 3.205.d
amoris origo 3.178.b
amor furor bonus est 3.245.249.d
amoris prima commẽdatio 3.178.a. secunda 3.180.d. tertia 185.e. quarta 3.189.c. quinta 194.e.196.b. sexta & vera 3.199.c
amoris opera 3.180.e,181.a
amoris vtilitas 3.178.c
amorum tria genera 2.837.841.c
amor sibi proponit pulchrum 3.252.d
amor bonis & pulchris insidiatur 3.203.d
per amorem rerum pulchrarum omnes res sunt à diis constitutæ 3.201.a
amor & deformitas inter se decertant 3.196.a
amor immortalitatis est desideriũ 3.207.a
amor per se neque honestus est, neque turpis 3.183.d
amoris honesti descriptio 2.402.d, & 403.b
amor impurus 3.204.
de amore suiipsius 2.731.e
Amor Veneris filius dicitur, & deus 3.242.d
amor, Veneris comes & famulus factus est 3.203.c
absque amore nunquam est Venus 3.180.d
amores gemini sunt: vnus, Veneris minister, alter, cœlestis 3.180.e
amori & Veneri amatorius furor attribuitur 3.265.b
amor, Pori & Peniæ filius 3.203.c
amoris natales 3.203.b
amoris parentes 3.203.b
amor pauper est semper, non tener & pulcher, sed durus & squalidus, &c. 3.203.d
amor neque mẽdicus est vnquam, neque diues 3.203.d
amor, magnus deus est, & apud deos & apud homines mirabilis 3.178.a,& 186.b
amor magnus dæmon 3.202.d
amor, deorum omniũ maximè iuuenis 3.195.b
amor deorum omniũ beatissimus 3.195.a
amor in antiquissimorum deorũ est numero 3.178.a.c
amor, deorum omnium antiquissimus augustissimúsque 3.180.b
amor Saturno & Iapeto antiquior non est 3.195.c
amorem homines Ἔρωτα, dii Πτέρωτα vocant 3.252.b
amor & Tellus post Chaos extite-

runt 3.178.b
amor neque iniuriam infert neque ab alio patitur 3.196.b
amoris fuit discipulus Apollo 3.197.a
amori ne Mars quidem restiterit 3.196.d
ab amore medicina omnis gubernatur 3.186.e
Ampheres & Eudæmon Neptuni fratres 3.114.b
Amphilytus, Bacis & Sibylla, vates 1.124.d
Amphion lyræ inuentor 2.677.d
Amyci luctatio indigna mentione 2.696.a
Amyntor Phœnici filio maledixit 2.931.b
¶ Anacreõta Teium Hipparchus Athenas acciuit 2.228.c
anacreontis sapiẽtis scripta 3.235.c
Anaxagoras doctor Socratis 1.97.e
anaxagoras quum amplas à parentibus fortunas accepisset, eas incuria planè profligauit 3.283.a
anaxagoras dixit, mentem esse quæ omnia ordine disponat regátque, omniúmque sit causa 1.97.c
anaxagoræ & Periclis amicitia 2.311.a
anaxagoram & Periclem, Periandrum Corinthium & Thaletem Milesium, & Crœsum & Solonẽ vnà commendare solent, vt sapientes 3.311.a
anaxagora Pericles vsus est familiariter 3.270.a
anaxagoræ Clazomenii libri quibus rebus sint pleni 1.26.d
anaxagoræ confusio 1.72.c
ex Androgyno hominum genere mœchi ducũt originem 3.191.d
androgynum principio tertium erat hominum genus 3.189.e
Animæ creatio 3.99.d
anima ante corpus facta fuit 2.896.b.980.c
animæ definitio 2.895.e
animæ mortalis species in corpore 3.69.d
anima illud est, quod si in corpore est, corpus viuum est 1.105.d
animæ sedes 3.90.a
animæ morbi qui & vnde nascantur 3.86.b
animæ morbis quomodo medendum 3.87.b
animam neque solis neque corporis animaliũ cernere possumus 2.898.d
anima prima motus origo 2.896.a
anima agit per se & per sensus corporeos 1.185.e,186
animam esse harmoniam 1.86.a
anima est proxima causa vitæ in homine 1.105.d
anima est causa rerum omnium, & est deus 2.896.d,899.b
anima vniuersum gubernat, & eius curam gerit 2.896.d,897.c
animam cognoscere, essentiam verò cognosci 1.248.d
anima propria sua virtute destituta, sua opera rectè perficere nequit 2.353.d
anima iusta & vir iustus, bene viuet: mala, malè 2.353.d
mala anima malè curat & malè imperat: bona, contrà 2.353.d
anima quælibet quidlibet inuita ignorat 1.228.b
anima à corpore disidet in doloris & voluptatis mixtione 2.47.d
anima ab omni exitio libera est atque immunis 1.106.d.e
anima mortem non recipit 1.105.e
anima quando ad id quod purum est contendat 1.79.d
anima virtute ornata in locũ sanctiorem commigrat 2.904.d
de animæ statu post hanc vitam 1.107.c,108.
animæ cor ab Homero quid dicatur 1.194.c
animarum status & iudicium post mortem 2.614.b.e.615.b.616.b
animæ nostræ apud inferos erunt 1.107.a
animas mortuorum hinc ad inferos proficisci, & illinc huc redire, antiquus est sermo 1.70.c
animæ commigrant in varia corpora 3.104.e
animarũ mutatio & migratio, quę nouam formam induũt 2.620.a.& deinceps.
animarum loca definire nõ est hominis sapientis 1.114.d
Animal quid sit 2.981.b
animal est quicquid vitæ particeps 3.77.a
animal vnde deficere & profligari incipiat 3.81.d
animal quare mortale & immortale appellatum 3.246.b
animalia omnia grauiter afficiuntur, dum omni impetu ad generationem rapiuntur 3.207.a
de animalium generatione 3.90.e
animalium πάνσοφος ex Amoris sapiẽtia existit 3.197.a
animalium creatio 3.38.c,3.99.d
animalium diuisio 2.265.c,266.d
animalium genus in cicurum & ferum distinctum est 2.263.e
animalia quæ cicura, quæ & fera appellanda sint 2.264.a
animalium quatuor genera 3.40.a
animalium varia genera 2.981.d
animalia multiplicia quum tellus vniuersa produceret, Attica à feris immunis hominem genera uit 2.237.d
animalia musica ad humanæ vitæ electionem conuersa 2.620.b
animalibus cæteris quanto præstet homo 2.237.d
Animi siue animorum creatio 3.41.d,& 3.99.e
animi essentia 3.247.c
animi virtus, sapientia 2.133.b
animi forma & imago 3.246.a
animi dolorum & voluptatum mixtiones 2.46.c
animi sunt tres distinctæ partes 2.436.a.d, 439.d. applicatio illius doctrinæ 2.440.a
animi conatus atque molitiones felicẽ successum consequuntur quum dux præiuerit prudentia 2.88.c
an animus sit harmonia 1.93.c,& 94.
animum non esse similem harmoniæ 1.93.a
animus libro comparatur 2.38.e
animus alatus 3.246.c.e
animus qui pennas gestit emittere feruet titillatione 3.251.c.d
an homo idem sit quod animus 2.130.a
animus alio animo nequaquã aut plus aut minus vllo modo est animus 1.91.d
animus sub visum cadere nullo modo potest 1.79.c
animus mundi in qua eiusdem parte collocatus sit 3.34.b
animus noster fuit antequam nasceremur 1.76.d,& 77.b. animi nostri non minus futuri sunt post mortem nostram, ac priusquam nasceremur 1.77.c
animi quibus voluptatibus gaudeant, & quibus perturbentur 2.63.c
de animo opinionum summa 1.91.d
animus noster non qualitatem rerum sed veram constantémque naturam inuestigat 3.343.c
animi opera quæ sint 2.353.c
animi tres sunt partes & tres voluptates 2.580.d
de animi facultatibus & voluptatibus 2.580.e
animus scientiæ semina in se habet 2.974.c
animum nihil nosse, quũ adsit scientia, à ratione dissentaneum est 1.199.d
animus nutritur disciplinis 1.313.d
animi cõstitutio disciplina & meditatione doctrinarum cognitionem sibi comparat, & ita cõseruatur meliórque fit 1.153.b
animus ad conuenientes virtutes conformandus est 3.103.d
animi motus quomodo appellentur 2.896.e, & deinceps.
animum demulcere oportet carminibus 1.77.c
animus viri philosophi philosophiæ institutis se non exoluet, 1.84.a
animus verè philosophi à voluptatibus abstinet 1.83.b,& 84.
animi voluptas qua fruuntur philosophi 2.485.d
animus est immortalis 1.73.a,106.d,524.

d, 524. b. & 2. 81.b. 86. b, 608. d. & 3.42.b, 245.c, 335.a, 365.e, 372.a
animi immortalitas probatur 3. 245.c
animus indissolubilis 1.80.b
animus, qui perfectè sit animus, vitium nunquam suscipiet 1.94.a
in animo duo sunt malorum genera 1.228.d
animis nostris duæ improbitatis species obuersantur 1.227.d
animo bono præditus, est bonus 2.409.c
animus si purus decesserit, nihil à corporis contagione secum trahit 1.80.e
animus si pollutus & impurus è corpore discedat, ad cratla quædam & terrena loca proficiscitur 1.81.b
animus insanus est quum corpori illigatus fuerit mortali atque caduco 3.44.b
animorum impurorũ tristissimus exitus 1.83.e
animi bonorum ad felicissimum locum proficiscuntur 1.114.c
animos impuros circa sepulcra versari 1.81.d
animos nostros quomodo ab ipsa statim pueritia lædamus 2. 727. b
animorum conditio multiplex 3. 248.c
animorum natura & habitus cuius facultatis sit 2.650.b
animi boni melius habent quàm mali 1.72.e
animi qua in parte excitentur voluptates in somnis 2.571.c
animus desipiens & turpis immoderatus est 1.228.d
animorum improborum pœnæ 1. 113.d
animum vltrò citróque commeare. 2.81.c
de animo prima cura est gerenda 2.132.c, 3.355.b
animus imprimis curetur 2.157.a
animus ita se habet ad bonum vt visus ad solem 2.508.d
animus quomodo differat à corpore 2.983.
animus, corpus, pecunia, tria sunt rerum genera 3.355.a
animo & corpore, nullisque aliis rebus constamus 1.79.b
animus cõclusus est in corpore, & intelligentia in animo 3.30.b
animus diuino, corpus mortali simile est 1. 80.a
animus vtitur corpore tanquam instrumento 2.130.b
animo quæ quadrant, sunt priora iis quæ corpori 2.896.c
ad animum penetrare nõ possunt quædã ex iis affectionibus quæ in corpus cadunt 2.33.d
animo propriũ est & peculiare vt indissolubilis existat, corpori, vt citò dissoluatur 1.80.b
animum à corpore seiungere debemus 1.64.e, & 67.d
animus philosophi cõtemnit corpus 1.65.c
animus corpori imperare debet 1. 80.a
animum ab ignorãtia liberare maius est quàm corpus è morbo eripere 1.373.a
animus implicatus contaminatúsque corporeæ molis labe, circa monumenta & sepulcra oberrare dicitur 1.81.c
animus, quum corporis ministerio vtitur ad aliquid considerandum, errat & tumultuatur 1. 79.c
animorum status 1.80.e, & 81.
animorum currus equi & aurigæ 3. 246.b.e, 253.c.d
animorum equi furentes 3. 253.d, 254.255.256.
animi ex corpore migratio 1.80.d
animorum transmutatio in bestias 2.619.b, & deinceps.
animus multa corpora consumit 1.87.e
animus quando grauiora peccata committat 2.147.a
animus an post hominis mortem superst 1.70, & 77.c
animus an pereat virium defectu, postquam corporibus satis inseruierit 1.86.e
animus post hostiphis mortem in generosum, purum & inconspicabilem abit locum 1.80.d
animum ad inconspicabilem locũ proficisci, ex tabulis Hyperboreis 3.371.a
animus abit ad bonum Deum 1. 80.d
animus ad inferos proficiscens, secum nihil aliud affert quàm institutionem educationémque 1. 107.d
animorum varia & multiplex conditio, quum ex hac vita in alteram commigrant 3.248.c
animorum in varia corpora transitio 1.81.e, 82.
animus in idem decem annorum millibus non reuertitur 3.248.e
vt animi mortuorum alicubi sint, vnde rursus existant, necesse est 1.72.a
animatum aliter quàm per Deum fieri nequit 2.983.b
Annonæ distributio 2.847.e
de annona comparanda 2.842.b
